11465

es de la libreria caso. ABH.
Trinitaria 12

F^R. IOANNIS DE ALIAGA,

SACRI ORDINIS PRÆDICATORUM EX CONVENTU Sancti Stephani Salmantini Magisterij Laurea decorati, atque in eadem Universitate post Vespertinæ Cathedræ regimen per quinque annos, Primariæ vigesimo decurrente anno actu Moderatoris.

TOMUS QUINTUS.

QUÆST. COMMENTAR. IN 1. 2. D. THOM. ANG. PRAEC. ATQVE ECCLES. DOCT. &c.

SS. D. N. IESUCHRISTO UNICO ÆTERNI PATRIS, ET VIRGINIS MATRIS, FILIO,

QUI CONCEPTUS DE SPIRITU SANCTO, VERUS DEUS, & Homo, in Ara Crucis se pro nobis obtulit Hostiam, & Oblationem Deo Patri, & in Sacramento Altaris preciosum Corpus, & Sanguinem suum quotidie nobis propinat Pontifex factus in ærernum Deus benedictus in sæcula.

DICTUS.

CUM SUPERIORUM PERMISSU.

SALMANTICÆ EX OFFICINA S. CRUCIS. ANNO 1730.

F. IOANNIS

DE ALIAGA,

TOMUS QUINTUS.

QUEST. COMMENTARII

IN 3^am. D. THOM. ANG. DOC.

ATQUE ECCLES. DOCT.

SS. D. N. IESUCHRISTO

UNICO ÆTERNI PATRIS

ET VIRGINIS MATRIS FILIO.

LICENTIÆ SUPERIORUM, ET APPROBATIONES CENSORUM.

LIcentiæ Illustrissimi D. D. D. Iosephi Granado, Episcopi Salmantini: Supremi Regij Senatus Castellæ; RR. P.N. M. Generalis Ordinis Prædicatorum, & approbationes Censorum sunt eædem omninó cum his, quæ habentur Tomo primo, & quarto ex eorundem commissione.

SU:

SUMA DEL PRIVILEGIO.

TIene Privilegio el RR.P. M. Fr. Juan de Aliaga, del Orden de Predicadores, y Cathedratico de Prima de Theologia de la Universidad de Salamanca, para que por tiempo de diez años pueda imprimir, y vender, y no otra persona alguna el quinto, sexto, y septimo Tomo sobre la Prima Secundæ del Angelico Doctor Santo Thomàs con otros Tratados Theologicos de questiones, y assumptos de ellos incorporados, so las penas, al que los imprimiere expressadas en dicho Privilegio, despachado por el Oficio de D. Miguèl Fernandez Munilla, Secretario del Rey Nuestro Señor, y del Govierno del Consejo, y refrendada de D. Francisco Castejon, Secretario de su Magestad, y del Consejo, y Camara de Castilla.

TASSA.

DOn Miguèl Fernandez Munilla, Secretario del Rey Nuestro Señor, y del Govierno del Consejo, certifico, que aviendose visto por los Señores del Real Consejo un Libro intitulado *Quæstiones Commentariæ in 1. 2. D. Thom. Aquin.* que con licencia de dichos Señores ha sido impresso, tassaron à seis mrs. cada pliego, y el dicho Libro parece tener ciento y noventa y cinco pliegos y medio, sin principios, ni tablas, que al dicho respecto montan mil y noventa y dos mrs. de vellon, y à este precio, y no mas mandaron se venda dicho Libro, y que esta certificacion se ponga al principio de cada uno, para que se sepa el precio à que se ha de vender. Y para que conste doy esta certificacion. Madrid, y Noviembre diez y ocho de mil setecientos y treinta.

D. Miguèl Fernandez Munilla.

ERRATA SIC CORRIGE.

FOl.9 col.2.lin.41.impugnationis,leg.impugnat.fol.15.col.2.lin.35.ficut,leg.fini. fol. 19.col.1. lin. 19. quama,leg.quam.fol.34.col.1.lin.41.fatetur,leg.fatetur.fol.45.col.1.lin.ult.innobedientem, leg.inobedientiæ.fol.48.col.2.lin.52.determinat,leg.determinare fol.46 col.2.liu.24.scient,leg.scienter.fol.40.col. 1.liu.35.prout iam,leg.præbiam.fol.50.col.2 lin.50.delere,leg.delere.fol.57.col.1.lin.11.tota superfluit quia iterata fol.60.col 1.lin.23.omni,leg.omnia.fol.75.col 1.lin.28.repertur,leg reperitur.fol. 80. col. 2. lin.29. semanet,leg.remanet fol.82.col.2.lin.44.libere,leg libero.fol.91.col.1.lin.53.finalis.leg.efficiens.fol.97 col 2.lin.15.determinat,leg.determinatione.fol.9P.col 1.lin.23.gloriam,leg.à gloria.fol.104.col.2.lin.9.propositio,leg.propositionem. ol.105.col.1.lin 36.ide,leg illa.fol.114.col.2.lin.12.vobis,leg.nobis. fol. 120. col. 1.lin.8.carum,leg.casum.fol.130.col.2.lin.16.iustificator,leg.iustificatos.fol.133.col.1.lin.13.necessario,leg necessario requiritur.fol.136.col.2.lin.31.perseverandem,leg perseverandum.fol.208.col. 2. lin. 15. tuetur, leg.tenetur.fol.214.col.1.lin.50.vocat,onis,leg.vocationit.fol.215.col.1.lin.6.recursu,leg.recursum fol.221 col.1.lin.41.sæviam,leg.sævitiam.fol.224.col.2.lin.20.voluntiom,leg.vel.fol.225.col.2.lin.14.sit, leg.fit.fol. 226.col.1.lin.43.ipsemet,leg.ipsimet.ibi.col.2.lin.26.adiunctam,leg adiuncta fol.227.col.2.lin.4.respuit,leg. respicit,fol.239.col.2.lin.18 potesta,leg.potest.fol.256.col.1.lin.55.sive,lege sine.fol.260.col.2.lin.4.iucisione,leg.incisione.fol.268.col.1.lin.10.couetu,leg conetur.fol.280.col.2.lin.28.munerus, leg munus.fol.288. col.1.lin.51.decentibus,leg.decedentibus.fol.335.col.1.lin.55.fier,leg.fieri.ibi.col.2.liu.21.Doitati,leg.Deitatis fol.345.col.1.lin.37.intuitivæ,leg.intellemivæ.fol.346.col.1.lin.30.infinita,leg.ingenia.fol.356.col.1. lin.1.in actio,leg.in actu.fol.358.col.2.lin.37.Noe,leg.Henoc fol.379. col. 3.lin.8.rationem, leg. rationem proximam.fol.390.col.2.lin.13 fine,leg sive.fol.395.col.2.lin.20.grata,leg.gratia.fol.410.col.2.lin.41.deordinatæ,leg.deordinationem ibi.lid 52.operatum,leg.operationum.fol.412.col.1.lin.38.expresse,leg.ex specie. fol.418.col.1.lin.32.debo,leg.debet.fol.427.col.1.lin.4.annavat,leg annuat fol.458.col.2 lin.53.apponitur, leg.opponitur.fol.549 col.1.lin.45.de nova,leg.de novo.fol.561.col.1.lin.25. instantis, leg.instantibus. fol. 591.col.1.lin.16.condotati,leg.condonanti.fol.610.col.1.lin.8.naturalis,leg.naturalibus.fol.625. col.2. lin. 47.mundo,leg.mundum.fol.631.col.1.lin.19.tenus,leg.eatenus fol.711.col.1.lin. 13. potentialitatem, leg. potestatem.fol.714.col.1.lin.26.antecedere,leg.antecedenter.fol.718.col.1.lin.30.posturum,leg.positivum. fol.719.col.1.lin.36.inciudad leg.includat.fol.721.col.1.lin.29.sortur,leg.sortitur. fol. 731. col. 1. lin. 32. 32.mesuratus,leg mensuretur.ibi.lin.37.si,leg.ei.fol.735 col.2.liu.51.redditus,leg.redditur.fol. 740. col. 2. lin.30.Verbo,leg.Verbum.fol.743.col.1.lin.3.compendio, leg. in compendi.ibi.lin. 48. atraxit, lege atraxi. ibi.lin.54.solum,leg.non solum.fol.749.col.2.lin.4.ad,leg.à.fol.753.col.2.liu.5.emin,leg.enim, fol.756.col. 1.lin 29.non sit,leg.si nou sit.ibi.col.2.lin.23.perfecte,leg.perfectio.fol.757.col.1.liu.41.rectitur, leg. reddi- tur fol.759.col.1.lin.37.transeuntaliter,leg transcendantaliter fol 760.col.2 lin.28.utanque.leg.utrunque.

Qnintum Tomum, sive præcedentis continuationem *de impedibilitate gratiæ ab intrinseco efficacis per dissensum purè negativum* iuxta doctrinam M.P.& D.Thom. vidi per RR. P. M. *Fr. Ioannem* de Aliaga in publicum editum, qui his correctis mendis suo originali correspondet. Matriti postridie Idus Octobris. Anno M.DCCXXX.

Lic. D Emmanuel Garcia & Alesson.
Cathol.Maiest.Correct.Gen.

IN-

INDEX
DVBIORVM, ET §§.

TRACTAT. I. DE IMPEDIBILITATE GRATIÆ AB INTRINSECO EFFICACIS PER DISSENSUM PURE NEGATIVUM.

DUBIUM I.

An gratia prædeterminans sit impedibilis per dissensum purè negativum, aut acquisibilis per consensum purè negativum? fol. 1.

§. 1. REfertur quædam opinio, & notantur aliqua. ibid.
§. 2. Prima impugnatio ex capite libertatis. fol. 5.
§. 3. In quo responsio, qua occurrit primo fundamento à nobis posito, reijcitur. fol. 7.
§. 4. Responsio ad secundum motivum adductum num. 14. fol. 10.
§. 4. In quo reijcitur quædam impugnatio contra à me dicta. fol. 12.
§. 6. Refertur alia probatio, & solutio ad illam reijcitur.

DUBIUM II.

An repugnet novo titulo consensum; & dissensum purè negativum esse exercitia immediatè præacta libertatis? fol. 17.

§. 1. Primus titulus repugnantiæ probatur. ibid.
§. 2. Tertia responsio reijcitur. fol. 19.
§. 3. Prosequitur idem assumptum, ex eo, quod talis consensus negativus nequit provenire à vocatione Dei, ut causa finali. fol. 20.
§. 4. Alius titulus proponitur. fol. 21.
§. 5. In quo quædam evasiones fundamento §. 1. adducto præcluduntur. fol. 24.
§. 6. In quo reijcitur tractio purè negativa à bono, & ratio posita num. 2. instauratur. fol. 27.
§. 7. In quo responsio pro causalitate finis à nobis ponderata §. 3. n. 11. reijcitur. fol. 31.

DUBIUM III.

An motivum ex capite libertatis positum dubio antecedenti §. 4. n. 14. sit efficax? fol. 34.

§. 1. Proponitur motivum. ib.
§. 2. Alia probatio ibidem posita instauratur. fol. 37.
§. 3. Aliud motivum ad idem assumptum expenditur. fol. 40.

DUBIUM IV.

An per hunc modum dicendi vitetur unum ex inconvenient. quod objicit contra Thom? fol. 45.

§. 1. Conclus. negativa statuitur. ib.
§. 2. In quo reijciunt. Resp. datæ à SS. M. tom. 2. fol. 320. à n. 34. fol. 48.
§. 3. Ostenditur SS. M. non satis consequenter loqui, aut impropriè exponere testimonia. fol. 50.

§. 4. Alia responsio impugnatur. fol. 52.

DUBIUM V.

In quo reijcitur aliud motivum ex constitutione vocationis in esse congruæ. fol. 59.

§. 1. Motivum, & ratio probativa. ib.
§. 2. In quo solutio, & constitutio vocationis congruæ reijcitur. fol. 61.
§. 3. Examinatur idem motivum alio ex capite, & impugnatur. fol. 64.
§. 4. In quo quædam solutiones reijciuntur. fol. 72.
§. 5. Reijcitur secunda responsio. fol. 75.

DUBIUM VI.

An prædeterminatio, ut consistens in operatione increata Dei, possit impediri à voluntate creata? fol. 77.

§. 1. Aliqua notantur. ibid.
§. 2. Conclusio negativa probatur. ib.
§. 3. Solutio Adversarij reijcitur. fol. 83.
§. 4. Solvuntur argumenta à ratione. fol. 87.
§. 5. Additio supra antea dicta pro inimpedibilitate divinæ operationis. fol. 99.
§. 6. Aliæ responsiones reijciuntur. fol. 104.

DUBIUM VII.

An ex Concilio Tridentino probetur consensus, & dissensus purè negativus? fol. 109.

§. 1. Respondetur negativè. ibid.
§. 2. Roboratur idem assumptum ex D. Thom. & SS. PP. fol. 112.
§. 3. Occurritur argumentis. fol. 117.
§. 4. In quo reijciuntur responsiones ad antea adducta. fol. 123.

DUBIUM VIII.

An ex alijs testimonijs Tridentini probetur consensus negativus? fol. 125.

§. 1. Prænotantur aliqua. ibid.
§. 2. In quo triplici ex capite probatur conclusio negativa. fol. 126.
§. 3. Prosequitur idem assumptum ex alio testimonio Tridentini. fol. 130.
§. 4. Solvuntur atgumenta ex utroque testimonio Tridentini. fol. 132.

DUBIUM IX.

An sit de mente Magn. Par. gratiam prædeterminantem, sive strictè adiuvantem impediri à nobis per consensum negativum? fol. 140.

§. 1. Proponuntur testimonia M. P. pro parte affirm. fol. 141.
§. 2. Primo testimonio adducto respondetur. fol. 143.
§. 3. Occurritur secundo testimonio. fol. 145.
§. 4. Occurritur 3. 4. & 5. testimonio. fol. 146.
§. 5. Aliæ ponderationes solvuntur. fol. 156.

DUBIUM X.

De libertate purè passiva voluntatis ad consensum, vel dissensum purè negativum. fol. 159.

§. 1. Probatur illius repugnantia. fol. 160.
§. 2. Proponuntur argumenta. fol. 163.
§. 3. Occurritur argumentis adductis. fol. 166.
§. 4. Alia resp. pro tali lib. reijc. fol. 173

DUBIUM MISCELLANEUM.

In quo aliqua contra doctrinam à nobis traditam solvuntur. fol. 176.

§. Prima difficultas. ibid.
§. 2. Circa prædetermin. ad facere imperatum ex velle. fol. 178.
§. 3. Circa gratiam, qua homo trahitur à Patre, intus audit, & qua docetur ab illo. fol. 185.
§. 4. Circa gratiam, qua Deus docet ho-

hominem; An sit effectiva? fol. 187.
§. 5. Quid sit audire à Patre, & à qua gratia proveniat? fol. 188.
§. 6. Circa gratiam requisitam per modum principij ad sanctam cogitationem, & affectionem. fol. 191.
§. 7. Reijcitur quidam modus dicendi, solvendo eius fundamenta. fol. 192.
§. 8. Motiva pro impugnatione talis asserti. fol. 195.
§. 9. De gratia ad perseverandum pro statu innocentiæ. fol. 197.

TRACT. II. DE CONGRUITATE VOCATIONIS.

DUBIUM I.

An vocatio Dei sit congrua ratione gratiæ prædeterminantis? fol. 201.

§. 1. Prænotantur aliqua. ibid.
§. 2. Congruitas vocationis provenit à gratia prædeterm. maximè si hæc gratia prærequiratur ad omnem actum salutarem. fol. 204.
§. Solvuntur argumenta contra conclusionem. fol. 207.
§. 4. Reliqua argumenta solvuntur. fol. 211.
§. 5. In quo dicta elucidantur in vocatione efficacissima D. Pauli. fol. 218.
§. 6. Motiva adducta in contra falsitatis convincuntur, & inefficatiæ. fol. 219.

DUBIUM II.

An iuxta M. Par. August. congruitas vocationis proveniat à sancta affectione, à qua causatur consensus negativus pro priori ad gratiam prædeterm? fol. 223.

§. 1. Notantur aliqua pro intelligentia quæsiti. ibid.
§. 2 Testimonia M.P. in favorem opinionis relatæ. fol. 225.
§. 3. Ostenditur illorum inefficatia quoad sensum specialem præfat. Magist. & eis directè respondetur. fol. 227.
§. 4. Expenduntur testimonia Div. Thom. & fundamenta à ratione. fol. 232.

DUBIUM III.

An congruitas exercita vocationis ad consensum purè negativum proveniat à subita affectione? fol. 236.

§. 1. Respondetur negativè. ibid.
§. 2. Probatur iuxta doctrinam præfati Mag. congruitatem exercitam non esse directè à Deo. fol. 239.
§. 2. In quo probatur ex congruitate vocationis, ut propugnatur à prædict. Mag. debere admitti scientiam mediam. fol. 242.
§. 4. Aliqua dicta ab eodem SS. Mag. circa congruitatem vocationis referuntur, & refelliuntur. fol. 245.
§. 5. Annotatio brevis. fol. 248.

DUBIUM IV.

In quo discutiuntur aliqua pro congruitate vocationis. fol. 249.

§. 1. Primum assertum reijcitur. ibid.
§. 2. In quo alia dicta reijciuntur. f. 250
§. 3. Aliud assertum. fol. 253.

DUBIUM V. APPENDIX.
Pro gratia discret.

An cum æquali vocatione possit unus consentire negativè, alter vero non consentire. fol. 255.

§. 1. Respondetur negativè, & probatur. ibid.
§. 2. Motiva pro discretione primario convenienti gratiæ excitanti proponuntur. fol. 258. Solvunt. fol. 260

DUBIUM VI. APPENDIX.

In quo à nobis dicta pro gratia prædeterminanti firmantur, & à novis impugnationibus liberantur. fol. 270.

§. 1. Quænam sit gratia primitus auferens duritiam cordis iuxta M.P? ib.
§. 2. Occurritur aliquibus novis instantijs. fol. 272.
§. 3. An gratia excitans sit potior gratia prædeterminanti in ratione causæ, & gratiæ. fol. 277.

INDEX DUBIORUM,

TRACT. III. DE GRATIA DEI, PER QUAM HOMINES IUSTIFICANTUR, ET A PECCATORUM MACULIS EMUNDANTUR.

DUBIUM. I.

An gratia, qua homines iustificantur, sit donum intrinsecum de linea qualitatis, & in qua specie?
fol. 218.

§. 1. Præmittuntur aliqua. ibid.
§. 2. Statuitur prima conclusio. Gratia, qua formaliter sumus grati, iusti, Deoque amicabiliter dilecti, est donum intrinsecum, nobisque inhærens. fol. 283.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 285.
§. 4. Gratiam, qua homo iustificatur, esse quid permanens, est adeò certum post Conc. Trid. ut sit veritas fidei. fol. 296.
§. 5. Tertia conclusio. Gratia, qua iustificamur, est forma intrinseca de linea accidentis; de linea qualitatis, & habitus. fol. 297.
§. 6. An sit propriè, & stricte habitus. fol. 299.

DUBIUM II.

An de potentia absoluta possit homo fieri Deo gratus, iustus, & sanctus, filius adoptivus, & hæres gloriæ, sine aliquo dono intrinseco creato?
fol. 303.

§. 1. Prænotantur aliqua. ibid.
§. 2. Prima concluſ. Denominatio iusti, & sancti petit essentialiter à forma intrinseca præstari. fol. 304.
§. 3. Argumenta contra denominationem iusti, & sancti. fol. 307.
§. 4. Secunda conclusio. Nequit homo de potentia absoluta esse filius adoptivus Dei, & hæres gloriæ, absque omni dono intrinſ. gratiæ. f. 310
§. 5. Secunda pars conclusionis, scilicet, quoad denominationem hæredis, probatur. fol. 315.
§. 6. Solvuntur argumenta. fol. 316.
§. Tertia conclus. Hominem esse Deo amicabiliter dilectum, eique gratū, est essentialit. denom. intrini. f. 317.

DUBIUM III.

An gratia habitualis sit formalis participatio naturæ divinæ tam secundum esse morale, quam physicum illius?
fol. 321.

§. 1. Aliqua prænotantur. ibid.
§. 2. Prima conclusio. Per gratiam sanctificantem homo habet consortium morale cum Deo per conformitatem voluntatis, & affectus. fol. 323.
§. 3. Secunda conclusio. Prædicatum, quod gratia habitualis participat de divina natura, non est sola sanctitas, in radice, aut exigentia omnis rectitudinis moralis, cōsistens. f. 324
§. 4. In quo probatur gratiam participare formal. naturā divinam quoad gradū intellectualitatis ipsam constituentem, ubi prob. vitalitas gratiæ. fol. 327. & fol. 346.
§. 5. In quo alia ratio proponitur, & ex testim. SS. PP. roboratur. fol. 333.
§. 6. Solvuntur argumenta. fol. 336.
§. 7. An gratia sit radix physica visionis? fol. 342.
§. 8. Aliqua notantur pro clariori intelligentia. fol. 344.

DUBIUM IV.

An gratia habitualis sine ullo favore extrinseco superaddito possit constituere hominem filium adoptivum Dei, si ei innocenti infundatur?
fol. 348.

§. 1. Præmittuntur aliqua. ibid.
§. 2. Affirmativa conclusio. Gratia habitualis secundum sibi intrinseca, & nullo extrinseco favore expectato constitueret illum hominem filium adoptivum Dei. fol. 350.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 354.

DUBIUM V.

An, ut gratia de facto constituat hominem iustum, & sanctum positivè requiratur aliquis favor extrinsecus ex parte Dei? fol. 360.

§. 1. Concl. est negativa, & prob. ib.
§. 2. Alia ratio desumpta ex Trid. f. 366
§. 3 Entitas gratiæ, & favor non sunt causæ partiales sanctitatis. fol. 369.

§. 4.

§.4.Solvuntur argumenta. fol.371.
§.5.Alia solutio, & probatur gratiam necessario reddere hominem Deo amicum. fol. 376.

DUBIUM VI.

An gratia habitualis solum gaudeat oppositione morali cum peccato habituali? fol. 379.

§.1.Prælibantur aliqua, & referuntur sententiæ. ibid.
§.2.Prima conclus.Remissio,sive destructio peccati habitualis, provenit à gratia, ut à causa, & causa formali.fol.385.
§.3.Probatur illam esse à gratia, ut causa formali.fol.385.
§.4.Solvuntur aliquæ instantiæ. ibid.
§.5.Secunda conclusio.Si gratia habitualis solum ex pacto,& ordin.divina expellit peccatum,non provenit abilla,ut à causa,nec ut à causa formali, destructio peccati.fol.388.
§. 6. Præcipua conclusio. Oppositio gratiæ cum peccato habituali non est solum moralis.fol.390.
§.7.Solvuntur argumenta.fol.392.

DUBIUM VII.

An oppositio gratiæ cum peccato habituali sit strictè talis ex natura rei, adeò ut naturaliter nequeant simul coexistere? fol.399.

§.1.Conclusio est affirmativa,& probatur. ibid.
§.2.Solvuntur argumenta.fol.401.

DUBIUM VIII.

Utrum oppositio gratiæ cum peccato sit essentialis? fol.407.

§.1. Referuntur sententiæ, & affirmativa propugnatur. ibid.
§. 2. In quo alia solutio communis reijcitur.fol.411.
§,3.Alia solutio reijcitur.fol.413.
§.4.Solvuntur argumenta.fol.415.

SUBDUBIUM UNICUM.

An ex oppositione physica inter gratiam, & peccatum habit. recte probetur oppositio essentialis inter illa? fol. 419.

§.1.Conclusio est affirmativa, & probatur.ibid.
§.2.Ratio fundamentalis.ibid.
§. 3. In quo alia responsio reijcitur. fol. 422.
§.4.Solvuntur argumenta.fol.424.

DUBIUM IX.

An gratia habitualis sit de facto, aut physicè ex natura rei coniungibilis cum peccato actuali mortali? fol.429.

§.1.Sensus dubij,& sententiæ.ibid.
§.2.1.Concluſ.negativa.Peccatum actuale mortale de facto nunquam coniungitur cum gratia.fol.430.
§.3.Solvuntur argumenta.fol.634.
§.4.2.Conclusio.Prędita oppositio est verè physica?, sive strictè ex natura rei, saltim indirectè. fol.439.
§.4. Solvuntur argumenta probantia peccatum actuale solum opponi cum gratia moraliter. fol. 445.

DUBIUM X. APPENDIX.

An titulo speciali prædicta oppositio sit essentialis, formalis,& directa? fol. 450.

§. 1. 1. Conclusio. Si oppositio gratię cum peccato penseruր penes effectus formales utriusque, nulla est disparitas inter peccatum actuale, & habituale. ibid.
§.2.Solvuntur argumenta contra rationem conclusionis.fol. 458.
§. 3. 2. Conclusio. Peccatum actuale opponitur directè, & immediatè cum gratia habituali.fol.458.
§.4.Occurritur rationi dubitandi, & alijs instantijs.fol.460.
§.5.Alia argumenta solvuntur contra oppositionem essentialem.

DUBIUM XI.

An ratio sanctisatis formalis conveniat, aut convenire possit actui charitatis, & contritionis? fol.413.

§.1.Prænotantur aliqua. ibid.
§.2. 1. Conclusio. Si de ratione sancti-

titatis formalis puræ creaturæ, est reddere illam spiritualiter genitam à Deo, & cum iure adoptionis: actus charitatis non est sanctitas formalis. fol. 474.
§.3. solvuntur aliqua argumenta, f. 475
§.4. 2. Conclusio. De ratione quidditativa sanctitatis est rectitudo permanens, ideòque actus charitatis nequit obtinere rationem sanctitatis. fol. 479.
§.5. Solvuntur argumenta. fol. 481.
§.6. 3. Conclusio. Actus charitatis ratione sui non reddit hominem dignum gloria; ideòque non est vera sanctitas. fol. 485.
§.7. Solvuntur argumenta. fol. 487.

DUBIUM XII.

In quo examinantur alia capita, propter quæ actus charitatis non est sanctitas? fol. 488.

§.1. Actui charitatis deficit esse rectitudinem universalem animę; & ideò non est sanctitas. ibid.
§.2. Soluuntur aliquæ instantiæ. f. 491.
§.3. Actus charitatis non est sanctitas; quia non reddit hominem dilectum amicabiliter à Deo. fol 494.
§.4. Solvuntur argumenta. fol. 496.
§.5. Probatur idem, quia per actum charitatis non datur nobis Spiritus Sanctus. fol. 498.
§.6. Actus charitatis non est sanctitas formalis, quia non est interior renovatio animæ; puritas illius propriè talis, & pulchritudo. fol. 502.

DUBIUM XIII.

In quo probatur idem assumptum ex Trident, & etiam probatur de potentia absoluta Dei. fol. 506.

§. Motivum pro prima parte, & variæ responsiones rejiciuntur. ibid.
§.2. Probatur secunda pars conclusionis. fol. 508.
§.4. Solvuntur testim. D. Th. fol. 511.
§.4. Alia argumenta ab authoritate. fol. 517.
§.5. Solvuntur argumenta à ratione. fol. 518.

DUBIUM XIV.

An visio beata obtineat veram rationem sanctitatis? fol. 523.

§.1.1. Conclusio. Inconsequenter conceditur visionem Dei creatam, esse sanctitatem formalem, sive eminenter talem; & id negatur visioni increatæ Dei. ibid.
§.2. 2. Conclusio. Semel quod visio sit sanctitas formalis, omnis visio, sive transeunter, sive permanenter communicetur, debet esse sanctitas. fol. 525.
§.3.3. Conclusio. Asserere visionem beatam esse sanctitatem eminenter, non tamen formaliter, est repugnans. fol. 526.
§.4. 4. Conclusio. Asserere visionem beatam esse sanctitatem, quia eminenter continet omnem perfectionem gratiæ habitualis, esseque simpliciter illa perfectiorem; falso nititur fundamento. fol. 528.
§.5 In quo prob. 2. pars concl. f. 530.
§.6. Solvuntur argumenta probantia excessum perfectionis in visione supra gratiam. fol. 532.
§.7. Concluſ. resolutiva quæsiti. Visio beata ratione sui non est propriè sanctitas formalis creaturæ intellectualis. fol. 536.
§.8. Solvuntur argumenta. fol. 539.

DUBIUM XV.

An peccatum possit remitti per condonationem Dei purè extrinsecam? f. 546.

§.1. Notantur aliqua. ibid.
§. 2. Probatur sententia negativa de mente S. D. ibid.
§.3.1. Concluſ. Si peccatum habituale constituitur adæquatè, aut inadæquatè per privationem voluntariam gratiæ habitualis, nequit remitti sola extrinſ. condon. fol. 549.
§.4.2. Concluſ. Ratio aversionis à Deo ut fine ultimo, nequit destrui sine dono intrinseco gratiæ. fol. 552.
§.5.3. Concl. Prob. idem de aversione, quam dicit peccatum actuale, à regula rectæ ration. & legis div. f. 555
§.7.4. Conc. Idē dicendum de peccato quantum ad condignitatem pœnæ æternæ. f. 557. §.7.

§.3.Occurritur fundament. cuiusdam M.cõtra rationem adductam.f.595.
§. 8. Solvuntur alia argumenta.f.565.

DUBIUM XVI.

An repugnet condonatio peccati purè extrinseca titulo offensæ? f.573.

§.1.Resp.affirm.iuxta mentem.S.D.ib
§.2.Nulla offensa secutaex pecc.potest deficere sine dono intrinf.fol.575.
§.3.Solvitur argumentum de remissione offensæ in humanis.fol.578.

DUBIUM XVII.

An argumenta Thom.contra condon. purè extrinsecam sint efficacia? f.584.

§.1.Explicatur titulus dubij, & aliqua motiva in eo insinuantur. ibid.
§.2.Prima conclusio.fol.585.
§.3.Secunda conclusio fol.588.
§.4.Tertia conclusio.fol.590.
§.5.Quarta conclusio cum quadam illatione.fol.592.
§.6.In quo probatur peccatum læthale non posse remitti in instanti in quo committitur, aut antequam committatur.fol.593.

DUBIUM XVIII.

An per actum charitatis elicitum sine gratia habituali remitteretur peccatum habituale? fol.597.

§.1. Statuitur unica conclusio. Conformior videtur doctrin.D.Th.pars negativa;etiamsi peccatum habituale in privat. gratiæ consistat.f. 598.
§.2.Triplex ratio Thom fol.601.
§.3.Rationes adductæ non sunt efficaces;&suadetur concl.alia rat.f.602.
§.4.Solvuntur argumenta.fol.604.
§.5.Præcipuum argumentum.fol.613.

DUBIUM. I. APPENDIX PRO condonatione extrinseca venialium.

Quænam sit forma remissiva peccati venialis? fol.620.

§.1.Ratio dubitandi proponitur.ibid.
§.2.1.Conclus.Ad remissionem venialium quocumque modo ex dictis fiat, requiritur donum intrinsecum ex natura rei cum inconiungibilitate. fol. 621.
§.3.2. Conclus. Peccatum veniale extra Sacramentum, & Sacramentalia,nequit remitti, nisi per actum contritionis formalis,vel saltim virtualis in vi actus charitatis. fol.622.
§.4.Solvuntur argumenta.fol.623.
§.5.Actus contritionis de peccato veniali potest esse condignè satisfactorius pro illo. fol.624.
§. 6. Contritio est, nedum dispositio, sed forma remissiva venialis. f.626.
§.7.Non sufficit sola attritio super. ib.
§.8.Qualiter remittantur venialia per Sacramentalia. fol. 629.
§.9.Occurritur argumento initio dubij proposito circa remissionem intra Sacramentum, fol. 630.

DUBIUM II. APPENDIX.

Quænam esset forma remittens peccatum commissum in pura natura? f.633.

§.1.1.Solutio,& motiva illius.ibid.
§.Statuitur privatio gratiæ inducta ex tali peccato, & motivis adductis respondetur. fol.635.
§.3.Replica argumenta RR. solvuntur. fol.640.
§.4.2.Conclus.Tale peccatum non potest remitti sine dono gratię intrinsecè supernaturalis.fol.643.

DUBIUM XIX.

An, & qualiter actus charitatis, & contritionis disponant ad gratiam, & remissionem peccati? fol.646.

§.1.Supponuntur aliqua. ibid.
§.2.1. Conclusio statuitur.Non solum ex lege, & ordinatione divina, sed etiam ex natura ipsius sanctitatis positivæ, requiritur motus liberi arbitrij ad gratiam. fol.651.
§.3.Solvuntur argumenta.fol.654.
§.4.2.Concl. Gratia habitualis ex natura rei stricte loquendo exigit ad sui infusionem actum charitatis, ut dispositionē ultim.&perfect.f. 656.
§.5.3.Conc.Actus charitatis non tantum

tum est dispositio moralis ad gratiam, sed etiam physica, & ex natura rei cum illa. fol. 658.
§.6.Solvuntur argumenta. fol. 661.

DUBIUM XX.

An, & qualiter contritio disponat ad remissionem peccati? fol.668.

§ 1.Supponuntur aliqua.ibid.
§.2.1.Concluſ. & instantijs contra illam occurritur.fol.670.
§.3.2.Concluſ.Possibilis est de potentia absoluta peccatum remitti homini habenti usum rationis extra Sacramentum absque actu charitatis,& pœnitentiæ.fol.671.
§.4.Solvuntur argumenta. fol.672.

DUBIUM XXI.

An actus charitatis, & contritionis ultimo disponentes ad gratiam habitualem procedant effectivè ab illa? fol. 678.

§.1.Supponuntur aliqua,& referuntur sententiæ. ibid.
§.2.1.Concl.Conformiot est menti D. Th.sententia affirmativa.fol.680.
§. 3. Solvuntur aliqua testimonia D. Thom.fol.683.
§.4. Probatur conc.ratione.fol.685.
§.5.Solvuntur argumenta.fol. 689.
§.6.Alijs argum.fit satis.fol.695.

DUBIUM UNICUM.

Sub qua formalitate gratia habitualis sit prior,& posterior actu charitatis? fol. 702.

§.1. Ratio dubitandi,& prima solutione reiecta statuitur concluſio. ibid.
§.2.Gratia habitualis habet tationem sanctitatis pro priori ad actum charitatis,ut disponentem ad illius receptionem.fol.703.
§.3.Solvuntur argumenta. fol.705.
§.4.Instantię contra distinctionem inter gratiam,ut se tenet ex parte Dei infundentis, & ut receptam in anima solvuntur.fol.707.

DUBIUM ULTIMUM.

*In quo variæ difficultates deciduntur pro complemento tractatus.*f.715.

§.1.1.Diffic. An infusio gratiæ, & remiſ. culpæ sint duæ mutationes? ib.
§.2.Concluſio est affirmativa.fol.717.
§.3.2. Diffic. Qualiter remiſsio culpæ se habeat in iustificat.impij?f.720.
§.4.3.Diffic. An iustificatio impij, & innocentis differant inter se specificè?fol.723.

TRACT.PRO CORONIDE PRÆSENTIS OPERIS.

DUBIUM I.

An ratio sanctitatis formalis conveniat gratiæ unionis? fol.729.

§. 1. Aliqua prælibantur, & statuitur sanctitas per gratiam unionis. ibid.
§.2.Solvuntur argnmenta.fol. 332.
§.3. Probatur specialiter eadem concluſio. fol.736.

DUBIUM II.

An Personalitas Verbi ratione sui sanctificet humanitatem,si dicat perfectionem? fol.744.

§.1.Concluſio est affirmativa. Si personalitas Verbi dicit ratione sui perfectionem relativam, sanctificat positivè humanitatem. ibid.
§.2.Fundamentum sententiæ contrariæ. fol. 747.

DUBIUM III.

An personalitas Verbi ratione sui,sive sit specialis perfectio ad intra perficiens, sive non, sanctificet humanitatem? f.756.

§.1.Concl.affirmativa probatur.ib.
§ 2.Prosequitur idem assumptum quo ad perfectionem humanitatis.f.759
§.3.Solvuntur argumenta.fol. 762.
§.4.Alia argum.solvuntur.fol. 766.
§.5.Alteri fundamento Ill.Godoy occurritur.fol.769:
§.6.Alia concluſ.Divinitas est forma sanctificans formaliter,& cum proprietate humanitatem Christi Domini.fol.775.
§.7,Occurritur specialiter fundamento Mag.Lorca.fol.

TRAC.

TRACTATUS PRIMUS,

SIVE POTIUS CONTINUATIO PRÆCEDENTIS IN Tomo quarto prope finem, de inimpedibilitate gratiæ ab intrinseco efficacis per dissensum purè negativum, iuxta Doctrinam M. P. & D. Thom. Doctoris Angelici dictatus.

DUBIUM I.

AN GRATIA PRÆDETERMIN. sit impedibilis per dissensum pure negativum, aut acquisibilis per consensum purè negativum?

§. I.

REFERTUR QUÆDAM OPINIO, ET NOTANTUR ALIQUA.

N. 1. Quidam modus refertur,

DOctus, atque ingeniosus quidam Recentior in hac Universitate Magisterij Laurea, & Cathedræ S. Thomæ regimine ex meritis condecoratus, volens conciliare libertatem creatam cum necessitate gratiæ ab intrinseco efficacis ad actus salutares: pluribus authoritatibus M. P. Augustini, & Ang. Doctoris conatur probare existentiam talis gratiæ ad 1. velle liberum dependere à nostra voluntate, proindèque esse ab ea acquisibilem saltim indirectè, casu, quo voluntas non dissentiat vocationi morali; similitèrque esse impedibilem ab ipsa voluntate pro casu, in quo prædictæ vocationi dissentiat. Per hanc doctrinam facilem viam parat, ut argumentum, quo præcipuè impugnatur ab AA. Societatis gratia physicè prædeterminans dissolvatur. Illud enim duplici principio nititur. Primum tale est: *Quæcumque suppositio antecedens actum existens independenter à nostra libertate, si est infallibilitèr connexa cum actu, & à nobis inim-*

SS. Mag. Manso.

pedibilis, destruit eius libertatem. Secundum est tale: *Defectus cuiuscumque requisiti ad operandum, ultra potestatem ad agere, si non sit in nostra potestate ullatenus illud acquirere, destruit eius libertatem.* Facilem, inquam, viam ad solutionem præd. arg. parat. Ad 1. enim principium supra positum respondet: nihil concludere contra suam opinionem; cum gratia qua Deus in tempore physice prædeterminat voluntatem ad velle liberum (quæ prædeterminatio iuxta ipsum in actione Dei immanenti physicè operanti nostrum velle consistit) sit suppositio consequens nostrum consensum: proindèque impedibilis à voluntate nostra. Similiterque asserit voluntatem nostram, estò directè non possit acquirere gratiam physicè prædeterminantem, posse tamen illam indirectè acquirere, si videlicet non resistat, aut non dissentiat vocationi morali existenti pro priori.

2 Explicat.

Quòd, ut clarius explicet, & solidè fundet, supponit voluntatem nostram à Deo moveri motione morali per sanctam inspirationem, & illustrationem, per quam Deus illam excitat, & suadet consensum salutarem. Deindè supponit huiusmodi motionem moralem præcedere gratiam physicè effectivam volitionis liberæ salutaris; quæ iuxta ipsum est operatio immanens Dei, per quam Deus præviè operatur in nobis omnem operationem salutarem. Ratio huius est. Nam talis gratia se tenet ex parte actus 2. & supponit completum actum 1. voluntatis: cumque propositio obiecti supernaturalis proponens illud cũ indifferentia compleat actum 1. voluntatis ad liberè operandum; motio moralis præcedit motionem physicam. His suppositis asserit, quod pro signo priori, in quo voluntas movetur moraliter vocatione sancta coalescenti ex illustratione supernaturali ex parte intellectus, & subita affectione ex parte voluntatis, exercet suam libertatem consentiendo, aut dissentiendo vocationi prædictæ: si consentit; movetur physicè ab actione immanenti Dei: si dissentit, impedit se, nè actio Dei immanens effect. producat vel e liberum. Quare gratia Dei physicè effectiva, & prædeterminans nostrum velle liberum est impedibilis à voluntate creata quoad sui existentiam, & similiter ab illa acquisibilis saltim indirectè, removendo, scilicèt, prohibens.

3 Adverten tia pro suæ opinionis explicat.

Advertit tamen consensum præstitum vocationi, à quo dependet existentia gratiæ physicè effectivę, & dissensum præstitum eidem, per quem voluntas impedit existentiam eiusdem gratiæ, non esse consensum, aut dissensum positivum, sed purè negativum, quod sic explicat. Nam prędict. consensus consistit in eo, quod voluntas sinat, & permittat se trahi ab obiecto supernaturaliter cognito; quapropter non est actus positivus, sed ad summũ interpretativus; * quatenus voluntas perinde se habet ac si positivè nollet, aut positivè vellet deserere obiectum propositum. Plura adducit in huius doctrinæ probationem, de quibus infra: sufficiat pronunc unum tantum motivum proponere. Si enim consensus, aut dissensus esset actus positivus; cum iuxta præd. Mag. omnis actus positivus bonus sit effectus actionis immanentis Dei, & actus pravus quoad entitatem physicam sit etiam effectus illius; voluntas per talem consensum nullatenus posset acquirere gratiam Dei adiuvantem physicè effectivam; cum illam supponeret pro priori. Nec pariter posset voluntas per dissensum prædictum gratiam impedire: cum hæc supponeretur impedita pro priori; tum per actionem Dei causantem entitatem actus pravi; tum per decretum concurrendi ad illam positivè, & ad malitiam purè permissivè. Unde ad stabiliendam impedibilitatem gratiæ adiuvantis (sub cuius nomine intelligitur gratia ab intrinseco efficax) necesse est, ut consensus, & dissensus præstitus vocationi Dei, sint quid purè negativum.

* Sic fol. 239. n. 49. & fol. 442. col. 2 & folio 443. col. 1.

4 Cuidam quæsit. Resp.

Si autem quæras: An voluntas sit propriè libera in consensu, aut dissensu purè negativo? Resp. affirmativè: additque præcipuam partem nostræ libertatis consistere in eo,

eo, quod voluntas consentiat negativè, aut dissentiat negativè vocationi sanctæ Dei. Si ulteriùs quæras: An talis consensus negativus sit effectus solius voluntatis, vel etiam vocationis moventis moraliter voluntatem? Resp. esse effectum vocationis in genere causæ finalis. Unde quamvis sit etiam effectus voluntatis, principaliter tamen provenit à gratia moraliter illam moventi. Quia tamen causa finalis est prior in causando causalitate causæ efficientis, necesse est voluntatem motam à Deo moraliter, & obiectivè per sanctam vocationem, consentire, aut dissentire in signo priori ad gratiam physicè effectivam, per quam Deus titulo 1. agentis effectivè operatur, & præoperatur omnes actus creatos quoad sui entitatem physicam, & eorum rectitudinem moralem, in his, qui sunt boni moraliter.

Alteri quæsito Resp.

5 Ex his, & alijs infra referendis, infert iustè increpari hominem transgredientem præcepta, quamvis careat gratia efficaci necessariò requisita ad eorum adimpletionem; quia videlicet voluntariè se impedivit ad talis gratiæ receptionem dissentiendo pro priori vocationi, cui si, ut potuit, consensisset, Deus dedisset gratiam prædeterminantem, ut actu adimpleret præceptum. Quod ægrè percipitur, si homo inculpabiliter, & ante omne usum suæ libertatis careat gratia efficaci, ut volunt aliqui Thomistæ. Pro hac sententia refert Bellarminum lib. 3. de gratia, & liber. arbitr. cap. 9. & B. Ægidium in 2. dist. 25. quæst. 1. art. 6. dub. laterali. Ita in suo 1. erudito tomo quæst. 8. §. 2. ubi pluriès eandem doctrinam tenet; quamvis non ex professò afferat fundamenta pro illius probatione, uti facit loco citato, in quo, & ingenij subtilitatem, & eruditionem ostendit.

Illatio.

AA. in sui favorem.

6 Hunc modum dicendi anno 1720. pro mea tenuitate varijs motivis tum ratione, tum authoritate, quæ infra adducam, è suggestu impugnavi. Cum vero prædictæ impugnationes ad manus A. perveniissent; eis respondere dignatus est; addendo insuper nova fundamenta pro illarum inefficacia persuadenda. Sic tomo 2. dub. Append. ferè per totum latissimo, atque nimis diffuso calamo; sed eandem ingenij subtilitatem, ac eruditionem redolente. Studio veritatis inveniendæ in re adeò gravi, atque difficili, non semel, & transcursim, sed pluriès prædictum opus magna cum attentione perlegi; quærens, non quidem impedibilitatem gratiæ ab intrinseco efficacis etiam ad primum actum liberum: de hoc enim plura ex SS. PP. Angel. Magist. deprompta apud nostros Thomist. passim inveniuntur. Non item; impedibilitatem eiusdem per omissionem alicuius pij usus, vel alterius actus honesti, ad quem à Deo homo vocatus erat cum vera libertate constitutus: uti tenent alij Thomistæ; sed impedibilitatem per dissensum purè negativum præstitum vocationi pro signo, pro quo voluntas nequit ponere dissensum positivum; nec pariter potest ponere consensum positivum. Eadem prorsus difficultas militat pro adstruenda acquisibilitate eiusdem gratiæ per consensum negativum liberum positum suo modo à voluntate sine potestate ad consentiendum positivè Deo vocanti pro tali signo. Fateor hæc nomina, & res per illa significatas, inveniri in Sacra Scriptura, in Concilijs, in SS. PP. in Angelic. Præcept. & etiam in Magn. Par. Sæpissimè etiam in Divo Bernard. in illo Aureo, & Sacræ Theologiæ Divino Compendio, libro de gratia, & libero arbitrio ab omnibus Theologis avidissimè, atque frequentèr legendo; attamen consensum purè negativum vocationi morali liberè præstitum à voluntate non potente se exercere pro tali signo per consensum salutarem positivum; & rursus per eundem consensum verificari voluntatem benè uti gratia sufficienti, ut propter illum pro signo, aut instanti seq. accipiat à Deo gratiam efficacem, per quam positivè, & salutariter in vero sensu intrinseco consentiat; & alia huiusmodi: hoc, inquam, non inveni; nec ex eorum doctrina non nisi per lon-

De hoc tom. 4. Tract. de Grat. impedibil.

Quid à me gestũ sit, & à præd. M.

longissimos viæ circuitus potest efficaciter suaderi.

7 Hac de causa sequenti anno argumentis contra me positis respondere curavi; & motiva in primo scripto à me adducta amplius (ni fallor) solidare: non prætermittendo alia (etsi minoris momenti) adversus me opposita, propter quæ de non recta intelligentia suæ opinionis, aut inconsequentiæ doctrina in meis dictis, aut de aliqua locutione exprimente singularitatem, vel novitatem in sic opinando me corrigit. Dum talia Discipulis dictarem, nec venit in mentem illa esse communi luci exponenda; nec etiam: quod si forte ad manus aliorum pervenirent; adeò efficacia apparerent, ut modum dicendi tanti Doctoris parum sibi gratum existimarent: *Non equidem invideo: unusquisque in suo sensu abundet.* Motivum igitur, quod animum, & manum impulit, ut argumentis contra me adductis responderem (sicuri, ut in alijs quæstionibus iam prælo mandatis, & Deo volente in posterum mandandis) unicè extitit in dissonantia, quam in pluribus assertis eiusdem SS. Mag. cum doctrina Ang. Præcept. & ex hoc cum doctrina Mag. Par. ad cuius intelligentiam, & defensionem pro viribus ex meo munere, & professione teneor (etsi impar oneri caput) cum frequenti lectione, & meditatione apprehendi. Sic enim agendo Discipulorum profectui, præsertim domesticorum, satius consulere existimavi. Si nimirum in doctrina, qua sunt nati, nutriti, & adulti, stabiles, & in eodem sensu perseverent. Hinc contingeret, ut si à me scripta, & rescripta non fuissent post aliquot annos Typis mandata, uti mihi fuit in animo, solumque ex aliquo casu præter spem, communi luci sunt tradita; prædictus Magister brevi tractu temporis propter motiva, quæ ingeniosè 1. & 2. tomo in favorem suæ opinionis adducit; non solum victor, sed etiam sine aliqua offensione, quantum est ex parte mea, evaderet. Quæ enim Typis mandantur, permanent; etsi placent, manent alta mente reposita: quæ autem è Cathedra tantum Discipulis, & tantum in scriptis dictantur, elapsis aliquot annis, aut è memoria penitùs exciduntur, aut saltim raro, diminuta, & cum multis mendis inveniuntur. Pro quo possem fidem præbere circa à me scripta. Cum enim aliquos tractatus avide quærerem, invenire nequivi: unde contingit novus, & satis molestus labor pro identitate doctrinæ, & methodi in dicendo restauranda.

8 Consequenter ad hæc non laudo prędictum Magist. certò scientem opera mea præsens punctum concernentia esse iam præparata, & in procinctu ad impressionem; novissimè tomo 4. per aliqua dubia iterato illa impugnare. Unde contingit, ut priusquam illa sub prælo gemerent, & ex fumo in lucem (ut aiunt) prodirent; educerentur in prælium, & antequam lucem aspicerent, obscurarentur pulvere, & priusquam ad aliorum manus pervenirent, super illa manum suam apponeret. O quoties evenit plura, quæ A. illa scribenti placent; si aliorum censuræ sint exponenda, minimè placere! Non est eiusdem facilitatis Discipulos erudire, ac toti orbi litterario quoad censuram, & approbationem sine ulla gravi nota impressa exponere. Qua de causa experientia testante; aliqua omittuntur; alia mutantur; alia denuò superadduntur; & ordo disponendi artificiosam structuram dubiorum ferè penitùs innovatur. Ex his facilè quisque deprehendet, quàm difficile sit congruam methodum assumere: ut gravi, & scholastico stylo omnibus recensitis satisfacere conemur. Primo motiva impugnantia prædictum modum dicendi proponam: secundo responsiones, & argum. tomo 2. & 4. contra me adducta dissolvere conabor. Nihil, quod ad rem attinet, omittam; secùs tamen aliqua levia. Aliter enim fieret intolerabilis controversia, & cum magna temporis iactura; dum alia nos vocant.

§. II.

Prima impugnatio ex capite libertatis.

9 Unum ex princ. Ss. M.

UT maiori claritate procedamus, necesse est accuratè pertractare,& examinare varia principia, quibus præfata opinio innititur. Unum ex illis consistit in adstruendo veram libertatem in voluntate prævenia à Deo gratia vocationis tantum moraliter allicientis,cuius extrema sint consentire, & dissentire purè negativè. Hæc enim sunt exercitia , per quæ primo voluntas exercetur , ut libera , & in quibus *præcipuè libertas intra ordinem gratiæ resplendet* ; velle autem, vel nolle,amor, vel odium, conversio ad Deum , vel aversio ab illo (idemque de alijs actibus internis supernaturalibus , & eis oppositis) sunt exercitia ad prima subsequuta. Si namque voluntas consentiat negativè vocationi ad pœnitentiam , Deus donavit gratiam efficacem , ut postmodum pœniteat; si autem negativè dissentiat, negavit ipsi prædictam gratiam , & prædeterminavit ad materiale peccati impœnitentiæ, aut alterius, vi cuius retrahitur à peccando.

10 Proponitur 1.mo tivum.

In huius principij doctrina iam apparet motivum satis efficax, ut opinio ei innitens non sit admittenda pro solutione difficultatis satis arduæ , qualis est compositio imputabilitatis in omissione actus præcepti cum necessitate gratiæ prædeterminantis ad illum. Apparet , inquam : scimus enim satis probabiliter defendi ab AA. tam Thomistis, quam Scotistis , & Iesuitis , non repugnare omissionem puram voluntariam ; cæterum fere omnes cum Angel. Mag. 1.2. quæst. 6. art. 6. & quæst.71.art.5.*[supponunt de facto nunquam voluntatem omittere actum præceptum , vel non præceptum , nisi ex aliquo actu causanti, vel occasionanti talem omissionem: quapropter asserunt frequentissimè puram omissionem liberam esse impossibilem saltim moraliter , ut hac impossibilitate statuta , varia testimonia D. Thom. utrique parti faventia sine contradictione aliqua rectè exponantur , relinquendo locum possibilitati , aut physicæ , aut metaphysicæ. Opinio autem recitata hanc doctrinam nequit admittere : cum asserat voluntatem quoties à Deo vocatur ad actus liberos per prius exercere suam libertatem , vel purè omittendo resistentiam per consensum negativum ; vel purè omittendo consensum per dissensum negativum vocationis moralis. Undè iam communis sensus Theologorum circa repugnantiam moralem puræ omissionis voluntariæ , & necessitatem alicuius actus causantis, vel occasionantis illam , de facto in hoc modo dicendi admitti nequit. Vide dicta tom. 4. dub. 2. num. 22. tract. de Impedib.grat.*

* Sic expresse ibi.

* Alias non erant impressa.

Quod si forte dicatur consensum , aut dissensum negativum solum adstrui talem per exclusionem actus positivi circa obiectum propositum per sanctam cogitationem, non vero per exclusionem alicuius actus præcedentis occasionantis resistentiam , aut non resistentiam purè negativam in sui constitutione. Si hoc, inquam , dicatur , ut satis efficaciter colligitur ex doctrina tradita à prædicto Mag. quæst.1. §. 2. à n. 18. & quæst.5. §.2. à num.23. & 57. ubi explicans iuxta mentem M. Par. ob quam culpam, & in cuius pœnam Deus denegaverit Adamo gratiam efficacem , qua vellet perseverare in bono,ait : *Fuisse quamdam elationem, qua de se falso præsumpsit , & quæ comprimenda erat per humiliationem peccati.* Similia tradit,& docet pro Angelis desertoribus , in quibus præcesserit amor propriæ excellentiæ, per quem averterunt oculos à Dei illuminatione.

11 Quædam Resp. possibilis proponitur.

12 Reijcit.r.

Si hoc, inquam dicatur;magna ex parte deficit unum ex præcipuis fundamentis , quibus conatur stabilire suam opinionē.Omisso enim pronunc,an talis amor propriæ excellentiæ in Angelis , qui eorum superbiam præcesserit , fuerit in se culpabilis , vel non ? (idem de tumore, qui præcesserit in Adamo) sic probatur assumptum. Nam ad omnem actum

tum poſitivum requiritur iuxta prædict. Mag. operatio immanens Dei præviè influens in illum, ac prædeterminans. Deindè videtur certum illum amorem in Angelis fuiſſe actum poſitivum liberum, proindequè fuiſſe à Deo quoad ſui entitatem prædeterminatum. Ulterius videtur certum huiuſmodi actum, eſto pro aliquo priori naturæ præceſſerit peccatum formaliter tale commiſſum ab Angelis, extitiſſe, ſimul in eodem inſtanti cum illo, ſicuti, & ſanctam vocationem, cui negativè diſſenſerunt. His ſuppoſitis, quæritur 1. Tales actus liberi in Angelis, & Adamo, fuerunt boni in ſe ipſis, vel mali moraliter? Si 1. (præterquamquod iuxta A. oppoſitum aſſerit M. P.) videtur concedendum Adamum in eodem inſtanti operatum fuiſſe benè, & male moraliter: & inſuper per talem actum nec adhuc inchoativè deſeruiſſe Deum, quod negat præd. Mag. Si ſecundum: ergò Deus ex ſe ipſo, & ante diſſenſum vocat. moral. determinavit voluntatem ad entitatem peccati, proindequè ex ſe ipſo denegavit gratiam efficacem ad actum adimpletivum præcepti; cuius oppoſitum expreſſe tuetur Author huius opinionis.

13 Secundo. Quæritur 2. An prædicti actus hic, & nunc fuerint inconiungibiles cum conſenſu negativo vocationi morali, vel non? Si primum: ergò Deus à ſe ipſo, nihilo præcedenti ex parte voluntatis creatæ, prædeterminavit illam ad actum hic, & nunc connexum cum diſſenſu, & per conſequens cum negatione gratiæ efficacis ad actum adimpletivum præcepti. Sed hoc eſt Deum à ſe ipſo ſaltim mediatè deſerere creaturæ priuſquam ab illa deſeratur: ergò in hoc modo dicendi ſequitur idem inconveniens, quod nobis opponit opinio contraria, ſcilicèt, Deum prius deſerere, quam deſeratur. Si ſecundum: ergò prædictus actus hic, & nunc non fuerunt cauſantes omiſsionem peccaminoſam. Prob. conſeq. Nam actus omiſsionem peccaminoſam cauſans, dicitur talis, quia hic, & nunc impedit actum præceptum, ut conſtat in volitione ludi, quando inſtat præceptum audiendi ſacrum, quamvis reipſa non ſequatur omiſsio ſacri ex aliquo accidenti improviſſo. Qua ratione prædictus actus volitionis eſt intrinſecè malus per tendentiam intrinſecam ad ludum, ut hic, & nunc impedientè adimpletionem præcepti: ergò aut dicendum prædictos actus in Adamo, & Angelis non cauſaſſe hic, & nunc omiſsionem præcepti, aut dicendum eos fuiſſe intrinſecè malos moraliter, malitia quidem non eſſentiali, ſed accidentali.

14 2. Motivū Secundo, & princip. probat. aſſumpt. Implicat vera libertas in voluntate, quæ non ſit libertas contradictionis, aut contrarietatis, ſive ut Alij loquuntur libertas quoad exercitium, vel quoad ſpecificationem. Sed libertas, qua iuxta hunc modum dicendi gaudet voluntas excitata à Deo ad conſenſum, vel diſſenſum negativum, ſub nulla ex his continetur: ergò implicat &c. Mai. eſt communis ſenſus Theologorum cum D. Thom. pluribus in locis, præſertim quæſt. 22. de Veritate, art. 6. ſiquidem libertas creata eſt poteſtas ad oppoſita; hæc autem oppoſitio aut eſt contradictionis, aut contrarietatis, aut privativa pro omiſsione peccaminoſa; relativa enim in præſenti locum non habet. Min. vero probat. In primis talis libertas nequit eſſe contradictionis, aut privativa; nàm ut raque verſatur inter extrema, quorum unum eſt negativum, aut privativum, alterum vero poſitivum; ſed conſentire, & diſſentire purè negativum non ſunt huiuſmodi: ergò. Deindè: Nequit eſſe libertas contrarietatis; cum hæc petat utrumque extremum poſitivum, ut omnibus eſt certum: ergò.

15 Præcluditur quædam Reſpond. Nec valet dicere talem libertatem verſari inter extrema virtualiter, & interpretativè poſitiva. Non, inquam, valet 1. Nam etiam pura omiſsio peccaminoſa eſt interpretativè actus poſitivus, & tamen liberas ad illam, & ad actum omiſſum non eſt libertas ſtrictæ contrarietatis, ſed contradictionis, aut privativa: ergò. 2. Nulla res conſtituitur intra propriam ſpeciem per id, quod

ipſi

ipsi tantum interpretativè, & iuxta prudentum estimationem convenit, sed ad summum per fundamentum re vera ex parte obiecti ipsi conveniens ad sic interpretandum: ergò libertas, cuius extrema revera, & quoad suam speciem non sunt quid positivum, sed purè negativum, nequit re vera, & quoad sui constitutionem specificam dici libertas contradictionis, aut contrarietatis. Quomodo ergò dicitur illam non solum esse veram libertatem, sed præcipuam, & in qua primo splendet Dominium libertatis voluntatis intra ordinem gratiæ?

16 Alia impugnat.

Quin imò mihi videtur dicendum: talem non resistentiam, sive consensum purè negativum, prout adstruitur à prædict. Mag. non esse quid positivum adhuc interpretativè. Assumptum prob. Implicat prudenter interpretari voluntatem positivè consentire Dei vocationi pro illo signo, in quo repugnat consensus positivus; fundamentum enim prudentis interpretationis in exercitijs liberis prærequirit possibilitatem eius, quod interpretativè ipsis attribuitur. Quia de causa, ut voluntas purè omittens actum præceptum, interpretetur nolens præceptum adimplere, requiritur quod sit possibilis talis nolitio: & iuxta plures requiritur etiam ultra possibilitatem actus omissi præceptum eliciendi talem actum. Atqui iuxta Doctrinam huius Mag. in signo, in quo voluntas consentit negativè, non est possibilis consensus positivus: cum hic dependeat à gratia efficaci existenti pro signo sequenti: similiterque iuxta eiusdem doctrinam dissensus positivus in tali signo est repugnans; alias Deus à se prædeterminaret voluntatem ad entitatem peccati nulla data occasione ex parte creaturæ: ergò.

§. II.

In quo responsio, qua occurrit primo fundamento à nobis proposito, reijcitur.

17 Respons. tom. 2. dub. append.

PRædicto fundamento Respond. num. 11. Illud procedere ex falsa suppositione (& fol. 308. col. 1. addit: *Iuxta meam cogitationem*) in qua *consensus negativus accipitur, & apprehenditur velati exercitium completum.* Non enim est tale, sed solum *viale*, & *incompletum.* Omissio autem pura, de qua disputant Theologi, est exercitium formale, & completum; undè apparet disparitas inter utrumque. Rursùs: Nàm omissio de qua Theologi tractant, est inconiungibilis cum exercitio positivo libertatis; consensus autem negativus non sic: *Utpotè disponens ad consensum positivum*, & infallibiliter inferens illum media gratia prædeterminanti: ergò (sic infert) *consensus negativus nec apparenter est omissio pura, de qua* disputant Theologi. Conformiter adhæc Respond. fol. 368. argumento fere eidem, quo eandem opinionem novissimè impugnat Mag. Mascarell Societatis alumnus, & eiusdem Religionis præclarum iubar in suo eleganti, ac erudito tomo *de Libertate fidei*; addens utrumque, scilicèt, *Primarium, & Magistrum Mascarell in eundem lapidem offendere; quasi consensus negativus esset omissio pura, de qua tractant Theologi.*

Confirm.

18 Reijcit.

Sed, qui non sonum vocum, sed res in eis significatas attentè inspexerit circa quæstiones Theologicè disputatas; videbit per hanc solutionem, difficultatem, quæ communiter movet Theologos, ut non admittant de facto puram omissionem liberam (imò censeant illam esse moraliter impossibilem) relinqui prorsus intactam. D. Thom. 1. 2. quæst. 6. art. 3. quærit: *An voluntarium possit esse absque omni actu?* Ut huic dubitat: respondeat, præmittit dicens: *Voluntarium dicitur, quod est à voluntate. Ab aliquo autem dupliciter dicitur aliquid esse; uno modo directè; quod pro-*

ce-

cedit ab aliquo, in quantum est agens, sicut calefactio à calore; alio modo indirectè, ex hoc ipso, quod non agit; sicut submersio Navis dicitur esse à gubernatore, in quantum desistit à gubernando: post quæ resolvit *dari aliquando voluntarium cum actu; quandoque verò sine actu.* Theologi negantes possibilitatem puræ omissionis; exponunt illa verba: *Sine actu*, de actu directè terminato ad omissionem; è contra vero, qui illam propugnant, asserunt S. Doct. excludere omnem actum. Attamen omnes supponunt dub. non procedere secundum id, quod de facto contingit, aut est moraliter posibile eo, quod omne exercitium voluntarium semper præsupponit aliquem actum, qui directè, aut indirectè ad illud terminatur. Hoc suppositio ut certo, pro cuius certitudine non aliud testimonium afferam, quam scripta Theologorum. Modo quæro dum D. Thom. inquirit: *An possit dari in voluntate exercitium voluntarium absque omni actu*; loquitur solum de exercitio formali completo, & non de exercitio dispositivo (etsi aliunde sit verè, & propriè voluntarium) vel loquitur de exercitio voluntario propriè tali ab utroque præscindenti? Si hoc secundum: ergò cum circa præsentem articulum supponant omnes fere Theologi illum versantes, & exponentes, difficultatem solum procedere de posibili physicè, aut metaphysicè, non vero moraliter, & iuxta id, quod de facto contingit; tenetur dicere opinionem asserentem fere infinities dari de facto in voluntate aliquod exercitiū verè, & propriè voluntarium, & si non completum, absque omni actu, pugnare cum communi sensu Theologorum oppositum supponentium. Si primum: præterquamquod à D. Thom. minimè insinuatur; manifestè probatur esse quid falsum; nàm S. Doct. loquitur de voluntario, secundumquod consistit in progredi à voluntate, sive directè, ut agente; sive indirectè, in quantum non agit. Quæ omnia propriè verificantur de consensu negativo; cum ei attribuatur ratio exercitij propriè liberi procedentis à voluntate, ut non agente: ergò.

2. Nam in dicto articulo etiam expresse meminit D. Thom. de exercitio negativo, etsi non completo in sensu A. scilicèt, de non consideratione regulæ rationis, cum tempus fuerit considerandi; sic enim habet solut. ad 3. *Eo modo requiritur ad voluntarium actus cognitionis, sicut actus voluntatis, ut, scilicèt, sit in potestate considerare, & velle; & tunc sicut non velle est voluntarium, ita non considerare.* Consideratio enim regulativa actus voluntatis non est liberè ab illa propter se, sed propter actum, ad quem dirigit; uti accidit in omni cognitione practica, cuius finis proprius est operatio: ergò falsò dicitur loqui D. Thom. de exercitio solum completo. 3. Nam, quod principaliter disputatur à Theologis, est: *An possit dari exercitium verè, & propriè voluntarium absque omni actu causante, vel occasionante* illud; præcisivè ab eo, quod tale exercitium *dicendum sit formale, vel viale*? Prob. assumpt. Nàm AA. probantes possibilitatem illius, innituntur, Tùm in libertate subiectiva, & immediata contradictionis; Tùm etiam; ex quo in obiecto proposito volunt. ut quid bonum, & ex alia parte, ut bonum finitum absque ulla ratione disconvenientiæ positivæ, potest voluntas illud positivè amare, aut purè suspendere amorem. E contra vero AA. negantes possibilitatem talis exercitij fundantur; Tùm in eo, quod repugnat exercitium lib. erga quod finis nō exerceat suam causalitatem; cum ille sit obiectum adæquatum voluntatis. Tùm in eo, quod omne exercitium liberum petit egredi à voluntate, ut aliqualiter vivente, & non se habenti, ut quoddam mortuum, & inanimè; uti se haberet in exercitio purè negativo. Tùm quia exercitium negativum tantum secundario, & indirectè spectat ad voluntatem, cuius conceptus primarius adæquatus est ratio potentiæ activæ; nulla autem potentia potest exerceri per exercitium secundarium, & indirectum; nisi prius per primarium, & directum. Atqui istæ rationes, quæ fre-

19

Secundo.

Tertio.

Fundam. circa pur. omiss. pro veraquè part.

frequentiores sunt in AA. probant ex terminis repugnantiam exercitij purè negativi liberi, præcisivè ab eo, quod illud sit incompletum, & viale, ut videtur certum: sicuti, & mihi ita apparet, quod si istæ rationes non sunt efficaces pro repugnantia exercitij propriè liberi, etsi sit dispositio ad alia, nec pariter sunt efficaces pro qualibet omissione, etiam si sit completa, & completissima titulo libertatis, & voluntarietatis: ergò quod consensus negativus sit exercitium viale, & incompletum, nihil obstat, ut AA. disputantibus de possibilitate puræ ommissionis verè, & propriè liberæ absque omni actu causanti, vel occasionanti illam, & communiter sentientibus illam de facto non dari, & esse saltim moraliter impossibilem, adversetur opinio admittens veram libertatem in tali consensu.

20 Occurrit. discrim. assignato

Nec disparitates, quas præd. A. adducit, inter consensum, & puram omissionem, de qua disputant Theologi, sunt efficaces. Nam quod omissio pura sit inconiungibilis cum actu, hoc provenit, ex quo contradictoriè opponitur ipsi, non autem, ex quo sit voluntaria completè, & formaliter: Et ex hoc etiam provenit, quod talis omissio non disponat ad actum. Sed hæc impertinenter se habent, ut deficiente omni actu, omissio possit esse voluntaria, & in actu 2. libera. Vel dicat mihi præd. A. *Quisnam efficaciter impugnans possibilitatem puræ omissionis voluntariæ, illam impugnationis insistendo in eo, quod nequit voluntas se exercere liberè, libertate: non ut cumque propriè tali, sed completè, & formaliter, absque eo, quod per prius se exerceat per aliquem actum?*

21 Aliud dictum non placet.

Hinc non perspicio id, quod dicit num. 72. *Scilicèt, sententiam de impossibilitate puræ omissionis esse magis conformem suæ opinioni de libertate ad consensum, vel dissensum negativum. Nàm qui tenet possibilitatem puræ omissionis, tenetur aserere, quod voluntas pro signo vocationis moralis debet suspendere consensum, & dissensum negativum; nàm si se exerceat per aliquod ex his; cum sint dispositiones ad consensum, & dissensum positivum cum illis connexum; ut purè omitteret, deberet utrumque suspendere; quod est captu difficile.* Non, inquam, percipio. 1. Quia dissensus negativus, esto sit dispositio ad dissensum positivum, non tamen unicè, sed vel ad positivum per affectum fugæ, sive repulsivum; vel ad exercitium omissivum peccaminosum: ut videre est, dum *Deus invitat hominem, ut honestum diligat sub præcepto, & diabolus, ut amet bonum delectabile.* Si enim sinat se negativè moveri ab hac secunda motione morali, & non à prima, iustè Deus negabit gratiam efficacem, ut illud diligat; proindequè purè omittet, & satis culpabiliter. 2. Quia non est captu difficile, *quod voluntas vocata moraliter, nec consentiat, nec dissentiat negativè.* Si enim consensus negativus diceretur talis, quia est exercitium contradictoriè, aut privativè oppositum dissensui negativo; benè diceret, quia ex duobus contradictorijs necesse est unum existere, & ex privativis facta aliqua suppositione: At vero, quod deficiant; aut simul deficere valeant duo extrema, quæ nec sunt contradictoriè opposita, nec contrariè, nec privativè; hoc non est captu difficile; sed potius oppositum est intellectu difficile. Atqui consensus, & dissensus negativus nullo modo ex dictis opponuntur, ut de se patet; cum uterque sit quid negarivum: ergò non solidè aseritur voluntatem esse vage necessitatam ad consentiendum, vel dissentiendum negativè. Respons. quibus SS. M. occurrit alijs adductis à num. 12. quia in eis agitur de causa, cur Deus Angelis, & Adamo, gratiam efficacem negavit, alibi opportunius inspiciemus.

Primo.

Secundo.

§. III.

Responsio ad 2. motivum adductum num. 14.

22 IN 2. tom. §. 4. fol. 261. & 269. Resp. *Talem libertatem ab ipso propugnatam non esse libertatem formalem, sed dispositivam; eo quod consensus, aut dissensus negativus non sunt exercitia formalia; sed dispositia voluntatem ad consensum, & dissensum positivum*; quæ exercitia existunt pro signo sequenti dependenter à gratia prædeterminanti, vel eius carentia; unde D. Th. exponendus est de libertate formali. Displicet 1. hæc Resp. Quia dissona doctrinæ D. Th. ubi supra probantis illam divisionem esse adæquatam hoc discursu: * Libertas voluntatis provenit ex indeterminatione illius: Nam voluntas necessario amat id, ad quod est determinata; sed hæc indeterminatio est, vel quoad actum, in quantum potest velle, vel non velle, & quantum ad obiectum; in quantum potest velle hoc, vel illud; & etiam eius oppositum. *Sed hæc ratio procedit de libertate ut sic: ergò. Nec dici potest S. D. loqui de indeterminatione formali voluntatis; non vero de illa, quæ tantum est talis dispositivè: Non inquam dici potest 1. Quia hoc non est solidè dictum; nec à D. Thom. ibi insinuatum. 2. Quia loquitur de indeterminatione voluntatis in sui conceptu formali, prout contradistincta ab illius necessitate. Atqui libertas, quæ ab A. appellatur dispositiva tantum, verè, & propriè opponitur omni necessitati; cum nequeat dici nisi abusivè: voluntatem à Deo excitatam moraliter, & cum indifferentia ex parte cognitionis necessario consentire negativè, aut dissentire negativè Deo vocanti: ergò.

SS. Mag. Manso.

Reijcit. 1.

Idem q. 2 de Mal. 2. unico.

23 Displicet 2. propter novitatem terminorum, quibus utitur ad tradendam aliam divisionem libertatis: Nam iuxta eius mentem, libertas voluntatis ut sic, & communissimè sumpta dividitur 1. *in libertatem formalem, & libertatem dispositivam.* Rursus *libertas formalis* dividitur *in libertatem contradictionis, & contrarietatis*; sive *in libertatem quoad exercitium actus, & quoad illius specificationem.* At ista divisio est novis terminis tradita, nec à D. Thom. insinuata: ergò nequit novitatis notam effugere. 3. Libertas, quæ actu habet essentiam libertatis, est libertas formalis; in quacumque enim linea quodlibet est tale formal. per essentiam constituentem illam. Sed talis est libertas volunt. ad consens. vel dissensum negativum: ergò. Prob. min. Voluntas præventa iudicio indifferenti, & cum perfecta advertentia proponente duo extrema cum vera facultate ad unum, vel ad alterum; gaudet libertate, quæ actu habeat essentiam libertatis, ut patet ex eius diffinitione, & ex propria ratione radicali illius, quæ iuxta D. Thom. & omnes eius discipulos consistit in indifferentia iudicij. Atqui iuxta opinionem contrariam voluntas præventa vocatione morali gaudet actu facultate ad consentiendum, vel dissentiendum negativè; & talis vocatio perfectè proponit bonum honestum; sicuti & cognitio prava obiectum prohibitum: ergò. 4. Ad hominem. Nam fol. 243. num. 27. asserit: * Voluntatem in signo vocationis allectam suasionibus contrarijs habere plenam indifferentiam, & potestatem ad consentiendum, vel Deo vocanti, aut Diabolo suadenti. * Ita Par. Augustin. in Psalm. 91. *Non cessat Satanas suadere malum; sed nec Deus cessat admonere bonum. In tua potestate est consentire, aut non consentire.* Consensus præstitus in hoc signo est tantum negativus. Hæc ibi. Sed libertas cum plena indifferentia, & plena potestate, est libertas formalis, & perfectè talis: ergò. 5. Illa libertas est formalis, cuius exercitia sunt formaliter libera; sed sic se habent consensus, & dissensus; cum seipsis immediatè egrediantur à voluntate eam intrinsecè informando: ergò.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

24 Urgeo. Omnis imperfectio libertatis provenit, vel ex defectu advertentiæ ex parte cognitionis non perfectè proponentis motiva retrahen-

Urgetur.

hentia, vel allicientia voluntatem; vel ex aliqua vehementi inclinatione in unum extremum, per quam non se habet in equilibrio ad utrumlibet; sed in signo vocationis moralis simul cum cognitione retrahente, datur perfecta advertentia; & in voluntate nulla datur, vel saltim potest non dari, aliqua necessitas moralis, ut potius consentiat negativè, quam dissentiat: ergò si datur libertas ad sic consentiendum, vel dissentiendum, est libertas cum perfectione essentiali libertatis: ergò est libertas talis formaliter. Maior videtur certa: Tum ex Doctrina Sanct. Doctor. 1. 2. quæst. 6. art. 2. ubi rationem voluntarij perfectè, & imperfectè talis, probat, & constituit per cognitionem perfectam, & imperfectam finis. Tum ex communi sensu Theolog. asserentium plura peccata ex genere suo mortalia fieri venialia ob imperfectionem libertatis; & hoc propter defectum advertentiæ circa eorum gravitatem; vel etiam ob vehementiam passionis rationem obnubilantis, de quo Resp.tom 4.q.8. fol. 421. col. 2. Angel. Doct. 1. 2. quæst. 88. art. 2. & alibi. Ad hoc Resp. neg. mai. universaliter acceptam. Nam talis imperfectio potest provenire ex defectu activitatis; quatenus illa non est ullatenùs activa, aut effectiva. Et huiusmodi est libertas, quæ convenit voluntati pro signo ante gratiam efficacem. De hac libertate sub hac expressione; sicuti, & sub expressione purè *passivæ* infra agemus.

25 Si dicas talem libertatem eo non dici formalem; quia, scilicèt, non respicit exercitia formalia, sed initiativa, & dispositiva ad illa. Contra est 1. Nam falsum est in tali opinione Resp. ibi fol. 299. nnm. 14. consensum negativum non esse exercitium formale. Nam exercitium voluntarium informãs intrinsecè voluntatem, à qua egreditur cum contingentia, & à qua voluntas denominatur consent. est exercitium formale libernm, nisi terminis implicemus; sed talis est consensus negativus: ergò. Si dicatur. Exercitium formale appellari tale, quando inspicitur à voluntate propter seipsum; Si dicas. non tamen si inspiciatur propter aliud, & hoc modo se habere consensum, vel dissensum negativum. Contra est. Nam stat aliquod exercitium esse formale; & provenire à libertate formali; & tamen non inspici propter se, sed propter aliud: ergò. Prob. anteced. Voluntatem uti, aut non uti regula rationis; sicut & hominem actu considerare regulam rationis, vel non considerare, sunt exercitia formalia libertatis, ut docet Sanct. Doct. 3. contra Gent. cap. 10. & de Malo quæst. 1. art. 3. & tamen talia exercitia non inspiciuntur propter se, sed propter actus voluntatis, qui directè cadunt sub præcepto, vel prohibitione: ergò. Unde quemadmodum illud minimè obstat, ut talis libertas sit contradictionis; ita dicendum de libertate ad consensum, vel dissensum negativum. Idem argumentum formari potest de exercitio orationis, qua quis petit à Deo donari voluntatem perfectam, & robustam ad servanda mandata; nam illud non inspicitur propter se, sed propter aliud: & idem de oratione pro gratia efficaci, ad velle efficaciter superare tentationem: Et tamen huiusmodi exercitia non propterea excluduntur à ratione exercitij formalis suæ libertatis; & quod sint voluntaria non purè obiectivè, aut terminativè, sed per modum exercitij reducentis illam de actu 1. ad actum 2. Reijcitur

De voluntate formali agitur tract. de volunt.

26 6. Nam ratio, qua probavimus omnem veram libertatem esse, aut contradictionis, aut contrarietatis, semper manet in suo robore: *Omnis enim vera libertas est ad extrema immediatè oppositа*, * *utpotè incomponibilia inter se, per se, & ratione sui; omnis autem immediata oppositio, aut est contradictoria, aut privativa, aut contraria, nam relativa pro præsenti instituto non venit ad rem.* Atqui quando ambo extrema sunt purè quid negativum, nulla oppositione immediata ex dictis inter se gaudent, ut de se constat: ergò repugnat ulla libertas, quæ non sit &c. Si dicas cum prædicto Mag. tom. 4. * quæst. 8. n. 16. propè finem: Ad libertatem purè passivam, qualis est, quæ ab ipso 6. Reijcitur.

* Sic S. D. 1. p. q. 87. a. 3. & 4. Vide Tabul. Aur. verb libertas.

*De Gratia efficaci.

propugnatur ; ſufficere inter illius extrema dari illativè oppoſitionem contradictoriam. Conſenſus negativus Deo vocanti ad amorem eſt illativè amor ; diſſenſus autem eſt illativè carentia amoris : amor autem, & carentia amoris contradictoriè opponuntur. Contra eſt 1. Nam ut diximus : omnis libertas creata eſt immediatè ad extrema oppoſita ratione ſui ; cum ratione ſui nequeant ſimul à voluntate egredi : ergò non ſufficit oppoſitio illativa. 2. Iuxta ipſum A. conſenſus eſt conſtitutivè carentia diſſenſus ; ſed quodlibet conſtitutum dicit formalem oppoſitionem cum eo, per cuius carentiam formaliter conſtituitur ; quis hoc neget? ergò.

Delibert. paſsiva infra agemus.

§. IV.

In quo reijcitur quædam impugnatio contrà à me dicta.

27 PRobavi num. 15. conſenſum, & diſſenſum ſubſequutos ad ſignum vocationis moralis, non poſſe eſſe quid purè negativum ; eò quod iuxta opinionem præfati A. talis conſenſus, & diſſenſus ſunt exercitia, *per quæ 1. exercetur voluntas ut libera, & in illis reſplendet præcipua libertas intra ordinem gratiæ.* Cum hoc autem non componitur illa eſſe quid negativum. Nam hoc ad ſummum dicitur liberum indirectè, & interpretativè quid poſitivum. Huic probat. Reſp. dub. Appendice num. 10. *ſe nunquam dixiſſe præcipuam libertatem noſtram conſiſtere in indifferentia ad conſenſum, vel diſſenſum negativum, ſed præcipuam partem noſtræ libertatis*, ut conſtat ex his, quæ ſcripſi tom. 1. quæſt. 8. num. 21. Unde ſubdit : *Quod ſolum ſequitur conſenſum, & diſſenſum eſſe exercitia partialia libertatis noſtræ, non præcipua, & primaria, & primar. non ordine intentionis, ſed ordine executionis. Nam talis conſenſus ponitur ut diſpoſitio libera ad actum bonum, & gratiam effectivam conſenſus poſitivi.* Sed diſpoſitio præcedit formam non ordine intentionis, ſed exequutionis, nec eſt præcipuus effectus agentis, ſed pars efficientiæ illius : ergò idem ſuo modo dicendum de conſenſu negativo.

Probat. à me adducta.

Tomo 2.

Priuſquam autem ad alia tranſeamus, oportet ſcire ; quid ſentiat SS. Mag. de prædicta libertate. Tom. 1. fol. 430. col. 2. ait : *Libertas noſtra conſiſtit in eo, quod Deus expectet conſenſum noſtrum vocationi, & gratiæ morali.* Loquitur autè de libertate noſtra, de qua agit Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 5. Rurſus fol. 442. col. 2. *Ecce voluntas hinc, inde tracta ab obiecto, poteſt conſentire, aut reſiſtere obiecto trahenti.* * *In hoc præcipuè conſiſtit libertas arbitrij, ut ex Trident. & B. Ægidio, ac Cardin. Bellarm. oſtenſum eſt.* Et ibidem fol. 429. num. 14. probat voluntatem exercere ſuam libertatem conſentiendo, aut diſſentiendo negativè vocationi morali pro priori ad gratiam effectivam, ex Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. *Ubi contra Lutherum, & Calvinum diffinit libertatem noſtram per hoc, quod homo inſpirationem Dei recipiens, illam abijcere poteſt.* Et can. 4. ubi dicit : *Liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum &c. poſſe diſſentire, ſi vellit.* Ex quo ſubdit : *Sed diſſenſus non quadrat gratiæ effectivæ, ſed morali excitanti : ergò Conc. ſalvat libertatem noſtram per hoc, quod poſsimus diſſentire gratiæ excitanti.*

28

Reijcit. 1. referendo dicta ab ipſo A. 1.

Secunda

*

Nota.

Tertium.

29

Ex his probo manifeſtè (ni fallor) prædictum A. reipſa affirmare libertatem ad conſenſum, & diſſenſum negativum eſſe præcipuam libertatem voluntatis ; licet non ſit libertas totalis, & adæquata illius, quod eſt longè diverſum, & à me nunquam dictum. Libertas ad conſenſum, & diſſenſum negativum eſt illa, de qua iuxta A. Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. affirmat nos admoneri, cum in Sacris litteris dicitur : *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* Sed hæc libertas eſt præcipua libertas voluntatis : ergò. Prob. min. Libertas illa, de qua admonemur, eſt iuxtà Trident. ibidem, libertas conſtituta per Dei vocationem prævenientem, in illuminatione Spiritus Sancti, & illius inſpiratione conſiſtentem, ut per converſionem in Deum iuſtificemur. Sed libertas ſic conſtituta eſt præcipua libertas intrà ordinem gra-

Formatur diſcurſus ex 1. dict.

gratiæ : ergò aut inconsequenter negat libertatem ad consensum, & dissensum negativum esse præcipuam libertatem ; aut ex libertate statuta à Trid. non probatur libertas quę sit ad consensum, & dissensum negativum. Eadem ponderatio fit ex 2. asserto : Nam libertas talis, *at in ea præcipuè consistat libertas nostri arbitrij*, est præcipua libertas ; unumquodque enim consistit præcipuè in illo quod est præcipuum in ipso ; sed talis est libertas ad consensum, vel dissensum negativum iuxta verba supra relata : ergò est præcipua libertas. Hinc nullum ex parte obiecti, adest discrimen inter ab ipso Mag. asserta, & ame scripta : ego sic scripsi : *In hoc resplendet præcipua libertas.* Ille autem sic : *In hoc præcipuè consistit libertas arbitrij*. Ubi solum est discrimen pènes nomen, & adverbium, scilicèt, *penes præcipua, & præcipuè.* *Deniquè. Libertas diffinita à Trident. contra Lutherum, & Calvinum : *Est vera, stricta, & præcipua libertas*: Ut videtur innegabile. Tùm, quia est libertas cum vera essentia libertatis ; hanc enim negabat Lutherus dicens esse rem de solo titulo. Tùm quia est libertas omnibus numeris Catholica : ergò si iuxta præd. Mag. ibi definitur libertas ad consensum, & dissensum, qui consensus, & dissensus solum quadrat vocationi morali; talis dicenda est præcipua libertas.

Ex secundo.

* Penet consistit, & resplendit.

Ex tertio

Ex his ponderationibus supra testim. Trident. & asserta eiusdem SS. M. non video, qua ratione Tom. 2. fol. 299. col. 2. afirmet libertatem ad consensum, & dissensum negativum ; cùm sit incompleta vialis, & dispositiva, *non esse propriè libertatem, sed præcipuam partem libertatis.* Non, inquam, percipio primam partem talis propositionis hypothericæ. 1. Si in tali libertate consistit (iuxta ab ipso A. ubi supra) *præcipuè libertas arbitrij* ; quomodo non est propriè libertas ? 2. Si est libertas diffinita à Trident. Can. 4. contra Lutherum, & Calvinum; quomodo non est propriè libertas? 3. Si iuxta ipsum A. Tom. 2. fol. 433. num. 17. *En propriè exercemus libertatem consentiendo, vel dissentiendo;* quomodo non est propriè libertas? 4. Si est libertas, de qua admonemur in Sacris litteris, ut convertamur ad Deum, eius gratia, & vocatione præventi ; quomodo non est propriè libertas ? aut referat nobis; in quo textu admoneamur nostræ libertatis, quæ sit propriè libertas ? Deniquè. Si iuxta ipsum est libertas cum plena indifferentia, & potestate constituta per varias illustrationes, & sanctas affectiones, ex inspiratione, & impulsu Spir. Sancti;* quomodo non est propriè libertas? Ex quibus omnibus collige prudens Lector me iustam excusationem (si fortè aliquis defectus in loquutione irrepsit) habere ; quandoquidem in assertis à prædicto M. non invenitur constantia, aut consequentia in suis dictis modo unum, modo alterum affirmante. Undè non abstre proferam, quod lepidè quidam Poeta : *Carpere nostra cupis: parce, vel lege tua.*

30

Alia asserta ab eodem A. non rectè coherent inter se.

Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

* Tom. 2. q 8. n. 17.

Tempus est, ut probem libertatem ad consensum, vel dissensum, iuxta doctrinam A. dicendum esse præcipuam libertatem. 1. Talis libertas (ipso fatente) est præcipua pars libertatis ; sed hoc ipso est præcipua libertas : ergò. Min. facilè prob. notando duo. 1. Non posse dici præcipuam partem nostræ libertatis per modum partis integralis physicæ illius ; sed per modum partis subiectivæ ; & si velis, partis virtualis. Quemadmodum in voluntate dantur partes virtuales, quatenùs potest attingere diversa bona honesta, ratione cuius qualificatur per diversus habitus virtutum : *Cum qualitas sit dispositio substantiæ, & dispositio sit ordo habentis partes*; de quo D. Th. 1. 2. quæst. 50. art. 5. Noto 2. 2. Non esse idem dicere : *Hæc, vel illa indifferentia voluntatis est præcipua libertas illius*, ac dicere, *est adæquata libertas.* Patet hoc 1. Nam indifferentia voluntatis ad agere vel non agere est præcipua eius libertas ; & tamen non est adæquata ; cùm hæc etiam sit ad velle hoc, vel illud bonum testante S. D. q. 22. de Verit. a. 6. Constat 2. in actibus, & obiectis primario inadæquatè specificantibus potentiam, & habi-

31

Prob. 2. his, quæ affirmat.

bitus ; cognitio enim quiditativa hominis eſt actus primarius, & præcipuus intellectus humani ; et tamen non eſt actus primarius adæquatus illius. Nunc ſic arguo. Id, quod dicitur pars præcipua libertatis, & non integralis ſtrictè, ſed ſubiectiva, & partialis, eſt præcipua libertas; ſed ſic contingit in præſenti, ut conſtat ex notatis : ſi enim eſſet pars integralis, in nullo vero ſenſu diceretur libertas ; ſicut homo non dicitur corpus, vel anima : ergò. Maior prob. Pars ſubiectiva libertatis eſt libertas, ut notum eſt ex regulis Dialecticæ : ergò pars ſubiectiva præcipua libertatis eſt propriè libertas, & præcipua libertas : Non dico *adæquata*, ſed *præcipua*, quia eſt pars ſubiectiva libertatis. Hinc; quia libertas, ut ſic dividitur quaſi in partes ſubiectivas in libertatem contradictionis, & libertatem quoad ſpecificationem penes ordinem ad diverſa bona ; utraque libertas eſt præcipua libertas, licèt non adæquata, ſi ſeorſim accipiantur.

32 Alia impugnatio

3. Sic arguo alio ex capite. Si talis libertas eſt præcipua pars noſtræ libertatis diffinita à Concil. &c. debet aſsignari alia pars in ordine ad quam illa exerceat ſuam principalitatem : Nàm ubi eſt præcipuum, eſt etiam, aut non præcipuum, aut minus præcipuum : ergò cum non remaneat alia pars, niſi libertas ad ſalutariter poſitivè liberè agere ; hæc erit pars libertatis, ſed minus præcipua : quod repugnat. Quod ſi dicatur illam dici præcipuam partem noſtræ libertatis, non quia actu, & propriè ſit libertas; ſed quia diſponit ad illam : Contra hoc nulitant omnia ſuperius adducta.

*Fol. 295 Hinc dum aſſerit,*quod ex quo talis libertas ſit *præcipua pars libertatis* non ſequitur, quod ſint exercitia *præcipua*, ſed quod ſint exercitia *partialia*;* Non rectè infert;quia ſic debebat inferre;* ſed quod ſint *exercitia præcipua partialia libertatis*. Quemadmodum ſi libertas quoad exercitium eſt præcipua pars noſtræ libertatis, & ſi non tota libertas, rectè infertur quod exercitia illius ſint *partialia*, quia *exercitia partis libertatis* ; & *præcipua*, quia exercitia *partis præcipuæ* libertatis.

Nec id, quod addit;dicendo* illa eſſe exercitia primaria;ſed ordine executionis*rectè percipitur. In primis quis propriè loquendo vocavit exercitia alicuius habitus, vel potent. exercitia primaria,(*ſed non præcipua,*) per hoc, quod præcedant ordine exequutionis ; licèt non ſint propter ſe inſpecta ab ipſis? Nàm *exercitium primarium*, *obiectum primarium*, *actus primarius*, ex terminis, & iuxta illorum diffinitionē eſt, quod per ſe, & propter ſe inſpicitur à potentia, vel habitu. Rursùs: Nàm etiam poterit dici; *media, ut utilla eſſe obiectum primariū*, volunt. prim. inquam, *ordine exequutionis*, non tamen ordine *intentionis*, quod eſt impropriè dictum. Deindè, ut inſiſtam exemplo, quo utitur prædictus A. Nemo dicet: *Cauſam producentem diſpoſitionem ad formam ſubſtantialem*, priuſquam producat ipſam formam, habere pro effectu primario & reſpicere ut *exercitium primarium*, *ſed ordine exequutionis, production. actiuā diſpoſitionis*. Et hoc quidem; quia *primarium* in una quaque linea, eſt quod primo intenditur, & quod in perfectione alia abſolutè excedit; non quod primo *exiſtit*, & in exequutione ponitur.

33 * Impugnatureadem explicat. Secundo;

Eadem ratione non placet, dum fol. 314. col. 1. Verſans idem aſſumptum addit : *Sed ut Primario noſtro placeamus, demus dictum, quod conſenſus negativus eſt præcipua libertas noſtra. Cum hoc ſtat quod conſenſus poſitivus ſit præcipua libertas maior, & minor ſub diverſa conſideratione.* Ratio, cur conſenſus negativus ſit potior, & præcipua libertas, ea eſt* quia inde dependet exercitium poſitivū libertatis, veluti ab exordio noſtræ iuſtificationis.* Non, inquam, placet, nec poteſt, niſi congruam explicationem adhibeat. De conſenſu negativo ; aut etiam poſitivo; in cuius mentem mediocriter circa principia libertatis inſtruct. potuit venire; quod eſſet præcipua libertas? Exercitium enim libertatis non eſt libertas ; ſed indifferentia Dominij adduo. Quod autem conſenſus poſitivus pendeat à negativo, ut à diſpoſitione, & exor-

34 Aliud aſſertum reijcitur.

dio,

dio, ad ſummum probat exceſſum ſecundumquid; non vero quod dicatur *præcipuum exercitium*. Dixi ad ſummum, quia cum ille conſenſus ſit nihil, & in carentia alterius nihili conſiſtens, quem exceſſum habere poteſt; ſi reipſa non eſt perfectio? Rursùs: Si ſermo ſit de libertate, ſi eſt ad extrema purè negativa, eſto ſit ex ordium, ab imperfectioribus eſt incipiendũ. Satis de his. Nam quoad ſpectat ad principale aſſumpt. idem inconveniens apparet in eo quod præcipua pars noſtræ libertatis, & in qua hęc pręcipuè conſiſtit; ſit indifferentia voluntatis ad exercitia purè negativa, & pro ſigno pro quo repugnant neceſſario exercitia libera poſitivè: cum ad ſummũ illa poſsint dici libera indirectè, & quod poſsint interpretari, ut aliquid poſitivum. Dicere autem, quod pręcipua pars libertatis ſit pro his exercitijs tantum deſtinata, videtur repugnans.

§. V.

Refertur alia probatio; & ſolutio ad illam reijcitur.

35 NUm. 15. & 16. ubi ſupra dixi libertatem ad conſenſum, & diſſenſum non poſſe dici libertatem contradictionis per recurſum ad conſenſum interpretativè poſitivum; & idem pro caſu diſſenſus negativi. Cum enim in voluntate ſic liberè conſtituta non ſit poſſibilis immed. conſenſ. poſitivus, aut ſimilis diſſenſus circa obiectũ à quo ſinit ſe trahi, vel non ſinit ſe trahi (eo quod hæc exercitia ſolum ſunt poſsibilia ad exiſtere pro ſigno ſequenti gratiæ efficacis, vel illius carentiæ) non relinquitur locus, ut interpretetur prudenter voluntatem per inde ſe habere, dum modo dicto ſe exercet; ac ſi poſitivè vellet; obiectum, aut illud poſitivè nollet ſive illud vellet deſſerere. Conſtat hoc in omiſsione libera amoris obiecti propoſiti ut ex una parte convenientis voluntati; & ex alia, ut diſconvenientis. Etſi enim voluntas nec velit, nec poſitivè nolit obiectum; prudenter tamen interpretatur per inde ſe habere, ac ſi poſitivè nollet illud, aut poſitivè vellet obiectum oppoſitum. Hanc Doctrinam modo ſic confirmo ex his, quæ communiter dicuntur à Theologis de conſenſu interpretativo, & moraliter tali in pravam delectationem. Qui enim cognoſcit ſe eſſe graviter tentatum, & nec poſitivè reſiſtit, nec poſitivè conſentit; dicitur interpretativè conſentire; & per inde ſe habere, ac ſi poſitivè delectationi pravæ interius conſentiret. Verum tamen, ſi non eſſet poſsibile conſentire poſitivè, aut conari ad diſſentiendum ei, non ſic prudenter interpretaretur.

Doctr. à me data.

Quod autem conſenſus negativus præſtitus ſanctæ vocationi ſit interpretativè volitio amplectendi bonum honeſtum; & diſſenſus præſtitus eidem; vel conſenſus præſtitus pravæ ſugeſtioni ſit interpretativè nolle bonum, aut velle deſſerere bonum; docet SS.M.* his verbis. Conſiſtit diſſenſus in eo quod voluntas non ſinit ſe trahit ab obiecto; ſed in hoc non intervenit actus poſitivus, ſed negativus, & interpretativus; quia per inde eſt ac nolle obiectum, aut velle deſſerere obiectum. Et * loquens de Adamo excitato à Deo vocatione ſancta ad bonum; & ſimul incitato ad malum ſuaſione diabolica, ait: *Non ſivit ſe trahi à vocatione ſancta, & permiſsit ſe trahi à ſuaſione diabolica. Non ſinere ſe trahi à Deo vocante per inde fuit ac contemnere vocationem, & velle deſerere Deum.* Ob hanc Doctrinam ait: verificari illud P. Auguſt. *Voluit Adam deſerere Deum, & deſertus eſt &c.* Ut vero clarius procedam, non intendo pronunc ipſum conſenſum negativum vocationi ſanctę non eſſe adhuc interpretativè conſenſum poſitivum: (de hoc enim alibi); ſed ſolum voluntatem ſic ſe exercentem non poſſe prudenter interpretari poſitivè conſentientem; aut per inde ſe habere, ac ſi poſitivè aſſentiret prædictæ vocationi; idemque dicendum ſervata proportione de diſſenſu purè negativo. Ratio huius eſt iam inſinuata; quia nimirum ante gratiam efficacem, & illius carentiam

36 Doctrina illius.

* Folio 442.

Tom. 1. q. 8. §. 2. & q. 5. §. 4. n. 49.

* Folio 239.

Impugn.

tiam omnis actus positivus liber repugnat voluntati. Admisso pronunc talem recursum non esse necessarium, ut solvatur argumentum supra adductum de libertate divisa adæquatè in libertatem contradictionis, & libertatem quoad specificationem, vel quoad obiecta; verumtamen, cum doctrinam de actu interpretativo sæpè tradiderit præf. M. & per illam explicuerit aliqua testim. M. P. * non erit abire illam impugnare, si forte iste recursus precludatur; nec pariter erit importunum, ut intendam probare in talibus exercitijs non adstrui veram libertatem.

* Quia exponit M. P. debet apretiari.

37

Argumento igitur facto Respond. potest ex Doctrina quam tradit dub. append. §. 3. n. 22. verum esse voluntatem non posse interpretari positivè amare finem, aut quodlibet aliud bonum, quando repugnantia amoris provenit *ex intrinsecis*; secus verò, si repugnet *ex extrinsecis*. Sic contingit dum negativè consentit Dei vocationi. Nam repugnãtia amoris provenit ratione signi, in quo est voluntas allecta pro priori ad prædeterm. Additquè ingeniosè: talem repugnantiam esse præcisivam, & ratione signorum disponentium. Sed contra est 1. Repugnantia, ut consensus positivus sequatur immediatè ad voluntatem, ut vocatam moraliter sed cum indifferentia, oritur iuxta SS. M. ex quo voluntas prius petit moveri moraliter à Deo in genere causæ finalis, & obiectivæ, si consentit; quam movetur ab ipso effectivè per gratiam efficacem: Nàm causa finalis ordine causalitatis est prior causa effectiva. Sed quod repugnat in voluntate habito respectu ad causam finalem, à qua petit intrinsecè prius finalizari, quam prædeterminari, repugnat ex intrinsecis illius: ergò. 2. Talis repugnantia provenit, ex quo consensus positivus vocationi supponit necessario dispositionem aliquam, per quam præparatur voluntas à Domino. Sed hoc est quid intrinsecum actui, & etiam voluntati, ut sit libera immediatè ad ponendum consensum positivum: ergò,

Solutio.

Impugn. 1.

Secundo.

3. Repugnantia, ut consensus positivus sit pro illo signo, oritur ex quo si non præcederet negativus, violentaretur voluntas, & insuper non esset liber, utpotè ex prædeterm. in impedibili effectivè causatus: & tandem: quia consensus positivus in sui constitutione pro illo signo est repugnans. Sed hæc omnia convincunt repugnantiam illam provenire ex intrinsecis tùm voluntatis, tùm libertatis, tùm ipsius consensus: ergò. Eisdem motivis probat. talem repugnantiam non posse dici solum præcisivam, & ratione signorum disponentium. Siquidem repugnantia, ut ad libertatem moralem sequatur immediatè consensus positivus, oritur iuxta dicta ex prioritate causæ finalis in causando relatè ad causam effectivam; & ex natura voluntatis, ne violentetur, si non præcedat consensus negativus; & pariter, nè à consensu auferatur libertas; & in summa, nè sit cõsensus liber salutaris sed complicatorius; sed hæc repugnantia non est præcisiva, sed positiva, & essentialis: ergò. Nec id quod addit de diversitate signorum iuvat: Nam talia signa sunt realia, utpotè signa naturæ cum vera prioritate, & reali causalitate. Verè enim, & in sensu reali verificatur in opin. Adv. consensum negativum disponere ad positivum; & per illum acquiri gratiam efficacem ad positivum; sicuti per dissensum illam impediri, qua ratione iustè imputatur omissio actus positivi pro signo sequenti. Undè licet hæc signa, sicuti, & quæ in alijs quæst. communiter ponuntur sint præcisiva ex parte nostri intellectus; quatenùs non considerat actu omnia, quæ prioritatem causalitatis in quacumque re comittantur; quia non conducunt ad considerandas naturas rerum: Revera in se sunt signa realia; quia signa realis causalitatis, & per quæ rerum naturæ quoad aliqua essentialia obiectivè definiuntur: *Et hæc de hoc dub. applic. dub. 1. fol. 611.*

Tertio.

Quædam Respons. reijcit.

DUBIUM II.

AN REPVGNET NOVO TITVLO consensum, & dissensum puré negativum esse exercitia immediatè prælactæ libertatis?

§. I.

PRIMUS TITULVS REPVGNANTIÆ PROBATVR.

N. 1 INter recitationem huius opinionis vidimus consensum negativum præstitum vocationi morali, nihil aliud importare reipsa, nisi voluntatem permittere, aut. sinere se trahi à bono proposito per sanctam cogitationem, non quidem per positivam affectionem, sed per meram carentiam,& puram permissionem ipsius,ut moveatur à bono supernaturali. Unde ab oppositio voluntatem dissentire negativè est non permittere se trahi à bono honesto, sed sinere se trahi à bono delectabili proposito per pravam cogitationem: non quidem positivè, sed negativè, hoc est, non impediendo se moveri ab illo. Hæc explicatio est satis difficilis captu. Unde contra illam sic arg. Libertas conveniens voluntati per gratiam vocationis simul cum prava cogitatione, est libertas unicè ad positivum consensum, vel eius omissionem (vel si velis)ad eius positivam resistentiam per amorem boni delectabilis: ergò non est libertas ad consensum, & dissensum purè negativum. Prob. añs. Libertas illa est facultas in voluntate iuxta hunc modum dicendi, ut sinat se trahi ab obiecto proposito sub ratione boni honesti per vocationem moralem; vel sub ratione delectab.per pravam cogit.sed voluntatem sinere se trahi à bono proposito ut tali, est voluntatem positivè consentire, & non sinere, est liberè non positivè consentire,aut ei positivè resistere: ergò.

Ratio proponit

Probat. min. 1. Voluntatem sinere se trahi à hono ut tali est voluntatem ferri in bonũ ut tale;non enim stant hæc duo, scil. quod aliquis trahat me ad seipsum spontaneè, & quod ego non ferar, sine vadam ad illum; sed voluntatem ferri in bonum ut tale, est illud positivè amare iuxta illud P.Aug. *Amor meus pondus meum,illo feror,quocumque feror*: ergò. 2. Voluntatem trahi à bono ut tali est volunta tem moveri intentionaliter ab illo; sed voluntatem sic moveri à bono est voluntatem positivè amare illud;cum iuxtaD.Th.1.2.q.26.a.2.ad 3.*Amor sit quædam immutatio appetitus ab appetibili*:ergò.3.Voluntatem trahi à bono,est illud exercere suam causalitatem circa voluntatem;sed hoc nequit subsistere,nisi voluntas tendat in bonum per amorem: siquidem iuxta D.Th.q.22.de Verit.a.2.*Sicuti influere causæ efficientis est agere, ita influere causæ finalis est ipsum appeti, & desiderari*: ergò.

2

Prob.min 1.

Secundo.

Tertio.

Si dicas 1. Hæc omnia solum probare de tractione positiva boni, quæ iuxta M. P. non aliter fit, nisi amore, lætitia, & delectatione; secus vero de tractione purè negativa, quæ solum dicit non resistere bono ab intellectu proposito. Contra est.

Quædam solut. impugnas.

Nam ob hoc stat difficilis captu doctrina huius opinionis, aut committitur petitio principij. Ratio est:

Prob. 1. Nam si quæratur, in quo consistat consentire negativè vocationi? Resp. Consistere in hoc, quod est sinere se trahi à bono per vocationem proposito. Si rursus quæratur: quomodo voluntas absque amore movetur, & trahitur à bono? Resp. Hanc tractionem esse purè negativam, ideòque non requirere actum amoris. En inexplicatam quidditatem consensus negativi; vel si quis conetur explicare, de facili relabitur in petitionem principij. Eodem defectu laborat id, quod addit de non resistentia. Nam si quæratur, cur voluntas non resistit? Respond. Quia sinit se trahi à bono. Si rursus quæratur; quomodo trahitur, si non amat? Resp. Hanc tractionem esse purè negativam, consistentem in non resistentia. Imò in hac opinione nequit dici consensum, & tractionem negativam consistere purè in non resistentia. Ratio est: Nam etiam dum voluntas dissentit negativè (qui dissensus est exercitium alterum illius libertatis) non verè resistit, aliàs tunc peccaret, & sic esset independenter ab omni exercitio voluntatis prædeterminata ad materiale peccati: quod assertum iudicat prædicta opinio parum decens suavitati divinæ providentiæ. Unde tenetur dicere, ideò voluntatem dissentire negativè sanctæ vocationi, quia non sinit se trahi à bono. Et si rursus interroges: Quomodo non sinit se trahi à bono; quandoquidem nullo actu contradicit illi? Respond. Hanc contradictionem, sive resistentiam, esse purè negativam. En iterum nodum insolubilem.

Secundo.

Nec valet dicere 2. Probationem supra positam manifestè instari admissa possibilitate puræ omissionis voluntariæ; cum voluntas pro tali casu debeat moveri ab aliquo obiecto, ut omittat: aliter enim non esset exercitium appetitus rationalis. Et tamen voluntas omittens purè, non trahitur positivè, sed tantum negativè ab aliquo ex obiectis propositis per iudicium indifferens. Non igitur repugnat tractio purè negativa. Sed hæc instantia nullatenus favet opinioni, quam in præsenti impugnamus. 1. Quia falsum est voluntatem purè omittentem moveri, aut trahi ab aliquo fine; cum potiùs ideò liberè omittat, quia finem sibi indifferenter propositum non respicit ut finem dati finalizantem: cuius causalitas, vel consistit, vel includit iuxta D. Thom. supr. cit. amorem, & appetitum sui. Unde de voluntate purè omittente dilectionem Dei falso enunciatur *eam sinere se trahi à Deo proposito ut summo bono*, quin potius si adsit præceptum dilectionis, de illa verificatur: *Privativè excludere moveri in actu 2. à Deo ut summè bono.*

4 Alia evasio impugnat. 1.

5 Secundo.

2. Nam etsi pro pura omissione debeat assignari aliquod motivum, hoc tamen iuxta plures sufficienter salvatur, vel in limitatione boni propositi; vel in eo, quod bonum, etsi infinitum, non proponitur ut perfectè satians voluntatem: iuxta alios vero sufficienter salvatur per hoc, quod in prosequutione talis boni appareat aliqua disconvenientia: Nam quod habet efficaciam ut excitet in voluntate nolitionem positivam, aut displicentiam, multo magis poterit retrahere voluntatem, ut purè omittat amorem talis boni. Nihil horum accidit in casu præsenti, quin potius oppositum contingit. Nam dum voluntas purè negat. resistit amori, non sinit se trahi à bono proposito ut tali; at vero dum consentit purè negativè, hoc est, dum purè non exercet consensum positivum, & positivam resistentiam, iuxta hunc modum dicendi iam sinit se trahi à vocatione, & à bono per illã propositio. Rursus: dum purè omittit voluntas amorem, habet pro motivo huius omissionis ex parte obiecti, vel finitudinem boni, vel aliquam disconvenientiam illi adiunctam. At vero dum consentit negativè, nullum motivum ex parte obiecti, quis assignare valet. Non quidem boni-

ta-

tatem ; cum hæc de se alliciat ad consensum positivum ; non disconvenientiam : cum hæc de se alliciat ad dissensum positivum , qui pro illo signo iuxta hunc modum dicendi non est possibilis. Deindè , dum purè omittit , potest voluntas reddere rationem subiectivam pro tali omissione , scilicet , possibilitatem proximam ad positionem amoris, & aliunde in amorem boni propositi non plenè satiari eius appetitum. At vero dum consentit negativè, nec est possibilis consensus positivus , aut resistentia positiva ; nec quantumvis in illo signo libertatis , voluntas quantum potest, se exerceat , aliquid aliud facere potest quama suspendere omnem actum tam consensus , quam positivi dissensus.

§. II.

Tertia responsio rejcitur.

6 DIcere vero 3. Voluntatem sinere se trahi à bono stare dupliciter; vel tractione in actu 1. vel in actu 2. 1. contingere. potest sine amore positivo boni , quamvis non 2. Dum igitur consensus negativus explicatur per hoc , quod est voluntatem sinere se trahi , & moveri à bono , intelligitur de motione in 1. sensu; non autem in 2. Non, inquam, valet 1. Nam voluntatem sinere se moveri à bono motione in actu 1. non est liberum voluntati : ergò in illa nequit libertas consensus negativi consistere. Antec. constat : Nam bonum propositum movere in actu 1. voluntatem est illud esse propositum ab intellectu cum sufficientia ad eam movendam ; hæc autem propositio, quæ est vocatio sancta Dei moraliter alliciens voluntatem , & illam constituens liberam , prævenit omne exercitium liberum voluntatis : ergò. Ex quo ulterius arg. Voluntas nequit liberè sinere se trahi à bono illa motione, quam impedire non potest ; sed nequit impedire , quod vocatio sancta , & bonum ab illa propositum trahat voluntatem in actu 1. cum non possit impedire, quod talis vocatio sit gratia sufficiens : ergò.

Primo.

Non valet 2. Consensus negativus sequitur in voluntate ad bonum propositum per sanctam vocationem , ut movens illam in actu 2. si teneatur consequentia doctrinę: ergò si talis motio requirit amorem positivum , nequit voluntas exerceri per consensum purè negativum. Añs. prob. Consensus negativus subsequitur iuxta prædictum A. ubi supr. num. 22. ad bonum propositum ut movens voluntatem in genere causæ finalis exercentis suam causalitatem pro signo añti: ad causalitatem causæ efficientis ; ex qua doctrin. probat motionem, per quam Deus moraliter movet voluntatem, præcedere motionem , per quam effectivè ipsam movet. Sed causa finalis , ut exercens suam causalitatem est bonum per modum finis, ut in actu 2. movens voluntatem : cum causalitas sit actus 2. cuiuslibet causæ: ergò. Denique , iuxta prædict. Mag. talis consensus est effectus vocationis moralis: ergò supponit pro priori vocationem moralem in actu 2. illum causantem ; atqui vocatio moralis non aliter causat ; nisi medio bono ab illa proposito ; cum sit motio obiectiva : ergò supponit pro priori prædictum bonum, ut in actu 2. causans ipsum consensum. Si igitur huiusmodi causalitas , & tractio boni in actu 2. causantis , & moventis non stat sine amore positivo sui, consensus præstitus ex vi vocationis moralis non erit purè negativus , sed positivus , vel ad consensum positivum subsecutus.

7 Secundo.

Tertio.

Hinc non rectè percipio doctrina huius A. dum quæst. 8. n. 22. & quæst. 5. fol. 241. col. 1. asserit consensum , vel dissensum negativum præstitum vocationi dari in signo actus 1. & propositionis obiecti ut convenientis. Non , inquam, percipio : Nam exercitia libertatis, quælibet sint , dantur in signo sequenti ad illam , cum sint effectus ab illa procedentes , & subsequentes. Sed libertas ad consensum, vel dissensum negativum, includit

8

in ſui conſtitutione talem propoſitionem boni, ſive vocationem moralem, ut eſt certum: ergò non exiſtit in ſigno illius. Quod ſi velit dicere exiſtere in eodē ſigno *in quo* propter coexiſtentiam in eodem inſtanti cum vocatione; eſtò hoc modo intellecta talis doctrina concedi valeat; attamen nihil ſpeciale affirmat de conſenſu negativo; nam etiam ipſum velle poſitivum exiſtere valet in eodem inſtanti reali, in quo exiſtit vocatio.

9 Præterquamquod, hæc explicatio non congruit eius menti, cum aſſerat *talem conſenſum dari pro ſigno actus primi, eo quod præcedit gratiam prædeterminantem ſe tenentem ex parte actus ſecundi.* Quæ verba ſenſum formaliſsimum exprimunt. Unde ſolum poteſt congruenter exponi dicendo conſenſum negativum dari in ſigno actus 1. qui ſit talis relatè ad velle, vel nolle poſitivum exiſtens pro altero ſigno; ad modum quo intentio finis exiſtit in ſigno actus 1. non qui ſit talis ad ipſam, ſed qui ſit talis reſpectivè ad electionem. Cæterum nec hoc vacat etiā difficultate; cum gratia efficax, quæ prius acquiritur indirectè per conſenſum negativum, non ſit ullatenùs actus 1. nec ipſa obiectivè moveat ad poſitivum amorem pro ſigno ſequenti. Tum quia aſſerit prædictum conſenſum exiſtere in ſigno propoſitionis boni. Sed ſi eſt nihil; qualiter hoc?

Fol. 443. & 241.

§. III.

Proſequitur idem aſſumptum, ex eo, quod talis conſenſus negativus nequit provenire à vocatione Dei, ut cauſa finali.

10 UT prædict. Mag. fundet impedibilitatem gratiæ efficacis, & ſimul ſtatuat prædeterminationem *phyſico moralem*, ſupponit voluntatem duplicitèr moveri à Deo, ſcilicet, moraliter, & phyſicè, ſive motione in genere cauſæ finalis, & motione ſpectante ad genus cauſæ effectivæ. 1. motionem exercet Deus, dum vocatione ſua proponit bonum ſupernaturale ut conveniens. 2. vero dum per operationem immanentem producit effectivè actus voluntatis poſitivè amplectendum prædictum bonum. Attamen huiuſmodi motiones ſervant inter ſe ordinem prioris, & poſterioris; tum ut ſalvetur libertas in elicientia actus; tum ut ſervetur ordo cauſarum; tum ut conſulatur ſuavitati divinæ providentiæ, per prius trahentis ad ſe voluntatem per conſenſum à Deo moraliter cauſatum, ut poſtmodum phyſicè ipſam moveat ad actum poſitivum, aliter enim non liberè, ſed violenter moveretur à Deo. Ex qua doctrina plura continente conſtat ipſum apertè fateri vocationem moralem exercere ſuam cauſalitatem finalem, dum cauſat in voluntate talem conſenſum negativum, poſt quem ſuccedit gratia efficax phyſicè movens voluntatem ſic conſentientem ad amorem poſitivum.

Notandū.

Hanc duplicé motionem ex parte Dei tradit S.D. 3 cont. G.c. 67. rat. 4.

11 Hoc ſuppoſito ſic arg. 1. inſtaurando doctrinam §. añtis. conſiderando bonum propoſitum per vocationem ſub expreſsione cauſæ finalis. Etenim finem actu finalizare voluntatem neceſſario includit, aut connectitur cum hoc, quod eſt appeti ratione ſui, ſic enim diffinitur: *Quod ratione ſui, & propter ſe appetitur. Vel cuius gratia* (hoc eſt intentione) *aliquid fit.* Sed per conſenſum negativum finis nec amatur, nec appetitur propter ſe: ergò talis conſenſus non provenit à bono, ut exercente ſub ratione finis ſuam cauſalitatem. Urg. Finem actu finalizare voluntatem eſt eam ſibi actu ſubijcere quoad ſui inclinationem. Ita Sanct. Doct. 1. 2. quæſt. 1. art. 5. Sed inclinatio voluntatis non ſubijcitur in actu fini eam finalizanti, niſi per appetitum elicitum finis: ergò. Deniquè: nequit finis qua talis exercere ſuam cauſalitatem ratione illius exercitij, per quod voluntas non tendit in illum, ſed potius nullam habet actualem tendent. in ipſum; ſed hoc pacto ſe gerit voluntas per conſenſum negativum, qui nequit eſſe proſecutio finis: ergò.

Formatur ratio.

Urges.

Ultimo.

12 Huic probationi poteſt Reſp. Voluntatem ex vi conſenſus negativi velle interpretativè finem; & pariter

Si fortè dicatur.

Contra est 1. riter eodem modo finem actu ipsam finalizare. Sed hoc minimè satisfacit; primo, quia nequit interpretari prudèter voluntatem positivè amare finem pro signo, pro quo talis amor ex term. repugnat, atqui positivus amor finis sic repugnat pro signo vocationis moralis antecedenti signum gratiæ efficacis, ut fatetur hæc opinio: ergò. 2. Nam in casu puræ omissionis voluntariæ circa finem honestum, estò voluntas interpretetur positivè velle, non tamen velle positivè finem, quem omittit; sed potius interpretatur nolle illum, aut velle non prosequi ipsum, ut est evidens: ergò quod voluntas in illo signo non habeat amorem positivum finis non est fundamentum, ut interpretetur per inde se habere, acsi positivè amaret illum. Ratio est, quia nulla res prudenter interpretatur suum contradictorium. Si dicas talem consensum negativum interpretari amorem positivum, quia est negatio positivę resistentiæ: Contra est. Tunc enim qui non resistit positivè, interpretatur prudenter positivè velle obiectum, quod positivè non reijcit, quando est possibilis talis resistentia; ut est communis doctrina in homine advertente gravem tentationem, & eam positivè non reijcienti, aut non connanti ad resistendum. Atqui iuxta superius notata repugnat in illo signo positiva resistentia finis: ergò.

Secundo.

13 Confirm. Confirm. præd. M. probat in signo anteced. ad gratiam efficacem dari in voluntate consensum negativum, aut dissensum, in quo splendet præcip. pars libertatis: quia causa finalis est prior in causando, quam efficiens: Nunc rogo: Prioritas causæ finalis in causando est tantum prioritas interpretativæ causalitatis, vel causalitatis re vera talis? Si primum aufertur à causa finali, quæ iuxta D. Thom. 1. 2. q. 1. art. 2. est causa causarum, vera ratio actu causandi. Ex quo ulterius sequitur aliud inconveniens; scilicèt, Deum moventem per modum finis voluntatem ad actus salutares, non influere positivè, sed existimativè tantum; vel assigna signum, in quo Deus sic influat positivè sub munere causæ finalis? Cave tamen, neponas tale signum in signo gratiæ efficacis; nam tunc tibi ipsi contradices, dum asseris causam finalem esse priorem causa efficienti. Si ante illud: ergò cum dè ratione causæ verè talis, & reipsa influentis sit dare verum positivum esse; nequit vocatio Dei ratione consensus negativi exercere munus causæ finalis. Non me latet *M. Ferre* placuisse dicere voluntatem purè omittentem habere finem in prædicta omissione, sed hoc parum refert, cum prædict. Author addat dicens: *Voluntatem habere finem, ut omissum, & ut terminum à quo*: quod, ut ex terminis patet, est excludere veram rationem finis à voluntate, ut omittenti; de ratione enim finis est esse terminum *ad quem*, & propter quem voluntas tendit.

§. IV.

Alius titulus proponitur.

14 Probat. ARgum. 3. & specialius. Repugnat voluntatem excitatam à Deo, & cum vera libertate ad salutariter volendum, se exercere per consensum, aut dissensum purè negativum pro priori ad gratiam efficacem, vel eius carentiam: ergò repugnat gratiam efficacem pendere à dispositione negativa lib. arbit. Assis. prob. Repugnat voluntatem exercere veram libertatem intra ordinem gratiæ in signo, in quo Deus solum movet illam per modum causæ finalis, & obiectivæ; sed in signo consensus, vel dissensus purè negativi Deus solum hoc modo movet voluntatem, ut constat ex supra notatis: ergò. Mai. prob. Repugnat voluntatem creatam exercere veram libertatem intra ordinem gratiæ in signo, pro quo Deus non se habet, ut agens propriè liberum; sed signum in quo Deus movet voluntatem solum in genere causæ finalis, & obiectivæ, est signum, in quo Deus non se habet, nec verè exprimit munus agentis liberi: Nàm obiecta qua talia, aut fines, non sunt agentia libera; libertas namque est propria

pria voluntatis, ut causæ efficientis proprios actus, aut imperantis actus aliarum potentiarium : ergò. Maior videtur certa, & ulterius probat. Repugnat voluntatem creatam exercere veram libertatem intra ordinem gratiæ absque subordinatione ad Deum, ut primum liberum, & Supremum Dominum intra eundem ordinem ; sed nequit voluntas subordinari Deo, ut primo libero &c. in signo, in quo Deus non se habet, ut agens liberum: ergò.

15 Confirm. hoc : Dum voluntas in signo consensus negativi exercet præcipuam partem suæ libertatis
Confirm. (ut asserit hæc opinio) vel se habet ut primum liberum, vel ut liberum secundum? primum nequit dici; secundum probat Deum in tali exercitio non se habere, ut moventem voluntatem præcisse in genere causæ finalis: ergò. Probat. min. Voluntatem se habere, ut secundum liberum, est voluntatem determinare suum exercitium dependenter à Deo per prius electivè ipsam determinanti ; sed munus causæ finalis, & obiectivæ non est in Deo munus determinantis electivè exercitium voluntatis ; cum hoc munus sit exercitium Dei, ut agentis secundum consilium, & determinationem suæ voluntatis : ergò. Urgetur hoc. Ratio primi liberi in Deo est ratio primi Domini ; sed dominium est facultas activa utendi, vel non utendi : ergò in Deo ratio primi liberi est munus facultatis utendi, vel non utendi activè voluntate creata ; sed usus activus voluntatis est activa applicatio illius ad sua exercitia : ergò in signo, pro quo Deus non applicat activè voluntat. sive illam nō movet quoad exercitium, & motione se tenente ex parte subiecti, non exprimit munus primi liberi. Sed huiusmodi est signum, in quo Deus movet, ut causa finalis, & obiectiva, media, scilicèt, cognitione, & amore virtuali, aut formali suæ voluntatis à nobis procedentibus: ergò in illo signo non exercet Deus munus primi liberi. Quomodo ergò poterit voluntas se habere in illo, ut secundum liberum, & ut exercens suam præcipuam partem libertatis?

Nec valet dicere 1. Quod etsi Deus in tali signo non se habeat, 16
ut agens liberum determinando exercitia libertatis, attamen libertas pro Si forte
illo conveniens voluntati fuit à Deo dicatur.
liberè donata, cum hæc proveniat ex vocatione sancta infussa à Deo gratuito voluntati ; undè dum voluntas consentit negativè, subordinatur etiam Deo, à quo, ut consentiret, libertatem accepit. Non, in- Reijcit. 1.
quam, valet 1. fatemur enim in hac opinione Deum liberrimè conferre voluntati libertatem ad consensum, negativum, vel dissensum ; proindequè fatemur voluntatem non se habere electivè in ordine ad talem libertatem. Contendit tamen argum. Deum debere etiam exercere suam libertatem, & dominium immediatum supra consensum, vel dissensum, quod apud Discipulos D. Thom. efficacissimè, & omnino certum suadetur; Tùm quia omne agens liberum creatum subordinatur, ut tale in suis exercitijs Deo, ut primo libero ; proindequè, ut primo electivè illa determinante. Tùm quia aliàs voluntas creata perfectius Dominium exerceret, quam Deus ; illa enim dominium immediatum, Deus vero solum mediatum determinando causam intrinsecè inconnexam. Tùm quia sicuti Deus titulo primi efficientis petit ad omnia immediatè per concursum effectivum se extendere ; ita etiam titulo primi Domini exigit omnia immediatè derer-minare, vel permittere. Tùm quia non verificaretur illud M. P. *Magis habet Deus in sua potestate voluntates hominum, quam ipsimet suas.* Quis enim magis dominatur alicui exercitio? Nonnè, qui immediatè, & formaliter ipsum determinat ; imò potius est unicè immediatè determinans?

Non valet 2. Implicat vo- 17
luntatem creatam liberè, & præcipuè liberè, se exercere Deo nihil im-
mediatè disponente, & ordinante Secundo.
circa tale exercitium formaliter, & prout in se ipso est ; sed hoc sequitur ex doctrina solutionis : ergò. Mai. constat ex dictis; & rursus, quia

repugnat exercitium liberum, & præcipuè liberum non cadere sub providentia immediata Dei; hæc autem iuxta Boetium, & SS. PP. *Indispositione, & ordinatione rerum consistit.* Min. etiam constat. Tùm quia iuxta solutionem Deus solum segerit immediatè liberè circa collationem vocationis, quæ aliàs secundum intrinseca est indifferens ad cõsensum, vel dissensum. Tùm quia munus disponendi in Deo per intellectum, & voluntatem non est munus obiecti; sed causæ practicæ dirigentis media præscientia, & præparatione mediorum: ergò.

18 Si dicatur 2. Exercitia talis libertatis esse quid purè negativum; proindequè non exigere concursum liberum Dei immediatè ad illa terminatum. Contra est primo, quia etsi sint purè negativum, voluntas in eis exercet suam libertatem; sed non ut primum liberum: ergò ut secundum: ergò cum subordinatione immediata ad Deum liberè illa determinantem, in quo non splendet munus finis, & obiecti. 2. Nam quod talia exercitia sint quid negativum, solum probat non requirere Deum, ut liberè immediatè operantem positivè in voluntate; quandoquidem nec ipsa voluntas sic operatur positivè: secùs tamen quod non determinetur immediatè à Deo, vel illam non adiuvando ad aliquod exercitium positivum, vel purè sinendo ipsam. Et licèt in explicando qualiter Deus tunc segerat, ut agens liberum, ita ut non verificetur illum dormitare, *quando voluntas vigilat*; sit gravis difficultas; hoc ipsum probat repugnantiam talis libertatis. Vel dicat nobis, quid decernit pro tunc voluntas Divina? Sed ad nostrum assumptum redeundo constat inefficacia solutionis in pura omissione possibili; quæquidem immediatè subijcitur Deo, ut decernenti liberè non prædeterminare ad actum præceptum, si omisio sit peccaminosa, vel manu tenere voluntatem, ut non consentiat malo, si sit omisio actus pravi. Sic enim verificatur illud D. August. *Nihil fit in mundo, nisi iubeatur à Deo, aut permittatur fieri*: ergò quod illa exercitia sint quid negativum non debēt subtrahi ab immediata Dei determinatione titulo supremi liberi.

Dices 2.

Contra est 1.

Secundo.

Hinc apparet, quam falso dicatur voluntatem creatam exercere præcipuam suam libertatem in consensu, aut dissensu negativo præstito Dei vocationi. * Apparet, inquam primo, quia iuxta AA. tuentes puram omissionem voluntariam solum concedunt illam esse liberam negativè, & indirectè, vel ut alij loquuntur, solum permisivè; è contra vero actus internus est liber positivè, & directè, in quo splendet præcipua pars, & libertas. 2 *Quia eo liberius est exercitium, quo voluntas nostra est liberior; eo autem liberior est nostra voluntas, quo sanior; & eo sanior, quo subiectior divinæ gratiæ, misericordiæquè Dei.* Ita P. August. Epist. 89. ad Hilarium. Hoc autem quis dubitet maximè contingere, dum voluntas positivè diligit Deum, positivè vult credere &c. 4. Ex hoc ipso. Tunc voluntas est magis libera, quanto magis subordinatur Deo Supremo Domino; sed Deus, ut physicè prædeterminans voluntatem ad actus salutares perfectiori modo illam subordinat, quam præcisse eam movendo moraliter ad exercitia, quæ sunt revera nihil: ergò. Hinc apparet etiam quod, etsi illa exercitia titulo nihile iratis non præquirant ex parte Dei concursum positivum externum, per quem Deus aliquid operetur in voluntate; secus tamen concurs. internum per quem Deus protũc determinetur ad liberè volendum, vel nolendum existere consensum negativum, vel illius carentiam; quæquidem determinatio immediata libera Dei differt à decreto conferendi vocationem moralem, & ad illud immediatè subsequitur.

19

Ne sit litig. Dic. præcip. partem.

Quarto:



§. IV.

In quo quædam evasiones fundamento §. 1. adducto præcluduntur.

20

Solvitur quædam instant. tomo 2. §. 2

PRiusquam ad immediatè insinuata ttanseamus, opportet prius satisfacere cuidam obiectioni, quam contra me adducit num. 16. ubi affirmat argumentum à me desumptum ex capite libertatis attenta causalitate propria finis, boni &c. procedere ex falsa suppositione: *Supponitur enim, quod consensus negativus est libera carentia positivæ resistentiæ. Si enim extrema libertatis pro signo vocationis moralis; ambo sunt negativa, & ideo me impugnat primarius; cur tam citò oblivisciturpositionis nostræ?* Ad quod Respond. sine causa, ut oblivioſum me existimare; quin potius, quia memor sum eorum, quæ prædictus A. affirmat Tom. 1. verba supra adducta in favorem meum adduxi. Etenim fol. 442. col. 2. loquens de consensu negativo quoad sui constitutionem, ait: *Nàm consensus consistit in eo quod voluntas permittat se trahi ab obiecto; sed permissio ista non est actus positivus, sed carentia actus positivæ resistentiæ.* Quo nil manifestius. Rursus. Prædictus A. pro suo modo dicendi circa constitutionem consensus negativi refert Card. Bellarm. tom. 4.* lib. 4. de Grat. & lib. arb. cap. 16. referens latè illius verba; sed audiat quæ ex illo adducit ibidem num. 4. *Hæc enim determinatio dicitur negativa: quia non consistit in actu positivo, sed in negatione actus.* Ex his constat me non falso supponere iuxta illius sententiā consensum negativum dicere carentiam actus, & resistentiæ positivæ, sed potius me fideliter ab ipso dicta referre. Undè si est aliqua falsitas, hæc non est in mea relatione, sed in explicatione consensus negativi, ut ab ipso posita. Hinc non immerito possum dicere: *Agnosce verba tua, & erit in laud. memoria mea.*

Probat. 1

Secundo.

*Tom. 2. fol. 290.

21

Hac de causa non apparet ulla inconsequentia in eo, quod impugnē 1. prædictum modum dicendi; quia ambo extrema libertatis ponit purè negativa; & rursùs; quia implicat voluntatem in signo immediato ad vocationem moralem ponere consens. negativum liberè omittendo dissensum positivum; si aliunde talis dissensus est repugnans pro illo signo. Siquidem utrumque traditur, ut supra vidimus, ab ipso Auth. Quare potius iste SS.M. sibi prius in suis dictis consulere debuit. Nec explicatio, quam addit tom. 2. ubi supra numer. 16. aliquid iuvat, dicendo: *Quod dum asseruit cōsensum negativum ab ipso dictum dicere carentiam liberam resistentiæ positivæ, intelligendum est de carentia dispositiva; nàm disponendo ad consensum positivum liberum disponit ad carentiam liberam resistentiæ positivæ.* Non, inquam, iuvat 1. quia sic asserit in primo scripto: *Consensus negativus consistit in permiss. quę non est actus positivus, sed est carentia resistentiæ positivæ*; & Bellarm. asserit: *Illum consistere in negatione actus.* Res autem aliqua non dicitur consistere in eo quod infert, aut ad quod disponit: maximè dū agitur de constitut. illius. Aliter etiam posset dici illum consens. consist. aut esse positivum. 2. Quia dum hæc scripsi, non prodierat in lucem expositio, quam tradit suo asserto, nec talem expositionem spiritu prophetico præsciebam. Fateor, etiam me aliquando dicere *consensum negativum opponi contradictoriè cum consensu positivo*, pro quo adest ratio satis efficax. Nàm consensus purè negativus pugnat essentialiter cum consensu positivo, ut possibili pro signo immediato ad vocationem moralem, sive ante signum gratiæ efficacis. Sed omnis repugnantia coexistentiæ - est aliqua oppositio: ergò inter consensum purè negativum, & positivum, ut pro illo signo, datur aliqua oppositio; quæ alia esse non potest, nisi contradictoria.

Tertiò.

Ad aliam obiect.

Imò si res rectè considerentur, SS.M. Verit. compulsus protulit verba supra à me citata. Nàm ex terminis videtur implicatorium dari negationem per se primo constitutam in esse talis, nisi per carentiam alicuius positivi; idemquè de privatio-

22

Redeo ad 1. inst.

tione, ut constat ex earum diffinitionibus: ergò si talis consensus est, & consistit in simplici negatione, utique erit constitutivè carentia alicuius positivi. Ratio enim id convincit: Nam nulla negatio constitutivè talis potest dari, cui non sit assignabile contradictorium formaliter tale; sed hoc necessario est quid positivum: ergò. 3. Talis consensus procedit iuxta prædictum Magistrum à voluntate, & libert. quæ tunc non est activa: ergò est à voluntate ut non agente: ergo est à voluntate cum negatione, seu carentia actionis. 4. Si talis consensus non est carentia actus in voluntate, talis consensus non excludit suum contradictorium. Sed si illud non excludit, potest cum illo coexistere: ergò posset esse carentia, in qua consistit consensus negativus, simul cum dissensu.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Dices: Consentium positivum excludi ex ipsa ratione libertatis moralis, ut præcedentis signum prædeterminationis; unde esto negatio illa libera illud non excludat, non propterea est possibilis ei coexistere. Sed contra 1. ergò consensus positivus supponitur repugnans in tali signo: ergò necessariò datur carentia illius in tali signo: ergò de voluntate nequit verificari quod liberè non agit; cum ly *non* appellet supra agere: ergò falsò dicit, quod est libertas voluntatis ut non activæ.

23

Si dicas contr. est it.

Secundo. 2. Si talis consensus est immediatè in seipso liber, estò libertate imperfecta, est potens immediatè in se deficere, utpotè contingenter existens: ergò voluntas est potens se exercere immediatè per defectum immediatum illius; sed defectus immediatus alicuius in negativo consistentis, est quid positivum; cum sit defectus negationis; & duæ negationes affirment: ergò. 3. Talis negativus consensus nequit formaliter esse carentia dissensus negativi: ergò est formaliter carentia consensus positivi. Prob. añs. Dissensus negativus iuxta solut. est formaliter carentia consensus negativi: ergò sequitur, quod consensus negat. sit negatio negationis sui ipsius; & dissensus sit formaliter negatio negans aliam negationem, scilicet, consensum, per quam ipsa negatio, scilicet, dissensus, negatur. Sed hæc dicere, videntur *imperceptibilia*, & pro re *tam gravi*, & *dogmatica* (qualis est, explicare solidè, & Theologicè quomodo Nos possimus acquirere gratiam efficacem Dei, à qua nostra beatitudo pender.) Nam quid obscurius, quàm rem gravissimam solum posse explicare varijs negationibus, quæ, ut de illis possint Viri adhuc docti conceptum obiectivum formare, debent Arithmeticè numerari per numeros pares, aut impares; & hoc quando sunt negationes alicuius positivi: ergò talis modus acquirendi, aut impediendi gratiam efficacem &c.

Tertio.

Sed omitti non debet explicatio, quam tradit Tom. 2. * pro constitutione dissensus negativi (idē suo modo pro consensu negativo) quia ni fallor attentis regulis Dialecticæ, & etiā principijs metaphysicis, oppositum eius, quod intendit, affirmat. Sic enim ait: *Hinc dissensus negativus est formaliter carentia carentiæ consensus negativi; & sic est dissensus negativus.* Eadem verba repetit Tom. 4. * Nam hoc est dicere *dissensum negat. esse consensum negat.* & rursus: *dissensum negativum nō esse dissensum negativum.* 1. sic prob. Carentia carentiæ consensus negativi est carentia carentię contradictoriè oppositę consensui negativo; sed carentia carentiæ sic oppositæ consensui negativo est consensus negativus: ergò carentia &c. Mai. mihi videtur evidens: Nam consensus negativus, & carentia illius, opponuntur contradictoriè: ergò carentia carentiæ consensus negativus &c. Min. est non minus certa: Nam carentia carentiæ contradictoriè oppositæ consensui negativo, est defectus illius; defectus autem unius contradictorij est positio alterius, ut est certum: ergò. 2. Sic prob. Carentia consensus negativi est iuxta hunc modum dicendi dissensus negativus: ergò carentia carentiæ consensus negativi, est carentia dissensus negativi: ergò talis carentia non est dissensus negativus. Quod, ut clarius fiat, formo sequentem syllogismum absque ullo defectu: *Dissensus negativus est carentia carentiæ dissen-*

24

*Fol. 303 col. 2.

Nota Doct. difficilem.

*Fol. 42 § col. 2.

Impug.

sus negativus ; sed carentia consensus negativi , est formaliter dissensus negativus : ergò dissensus negativus est carentia formalis sui ipsius. Conf.hoc à simili benè valet: *Cœcitas est carentia potentiæ visivæ ; sed potentia visiva est quid positivum , & vitale : ergò cœcitas est carentia alicuius positivi , & vitalis.* Paulò aliter obieci in 2. scripto ; sed cum nullam responsionem ei dederit ; sed potiùs in explicatione tradita perseveret , videtur argum. à me facto nullam congruam responsionem ei adhiberi posse.

25 Diximus supra n. 3.impugn. 1. solutionem asserentem voluntatem præventam vocatione morali suasiva boni honesti solum trahi negativè à bono ; importare petitionem principij , & per illam comitti circulum vitiosum in explicatione talis tractionis negativæ , sive consensus præstiti pro signo immediato ad illam. Cui impugnationi Respond. quod ad quæsita per causam formalem responderi non potest sine circulo. Si enim quæras , *cur Petrus est homo* ? Respond. benè , *quia est animal rationale.* Si iterum quæras: *cur est animal rationale* ? Respond. *quia est homo*: Ecce circulus , sed non vitiosus; quia per quidditatem interrogatur , & ea data, si de illa quæritur , non est ulla ratio à priori, quæ possit dari. Sic in præsenti: quæritur: *quid sit consentire negativè* ? En quæstio de quidditate;ei benè respondemus dando quidditatem;nam consensus ille nihil est, nisi voluntatem sinere se trahi ab obiecto. Si quæras: *Quid sit ita trahi?* Resp.dando diffinitum , nempè,*quia consentit purè negativè.* Si tamen non quidditatem , sed causam, & rationem huius petas , illam damus : quia nempè pro signo vocationis , & priori ad prædeterm. nullus est possibilis actus positivus volunt atis: ergò in quæstione *cur* damus principium ; licet quærendo de causa formali, & per *quam* detur circulus , sed non vitiosus.

Resp. ad rat. prob.

Tom. 2. fol. 304. n.20.

26 Sed contr.est 1.Falsum est in quæsito de causa formali , sive per *quam*, necessario debere committi circulũ, & ideò non vitiosum. Licet enim inquirenti:*Cur Petrus est homo*?Resp.benè,*quia est animal rationale* : Si autem quæratur,*cur est animal rationale?* non rectè Resp.dicendo,*quia est homo*,cum debeat sic Resp. *Quia est principium sentiẽdi,& discurrendi*,ut mihi videtur omninò certum.Quod autem hæc responsio sit, uti decet Virum sapientia præditum in re gravi, & non sit frigida constat. Si enim ly *quid* quærit essentiam essentiam rei , & partes definientes definitum habent suas essentias , uti contingit in exemplo adducto; quare necessario comittendus est circulus , explicando essentias illorum per ipsum definitũ ? Hac de causa docemur in Logica ex Philosopho,quod convenit ponere in definitione definiti definitionẽ partium definitionis , quin propter hoc censeatur multiplex definitio. Hinc infero,quod circulus supra positus , si non sit assignabilis alia ratio, solum potest excusari propter nescientiam quoad quid est partium definitionis; ergò si quęrenti,*quid sit consentire negativè* ? Resp. *esse voluntatem sinere se trahi ab obiecto*: Et rursus , huiusmodi tractionem consistere *in purè negativè consentire*: Si alia responsio nõ datur,nescimus,in quo quidditativè cõsistat consensus negativus Non aliter ac si quis nesciret, quid sit animal, & quid sit rationale, non cognosceret quidditatem hominis , sed solum diversam exprss: vocum.

Impug.1.

27 Nec quod talis consensus , aut tractio sint quid purè negat. obstare potest,ut pro illius quidditate explicanda debet assignari definitio propria illius absque circulo de diffinitione ad diffinitum , & è converso. Patet hoc in alijs negationibus,& privationibus tam physicis , quam moralibus. Non me latet discrimen esse manifestum ; quia nimirum illæ sunt negationes alicuius positivi ; at vero non ita consensus , aut tractio negativa iuxta hunc modum dicendi; sed estò hoc consequenter dicatur, falsũ infertur ex falso;scil.ex negatione libera simplici, & constituta in esse talis , sed non per carentiam alicuius positivi. Dum autem progreditur A. designando causam *cur* voluntas consentit pro signo (potiùs dicitur pro signo sequent:immediatè)vocationis moralis:dicens causam esse, quia pro priori ad prædet. nullus est possibi-

Secundo

lis

lis actus positivus voluntatis diminutè procedit. Nam ego ipse qui prædictum consensum impugno, reputo etiam impossibilem actum voluntatis ante prædeterminationem. Unde debet addi: *Quia pro signo dicto debet poni aliquis consensus liber*, qui ob rationem datam nequit esse positivus, nec carentia alicuius positivi. De quo est dubium, & * non probabitur mille doctrinis Thomistarum,* ut ibi asseritur; si hoc assertum appellet supra totum dictum; esto sit communis doctrina illorum, quod nequeat poni in voluntate actus positivus pro priori ad prædeterminationem.

§. V.

In quo reijcitur tractio purè negativa à bono, & Ratio posita n.2. instaurat.

28 IMpugnatur 1. Quia nullam affert rationem, nec authoritatem M. P. aut D. Thom. in qua fundetur bonum honestum propositum voluntati per illuminationem Spiritus Sancti indifferenter moventem illam, & simul cum cognitione oppositum suadente, debeat voluntas per prius trahi à bono negativè, quam positivè. In re enim adeò gravi parum prodest dicere, si non designatur solidum fundamentum. 2. Probo voluntatem sic præventam vocatione morali posse immediatè se exercere per amorem positivum boni honesti, vel boni delectabilis, vel omissionem utriusque, si sit possibilis pura omissio, quod parum refert ad præsens. Prob. assump. Repugnat voluntatem creatam constitui liberam ex vi vocationis moralis, & non posse immediatè velle id, quod ex vi illius proponitur, ut immediatè ipsi bonum, & conveniens; sed vocatio moralis in cogitatione practica consistens proponit immediatè, & directè bonum supernaturale conveniens in sui amore, & prosequtione: ergò. Maior videtur innegabilis: Nam voluntas tum in substantia operat. aut quasi, tum in modo operandi, sequitur ductum intellectus, & cum illo conformatur. Tum quia voluntas potest immediatè velle id, à quo immediatè movetur; sed immediatè movetur ab eo, quod immediatè ei ut conveniens proponitur: ergò. Minor etiam constat. Tum quia cognitio practica per sui essentiam est cognitio repræsentativa boni; nihil autem potest immediatius cognitioni practicæ convenire quàm illud, quod per essentiam convenit. Tum quia cognitio practica existens constituit libertatem, quatenus proponit obiectum voluntatis cum aliqua indifferentia; sed propositio obiecti voluntatis est formalissimè propositio illius in ratione convenientis: ergò.

1. Impug.

Secundo.

3. Et urg. 1. hæc ratio. Libertas voluntatis iuxta præfatum Magistrum coalescit ex sancta cogitatione suadente homini actum salutarem, & ex prava cogitatione sugestione Diaboli occasionata, suadenti prosequutionem obiecti delectabilis: ergò in tali signo intelligitur bonum supernaturale media sui cognitione ut alliciens voluntatem; & pariter obiectum delectabile eandem moraliter alliciens: ergò in illo intelligitur voluntas, ut potès liberè trahi à bono supernaturali, vel à bono delectabili per cognitionem repræsentato. Sed voluntas non trahitur à bono qua tali proposito, nisi per sui amorem, & prosequutionem; negatio enim amoris *potiùs est non tractio à bono, quam tractio: ergò ex vi signi talis libertatis volunt. est potens proximè, & immediatè se exercere per amorem boni supernaturalis, vel boni purè delectabilis. Urg. 2. Demus per sanctam cogitationem proponi bonum supernaturale, ut positivè prosequendum, & etiam ut non positivè resistendum; quæro enim, quænam ex his tractionibus repræsentativis est, nedum potior, sed etiam prior respectu illius? Absdubiò tractio illa positivè repræsentans obiectum ut dignum amore, quia bonum; cum hæc sit constitutiva cogitationis in ratione sanctæ, & in esse gratiæ excitantis; quemadmodum in obiecto proposito dignitas, ut ametur, prior est, quam, ut illud non contemnatur.

29 Urg. 1.

*Non dico: libera.

Secundo.

30

Sic Tom. 2. fo. 302 col. 2.

Nec valet 1. dicere obiectum propositum per sanctam vocationem proponi ut amandum pro signo debito amoris. Hoc signum est signum prædeterminationis ad amorem, & non antea. At ante signum prædeterminationis physicæ est signum vocationis, & gratiæ moralis præparantis voluntatem iuxta Mag. Par. ad bonum amorem: unde ante signum actualis amoris datur consensus negativus, per quem præparatur ad amorem. Non, inquam, valet 1. propter rationem supra assignatam; siquidem nec testim. Magn. Par. aliquid insinuat de præparatione ad amorem per consensum liberum purè negat. imò nec per aliquem consensum liberum præcedentem amorem actualem, ut alibi propugnavimus: Quod addit huiusmodi consensum negativum esse iuxta D. Th. dispositionem liberam voluntatis ab ipso prærequisitam, ut recipiat motionem, & influxum Dei eadem facilitate, qua refertur, negatur. Defectus enim considerationis, quem Sanct. Doct. prærequirit ad peccatum, sicuti, & actualis consideratio ad rectam operationem, quæ consideratio est quid positivum, & possibilis pro illo signo; quam affinitatem habet cum consensu purè negat. immediatè, suo modo egredienti à voluntate? de quo alibi. *2. fateor obiectum propositum per sanctam vocationem proponi ut amandum pro signo debito amoris. Attamen ex probationibus à me adductis deducitur hoc signum esse immediatè signum subsequutum ad libertatem constitutam per vocationem moralem. Unde sic instauro fundamenta adducta. Non enim dixi voluntatem debere immediatè se exercere per amorem, quia per sanctam cogitationem proponitur bonum ut practicè conveniens utcumque, *sed ex vi illius proponi immediatè, & immediatissimè bonum supernaturale v. g. ut hic, & nunc positivè bonum, proindèque ut positivè conveniens, & perfectivum voluntatis, & ex hoc ut positivè appetibile, unumquodque enim appetit suam perfectionem: Tota doctrina est D. Thom. ergò cum voluntas in suo modo tendendi commensuretur cum modo proponendi ex parte cognitionis practicæ boni, si hæc utpotè ex impulsu Spiritus S. immediatissimè proponit, & repræsentat bonum qua tale voluntati, hæc debet immediatè per amorē illius exerceri.

Reijcit. 1.

Tom. 4. tract. de grat. excit. dub. 21.

*Tom. 4. fol. 625. Secundo.

*

Hos terminos non considerat A.

3. Obiectum proprium amoris strictè talis est bonum propositum ut conveniens, & perfectivum voluntatis: sicuti & desiderij bonum propositum ut absens, & gaudi, bonum ut possessum: ergò in signo in quo voluntas est positivè excitata à bono modo dicto proposito est excitata à proprio, & formali obiecto amoris. Sed signū, quod immediatè subsequitur à voluntate, ut excitata obiecto formali amoris est signum amoris. Tum quia est signum subsequutum ad causam adæquatam illius. Tum quia si mediaret aliud exercitium, deberet volunt. à propositione illius prius excitari; in quo item appareret nova difficultas ultra supra adductam. Nam hoc nequit proponi signatè volūtati, alias posset illud positivè amare, quod repugnat iuxta hunc modum dicendi. Aliunde nequit proponi purè exercitè. 1. Quia omne exercitè tale supponit aliquod signatum. Tum quia non posset correspondere libertati purè passivæ distinctæ, saltèm formaliter à libertate voluntatis ut activæ, uti propugnantur istæ partes libertatis: quod enim purè exercitè se habet, nec partialiter distinguit: ut patet in amore positivo; per illum enim voluntas amando signatè, & directè obiectum propositum, exercitè vult amare. Quod si velis instare has probationes in omissione actus, vide dicta num. 5.

31

Tertio.

Nec valet dicere 2. * Quod voluntas creata constituta per vocationem in ratione potentiæ liberæ, potest immediatè positivè consentire consensu negativo includente pro materiali positivam tendentiam indeliberatam voluntatis in obiectum propositū: non tamen potest sic constituta consentire positivè in signo immediato ad vocationem consensu includente amorem finis deliberatum. 1. patet ex dictis in hac quæstio-

32

Tom. 4. q. 8. n. 24. Respond. aliter.

tione : alterum ex sæpè dictis de impossibilitate exercitij liberi positivi ante prędeterminationem physicam. Ex his. Ad 1. Resp. Voluntatem sinere se trahi à bono ut tali esse voluntatē ferri in bonū motu indeliberato; non libero, qui pro signo tantum vocationis non est possibilis. Hinc fit quod voluntas in eo signo consentiens negativè, & liberè sinens se trahi ab obiecto, fertur in illud amore indeliberato eam excitante.* Et per talem amorem amat positivè amore indeliberato, sed non libero, quod intendit arguens, & negatur à nobis pro priori ad gratiam adiuvantem. Hinc ad 2. prob. concedimus cum D. Thom. voluntatem trahi à bono esse voluntatem positivè amare. Cæterum pro priori ad gratiam adiuvantem nullus est amor liber, sed tantum indeliberatus sanctæ vocat. qui liberè perseverat: quoniā volūtas consentiens negativè sinit illum perdurare. Ad 3. Respond. Voluntatem in signo puræ vocationis trahi à bono esse illud exercere causalitatem suam circa voluntatem, & istam tendere in bonum per amorem, ut docet D. Thom. at in eo signo non tendit per amorem liberum, sed per indeliberatum sanctæ vocationis, & obiecti moraliter allicientis, ut dictum est. Per hæc Respond. ad prob. Arguentis. *

Solut. adducta à nobis. §. ant. ad 1.

* Hic fuit elicitus ante signum libert.

Ad 2. probat.

Ad 3.

33 Miror ingeniosum modum discurrendi : Utinam illum amplius explicando rationibus fundaret; quia sine dubio difficultates passim occurrentes statim inefficaces apparerent. Ut vero claritate procedam, suppono primo subitam cœlestē delectationē oriri ex sancta cogitatione sed subita; (& idem suo modo de noxia delectatione ex prava cogitatione orta.) Suppono 2. Motus recensitos tam ex parte intellectus, quam voluntatis se solis non constituere signum vocationis moralis, prout dicit libertatem ad aliquod liberum exercitium : cum sine indifferentia iudicij non sit ulla libertas. Suppono 3. Quod per cœlestē delectationē movet voluntas intellectum, ut proponat perfectè, sive cum indifferentia bonum supernaturale; & ideo vocatio moralis prout dicit gratiam illuminationis ad exercitium liberum dicere huiusmodi cognitionem. Suppono, & admitto 4. Quod cum gratiæ excitantes invitent, & moveant voluntatem ad liberè recipiendam Dei inspirationem (qua ratione pertinent ad gratiam sufficientem adæquatè sumptam;) signum libertatis tam ad consensum qui ponitur negativus, quam positivus, coalescere adæquatè ex subita illuminatione ex simili cœlesti delectatione, & ex illuminatione perfecta, & indifferenti in proponendo. Idem suo modo discurrendum relatè ad dissensum negativum.

Suppono aliqua pro impugn.

Hoc supposito transeamus, non ad signum vocationis moralis, ut est signum libertatis; sed ad signum posterius, sed immediatissimè subsequutum; & videamus quidnam sit, quod in eo primo collocatur. Unde inquiro, dum dicitur consensum negativum includere pro materiali positivam tendentiam indeliberatam, voluntatis in obiectum ut permanentem; ly *de materiali* significat aliquid per modum subiecti talis consensus; vel dicit aliquam dispositionem ad illum? Nam causa disponens reducitur iuxta Doctr. S. Doct. communiter acceptam ad genus causæ materialis. Primum est de se falsum : & ipsa nihileitas hoc convincit; quia ad summum potest recipi in voluntate, ut non activa. 2. Pariter repugnat iuxta Doctr. abA. sępè repetitā, per quam asserit *continuationem, sive secundum esse talis delectationis dependere à consensu negativo, *sic num. 11. & taliter pendet, ut voluntas pro sua libertate, scilicèt, per consensum, aut dissensum, possit eam reddere perdurantem; vel non? Si vero continuatio esset dispositio ad consensum negativum, hic penderet ab illa, & non è contra. Et rursùs : primum exercitium libertatis passivæ esset non consensus; sed persev. delectationis. Hinc non percipio, quid significet dicere * consensus negativus pro formali *est nihil*, sed pro materiali *est quid positivum, & illud includit.*

34 1. Impugnat.

Per mani delectat. vocat esse secundum illius.

Obs-

35 Secunda. Obſtat 2. Conſenſus negativus differt realiter tanquam nihilum, & aliquid à permanentia delectationis, ut eſt evidens. Deindè: Conſenſus negativus ſequutus immediatè advocat. moralem, ut conſtituentem libertatē ad ipſum, ſolum eſt à voluntate ut non activa; permanentia delect. eſt ab illa effectivè vitaliter; licèt non per actionem diſtinctam productivam illius quoad primum eſſe. Sic fol.416.col.2. Rursùs, voluntas ſuo conſenſu negativo dominatur delectationi quoad ſui permanentiam. Nàm ſi voluntas liberè non ſineret ſe trahi, delectatio ſancta abijceretur, & non duraret: undè quaſi electivè decernit continuationem illius. Sic ibi. Nunc rogo: hæc duo, ſcilicèt: *Nihil, & aliquid; non agere, & vitaliter efficere, Dominium, & id cui dominatur, dependens, & à quo dependet*, conſtituunt unum ſignum immediatè ſequutum ad vocationem moralem; aut duo? 1. Repugnat. Tùm propter dicta; quia permanentia pendet à conſenſu: Prius autem, & poſterius non ſpectant ad idem ſignum. Tùm quia conſenſus eſt in ſigno correſpondenti voluntati, ut non activæ, delectatio, ut perdurans, voluntati ut effectivæ vitaliter. Tùm quia voluntas per conſenſum dominatur delectationi quoad perſev: in quo exprimitur præced. Si ſecundum. Redeunt difficultates ſupra poſitæ, ſcilicèt, voluntat. in ſigno immediatè ſequuto ad vocationem moralem non trahi à bono: quia in illo nihil eſt poſitivum; perſever. vero delectationis eſt pro ſigno ſequenti. Undè nihil proficimus, ſed ſtandum eſt primæ ſolutioni iam impugnatæ, ſcilicèt, voluntatem trahi purè negativè; hoc eſt conſentire negativè, ſive non reſiſtendo non reſiſtentia purè negativa.

36 Tertia. 3. Iuxta hanc 2. ſolut. Voluntas in ſigno conſenſus negativi utpotè includentis de materiali poſitivum, ſcilicèt, perſeverant. delectationis; verè efficit, & vivit vita ſupernaturali, ſic fol.418. col.2. qua ratione etiam Deus efficit illam quoad ſui perſeverantiam, licèt non per actionem diſtinctam, ſic fol.422. col.2. ſed iuxta A. Doctr. omnis effectus poſitivus requirit pro priori phyſicam prædeterm: ergò pro priori naturæ ad conſenſum negativum, ut includentem illud poſitivum, adeſt gratia prædeterminans; cum ſit poſitivum ſupernaturale. Hæc ſunt mihi certa, ſi ſervetur conſequentia Doctrinæ. Nunc rogo. Hæc prædeterminatio ſic poſita eſt acquiſibilis à voluntate, vel non? Si 1. aſsigna exercitium. Nàm conſenſus negativus, qui ponitur in eodem ſigno cum perſev. delectat. quam dicit de materiali, eſt poſterius illa. Nec poteſt poni in aliquo ſigno nihilum talis conſenſus; & poſt illud poni ad poſitivum gratia prædetermin. eſſent enim tunc caſus plura ſigna. Si 2. ergò ſi hoc non obſtat, quominus poſsit ponere liberè tùm perſeverant. delectationis, tùm conſenſum poſitivum ad illam ſequutum, ruit fundam. pro hoc ſpeciali modo diſcurrendi. Nec valet recurſus; quod ſicut eſt eadē actio eſt etiam eadem prædeterminatio. Non valet. Nàm eſto ſit eadem utpotè continuata; prout ſic tamen antecedit poſitiv. & aliunde illius continuation. acquirere nequit propter conſeq. Doctrinæ ab ipſo datæ. Idem argumentum fieri valet pro impedibilitate prædetermin. per diſſenſum negativum; quia hic etiam dicit, & includit in ſuo ſigno poſitivum pravæ delectationis quoad ſui perſeverantiam pro materiali; ad quod præcedit prædeterminat. & influxus prævius ex parte Dei titulo poſitivi. Sed ſatis pronunc: Nam agentes de libertate paſsiva, quæ ab ipſo A. ponitur, alia motiva proponemus.

***

(*)

§. VI.

§. VI.

In quo responsio pro causalitate finis à nobis ponderata §. 3. num. 11. reijcitur.

37 PRædictæ rationi respondet tom. 2. causam finalem, ut in actu 2. finalizantem posse considerari, vel prout dicit causalitatem vialem, & incompletam, vel prout dicit causalitatem complete sumptam. Licèt autem hæc non detur nisi ad actus positivos, & procedentes à causa ut efficienti; prima autem exercetur à fine movendo voluntatem ad consensum purè negativum, per quem passivè voluntas trahitur à fine, & huiusmodi tractio passiva est effectus illius. Nec enim signum actus 2. causæ finalis est indivisibile, * sed divisibile in omnia, quæ causantur à fine, & servant ordinem inter se. Finis enim causat omnes actus voluntatis nempè electionem, imperium, usum &c. Et tamen omnia ista, quæ sunt effectus finis, servant inter se ordinem; ita ut unum alterum præcedat: ergò licèt ad causalitatem finis pertineret consensus negativus, & positivus stat negativum præcedere pro signo causalitatis finis incomplete, & vialiter sumptæ: & consensum positivum dari pro signo causalitatis completè sumptæ. Ex quibus ad illam propositionem, in qua dicitur finem difiniri, quod ratione sui appetitur, vel cuius gratia aliquid, fit intelligendam esse de fine, ut completè, & in actu 2. finalizante, non vero vialiter, & incompletè.

* Fol. 305. & 306. col. 2.

Doctr. referetur.

* Ut vult Primar.

38 Sed contra hanc Doctr. obstat primo. Finis, ut in actu 2. finalizans voluntatem, etsi finalizatione incompleta, & viali debet trahere voluntatem ad seipsum per amorem positivum: ergò solutio est nulla. Añs. probat. Finis, ut modo dicto finalizans actu voluntatem, est vera causa, & est causa causarum: Sed implicat veram causam, & illam non exercere qua talem veram causalitatem: ergò cum in tractione purè negat. hæc non possit consistere, utpotè purum nihil, debet exerceri trahendo ad se positivè voluntatem. Nec valet dicere causam finalem, etsi causam causarum, esse causam metaphoricam, * quia non habet ex se in suo priori effectum positivum, qui non stat sine causalitate causæ efficientis. Et quamvis causalitas finis sit vera in suo genere, nempè obiectivo, & finali; Cœterum relatè ad causam efficientem dicitur metaphorica. Non, inquam, valet; nam falsò dicitur causam finalem esse causam metaphoricam. Pro cuius falsitate præter testim. adductum ex D. Thom. stat communis sensus Philosophorum tuentium divisionē causæ in causam finalem, efficientem &c. esse univocam. Si enim ratio causæ verè talis consistit in vera, & stricta dependentia activa, cum hæc verè, & propriè cum omni rigore conveniat rebus relatè ad fines sibi proprios, & intraneos, quomodo potest negari vera ratio causę? Rursùs, si causa finalis est causa metaphorica; actus charitatis respiciens summam Dei bonitatem, ut causam finalem solum respiciet illam, ut causam metaphoricam. Sufficiant hæc, nam in re adeo clara non licèt immorari. Quod si aliquando dicitur de illa *movere metaphoricè*, hoc communiter intelligitur quantum ad statum requisitum, ut moveat, & finalizet, scilicèt, quia non movet, nisi prout est in apprehensione operantis, qui status utpotè intentionalis, dicitur metaphoricus. Quid enim prohibet actibus voluntatis divinæ, ut moveantur à bono creato, ut à causa finali; si hæc dicitur causa metaphorica?

* Sic fol. 308. col. 2.

Dices.

Impugn. 1.

Secundo.

Reijcit. 1.

2. Obstat. Quia doctrina relata non consonat his, quæ dicit tom. 1. fol. 445. Ibi enim probat debere dari in voluntate consensum negativum ante prędeterm. *eo quod causa finalis est prior in causando, quam causa efficiens: ergò in illo signo debet habere aliquem effectum. At qui hic nequit esse positivus, ut patet: ergò. * Hæc autem ratio probat manifestè de causalitate in ordine ad actus positivos. Nam etiam causa

39 2. Impugnat.

ut

ut efficiens illos, movetur propriè à fine ut illos producat; cum verè, & propriè agat propter finem. Ly autem propter veram cauſalitatem importat. Quæ Doctr. eſt communis omni agenti etiam libero: ſed cum diſcrimine ſtante in eo; quod agentia libera operantur propter finem ſe movendo, & determinando ad illum: Naturalia vero acta, & mota ab alio: ſic S. D. 1.2. quæſt. art. 2. ergò. Rursùs. Nàm ibi A. probat prioritatem cauſalitatis in fine ex Phil. 12. met. text. 35. Sed clarius in lib. 5. lect. 2. ubi notat Ang. M. *Ideo Phil. ſpecialiter probare finem, quod ſit cauſa; quia de fine videbatur, quod eſſet minus cauſa propter hoc, quod eſſet ultimum in eſſe.* * Atqui cauſalitas finis ibi edocta à Phil. eſt relatè ad cauſam, ut efficientem quoad illius cauſalitatem: ergò exprimitate cauſæ finalis probatur, ſiquid probatur, dari ante cauſam efficientem effectum poſitivum. Probat. min. Ex S. Doct. ubi ſupra: *efficiens eſt cauſa finis quoad eſſe quidem, quia movendo perducit efficiens adhoc quod ſit finis. Finis autem eſt cauſa efficientis, non quantum ad eſſe; ſed quantum ad rationem cauſalitatis. Nàm efficiens eſt cauſa in quantum agit; non autem agit niſi cauſa finis*: ergò cauſalitas cauſæ efficientis eſt poſterior fine, ut cauſa. Hinc non percipio: quod cauſalitas poſitiva cauſæ finalis non ſit in ſigno priori ad cauſalitatem efficientis; ſed quod eſt in eodem ſigno. Nàm omnis vera motio poſitiva, & cauſalitas eſt in ſigno priori ad terminum motus; ſed ſic ſe habet actio agentis relatè ad finem: cum agat cauſa finis: ergò. Nec id, quod inſinuat, ſcilic. ex oppoſito ſequi dari aliquid poſitivum in voluntate à ſolo fine proveniens, & non à voluntate, aut à Deo prædeterminante, alicuius efficaciæ eſt: Nam res aliqua, aut effectus, etſi poſitivus non exiſtit niſi cauſa efficiens operetur, qua ratione definitur: *Quod eſt, à qua primo in executione incipit motus.* Hoc etiam petit eſſentia exiſtentiæ, ſcilicèt, actualitas, qua res educitur extra ſuas cauſas: ergò ex quo finis poſitivè moveat, & alliciat cauſam efficientem ad agendum, & illud ſit in ſigno priori naturæ, non infertur ante efficientiam agentis aliquem effectum poſitivum exiſtere; imò potius oppoſitum deducitur: quia movet ut cauſa efficiens executivè agat. Hoc explicatur exemplo decreti virtualiter applicantis omnipotentiam ad agendum, & ideæ, ut formæ exemplantis moventis Artificè, ut exequatur artefactum; quin propter hoc, aut aliquid poſitivum per modum effectus exiſtat in illo ſigno; aut quod aliqualiter in re exiſtat artefactum, pro priori ad actionem, & imperium Artificis.

Nec ſolidè diſtinguitur duplex cauſalitas in fine, ut finalizando voluntatem, prout conſtitutam in eſſe liberę per vocationem moralem; una, ſcilicèt, vialis, & incompleta relatè ad illam, ut purè negativè conſentientem, & altera completa, ut poſitivè conſentientem. 1. Quia nec in Phil. nec in D. Thom. illum exponente quoties agit de cauſa finali, ut finalizante tam agentia naturalia, quam voluntaria, leviter prædicta diſtinctio inſinuatur. Legimus enim ſæpiſsimè omne agens, dum operatur, debere operari propter finem, at vero, dum purè non agit, & in ſigno, in quo impoſsibile eſt, & Chimericum poſitivè agere, debere actu finalizari à ſimili cauſa, numquam legitur. 2. Nam ex oppoſito ſequitur cauſam finalem in ſui abſtractione formali reſpectivè ad agentia libera, & voluntaria, non debere definiri definitione communiter accepta, ſcilicèt, *cuius gratia, vel cuius amore aliquid fit: Vel, quod eſt apetibile gratia ſui, & propter quod cætera apetuntur.* Sed addendo, ut omnem cauſalitatem illius comprehendamus; * vel cuius gratia nihil fit; vel quod propter ſe non apetitur, nec alia propter ipſum. * Sed hæc non videntur ſolidè dicta, & attenta communi acceptione debita dignitati cauſæ finalis, ut de ſe patet: ergò illa diſtinctio &c.

Nec propter hoc nego, nec poſſum, cauſam finalem actu finalizare actus voluntatis ab illa cum ordine prioris, & poſterioris procedentes, cum ſimili ordine prioritatis,

40

41

Sic etiam in 2. Phiſ. lect. 5.

Alia Doctrin. reijc.

Occurrit. cuidam inſtant.

Duplex cauſalit. in fine reijcit. 1.

Secundo

&

& posterioritatis, ut patet relatè ad actus electionis, usus &c. Nam estò intentio finis (quam nunc admitto pro causalitate illius) existat in signo sibi correspondenti; illa tamen ut virtualiter perseverans etiam præcedit motivè actum electionis, & iterum etiam præcedit actu imperandi &c. Unde ex tali finalizatione solum sequitur aliqua divisibilitas virtualis per respectum ad diversitatem actuum ordinatè inter se existentium. Alia tamen est divisibilitas in causalitate causæ finalis, quam non admitto; una, scilicet, vialis in pura negatione consistens,& per ordinem ad consensum purè negativum: Altera vero positiva, & relatè ad effectum positivum, & per ordinem ad voluntatem ut verè, & propriè operantem. Hæc enim divisibilitas causalitatis est realis,& adæquatè diversa tanquam nihil, & aliquid. Nec video, qua ratione prima possit dici causalitas, si propriè loquatur. Est enim de ratione causalitatis cuiusvis causæ habere in actu 2. quod illa habet in actu 1. Cum ergò de ratione causæ finalis, sive finis in actu 1. sit *esse bonum purè appetibile, sive gratia sui, propter quem cætera sunt appetenda, ipsum autem propter ipsum*; nequit assignari pro eius causalitate aliquid purè negativum.

43 Nec ex quo causalitas causæ finalis in actu secundo sit adæquatè quid positivum, & hæc præcedat prioritate *à quo* effectus positivos causæ efficientis, sequitur quod isti existant in rerum natura ante influxum causæ effectivæ: cum potius moveat illam (proindèque in signo priori) ut positivè operetur pro poster. ut supra dixi. Quapropter ponere hanc positivam causalitatem, sed pro signo causalitatis causæ efficientis; est confundere signa causarum, quæ adæquatè differunt relatè ad propriam uniuscuiusque causalitatem. Et rursus: quia non verificatur causam efficientem, & finalem esse ad invicem causas; cuius oppositum docet D. Thom. supra, & communiter inter has mutua causalitas admittitur. Tum quia dissonum Div. Thom. 2. Physic. lect. 5. probanti ex mente Aristot. causam finalem esse veram causam; *quia per illam Resp. ad quæst. propter quid. Cum enim quærimus propter quid ambulat? Dicimus, ut sanetur. Ec hoc dicentes opinamur assignare causam.* Ex quo subdit: pravè sensisse eos, qui existimabant, *causam finalem habere minus de causa.* Quod etiam refutat ibi prope finem. *Ait enim Philos. Est enim alia ratio causæ secundum quod finis, vel bonum, habet rationem causæ; & hæc species causæ potissima est inter alias causas. Est enim causa finalis aliarum causarum causa.* Cum his quomodo stabit causam finalem dici causam metaphoricam?*

*Advert. contr. A.

Occurrit. instant.

Probavi n. 2. Bonum propositum per modum finis in signo vocationis moralis posse terminare amorem positivu pro signo immediato; eo quod bonum, sive finis, non aliter trahit voluntatem, nec suam causalitatem exercet, nisi positivè ametur, ut docet S.D.q.22.de Verit.a.2. dicens: *Sicut influere causæ efficientis est agere; ita influere causæ finalis, est finem appeti, & desiderari.* Huic Resp. tom. 2. fol. 308. *Quòd causa finalis causat, sed non influit; quia influere est efficientis; causare autem finaliter est trahere, non influere. Tractio finis in signo priori ad causam efficientem, est eius effectus; sed non est quid positivum pro illo signo; est tamen positivum pro signo causæ efficientis: quia consensus positivus est à voluntate efficienti: sed finaliter à gratia morali.* *Certè 1. assertum, ut profertur, non percipio; nec enim ex pluribus, quæ legi, inveni discrimen, *ut causare* non sit *influere* iuxta modum causæ. Multoque minus, *quod causa finalis trahit sed non influat; & quòd influere sit causæ efficientis.* Si enim significatio vocum accipienda est iuxta communem usum, & sensum sapientum; nescio quinam ex his talia docuerit. Et quidē Ang.D.*cuius doct. *Præ alijs habet proprietatem verborum: asserit: causam finalem influere, & eius influxum in amore sui consistere.* Vide illum quodl.3.q.3. a. 2. ubi ait unum Angelum influere in animam, & in alterum Angelum ob eorum illumin. &c. Si autem dicas discrimen stare in

44 Non placet alia Doctr.

*Idem Tom. 4. fol.431.

Prob. assumpt.

eo quod estò finis etiam influat pro signo causæ efficientis, attamen non omnis causalitas illius est influxus. Nã in signo priori causat, sed non influit. Contra est. Nam causare, & influere, ut dixi, non differunt. Sicut enim influere est terminus positivus, ita causare; si ergò admittitur duplex causalitas in fine; cur non duplex influxus? Tum quia illa adversativa: *Quia influere est causæ efficientis, causare autem finaliter, non est influere.* Hanc explicationem non admittit: causa enim finalis respectu consensus positivi nũquam est causa efficiens, & tamẽ influit. Hinc dicere: *Deus pro illo priori ut finis causat finaliter, sed nõ influit, & eius effectus est tractio passiva voluntatis, sed pro illo priori negativa.* Est falso dictum: si enim est effectus finis; quomodo finis non influit in illum? Nota pro dictis circa circulum vitiosũ in explicanda quidditate consensus negativi, quod ille clarius apparebit, si interrogatio fiat hoc modo: *Quid sit consensus negat?* Nam si Resp. *Esse sinere se trahi negativè*; & de hoc quæratur: *Quid sit sic se trahi?* Et Resp. per definitũ: *Est clarè circulus vitiosus*: ut patet in exemplo *hominis, & illius diffinitionis*, scil. *animal rationale.* Quia hoc est ponere, quod diffinitum fit diffinitio diffinitionis sui. Nec instes in negatione, ant privatione; quia hæc cognoscitur quidditativè suo modo per positivum, quod negare potest. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced.*

Dictum exoticum

DUBIUM III.

AN MOTIVVM EX CAPITE LIbertatis positum dub. anteced. §. 4. num. 14. sit efficax?

§. I.

PROPONITUR MOTIVUM.

N. 1 NE ex permixtione variarum rerum aliqua confusio occasionetur; motivum in epigraphe positum roborare contendimus; Resp. à SS.M. satis ingeniosè excogitatas, ut insufficientes impugnando; & insuper, novum motivum, sed ex principio satis affini, proponendo. Quòd ut clarius fiat, breviter motivum supra citatum referam, diffusiorem notitiam legenti, si placuerit, relinquendo: Illud enim innititur communi Doctr. Prædeterm. scil. voluntatem creatam esse 2. liberum, & 2. determinans subiectum Deo ut 1. libero, & 1. determinanti illius exercitia. Ad quòd non sufficit determinatio ex parte Dei mediata circa exercitia; sed immediata circa libertatem voluntatis; nec comitans purè, ut dicunt AA. tuentes decretum comitans; sed prævia ad illa, vel positivè illa volendo, si sint honesta, & quid positivum, prout dicunt esse physicum: vel permittendo quoad malitiam; vel purè non prædetermin. si admittatur possibilis pura omissio voluntaria. Hinc sequitur repugnare voluntatẽ creatam ullatenus exercere suam libertatem, sive illa appelletur physica, sive moralis, pro signo, in quo nullatenus subordinatur Deo ut 1. libero, & 1. Domino; hoc est, ut primo immediatè determinanti talia exercitia. His positis; cum iuxta modum dicendi, quem sæpè retulimus; post signum libertatis in voluntate ad consentiendum negativè, vel negativè

Proponitur brev: motivum

Illatio ad maiorem claritatẽ.

tivè dissentiendum vocationi morali ad constitutionem prædictæ libertatis spectanti, Deus non determinet determinatione agentis liberi unum exercitium præ alio; cum solum se habeat ut causans finaliter, sive obiectivè, exercitium consensus negativi; nec pro dissensu negativo vocationi detur in Deo decretum permissivum immediatum talis dissensus. Ex his inferimus non salvari, aut adstrui veram liberratem; nec præcipuam partem illius iuxta hanc Doctrinam.

2 Suppono SS. M. ponere in Deo varia decreta pro consensu negativo. Primum decretum, & se habens quasi intentio finis, est decretum de tali consensu. Post hoc sequitur decretum conferendi vocationem congruam; quod se habet, ut electio, vel exequutio medij conducentis ad cõsensum præintentum. Et quia consensus negativus se habet ut dispositio ad consensum positivum, proindèque ad illum ut ad finem ordinatur, 1. decretum intentivum, est prædefinitio efficax supra dicti consensus; ut alibi docet. Verumtamen motivum supra relatum nullatenus petit ad sui efficaciam, quod sit necesse negare omne decretum ex parte Dei terminatum ad consensum negativum; nec in mentem mihi occurrit illud negari à SS. M. nisi essem lect. tam assiduę immemor. Attamen contendi illud non deservire ad solut. argum. Ratio est. Nam ex tali decreto immediatè provenit decretum conferendi vocationem congruam, ut fatetur A. cumque signum huiusmodi vocationis præcedat consensum negativum, clarè infertur, quod Deus per illud decretum exercet suam libertatem in signo añti, Tum ad signum existentię vocationis congruæ; Tum etiam ad signum, in quo voluntas exercetur liberè per talem cõsensum. Hoc supposito, videamus; an in illo signo, in quo voluntas exercet suam libertatem consentiendo, Deus se exerceat etiam liberè? Ad quod Resp. negaive in sistendo eidem motivo. Nam etsi liberrimè Deus intenderit existentiam talis consensus, & liberè disposuerit conferre vocationem congruam ad eius existentiã; Attamen in illo eodem signo non se exercet viraliter, aliquid immediatè disponendo, sive decernendo de tali consensu; sed solum movendo per modum obiecti. Hæc enim tendentia, quam includit decretum positum à præd. M. scil. *Intendo efficaciter voluntatem consentire negativè* fuit præconcepta à Deo etiam ante decretum conferendi vocationem congruam; & nunquam transit ad signum aliud disponendo, determin. immediatè illius existentiã; cumque voluntas illam immediatè disponat, & determinet, magis est talis consensus in dominio voluntatis, quam Dei.

Doct. SS. M.

1. Ratio prob.

Instaurat.

Loquor de formali; non de comitantibus signum.

Explic. Ad perfectam providentiam Dei non sufficit, ut nihil fiat præter eius intentionem, sed etiam requiritur, ut omnia fiant ex eius ordinatione exequutiva immediata, ut communiter probant Thom. contra AA. Soc. eo quod prudentia spectat ad ordinẽ executivum, sicuti & providentia, quæ est pars illius. Ita D. Th. 1. p. q, 22. Unde etsi AA. Soc. ponant in Deo prædefinitionem efficacem intentivam consensus, ex qua descendunt per aliud decretũ media prævissa efficacia ad illum; cum tamẽ Deus post collationẽ sufficientiæ sibi liberrimam non disponat immediatè, nec determin: ad intra executivè cõsensum; ideò iuxta Thom. non salvatur perfecta providentia; Rursusque ex hoc inferunt talẽ consensum magis esse in potestate voluntatis, à qua immed. disponitur, & determinatur immediatè existentia illius post signũ libert. quam sit in potestate Dei: ergò quod præcedat 1. decretũ intentivum consensus positivi, & ex illo derivetur decretum consensus negativi, & per quod, vel per aliud, conferat vocationem moralem, si Deus aliud decretum determin. nõ concipit, ut exequatur hic consensus à voluntate; nõ cadit sub perfecta providentia Dei. Videatur inter alios Illus. Palanco de Provid. quæst. 6. & res fiet clara apud omnes Thom. Urg. hoc. Magis accedit ad existentiam consensus decretum conferendi vocationẽ congruã, quam eius intentio efficax, cum illud sit posterius hac intentione; sed tale

3 Explic.

Arguo ex commun. Doctrin. Thom.

Urgeat

Decretum nihil disponit per modum providentiæ immediatè circa existentiam consensus: ergò nec talis intentio.

4 Huic rat. Respond. (sic ut melius percipiam eius Doctr. paulo aliter quoad voces) quod voluntas creata potest exercere suam libertatem, vel positivè, vel negativè. Pro nullo signo potest illam exercere quovis modo ex dictis, pro quo Deus non intelligitur agens liberum: sed cum diversitate. Nàm cum exercetur positivè, Deus in illo signo est, & intelligitur, ut agens liberum ad extra; hoc est ut influens positivè; dum autē negativè; exprimit solum munus agentis liberi ad intra. Quare dum voluntas consentit, & exercet negativè suam libertatē; estò Deus in illo signo tantum sit causa finalis, exprimit munus agentis liberi ad intra exercendo suum Dominium decernendo, & volendo consensum negativum per media opportuna. Sic fol. 313. num. 17. * Sed hæc solutio confundit signa, quæ præcedunt existentiam consensus negativi. Siquidem cum primum decretum, ut dictum manet, sit intentivum, & imperans existentiam vocationis moralis, non transit exercendo munus determinantis efficaciter pro signo vocationi consensus; licèt hæc sit effectus illius, & etiam influat in existentiam consensus. Nàm talis influxus consistit in determinatione intentiva finis, ut per aliud decretum ponat media opportuna ad illum: ergò estò talis intentio consensus, & decretum conferens vocationem moralem influant mediatè, non vero determinando voluntatē iam liberam ad consensum.

Solutio ad motivum propos.

Impugn. 1.

5 Explicatur hoc in Sent. AA. ponentium prædefinitiones purè intentivas regulatas Scient. media circa actus salutares. Neque enim dicunt, aut dicere possunt, quod Deus immediatè vult, & decernit consensum in signo, pro quo voluntas se determinat ad illum. Undè solum ponunt esse causam mediatam, non tamen immediatam. 2. Nàm solut. intendit, quod in eodem signo concurrant ex parte Dei munus causæ finalis, & munus agentis liberi, sive decernentis; quod repugnat; propter diversum modum secundum genus causandi, & influendi in effectus.

Secundo.

Tertio: asserere quod * in Deo munus causæ finalis relatè ad consensum negativum sit munus exprimens rationem agentis liberè ad *intra*, hoc est, decernendo, & volendo consensum, hoc, inquam, assertum est mihi difficillimum. Ratio est 1. Nam obiectum Decreti, & ipsum decretum nequeunt collocari pro eodem signo; cum illud sit pro posteriori, utpotè existens ex vi decreti. Sed tam consensus, quam vocatio, & causalitas negativa, quæ habetur, se habent, ut obiectum, tùm 1. intentionis, tùm electionis, tùm decreti conferendi vocationem moralem, per quæ decreta Deus exercet suam libertatem ad intra: ergò. 4. Repugnat munus causæ finalizantis sive positivè, sive negativè (esto hoc munus sit Deo obiect. liberum, quia volit. quia decretatum) sit munus liberi ad intra, sive munus 1. Domini. Nàm Deum liberè velle est se, & à se determinari vitaliter adhoc, vel illud ex perfectissima cognitione, & cum summa independentia ab omni, quod Deus non est. Unde libertas Dei est constitutivè in respectu suæ volitionis ad voluntatem Divinam, ad Dei cognitionem, illam regulantem, & relatè ad terminum liberè volitum; munus autem causæ finalis etiam in Deo relatè, ad quemlibet consensum voluntatis creatæ est, trahere illam per modum obiecti, ut appetibilis media cognitione illius, qui consentit positivè; vel trahere putè negativè per causalitatem in nihilo consistentem, si negativè consentit. In hoc munere Deus, nec est volens, nec cognoscens, nec se determinat; sed potius est volitū suo modo à volunt. creata, & cognitum &c. Unde distinguendo inter exercitiū volitum, & volitivum Dei, omnia sunt clara. Hinc dicere * Deum exercere suam providentiam circa consens. negativum decernendo illum liberè ad intra, & dando ad extra vocationem congruam * est diminutè dictum. Quia pro-

6

3. Impugnat.

Quarto.

providentia Dei iuxta AA. prædeterminãt. dicit determinare immediatè voluntatem ad exercitia libera, & non relinquere illam ut in signo determinationis illa sit unicum immediatè determinans, dum iam supponitur libera. Sed supra recensita non ponuntur pro signo consensus negativi, qui dicitur ab Adv. bonus usus gratiæ sufficientis, & à quo provenit principalius discretio intra ordinem gratiæ: ergò.

§. II.

Alia probatio ibidem posita instauratur.

7 PRobavi ubi supra; voluntatem non posse exercere veram libertatem dum negativè consentit; quia hæc petit subordinari in suis exercitijs Deo, ut primo libero, & supremo Domino. Munus autem causæ obiectivæ, & finalis, non est in Deo munus primi liberi, nec sup. Domini: ergò cum in tali signo sic se habeat Deus, nequit voluntas liberè negativè consentire. Respond. Voluntatem negativè consentientem subordinari Deo, ut primo libero. Nisi enim Deus decrevisset consensum, non dedisset vocat. congruam; quæ est causa consensus negativi: ergò hic consensus supponit Deum lib. ad intra, & ei ut 1. libero subordinatur voluntas. Sed hęc Respons. non satisfacit: relinquit enim difficultatem fere intactam. Dominium enim primum, & supremum in Deo est supra exercitia voluntatis, quæcumque sint: est immediatum, & immediatissimum, & ideò non solum est supra libertatem, sufficientiam, & quodcumque illa præcedens; sed supra ipsa, & in se ipsis considerata. Quemadmodum dicitur de efficientia eiusdem super omnia titulo primi efficientis. Ex quo sequitur subordinationem ex parte voluntatis, ut liberè se exercentis, debere poni eodem modo; scilicèt, immediata, & in ipsis exercitijs, & ad Deum, ut immediatissime illam subordinantẽ, ut 1. Dominum. Sed nihil horum apparet in Doctrina solut. ergò. Probat. min. Subordinatio, quæ apparet est* quia consensus negativus supponit vocationem congruam; & hæc supponit decretum de consensu * ergò inter decretum de consensu negativo, & voluntatem liberè consentientem mediat collatio vocationis congruæ, & etiam Deus, ut actu finaliter, sive obiectivè movens: ergò illud decretum non coniungitur, ut quid immediatum, nec determinans immediatè ipsum consensum liberum: ergò in Deo non salvatur Dominium immediatum supra descriptum iuxta Doctr. S. D. 2. Causalis, quam designat pro hac subordinatione, scilicèt: *Nisi Deus dedisset &c. nihil probat*, ut de se patet. 3. Talis subordinatio sic debet poni, ut voluntas non sit magis Domina, quam Deus respectu consensus negativi, qui est dispositio supern. bonus usus grat. sufficiẽt. &c. ergò cum voluntas immediatè dominetur in tali signo, Deus etiam, immo, & immediatius dominium exercet. Sed hoc non salvatur per decretum conceptum in 2. vel 3. signo: aliunde non per causalitatem Dei, ut finis: ergò.

Prob. 2. pars min. 1. Quia munus obiecti finaliter moventis non est 8
munus dominij in agente intellectuali qualis est Deus: cum non sit munus imperij, aut imperantis, aut permittentis. Motio enim finis, sive obiectiva, & motio imperans, valdè differunt inter se: de quo D. Thom. 1. 2. quæst. 9. art. 1. 2. Nàm voluntas consentiens negativè cognitioni moraliter allicienti, non dicitur subordinari tali cognitioni, ut principio proximè determin. illam, aut subordinari, ut Domino immed. ipsius: & tamen movet obiectivè: ergò nec Deo, ut moventi eam obiectivè (quatenùs infundit talem vocationem) potest dici subordinari formalissimè, quatenùs primus Dominus est consens. negat.

Hinc inferes: quod prædictum decretum intentivum est insufficiens ad salvandam subordinationem voluntatis in consentiendo negativè ad Deum, ut primum liberum, & immediatè dominantem ei. 9

Nàm

Alia probat. & instaurat.

Respond.

Impugn. 1.

Prob. min 1.

Secundo.

Secundo, & 3.

Illatio.

Nàm Deus non solum est primum intendens liberè omnia nostra exercitia, sed primum exequens per decretum intrinsecum liberè ipsa; cum in linea interna executiva consistat formaliter Dei providentia, qua cuncta liberè disponit. Aliter enim accipitur executio, ut apropriatur Decreto exequutivo; ac dum apropriatur omnipotentiæ, ut actio illius, quæ solum est ad positivum. Quare ex præciso titulo dominij probant communiter Thomistæ Deum non concurrere ad actus salutares nec per decretum indifferens, nec comit. estò præparatio omnipotentiæ ortum ducat ex prædefinitione efficaci intentiva.

10 Cuidam quæsito Respond.

Si autem quæras: quomodo hoc decretum posset adaptari consensui negativo; cum in se sit nihil? Respond. ex hoc præcisse non obstare; quod clare explico in pura omissione actus prohibiti. Ut enim verificetur talem omissionem cadere sub Dominio immediato Dei, necesse est, ut postquam Deus liberè dedit potestatem ad consensum, & illius omissionem, & hæc potestas sit data ex intētione prę concepta omiss. actus prohibiti; necesse, inquam, est, quod Deus suo imperio efficaci, suaquè omnipotenti manu servet, & teneat voluntatem, ne consentiat: & voluntas sic adiuta efficaci imperio, & protectione Dei determinatur ad liberè omittendum consens. pravum. Quare non solum subordinatur Deo, quia prius intendit omissionem, sed quia post libertatem ad illā efficaciter voluit non sinere illam consentire; & quia imperavit liberè, ut deficeret actus pravus; & quia imperavit non dare prædeterminationem ad entitatem consensus pravi. His enim adiuta voluntas omittit, & Deus exercet Dominium electivum carentiæ dissensus præ consensu. Attamen attenta qualitate cōsensus negativi positi in signo, pro quo repugnat omnis actus; & in quo post vocationem moralem Deus solum exercet munus causæ finalis; non percipio similem prædetermin. ex parte Dei; & ideo propugno repugnare illius libertatem.

Quæsivi à SS. M. *Quid faceret Deus in illo signo, pro quo voluntas se determinat ad consensum negativum, adeo ut non verificetur Deum pro tunc dormitare?* Respond. * Deum pro tunc vigilare, quia scit congruitatem vocationis, ex qua ab ipso donata provenit consensus negativus, & insuper tunc decernit, & exequitur per media, quæ prævidit congrua. Undè vigilantissimè curat de consensu. * Sic fol. 312. col. 1. Sed hæc minimè satisfaciunt. 1. Nàm loquendo de decreto: cum hoc sit præceptum in signo intentionis præcedenti etiam decretum conferendi vocationem moralem; nihil proficit ad vitandum inconveniens pro signo elicientiæ illius; aut immediatè præced: cum non curet de illa per suam liberam determinationem. Id ipsum dicitur de illo concursu exequutivo, quem addit: cum ille non sit Dei, ut activè per se ipsum immediatè efficientis talem consensum, sed hic sit effectus vocationis moralis, & Dei præcisse, ut causæ finalis, & obiectiva: Quæ nec dormitat, nec vigilat; iam si ametur, vel odio habeatur. Nec quod addit de scientia futuritionis consensus, & illius existentiæ; aliquid iuvat, ut Deus non dormitet, quando voluntas se determinat ad consensum; Nàm *dormitare* in Sacra Scriptura dum affirmatur de Deo, idem significat, ac non *conferre auxilium, & adiutorium*, per quod voluntas nostra determinetur iuxta illud: *Exurge, quare obdormis Domine*, & illud: *non dormitabit, neque dormiet &c.* Cumque voluntas à Deo vocata moraliter, alia gratia efficaci intrinseca, aut extrinseca non determinetur, merito Deus dormitare dicitur pro tunc in esse *adiuvantis*, & in esse *determinantis*, & (quod plus est) in esse *dominantis* immediatè circa existentiam liberam talis consensus; qualiter de voluntate non potest dici dormitare.

11 Respons. cuidam interrog. Non placet 1. Psalm. 43. Psalm. 120.

Adest manifestum exemplum apud Thomistas acceptum. Arguunt enim contra AA. negantes physicam prædetermination. sequi Deum immediatè non determinare actum voluntatis in existendo, sive exis-

12 Secundo.

ten-

rentiam actus voluntatis, sequi quod in tali signo Deus dormitaret: Et tamen libertas ad consensum fuit à Deo collata ex intentione existentiæ consensus, & cum prævisione de eo, quod voluntas cum tali auxilio consentiet; ad quod superaddunt influxum effectivum simultaneum ac tualem ex parte Dei. Si ergò hæc reputantur in Schola Thom. efficacia; cur non idem dicēdum circa consensum negativum? Nec potest dici talia exercitia utpotè positiva requirere etiam gratiam prædeterminantem, & immediatè applicantem voluntatem. Non, inquam, dici potest: quia existentia huius gratiæ probatur à Thom. esto non unicè, ex eo, quod Deus, quamvis liberrimè donet auxilia prævissa, ut efficacia, & influentia in consensum, & ex intentione efficaci illius, & cum scienria visionis eiusdem, dormitaret Deus, si immediatè non determinat. Undè solutio videtur petitio principij.

13 Sed Dices: decretum intentivum, & scientia consensus negativi esto sint in signo antecedēti ad collationem vocationis moralis, & existentiam talis consensus, eius tamen causalitas pervenit ad omnia signa sequentia; ut est manifestum, in intentione finis finalizante, tùm electionem, tùm imperium, tùm usum; estò hæc existant in signo sequenti: ergò etiam quando voluntas determinatur per consensum negativum, influit Deus medio decreto intentivo: ergò non dormitat, sed vigilat.

Argum. in favoré.

R. Solutio Resp. 1. Hanc eandem solutionem posse tribui à Docta Societate ponente Deum prædefinire efficaciter existentiam actuum nostrorum. Resp

Secunda. pond. 2. Quod cum talis influxus sit causæ finalis, & non determinantis, aut immediatè dominantis existentiæ actus; Deus dormitaret pro illo signo, ut dicitur de prædefinitione intentiva circa actus salutares: si aliunde non datur decretum exequutivum imperans, & disponens efficaciter, quod voluntas positivè

Tertia. consentiat. Respond. 3. distinguo ans. Pervenit immediatè in voluntatem, ut consentiat, nego: mediatè subdistinguo: media causa finaliter causante, concedo: determinativè causante, nego. Cum enim causa finalis sit alia etiam quoad genus à causa determinate ex parte subiecti; intercipitur concursus verè determinans, dum pervenit per finalem causam mediantem. Quod si ante causam finalizantem in actu ponatur aliqua determinatio saltim virtualis ex illo decreto descendens; iam ponitur gratia increata temporalis connexa cum cons. & inimpedibilis, ac sub inde destruens libertatem, ut fatetur SS.M. Imò, etsi sit purè comitans signum talis causæ, & consensus; cum non sit impeditio à purè comitanti, ut modo suppono tanquam quid frequentius.

Notand. 1. Quod fol. 311. n. 2. ait: Me non rectè dixisse, dum dixi * determinationem liberam Dei ad volendum consensum negativum subsequi debere ad decretum conferendi vocationem moralem; quandoquidem hoc decretum, utpotè electivum descendit ex decreto, quo Deus decrevit consensum negativum; quod fuit intentivum: undè potius oppositum dicendum est. * Cæterum hæc impugnatio non est contra me; quia dico; quod illud intentivum, utpotè conceptum in signo primo, non sufficit, ut Deus immediatè sit primum liberum, & primum determinans existentiam consensus negativi; adhoc enim requiritur dari aliud decretum exequutivum, post decretum collativum libertatis: ut patet clarè in decreto requisito ad existentiam actus salutaris.* Undè estò in eius sententia ita sit, quod nullum aliud decretum præcedat existentiam consensus post collationem vocationis, nisi intentivum; hoc reputo falsum, & tanquam insufficiens, ut voluntas creata in consentiendo negativè se habeat ut secundum liberum subordinatum immediatè Deo donante, ut primo libero illud exercitium.

14 Notand. 1.

* Idem in omissione

2. Notand. Ex S. D. 1. p. q. 106. art. 2. movere obiectivè voluntatem primo, & simpliciter convenire obiecto directè ei proposito per cogitationem intellectus sub ratione practicè conveniētis quoad amorem illius;

15 Notand. 2

illius ; vel sub ratione disconvenientis quoad actus fugæ ; attamen ad eandem motionem etiam pertinet,& reducitur, dum aliquis demonstrat alteri aliquid esse bonum ; & etiam qui persuadet: & universim, quidquid conducit, ut obiectum appareat, ut conveniens voluntati; qua ratione dicitur voluntatem moveri
1.2. q. 9. a.2. ab appetitu sensitivo. Cum autem iuxta Doctr. eius S. D. sæpissimè,eadem sit ratio boni (si est per se appetibile) ac ratio finis ; similis distinctio applicanda est causæ finali. Sed tamen advertendum modum sic causandi reductivè ad concursum obiectivum non probare causalitatē directam in actus voluntatis, sed indirectam,de quo alibi.*Ascendendo
* 1.2.q.80. art.1. ad vocationem moralem completè sumptam ; prout includit sanctam cogitationem etiam indifferentem, & subitam affectionem ; communis sensus fundatus in Doctrina data obtinuit, ut illius influxus sit obiectivus, & per modum causæ finalis ; & permisso,quod etiam effectivè influat in actus liberos : Attamen pro prior, & magis expressivus gratiæ excitantis qua talis est primus iam descriptus. Hæc dixi: quando consensus est positivus.

16 Aplicat. Doctrin. consens. negat. Aplicando hæc præsenti instit. audivimus sæpissimè Deum pro signo volitionis moralis causare, vel trahere negativè voluntatem, & tractionem prę̃viam esse effectum Dei per modum causæ obiectivæ, sive finalis. Quæ propositio indiget explicatione. Si enim bonum directè propositum per sanctam cogitationem sit ipse Deus qua bonus est;(qua ratione pertinet ad charitatem inchoatam, aut perfectam, & ad actum Religionis) &c. Tùnc concursus Dei relatè ad consensum negativum erit obiectivus in prima acceptione ; & per tractionem passivam negativam disponetur voluntas ad consensum positivum in specie amoris, Religionis &c. Si vero obiectum directè propositum, ut bonum, sit aliquid creatum, etsi supernaturale; tunc immediatum movens per modum causæ obiectivæ, sive finalis, erit tale bonum ; licèt quia nihil est bonum nisi per Bonitatis Divinæ participationem,etiam ipse Deus sic movere dicatur ; sed tamen ultimatè, & virtualiter,de quo S.D.1.2.q.1.a.7. & 1.p.q.44. a.4.& alibi. Hinc sequitur quod si movere obiectivè voluntatem trahendo illam purè negativè est sufficiens, ut voluntas liberè consentiens subordinetur Deo, ut principio primo libero ; quando obiectum modo dicto trahens voluntatem est quid creatum,liberè saltim proximè, & immediatè dominabitur voluntati. si aliunde munus causæ finalis est munus liberè determinantis. Deindè cum infundere cognitionem suasivam boni iuxta Doctrin. D. Thom. etiam in Deo,non sit munus causæ directè operantis consensum bonum, sed tantum causa indirecta;*quando talis cogitatio à Deo infusa consideratur pro signo excitantis ad exercitium pure negativum, ad summum dici poterit determinans indirectè negativè : quod non exprimit munus primi liberi in Deo.

Nota hoc inconveniens.

* M.Mansc. tom.1.fol. 392.n.43.

§. III.

Aliud motivum ad idem assumptum expenditur.

17 ILlud insinuat Mag. Lemos, lib.2. tract. 3. de Prædest. cap. 14. in fine, dicens : *Quod autem huiusmodi non resistentia Dei vocationi nequeat esse effectus solius motionis moralis*, probabimus lib. 4. In quo loco tract.2. part.2. fol. 43. num. 42. pro ratione probativa adducit illud commune principium ex D. Thom. desumptum: *ab indifferenti ad utrumque non posse aliquid determinate procedere, nisi ex aliquo priori determinante*, quapropter placet ex hoc principio opinionem prædictam impugnare. Voluntas excitata, & mota moraliter à Deo per sanctam vocationem est indifferens ad consens. neg. vel dissensum præstandum Deo vocanti,atque excitanti : ergò adhoc, ut se exerceat liberè per consensum potius, quam per dissensum, requirit ab aliquo prius determinari. Sed hæc determinatio non provenit à gratia vocationis ; ergò debet à sola vo-

Proponis in forma.

lun-

luntate provenire : ergò cum ex tali determinatione consequatur, quòd Deus conferat pro signo sequenti gratiam efficacem, voluntas per se ipsam habet in sua potestate consequutionem talis gratiæ : quod necessario debet reputari ut absurdum. Prima consequentia constat ex eo quod ab indifferenti qua tali iuxta doctrinam D. Thom. nequit provenire unum determinatè præ alio. Minor vero subsumpta prob. 1. Nequit determinatio ad consensum præ dissensu provenire ab illa gratia, quę de se est coniungibilis cum consensu, & dissensu ; sed talis est gratia vocationis ; cum spectet ad signum libertatis : ergò. 2. Nequit determinare voluntatem ut consentiat, potiùs quàm ut dissentiat, illa gratia, quæ non movet voluntatem quoad exercitium, sed solum quoad specificationem ; sed talis est gratia vocationis moralis; utpotè spectans ad genus causæ finalis, & obiectivæ : ergò.

18 Dices: Consensum negativum, & eius determinationem non provenire à sola voluntate, sed à voluntate adiuncta vocatione congrua : non enim consentiret, nisi congruè vocaretur. Quibus addi potest : motionem moralem obiecti determinare volunt. non solum quoad specificat. sed quoad exercitium negativum, ita q. 8. n. 27. & 26. in fin. Sed hæc solut. non enervat vim arg. Non enim contendit solam voluntatē suo modo influere in consens. negat. cum hic proveniat à voluntate, & à grat. sed esse unicè ab illa, & non à gratia vocat. ut determin. Quemadmodum iuxta AA. non prædetermin: comm uniter dicitur ; quod estò consensus, & determinatio ad illum, non sit, nec à sola voluntate, nec à sola gratia ; est tamen à voluntate, ut unicè immed: determinanti. Quapropter estò gratia sufficiens efficiat iuxta illos determinationem consistentem in ipso consensu, non tamen determinat voluntatem, sed potius è converso. Hāc doctr. rectè percipiunt Thom. etsi illam non approbent ; ideòque contendunt probare gratiam Dei non solum efficere determinationem voluntatis ad consentiendum ; verum etiam debere determinare, & applicare activè voluntatem, ut se determinet ad consensum. Ex quibus facilè instauratur argum. Inquirendo, quænam sit causa determinans voluntatem, ut se exerceat pet consensum, potius quam per dissensum? Si est sola voluntas, quæ determinat; estò non voluntas solitariè sumpta : ergò potiori modo concurrit, quàm vocatio ; efficiendo, scilicet, & determinando ; vocatio vero solum moraliter efficiendo. Si autem vocatio ultra efficientiam, etiam determinat, & verè applicat voluntatē, ut negativè consentiat ; quomodo de se est indifferenter coniungibilis cum dissensu?

Resp.

Non satis facit 1.

19 Nec placet id, quod addit, scilicèt, vocationem congruam moverè voluntatem, non solum quoad specificationem, verumetiam quoad exercitium, ut negativè consentiat. Siquidem in hoc dicto opponitur D. Thom. 1. 2. q. 9. a. 1. ubi obiecto proposito per intellectum solum cōcedit motionem quoad specificationem ; voluntati vero concedit motionem quoad exercitium, tam respectu suorum actuum, quam actuum aliarum potentiarum. Ratio D. Thomæ est. Nam motio quoad exercitium se tenet ex parte *subiecti*,* sive ex parte *agentis* ; cum autem obiectum præbeat speciem actui; motio se tenens ex parte illius solum dicitur motio quoad specificationem. Sed sancta cogitatio solum movet voluntatem media repræsentatione convenientiæ apparentis ex parte obiecti circa illius prosecutionem: ergò.

Secundo.

* Dicitur etiam quoad usum.

Ut autem omnis vitetur confusio notādum: Aliud esse movere ad exercitium voluntatis; aliud vero movere voluntatem quoad exercitium. 1. denotat terminum motionis : 2. vero modum illius. Omne igitur obiectum practicè propositum movet voluntatem ad exercitium amoris, hoc est ut amet; non tamen movet illam quoad exercitium ; hæc enim motio est subiectivè, & activè applicans potentiam ut operetur ; quæ est propria voluntatis titulo primi moventis quo ad exercitium : cuius proprius actus est usus strictè activus, & solum

20

Doctrin. notanda.

ex eius participatione poteſt convenire imperio intellectus, ut docetur à Thomiſtis tract. de prædeſtinatione. Hanc doctrinam adeo veram exiſtimant plures cum Emin. Caiet. 1.2.q.10.art.2.ut negent Deum clarè viſum movere quoad exercit.volunt. Beati ad ſui amorem; quamvis talis amor ſit neceſſarius quoad exercitiũ.

21 Sed redeundo ad argum.propoſitum; claritatis gratia ſic illud inſtauro. Voluntas præventa vocatione ſancta eſt de ſe indifferenter coniungibilis tùm cum conſenſu poſitivo, & diſſenſu, tùm etiam cum conſenſu negativo, & diſſenſu: ergò ut voluntas ſic conſtituta determinetur, ut conſentiat tam poſitivè, quam negativè, indiget aliquo eam ſubiectivè determinanti, & tollenti eius indifferentiam. Sed hoc determinans non eſt Deus, ut operans ratione ſui in voluntate, ut eſt certum: nec eſt Deus, ut alliciens moraliter media vocatione proponenti honeſtatem obiecti; cum hæc utpotè intrinſecè indifferens indigeat determinari ab alio: ergò tale determinans eſt ſola voluntas: quamvis voluntas non ſit ſola, quæ influit, ſed etiam ipſa vocatio: quemadmodum eſtò voluntas elevata per habitum charitatis non ſit, quæ ſola influit in actum dilectionis, ſola tamen voluntas determinat, & utitur quaſi activè habitu charitatis. *

Ratio inſtauratur.

* Sic dicũt RR.

22 Quod ſi propter hæc concedatur conſenſum negativum procedentem à voluntate ſimul, & à gratia excitanti, determinari non à gratia, ſed à voluntate, & in hoc nullum apparere inconveniens, uti appareret, ſi eſſet conſenſus poſitivus: Contra eſt 1. ergò ex terminis non eſt idem aliquod exercitium procedere à ſola voluntate determinativè, & procedere ab illa ſola elicitive: ergò ex quo in ſentent. Societ. concedatur exiſtentiam actus ſalutaris procedere unicè determinativè à voluntate, & non à gratia, non infertur quod talis actus, qui eſt formalis determinatio, procedat à ſola voluntate, & non à gratia. Conſeq. paret à paritate fundata ex terminis determinationis. Tùm ſic. Atqui prędictus M. q.7. à n.57. probat quod ſi omnia prærequiſita ad actus ſal utares ſunt de ſe indifferentia, & unicè à voluntate creata determinabilia, determinatio voluntatis ad velle bonum non habetur à Deo, nec procedit ab eius gratia, ſed convenit voluntati à ſe ipſa: ergò aut inconſequenter procedit in ſuis probationibus, aut debet hæc duo diſtinguere: *Hoc exercitium procedit à voluntate, unicè illud determinanti; determinatio ad hoc exercit. procedit unicè à volunt.*

Si dicas: Contra eſt 1.

Contra 2. ergò ex quo voluntas ſit indifferens ad conſenſum, vel diſſenſum poſitivum etiam ut præventa vocatione congrua, non probatur per locum ab intrinſeco indigere ulteriori gratia ab intrinſeco efficaci illam poſitivè determinanti. Probat. conſeq. Stat voluntatem, ut præventam tali vocatione eſſe intrinſecè indifferentem, ut negativè conſentiat, vel diſſentiat, quin propter hanc indifferentiam auferendam ſit neceſſaria ulterior gratia intrinſeca, aut extrinſeca eam determinans ad conſenſum præ diſſenſu: ergò paritèr &c. Dicere autem huiuſmodi conſenſum eſſe negativum; illum vero eſſe quid poſitivum, non prodeſt: Nàm probatio adducta procedit in ſenſu formali, nimirum de gratia ſub expreſsione determinantis: quæquidem expreſsio probatur à Thomiſt. ex illo principio ſæpè edocto à ſuo Ang. M. *Quod indifferenter ſe habet ad plura, non magis operatur unum, quam alterum, niſi ab aliquo exteriori determinetur*: ergò quamvis titulo actus poſitivi requirat ulteriorem gratiam efficientem illum, non tamen requirit gratiam ulteriorem: cuius propriũ munus ſit determinare, & prius tollere indifferentiam voluntatis, ut conſentiat poſitivè, potius quam diſſentiat.

23 Secundo.

Quædam Reſponſ. reijcitur.

24 Alia ſolutio SS.M.

Alia Reſp. eſt: quod ex quo voluntas vocata ſit indifferens, & libera ad conſenſum, vel diſſenſum negativum, ſolum indiget determinari determinatione morali, & reſiſtibili, non autem irreſiſtibili, qualis eſt prædeterminatio. Et quidem, ſi gratiæ morales non determinant voluntatem, ad quid ſunt utiles; cum aliunde effectivè non influant in actus liberos? Sic fol. 315. Sed in primis dicere gratias moraliter ſuadentes bonum de-

Non ſatiſ facit 1.

determinare voluntatem, est impropriè dictum. Aliud enim est, quod eam aliqualiter inclinent, eamque disponant ad benè volendum; aliud vero quod determinent. 1. Quia ubi est cum proprietate libertas, & facultas ad utrumlibet, non est determinatio voluntatis ad unum; sed sic se habet voluntas vocata à Deo, & simul provocata à Dæmone: ergò. Rursus. Nam sequitur, quod dum homo est graviter tentatus, possit de illo dici: *Hic est determinatus ad peccandum.* Cumque aliunde sit à Deo etiam excitatus, ut non consentiat, verificabitur: *Quod est determinatus ad non peccandum.* Quæ omnia nequeunt concedi. Unde non debet dici, quod per sanctam affectionem, & cognitionē determinatur voluntas,* sed allicitur, & excitatur, provocatur, & incitatur, & aliqualiter inclinatur ad actus salutares.* Hinc constat quid dicendum ad illam interrogationem; scil. *ad quid serviunt gratiæ morales, si non determinant?* Constat, inquam; quia subitæ affectiones disponunt voluntatem, eius duritiam minuendo, & proportionando ad affectum liberum, & efficacem: sicuti & cognitio sancta dirigendo, & proponendo voluntati obiectum, quod pro sequi debet.

De hoc egi tom. 4 tract. de grat. exc. dub. 12.

25 Nec prodest dicere, *gratiam vocationis determinare moraliter, & resistibiliter, & per huiusmodi determinationem reduci illam indifferentiam, ut consentiat negativè, præ dissentire negativè.* Non, inquā prodest. 1. Nam, quod prius appellavit A. *determinationē*, revera appellat inclinationem aliquam voluntatis, cum indifferentia coniungibilitatis convenienti ei secundum intrinseca, tam cum consensu, quam cum dissensu; quo posito reddit argum. Si voluntas est indifferens ad unum, vel alterum, & coniungibilis cum quolibet ex illis, à quo determinatur determinatione tollente talem indifferentiam? Nam quod resistibile est, si nihil addatur, quomodo potest determinare ad unum præ alio? Unde restat, quod voluntas solum se determinet, ut dicunt, & benè consequēter ad sua principia AA. Societ. in ordine ad actus salutares. Clarius. Pone hominem determinatum moraliter, & resistibiliter ad cōsensum ex vi sanctæ cognitionis, ut ipse loquitur: & pone eundem ex vi pravæ suggestionis determinatum moraliter, & resistibiliter ad consentiendum ei. In congressu huius luctæ, quodnam est determinativum, ut potiùs consentiat, quam dissentiat negativè? Non vocatio sancta, aliàs semper consentiret. Rursus, quia eodem modo potest dici fuisse determinatum à prava suggestione: ergò restat, quod voluntas sit, quæ unicè se determinat. Ex quo infero, quod illa est unicè discernens: & quod illa primar. tenet in ordine ad consensum negativum. Dicere autem, quod illud principium D. Thom. tenet de principio indifferenti ad posit: oper: secus ad exercitia negativa: est voluntarium: Præsertim cum talis consensus negativus sit bonus usus, & dispositio supernaturalis, cui anectitur gratia prædeterminans, & consensus positivus salutaris. Hinc (& est maximè notandum) colliges argum. à me formata procedere ex principijs communibus Thom. cōtra AA. Soc. quia existimo ab eodem A. firmiter illa tueri, & ideò in eorum confirmatione non fui detentus. Modo autem video in dictis principijs (quod non reprobo) non satis constanter stare. Unde non mirum, quod aliqua argument. reputet inefficacia, utendo alijs doctrinis.

Clarior solut. adv.

Impug. 1.

Secundo

Præclud. quædam evasio.

Illatio.

Probavi voluntatem sic indifferentem non posse determinari per vocationem congruā,* eo quod talis vocatio, etsi moveat quoad specificationem, & ex parte obiecti; non tamē motione subiectiva ex parte agentis, & quoad exercitium, de quo D. Th. 1.2.q.10.a.2. Ad quod Resp. fol. 316. col. 2.* quod voluntas ad consensum negativum non indiget moveri motione subiectiva, & ex parte agentis, sed tantum motione obiectiva, & finali. Rationem reddit, quia in ordine ad talia exercitia tantum se habet cum *indifferentia obiectiva.* Unde sufficit similis motio. In ordine autē ad exercitia positiva voluntas est indifferens utraque indifferentia, & ideò indiget gratia morali, & physica prædetermination.* Addit me dixisse ad

26

Alia probat.

Respons. SS. M.

tale exercitium non requiri motionē subiectivam; cum hæc solum detur ut positivè voluntas operetur.

27 Hæc solutio continet falsam doctrinam; nimirum indifferentiam voluntatis ad illa exercitia, esse unicè obiectivam. Ratio est. Nam quod determinat suo modo voluntatem per modū exercitij suo modo afficientis intrinsecè ipsam, supponit in voluntate indifferentiam subiectivā. Quod enim intrinsecè determinatur, subiectivè determinatur; sed talia sunt illa exercitia, ut est certum; aliàs non essent libera in se, sed solum obiectivè: ergò. Explic. hoc: Nam estò illa sint dispositiones ad alia exercitia cōpleta, nihil obest, ut per illa voluntas etiam subiectivè determinetur; ut patet exemplo dispositionum, quo ipse utitur. Materia enim & est subiectivè indifferens, determinabilisque subiectivè per dispositiones; & simul per formam: ergò idem dicendum. 2. Iuxta D. Th. 1. cont. G. c. 82. dupliciter potest aliquid se habere ad utrumlibet, *vel ex parte sui, vel ex parte eius, ad quid dicitur.* Subditque libertatem divinam solum dicere 2. indifferentiā, non vero 1. quia hæc dicit imperfectionem. Ex qua doctrina colligitur, quod si negetur voluntati in ordine ad exercitia negativa indifferentia subiectiva, & unicè concedatur indifferentia obiectiva, nisi terminis ludatur, est dicere non esse indifferentem ex parte sui, quod longè exulat à limitatione omnis libertatis creatæ.

Reijcit. 1.

Secundo.

Indif. obiect. est radix liber.

28 Confir. 1. Voluntas non solum est indifferens, ut moveatur à fine, sed etiam est indifferens, ut negativè consentiat vocationi proponenti finem: ergò est indifferens indifferentia subiectiva, hoc est, se tenente ex parte sui. Urg. Aut voluntas unicè determinatur à fine proposito, aut datur alia quasi determinatio distincta à fine? Si 1. ergò cum determinatio sit exercitium libertatis, finis propositus erit subiect: liber; quod est absurdum. Si 2 ergò cum talis consensus non determinet obiectivè, determinat subiectivè; sed quod est determinabile subiectivè, & in potentia ad illud, est subiectivè indifferens: ergò.

Confir. 1.

29 Sed si ratio D. Th. 1. 2. q. 10. a. 2. inspiciatur, clarè constabit solut. esse insufficientem. Sic enim probat S. D. ibi: *Omne, quod est in potentia, indiget moveri ab aliquo; dupliciter autem potest aliquid esse in potentia, vel ad agere, & non agere, vel ad agere hoc, vel illud*; ponit exemplum in visu, qui quandoque videt, quandoque non; quandoque videt album, quādoque nigrum, post quæ subdit: *Quod 1. modo reducit potentiam ad actum, movet ex parte subiecti, & agentis, sive quoad exercitium; quod vero movet 2. modo, movet ex parte obiecti, & quoad specificationem; quia ergò voluntas est in potentia ad amandum hoc, vel illud bonum, movetur ab intellectu ex parte obiecti, sive quoad specificationem.*

Secundo. & princ.

30 Ex qua doctr. sic arguo: Voluntas est in potentia ad consensum negativum, & ad illius carentiam; quandoque enim consentit negativè, quandoque non. Rursùs etiam est in potentia, ut negativè consentiat huic bono honesto, vel alteri bono honesto, ut est certum: ergò, ut utraque potentialitas reducatur ad actum sibi correspōd: indiget 2. moveri, una motione ex parte subiecti, sive agētis, & alia ex parte obiecti, quę dicitur motio quoad specificationē. Hæc autem erit per cogitationem sanctam proponentem determinatè hoc bonum honestū præ alio: ergò necesse est assignare alius, quod sit movens quoad exercitium, & se tenens ex parte subiecti, ut voluntas, quę quandoque cōsentit negativè, quandoque non sic consentit, determinetur ad consensum negativum præ sui carentia.

3. Roborat.

31 Nec valet dicere loqui D. Th. de modo se habendi in potenti a perfecta, & completa, non vero dispositiva. Non valet, inquam, quia voluntariè dictum. Si enim potentialitas voluntatis ut liberæ est primo ad duo exercitia purè negativa, scilic. trahi purè negativè à bono; & purè negativè non trahi; & sine potestate ad agere pro tali signo, nec ad velle; & ita necessario perprius reducenda ad actū, ut nequeat voluntas aliter se exercere liberè volendo, vel agendo; vel nō volendo, & non agendo: qui casus accidit ferè infinitè es; cur tam profundum silentium in S. D. dum ex pro-

Si dicas contra.

fesso

fessò agit demotivo voluntatis? Certè noncapio. Deindè, quia etiam respectu intellectus posset distingui potentia ad assentiendum pure negativè alicui obiecto, quin determinatio ad unum obiectum præ alio esset à voluntate. Hinc ponere motionem purè moralem in signo antec. ad gratiam efficacem, & illius carentiam; ita ut verificetur per illam voluntatem reduci ad aliquod exercitium; est aliquid repugnans; cum non detur motio, nisi ad id, ad voluntas est in potentia; quia hac ratione dicitur mobilis. Atqui iuxta Sanct. Doct. solum se habet in potentia ad agere, vel non agere &c. ergò.

32 Præd. M. num. 29. in fine addit; me dixisse consensum negativum non requirere motionem subiectivam. Sed hoc nihil ei favet. Nam num. 49. solum dixi, quod estò non requirat gratiam intrinsecam superadditam, requirit tamen gratiam efficacem externæ protectionis superadditam vocationi, & infallibiliter connexam cum consensu negativo; ut dicitur in casu possibilitatis puræ omissionis, ut ibidem explicavi. Hæc autem determinatio absdubiò se tenet ex parte subiecti, & per modum imperantis voluntatem; unde verba mea prout iacent, illi non favent; cum ille neget omnem gratiam efficacem tam intrinsecam, quã extrinsecam superadditam vocationi morali, & quæ sit in signo sequenti, ut voluntas determinetur per consensum negativum. Sufficiant dicta. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced.*

Instat cótra me Resp.

DUBIUM IV.

AN PER HVNC MODVM DICENDI VITETUR UNUM EX INCONVENIENT. QUOD OBJCIT CONTRA THOMISTAS?

§. I.

CONCLUSIO NEGATIVA STATUITUR.

N. 1 PRælaudatus Mag. quæst. 8. à n. 20. probat suam opinionem ex eo quod iuxta illam facilè vitantur aliqua inconvenientia, & absurda, quæ sequuntur ex contraria sententia. Unum, & præcipuum est, *quod *Deus prius deserat voluntatem creatam, quam deseratur ab illa.* Hoc autem manifestè sequitur, si Deus deneget gratiam efficacem ad actum obedientiæ v. g. prius quam voluntas dissentiat Dei vocationi, ut asserunt Thomistæ adhærentes sententiæ contrariæ. Alterum est, quod Deus pro suo libito Angelos desertores v. g. prædeterminasset ad actum inobedientem etiam pro materiali, cum posset prædeterminare ad actum obedientiæ. Hoc autem asserere indignissimum est, & ut præsefert, absurdissimum. *Hæc omnia ibi. Hoc supposito sic argum. inquirendo, quid sentiat de dissensu negativo præstito vocationi; An, scilicet, dissentire Deo vocanti, eius inspirationem contemnendo, sit moraliter pravum, necnè? Nihil enim de bonitate, aut malitia consensus, & dissensus negativi pertractat; cum revera, ut probet voluntatem consentire, aut dissentire negativè gratiæ Dei, adducat plura testimonia expressè significantia rectitudinem in consentiendo, & malitiam in dissen-

Proponitur inconveniens.

1. Probatur 1. in idem incidere.

Si dicatur

Impug. 1.

Secundo.

Tertio.

2

Si fortè Resp.

Impug. 1.

sentiendo. Si respondeat talem dissensum esse liberum, non esse in se moraliter pravũ: dicet aliquid, quod omni fundam. caret. 1. Quia ad peccandum iuxta ipsum, sufficit omissio pura libera. 2. Quia ex terminis videtur falsum dicere voluntatem per exercitium propriè liberum dissentientem, & resistentem Deo ut causæ finali, eiusque vocationi, non peccare. Ratio est. Nam in tali exercitio voluntas se gerit ut agens morale; cum protunc moveatur à Deo per vocationem moralem: ergò in eius exercitijs debent reperiri proprietates libertatis moralis, quæ quidem sunt bonitas, & malitia, meritum, & demeritum. 3. Nam quis non iudicabit ut malum, & abominabile *voluntatem creatam liberè deserere Deum vocantem, & ipsum propositum per medum finis honesti derelinquere*? Sed sic se gerit voluntas, dum dissentit negativè vocationi Dei: ergò.

Si autem dicatur, prædictum dissensum esse malum moraliter inchoativè, non vero consummativè; sed hoc convenire voluntati, dum positivè dissentit prosequendo bonum delectabile. Obstat 1. in consequent. doctrin. in probando suam opinionem. Etenim tom. citato fol. 440. col. 1. hæc habet: *Nihil certius in Scriptura, Concilijs, & P. August. quam quod nulli negatur gratia efficax, nisi ei, qui se impedit, & in pœnam peccati.* Et col. 2. *Potest Deus sine meritis dare auxilium efficax, quod est effectus prædestinationis, sed non potest sine demeritis negare illud auxilium, quod fuit effectus reprobationis in Angelis malis.* Si enim talis dissensus negativus non est in se, & intrinsecè malus moraliter malitia læthali, aut veniali, sed solum inchoativè, & extrinsecè; quia impedit collationem gratiæ efficacis; quomodo erit verum gratiam efficacem non negari à Deo, nisi in pœnam peccati? Quomodo erit verum gratiam efficacem fuisse negatam Angelis malis ob illorum demerita? Eo, aut apertam inconsequentiam doctrinæ, aut expositionem testimon. SS. PP. in sensu improprio: cum revera in tali dissensu non inveniatur actù subiectivè aliqua ratio malitiæ, aut demeriti.

Contra est 2. & explicatur. Dissensum negativum esse purè initiativè malum moraliter, vel excludit ab illo omnem malitiam moralem ipsi intrinsecam, & actù talem; vel solum excludit malitiam completè talem? Ratio huius dilemmatis est. Nam optimè componitur peccatum aliquod inchoari in exercitio libero, & illud gaudere malitia morali verè imputabili ad culpam, & pœnam; & ab opposito stat aliquid dici malum moraliter inchoativè absque ulla malitia in eo intrinsecè reperta. Exemplum 1. habetur tum in actu voluntariæ tendentiæ in obiectum hic, & nunc impediens observationem præcepti: qui iuxta omnes Thomistas est peccaminosus intrinsecè in signo, in quo exercetur. Tùm in eo, qui scient: tepidè resistit gravi tentationi; aut non vitat occasionem proximam peccandi; Nullus enim dicet huiusmodi actum pro suo signo esse peccatum completum, & consummatum. Exemplum 2. habetur, tum in defectu actualis considerationis præcedentis omne peccatum; qui defectus iuxta Div. Thom. quæst. 1. de Malo art. 3. ad 13. *Non est in se malus moraliter pro suo signo, sed solum per acceptationem voluntatis procedentis ad operandum sine consideratione.* Idem constat in materiali peccati, quod etiam dicitur malum inchoativè, sive fundamentaliter, quin in illo signo sit aliqua malitia intrinseca: ergò dissensum negativum esse malum moraliter inchoativè utroque modo accipi potest.

3

Secundo.

Nunc subsumo. Sed iuxta sanentiam huius Sapientissim. Magistr. neutrum potest dici de prædicto dissensu: ergò solutio data est insufficiens. Minor quoad 1. partem probatur. Si talis dissensus est inchoativè malus absque ulla malitia morali ei intrinseca; Cur dicitur voluntatem creatam per talem dissensum deserere Deum? deesse gratiæ Dei? illa abuti? esse

4

Debet poni in dissensu aliqua malitia.

esse ipsi rebellem? & Spiritui Sancto resistere? (ex his enim loquutionibus probat prædict. Mag. existentiam talis dissensus) constat enim nihil horum verificari de voluntate, ut ponenti entitatem actus necessario connexam cum eius malitia; idem que de eo, qui omittit debitam considerationem pro signo antecedenti ad electionem. Videatur Sanct. Doct. loco citat. & invenietur expressè dictum ab illo, & à Magn. Par. *Talem inconsiderationem nec esse malum culpæ, aut pœnæ, sed esse puram negationem, sicuti se habent tenebræ, & silentium in aere*: ergò.

5 Quoad 2. vero prob. Si talis dissensus esset actu intrinsecè malus moraliter, existeret Deo illum permittenti, ut patet; proindèque cum ante illum nulla prosus culpa præcesserit, iam Deus ex se ipso permitteret peccatum: quod iudicat *absurdissimum* prædict. Mag. Deindè in tali casu prædictus dissensus, utpotè in se malus moraliter, esset 1. effectus reprobationis in Angelis, & in Adamo, quod negat. Insuper sequeretur in tali signo posse etiam voluntatem benè moraliter operari. Aliàs daretur absque culpa hominis libertas ad peccandum absque ulla potestate operandi honestè pro eodem signo, quod est maximum inconveniens: ergò doctrina solutionis plura satis difficilia includit; & dum contendit vitare aliquod absurdum ab ipso Mag. existimatum ut tale, in alia plura videtur incidere.

6 Omittimus probare consensum negativum præstitum vocationi debere esse, & dici bonum moraliter intrinsecè; tum quia ex malitia dissensus supra ponderata satis efficaciter colligitur: tum quia ipse Mag. valdè inclinat in sententiam P. Ripalda tuentis puram omissionem meritoriam præmij supernaturalis. Ita q. 7. §. 2. n. 25. quod si res ita se habet.* Quomodo sine gratia efficaci datur rectitudo, & meritum in voluntate negativè consentienti? Similiter quomodo Deus nullo impedimento præcedenti movit unum Angelum ad meritum, & alterum ad demeritum? Sed quid immoramur,

Idem prob. de consensu negativ. quoad bonitatem.

* Vide me tom. 4 fol. 635. quomod. extollit consensum negat.

cum quæst. 7. fol. 407. col. 1. asserat: *Conversionem perfectam in Deum dari in præmium conversionis imperfectæ consistentis in non resistentia negativa.* Hoc enim apertè destruit rationem gratiæ in gratia efficaci ad 1. actum salutarem.* Quid enim prodest ad rationem gratiæ non dari ex operibus positivis, si datur ex meritis, & ex meritis repertis in exercitijs purè negativis? De hoc alibi.

* V.g. ad fidem.

Prob. 2. idem assumpt. Semèl, 7 quod nostra voluntas post signum vocationis sanctæ sit libera ac consensum, & dissensum purè negativum præcedentem signum gratiæ efficacis, fatendum est Deum (etsi non de facto) posse imponere voluntati præceptum de tali consensu, & ipsi prohibere oppositum dissensum. Sed in hoc casu hæc opinio nullatenus vitat ea, quæ reputat absurda: ergò insufficiens est ad finem, quem intendit. Mai. constat 1. Quia nulla potest assignari ratio, ut Deus non præcipiat voluntati exercitium liberum, & primario liberum; cum materia proxima legis sit exercitia libera voluntatis. 2. Quia exercitia procedentia à Deo ut est causa moralis, possent iure optimo procedere ab eo, ut legislatore; cum munus legislatoris sit munus causæ moralis. 3. Omnis motio moralis per gratiam excitantem includit necessario consilium, vel præceptum; ideòque gratia legis iuxta Mag. Par. ad genus causæ moralis spectat: ergò si consensus, vel dissensus negativus sequitur ad gratiam ut moraliter excitantem &c. 4. Nam præd. M. fol. 430. col. 2. probat consens. negat. ex illo Zachar. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*; at qui in prioribus verbis cõtinetur præceptum de conversione, ut expressè asserit Mag. Par. & D. Thom. infra referendi: ergò. Min. vero constat ex supra dictis, & ulterius sic probat. Si dissensus negativus esset à Deo prohibitus, absdubio peccaret voluntas sic dissentiens vocationi; quia nihil aliud est peccatum, nisi fractio præcepti. Nunc rogo: opponitur suavitati divinæ providentiæ permittere voluntati tale peccatum nullo defectu in illa præcedente; vel

Prob. 2. concluf.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

non ? Si primum : ergò in illa hypothesi possibili non esset suavis Dei providentia : quod asserere est absurdum ; Si secundum : ergò quod Deus Angelos desertores nullo defectu in eis præcedente prædeterminaverit ad entitatem peccati, & eius malitiam permiserit, non est indignissimum providentiæ Dei, ut ipse loquitur. *Rursus : Nam Deum permittere peccatum, est Deum deserere voluntatem creatam : ita quæst. 6. in fine : ergò si nullo defectu præcedenti voluntas dissentiens negativè in casu dicto peccaret, Deus talem voluntatem desereret, permittendo ipsi peccatum, absque eo, quod aliquis defectus in ipsa præcederet : ergò prius desereret Deus voluntatem creatam in illo casu possibili, quam desereretur ab illa. Per quod ruit fundamentum huius opinionis, si concedatur maior 1. syllogismi.

*Tom. 1. fol. 440. col. 2.

§. II.

In quo reijciuntur Respons. datæ à SS. Mag. Tom. 2. fol. 320. à n. 34.

8 ANtequam motivo proposito occurrat ait *, q. de moralitate consensus, & dissensus negativi suscitari à me sine necessitate.* Hæc annot. (ni fallor) nullius roboris omnib. apparebit. Quis enim culpavit, aut reprehendit aliquem impugnantem conclusionem aliquā, ex eo, quod præter alia motiva impugnantia, addiderit aliud : quod, etsi necessarium non sit, ab illo reputatur ut maximè utile, & efficax? Fateor quæstionem circa moralitatem consensus, & dissensus, non esse necessariam, suppetunt enim plura motiva, ut ex antea dictis constat. Ast unde probabit, quod non fuerit utilis? Numquid poterit Vir Theologus solidè adstruere libertatem in voluntate ad aliqua exercitia ; quin prius examinet illius naturam, proprietates, & conditiones eorum : nè fortè ex illorum non consideratione se implicatum, & complicatum inveniat. Quoties contingit retractare sententiā per prius existimatam ut solidam; quia ei occurrit denuò aliqua difficultas, cui, aut non ; aut difficillimè congrua responsio adhiberi valet. Sed quid dicendum : quando argumentum directè militat contra ea quæ sunt intranea, tum exercitijs libertatis ; tum etiam motivo, cui A. innititur ad illa propugnanda. Si enim ponitur dissensus negativus talis conditionis, ut per illum *homo liberè deserat Deum ; resistat Spirit. S. contemnat eius vocationem, ponatque obstaculum gratiæ* ; & propterea Deus neget gratiam effectivam ad consensum salutarem ; erit notabile quærere ; An in expressionibus recensitis contineatur aliqua malitia moralis? Est nè malitia moralis extranea ipsis? Absit ; imò per illas rectè * explicatur quidditas malitiæ moralis.

Annotat. contra me. Respond.

* In Script. & PP.

9 Rursus : Si motivum ponendi talem dissensum est ; ut per prius homo liberè deserat Deum, quam ab ipso desseratur negando gratiam effectivam consensus positivi salutaris ; si in ipsa notione desertionis includitur moralitas dissensus ; cur erit notabilè quærere : An ille sit de genere moris, & in qua specie sit collocandus ? Cum autem non possit nisi in specie malitiæ collocari ; (quæ necessario petit derelictionem ex parte Dei subtrahentis auxilium ad vitationem illius) iam per prius Deus desereret hominem, quam è converso. Ex his rectè consideratis sentio cū SS.M. *sine necessitate fuisse à me suscitatam quæst. de moralitate consensus &c.* sed alio motivo ; quia nimirum : si ex illius scriptis constat consensum * esse bonum usum gratiæ, & dispositionem ad consensum salutarem, & unde incipit discretio intra ordinem gratiæ * sicuti etiam constat, * dissensum negativum esse Dei contemptum, summi boni desertionem, resistentiam Spirit. Sancto, & illius vocationi, * ut quid quæritur à me de moralitate illorum ; si alijs clarioribus terminis, nec bonitas unius, nec malitia alterius exprimi valet ? In re enim adeò clarè dicta non relinquitur locus quæst. circa sensum A. illam proferētis. Sed audiamus rationē pro annotatione.* Nam eadem est difficultas de consensu, & dissensu, etiam:

Secundo.

Ratio pro anno tat.

etiam si præscindamus à bonitate, vel malitia utriusque. Cum enim dissensus negativus in Adamo, & Angelis fuerit liber, cadit sub providentia Dei primi liberi; & decreto absoluto illum decernentis: ergò talis dissensus supponit Decretum Dei, ut in tempore præstandus ab Adamo. In hoc, subdit hic A. convenit sententia nostra cum sentent. Th. Ecce nunc clarè illata contra nos absurda objecta sine *recursu ad moralitatem dissensus*. Ratio est: *Nàm Deus nulla data causa ex parte creaturæ, decrevit dissensum sanctæ vocationi, potens decernere consensum.* Rursus *decernendo dissensum, deseruit creaturam, antequam ab ea dessereretur. Si ergò has conseq. potuit deducere Primar. ad quid fuscitat quæstionem pro earum deductione circa moralitatem dissensus?*

10

Probatur eius inefficacia 1.

Adhoc dico tale argum. pro præsenti assumpt. non impugnare directè motivum Adversi. servando proprietatem verborum, & rigorem Scholasticum; uti decet. Nàm desertio, ut se tenet ex parte Dei iuxta omnes Theolog. non accipitur pro omiss. alicuius decreti, præsertim intentivi, estò necessario requisiti ad rectè operandum. Res est mihi certa; vel adducatur sensus aliquorum Theologorum oppositum asserentium. Est enim talis desertio *subtractio auxilij, & gratiæ adiuvantis per modum adiutorij sine quo, aut quo, ad salutariter agendum.* Sic Concil. Trident. sess. 6. cap. 11. ait: *Deus sua gratia semel iustificatos non deserit nisi prius deseratur ab eis* * *nisi enim gratiæ illius defuerint; Deus sicut incæpit opus bonum, ita perficiet.* Notetur ly: *Gratiæ illius*, & ly *defuerint*, & *cui resistunt homines.* Rursus. Nàm iuxta M. P. quem ipse A. pluries citat pro tali desertione, ita debet poni; ut desertio Dei sit post hominis desertionem; sic enim ait: *Adam deseruit, & desertus est*, atqui hæc loquutio nequit de decreto intentivo dissensus intelligi: ergò debet intelligi de denegatione auxilij, sive consistat in motione intrinseca, sive in actione Dei operantis actum salutarem. Rursùs. Nàm in locis ubi citat D. Thom. pro tali desertione expresse ponuntur hæc nomina: *Defectus collationis gratiæ; quod motio, & vocatio interior non consequatur perfectam operationem.* Sed nemo potest solidè intelligere nomine horum: *Deum non decernere ab æterno consensum salutarem*: ergò.

*Et c. 13

Secundo.

Tertio.

1. 2. quæst 112. ar. 3. in 4. d. 17. q. 1. art. 1

Confirm. Nequit propriè dici homo desertus à Deo per hoc, quod decernat, ut fuit possibile in alia provid. exclusionē à gloria nulla habita causa ex parte hominis exclus. inquam, à gloria, ut à beneficio indebito: ergò similiter dicendum de decreto intentivo dissentus. Prob. añs. Nequit propriè dici homo desertus à Deo, dum ei auxilia plenè sufficientia confert, ut gloriam consequatur. Sed totum hoc componitur cum tali reprobat. intentiva: ergò. Hæc dicta sunt pro casu omissionis alicuius decreti in Deo estò sit requisitum ad assecutionem alicuius finis: v. g. non prædestinando; & admisso illam requiri necessario ad salutis æternæ assecutionem. Si autem loquatur de decreto dissensus sanctæ vocat. In primis illud esset prorsus inefficax contra Adv. Cū decretum, ut præcedens prævisionē dissensus non sit iuxta illum ibidem n. 37. connexum cum dissensu: spectat enim ad decretum collativum libertatis, dicturquè permissivum in actu 1. unde constat falsò dicere se in hoc convenire cum Sentent. Thom.

11

Confirm.

Sic S. D. in 1. ad Anib d. 41. art. 3.

12

1. Resp. SS. M.

Fundatur

Reijc. 1. & 2.

De quo dub. 1. numer. 36.

His notatis Respond. 1. ad argum. insistendo in eo, quod consensus, & dissensus solum sunt inchoativè boni, vel mali, non tamen ut gaudeant aliqua bonitate, vel malitia intrinseca, esto imperfecta. Rationem reddit; quia iuxta D. Thom. bonitas, & malitia moralis sunt affectiones humanorum actuum: ergò cum talia exercitia negativa actus humani non sint &c. Sed hoc est parum efficax 1. quia etiam omissio actus est mala moraliter, & non est actus humanus. 2. Quia nomine actus humani intelligi potest, qui est interpretativè talis; & iuxta ipsum Magistrum consensus negativus est interpretativè prudenter consensus positivus; & idem de dissensu negativo. 3. Nàm iuxta D. Thom. sæpè:

Tertio.

Ibi

Ibi inclpit genus moris, ubi Dominium voluntatis invenitur: ergò si in talibus exercitijs invenitur libertas, & dominium, ibi invenitur moralitas.

Addit in favorem 1. solut.

2. Respond. quod ideo talia exercitia non sunt in se bona, aut mala moraliter, quia sunt exercitia dispositiva; non vero formalia, & completa. Contra est 1. Nàm voluntariè se disponere ad exercitium; quod sit simpliciter malum moraliter; est malum intrinsecè, licèt non ita perfectè. Si enim ponere actum occasionantem omissionem, est operari malum moraliter; cur se disponere per exercitium liberum ad omissionem peccaminosam non erit malum moraliter? Rursùs, quod talis libertas non sit perfecta, sed imperfecta; hoc, videlicèt, probat ad summum non posse in tali dissensu inveniri malitiam læralem, secùs verò venialem, ut contingit in motibus inordinatis ex imperfecta libertate provenientibus. Præterquam quod asserere dissensum non esse exercitium formale, est falsum, sicuti probatum relinquimus in *anteced. dub. 1. numer. 25.*

Contra est 1.

Secundo.

Et communis Doctr.

§. III.

Ostenditur SS. M. non satis consequenter loqui; aut impropriè exponere testimon.

13 HInc non percipio qua conseq. Doctr. à num. 36. asserat prædictum dissensum non esse adhuc initiativè malum moraliter; cum illum ore pleno appellet *desertionem Dei, obicem gratiæ efficacis, & resist. inspirationi Spirit. Sanct.* in cuius efficacissimam probationem placet referre locutiones, quas habet tom. 1. fol. 441. col. 1. ait: *Si respuo vocationem moralem, malè utor illa, & in pœnam mali usus denegatur mihi physica prædeterminatio*, & fol. 440. col. 2. *Potest sine meritis Deus dare auxilium efficax, sed non potest sine demeritis negare illud auxilium, quod fuit effectus reprobationis in Angelis.* Fol. 301. col. 1. *in dissensu incipit demeritum nostrum.* Fol. 238. col. 1. *Adamus se impedivit ad auxilium quo requisitum ad velle perseverare; & sua culpa tuens illo caruit*, & fol. antecedenti 237. idem dicit. Fol. 168. col. 1. *Auxilium* (scilicèt, efficax) *fuit negatum Adamo infecto* * *iam tumore superbiæ; quonimium de se præsumpsit, ac confidit*; Num quid nimia præsumptio non potest dici initiativè mala? & fol. 17. *Carentia gratiæ, qua Deus urgente tentatione deseruit primos Parentes, fuit pœna superbæ elationis, qua ipsi prius deseruerunt Deum.*

Ulterior impugn.

* Nota ly iam.

Hinc constat ad nihilum deseruire, quod dicit tom. 2. fol. 324. col. 1. Scilicèt, quod dum affirmavit in 1. *Scripto gratiam efficacem non negari, nisi ei, qui se impedivit, & in pœnam peccati*: ly *&*, *non sumitur copulativè, sed aggregativè: ad quod sufficit quod d. issens. negativus sit interdum impedimentum, estò non sit in se malus adhuc initiativè malitia intrinseca.* Similiter dum dixit * *Quod Deus sine demeritis nequit negare auxilium efficax iuxta Aug.* Hoc tenet verum, quia tale auxilium fuit negatum ob prævisionem peccati prævisi futuri in Angelis, & impœnam illius: quæ prævisio præcesserit eorum reprobationem etiã negativam. * Constat, inquam 1. Nàm quid dicemus ad alias loquutiones, ubi sine ly & affirmat in pœnam *superbæ elationis* fuisse negatam Adamo gratiam efficacem; quas loquutiones habes supra. 2. Nàm hæc explicatio non congruit menti A. quæ non aliter percipi valet, nisi ex his quæ ibi in probat. adducit. Nàm sic ait (nihilo mediante) *Deus enim*, ut ait Trident. *neminem deserit, nisi prius deseratur.* Deus deserit negando gratiam prædeterminantem: ergò antea nos deseruimus Deum. Notetur etiam illa particula Trident. *nisi* ex qua probatur, siquid probatur, ad negationem auxilij efficacis necessario præcedere indispositio, quæ sit libera desertio Dei propositi, ut prosequendi per sanctam vocationem. Sed nihil aptius Theologo ad explicandam malitiam moralem, & deformitatem peccati, quam averti, desere, & recedere liberè à Deo. Urgeo. Postquam prædictus Mag. retulit verba M. P. *Scilicèt, non potest Deus sine demeritis reprobare &c.* Subdit:

14 Quædam Respons. reijcit. 1.

Secundo.

Urgetur.

Potest

Potest sine meritis dare auxilium efficax, sed non potest sine demeritis negare illud auxilium, quod fuit effectus reprobationis in Angelis. Quomodo ergò (inquirit) ante Luciferi primũ peccatum præcesit demeritum, in cuius pœnam negavit Deus auxilium efficax? Respond.* quia etsi à Deo moraliter motus; tactus motione contraria, & consideratione propriæ excellentiæ *intumuit*, & ei consentit.* In his ponderandum est primo illud dictum.* Non potest Deus sine demeritis negare auxilium efficax.* Ubi negat possibilitatem, & non tantum loquitur de facto. Rursus. Si huic interrogationi; scilicèt, quomodo ante primum peccatum Luciferi præcesserit demeritum, in cuius pœnam negaverit Deus auxilium efficax? Respond. fuisse dissensum negativ. præcedẽtem peccatum commissionis; sine dubio sentit de illo fuisse malum, & demeritorium. Aliter non esset congrua Responsio; sed debuit dicere;* quod estò non præcesserit demeritum, in cuius pœnam &c. præcesit aliqua indispositio.* Verum tamen hæc Responsio non est consona verbis M. Par. ubi utitur hoc nomine *demeritum*. Ulterius in 1. Scripto fol. 440. ait hanc conseq. *Deus deserit negando gratiam efficacem: ergò ante nos deseruimus Deum.* Concedi à M. Par. ut necessariam; sed (ultra supra dicta) pura indispositio ad gratiam efficacem sine malitia actu tali non est libera derelictio Dei; nec per illam dimittitur Deus: ergò expositio data non est iuxta sensum A. dum primo scripsit.

Respons. eiusdem M.

Reijc. 1.

Secundo.

Tertio.

15

4. Si in pœnam peccati superbiæ prævisi ut futuri Deus negavit gratiam efficacem Angelis; ad quid adducit verba M. Par. ut probet nunquam negari à Deo gratiam efficacem; nisi ob dissensum negativum? Undè hæc solutio aperit locum, ut omnia testimon. M. Par. probantia *Deum non deserere, nisi prius deseratur*; posse exponi de desertione peccaminosa formaliter tali, ita ut illa, ut prævisa ut futura moveat Deum, ut in tempore denegat gratiam efficacem pro eius vitatione. Quod si dicatur prævisionem peccati superbiæ futuri, supponere prævisionem dissensus negativi futuri: hæc suppositio, nec continetur, nec infertur ex testim. M. P. Aliter imus in longum. Cum sufficiẽter exponatur M. iuxta dicendo auxil. efficax fuisse negatum in pœnam peccati prævisi, ut futuri. Rursùs hoc ipsum assertũ est falsum: Nàm principium meriti, aut demeriti essentialiter illud præcedens nequit cadere sub merito, aut demerito, ut alibi supponunt Thom. & loquendo per se attentis naturis rerum est communis sensus. Qua ratione, nec bonus usus gratiæ, ut prævisus potest esse meritorius collationis gratiæ effioacis; nec pariter dissensus carentiæ illius; eo quod ad meritum, & demeritum requiritur prævisio illorum, ut existentium executivè: cum illorum causalitas ad genus causæ efficientis spectet. Sic S. Doct. q. 29. de Verit. art. 6. Sed repugnat rem prævideri modo dicto existentem ante illius principium per se exactũ: ergò nequit principium per se necessario exactum ad meritum, aut demeritum, dari in præmium boni usus prævisi ut futuri; aut tamquam pœnam dissensus prævisi futuri. Undè si attente consideres modum hunc dicendi; invenies passim plura continentia Doctrinam satis difficilem, & saltim Thomistarum principijs manifeste Adversi.

Secundo.

Tract. de merito.

Quarto.

Motiva illius reddunt ineffica-- cia 1.

§. IV.

Aliæ Responsiones reijciuntur.

PRobavi n. 1. talia exercitia debere esse bona, vel mala; quia sunt exercitia voluntatis, ut agentis liberi moralis. Respond. fol. 329. Quod tunc voluntas est causa moralis Philosophica, non Theologica; nàm etiam necessaria pendent à fine. Sed hoc est nihil. Nàm est causa moralis excitata per Spir. S. per gratiã Dei ex meritis Christi, & ad dispositionẽ liberam supernatur. Rursùs. Deus tunc exercet veram rationem causæ moralis Theologicæ, scilicèt, vocando & infundendo gratiam suam ad exercitia libera: ergo etiam voluntas se habet ut causa moralis Theologica.

16

Respond. ad aliam probat.

Reijcit. 1.

Quasi Philos moral. non gat demo ral.

Addit

Secundo cum alio addito notatu digno.

Addit etiam consensum negativum non cadere sub Consilio. Sed quis hoc credet? Si enim ex eius positione sequitur consequutio gratiæ efficacis, consensus positivus, meritum &c. Quis credet non cadere sub consilio, sic benè uti gratia sufficienti, recipere Divinam inspirationem, & alia huiusmodi? 3. Si hæc ita se habent: quare iuxta ipsum M. conquæritur Deus sæpè per Prophetas, quod homines dissentiant negativè vocationibus suis. Ita fol. 481. in 1. tom. Si enim, nec est præceptum, nec consilium, nec adhuc in tali dissensu adest aliquid initiativè pravum; nimis delicatum ponit Deum, & nimis quærulum. 4. Quis credet; quod dum acquisitio alicuius formæ dependet à mea dispositione libera, & adest præceptum de acquisitione formæ, non cadit nec directè, nec indirectè sub præcepto, aut consilio, ponere talem dispositionem? Certe hæc, & alia non capio. Fortasis, quia nutritus in Doctrina solida D. Thom. & eius Discipulorum. Sed quæ maior laus?

Tertio.

Quarto.

17

Rursùs probavi talem dissensum negativum opponi præcepto Dei; quia iuxta præd. Magist. in illis verbis præceptivis Zachariæ: *Convertimini ad me*, intelligitur *conversio per consensum negativum*; ita in 1. tom. quæst. 8. num. 14. & quæst. 7. à num. 60. Respond. *Quod est præceptum est de conversione positiva; sed in prioribus verbis continetur conversio negativa, quam Deus præexigit, ut pro posteriori præceptum impleatur.* Sed hoc est vocibus ludere; nàm si in *prioribus* verbis continetur conversio negativa; cum priora verba sint præceptiva, ut patet ex eorum tenore, & docet S. Doct. 1.2. quæst. 89. art. 6. & alijs locis citat. in margine; præceptum cadet supra illam. 2. Iuxta solut. in tali textu præcipitur conversio positiva ad Deum, nec salva fide negari valet; sed hæc non præcipitur per prima verba: ergò per secunda; scilicèt, *& ego convertar ad vos*: ergò cum in eis expressè contineatur conversio libera, qua Deus misericorditer se convertit ad nos Deus, sibi ipsi præciperet. 3.

Alia solutio.

Impug. 1.

Secundo.

Si aliquid in dicto textu nobis præcipitur est id, quod in illo à Deo nobis exigitur; & non quod in illo nobis ofertur; atqui iuxta præfatum M. quod exigitur à nòbis, est conversio negativa; in alijs autem verbis nihil exigitur, ut patet, sed ofertur à Deo: ergò talis conversio estò negativa cadit sub præcepto. * Adducit in sui favorem B. Ægidium; sed quam longe! Ibi enim nec per umbram sentit verbis Zachariæ *contineri conversionem negativam*; sed suppositò præcepto de conversione; quærit; cur in tali textu dicitur prius esse à nobis; cum tamen in textu Hier. illa ponatur ut descendens prius à Deo *dum ait convertenos: & convertemur.* Quam prioritatem, & posterioritam luculenter exponit, sed in favor. Adversi. nihil.

Tertio.

* Vide M. P. de Grat. & lib. cap. 5.

Probavi, quod talis dissensus debet esse malus intrinsecè. Quia illum eruit præd. Mag. ex testimonijs asserentibus esse, contemptum Dei, *eius desertionem, resistentiam inspirationi Divinæ, & per illum hominem rebellari adversus Deum.* Hæc enim nomina significant malitiam moralem. Respond. SS. PP. significare talem dissensum per suum effectum; quatenùs ille est dispositio ad contemptum ad resistentiam, & alia huiusmodi. Sed quis non videat, quod talis loquutio reducit ad loquutionem impropriam testimonia PP? Nàm attribuere proprietates, & formalites effectus, & formæ dispositioni ad illam, est impropriè loqui; saltim quoad rigorem Scholasticum, * & ad impugnandum hæreticos Sacra Scriptura abutentes; ut facit M. Par. lib. ad Simplic. ex quo præd. A. ait esse pro sua sententia de consensu, & dissensu negativo.

18

Alia solut. impugn.

* Præsert. Dogm. ut est SS. M.

§. V.

Alia Respons. impugnatur.

Probavi à num. 2. quod si dissensus est malus in se moraliter, est à Deo permittente; proindequè deserente hominem; cumque ad illum dissensum nulla supponatur ex parte creaturæ desertio; iam in eius

19

Refertur.

eius sententia Deus deserit hominem, priusquam deseratur ab eo.

Tom. 2. Respond. fol. 325. num. 37. *Admitto talem dissensum esse malum moraliter, & si velis, malitia formali, & completa; sed ex hoc non sequitur aliqua in conseq. contra me ipsum.* Pro quo notat ex dictis n. 12. & 13. dari in Deo duplicem permissionem peccati; unam, quæ infert infallibiliter peccatum; alteram quæ non sic infert, sed est donatio libertatis, & usus eius sive ad bonum, sive ad malum. Prima est desertio, sed numquam ponitur, nisi prævisa causa ex parte creaturæ. Igitur relatè ad Adamum v.g. Deus donans libertatem supernaturalem media gratia elevanti, & vocatione, dedit posse perseverare, si vellet: quod autem vellet, in eius lib. reliquit arb. iuxta M.P. In hac donatione includitur permissio peccati, sed non inferens illud infallibiliter. Attamen quia in hoc signo novit Deus se non teneri dare gratiam congruam, sed posse pro suo libito illam negare, decrevit illam negare Adamo, & in hoc vidit Adamum dissentientem vocationi sufficienti. Igitur in pœnam huius dissensus, qui est malus moraliter, decrevit negare gratiam prædeterminantem, & permisit malitiam utriusque dissensus negativi, & positivi permissione infallibiliter inferente utrumque.

20 His suppositis ait: quod decretum permissivum immediatè dissensus negativi est desertio ex parte Dei; cæterum hoc decretum supponit aliud decretum, in quo Deus prævidit futuritionem talis dissensus, scilicèt, *decretum conferendi libertatem, & negandi gratiam congruam*; undè ante talem dissensum præcessit causa ex parte voluntatis; scilicèt, ipse dissensus negativus prævisus, ut futurus in tali decreto: & ex tali prævisione moveri potuit Deus, ut illum permitteret. Nec inconvenit ponere duo decreta, sive complexum coalescens ex decreto conferendi libertatem, & decreto negandi gratiam congruam, & postea alterum Decretum permittens immediatè malitiam dissensus negativi: estò complexum infallibiliter connectatur cum malitia illius; ut patet in decreto exequutivo meritorum cum eis infallibiliter immediatè connexo, estò etiam decretum intentivum gloriæ, ut coronæ infallibiliter connectatur cum ipsis.

Explicat. solut.

Plura continet hæc solutio, quæ modum dicendi (antea captu difficilem) modo difficiliorem reddunt. illa distinctio duplicis permissionis peccati est parum usitata in littera, & Scholas. D. Nec enim potest dici Deum quoties hominem constituit cum libertate ad peccandum, & non peccandum, permittere illum peccare, aut tale decretum esse permissivum peccati: aliàs verificaretur propriè Deum V. Mariæ permisisse plurima peccata. Videatur M. Bañez tom. 1. in 1. p. quæst. 23. art. 3. fol. 718. col. 2. Undè Aliqui vocant illam permissionem peccati in actu 1. quod est dicere. * Deus ex vi decreti donandi libertatem ad bonum, & malum est potens permittere peccatum. Sed hoc omisso transeamus ad alia. Asserit enim quod Deus decernens dare Adamo vocationem sufficientem, & negare vocationem congruam incomplexo utriusque decreti vidit futurum *dissensum vocationi*. Ratio esse potest. Quia contensus supponit necessario vocationem congruam: ergò in voluntate vocata à Deo, & cum negatione vocationis congruæ, infallibiliter videbit Deus illam dissentientem. Nunc rogo. Hoc complexum decretorum infert infallibiliter dissensum, qui admittitur malus completè, vel non? Si 2. non poterit Deus infallibiliter videre illum; cum non sit medium necessario connexum; vel admittes Scientiam mediam? Si 1. ergò ex vi utriusque decreti à Deo liberrimè concepti Deus est determinatus, nulla habita causa nec existente, nec prævisa, ad permittendum voluntati peccatum dissensus. Rursùs. Ante omnem causam ex parte creaturæ ponitur tale complexum inferens infallibiliter dissensum peccaminosum: ergò etiam poterit similiter poni decretum permissivum directè malitiæ dissensus nulla habita causa ex parte creaturæ.

21 Impug. 1. Desider. prop. locut. Vide Suar. in 1. 2. fol. 414.

* De hoc egi tom. 2 Dub. append. fol. 645.

Secundo.

Res-

22

Respons. reijcitur.

Respond. fol. 326. Quod decretum negandi gratiam congruam includit ex parte obiecti defectum creaturæ: quia eius congruitas pendet à creatura, quæ illam potest reddere incongruam. Undè tale decretum non est ante prævisionem causæ datæ à creatura. Sed contra est: dum dicitur decretum negandi vocationem congruam includere defectum ex parte creaturæ; vel talis defectus includitur actu in negatione vocationis ut congruæ, ut aliquid constituens in congruitatem; vel ut aliquid illam præcedens? Si 1. cum talis defectus sit ipse dissensus, Decretum illud habet pro obiecto dissensum; sed non ut volitum: ergò ut permissum. Sed aliunde tale decretum præcedit prævisionem dissensus; vel assigna medium aliquod, in quo prævideatur: ergò malè asserit illud Decret. non præcedere prævisionē dissensus; cum medium, cui Scientia Dei innititur, præcedat ipsam scientiam. Præsertim, cum illa sit scientia libera, proindequè ex determinatione Dei existens. Si 2. ergò, ut Deus decernat dare vocationem incongruam, debet prius prævidere dissensum, à quo provenit, ut sit incongrua: Et quidem non ut possibilem, sed ut futurum. Sed hoc repugnat; cum decretum collativum libertatis non sit medium aptum, utpotè respiciens dissensum, ut possibilem tantum, & non ut futurum, fatente ipso A. ergò solutio est implicatoria. Benè enim percipio, quod decretum dandi gloriam, ut coronam meritorum, includat ex parte obiecti voliti ipsa merita; attamen non includit illa tanquam ratio motiva, aut conditio præcedens, vel intentionem gloriæ, vel illius prævisionem, ut est certum: ergò quod decretum negandi gratiam congruam includat, vel potius connotet dissensum, non tamen propter hoc dici potest illum, vel ut existentem, vel ut prævisum, præcedere tale decretum. Ergò hæc est vera: *In signo antecedenti ad prævisionem dissensus futuri concipit Deus decretum negandi gratiam congruam, estò hæc non sit ponenda sine dissensu.*

23

Si dicas contra est 1.

Si autem dicas; quod tale decretum non est immediatè permisivum malitię dissensus, sed datur aliud decr. Contra est 1. Nàm illud Decr. infallibiliter connectitur cū tali dissensu, & concipitur à Deo nulla habita causa, aut prævisione defectus ex parte creaturæ. Si ergò hoc decretum sic connexum non pugnat cum suavitate Divinæ providentiæ; estò sit connexum cum dissensu malo moraliter: cur opponetur, quod Deus nulla habita causa ex parte creaturæ decernat negare gratiam prædeterminantem ad vitationem peccati? Transeamus ad id, quod asserit, scilicèt, *dissensum prævisum incomplexo utriusque decreti movere Deum, ut concipiat alterum decretum circa dissensum præ consensu; undè quando Deus deserit, sic permittendo, supponit creaturam prævisam, ut deserentem Deum.* Sed in primis rogo; quis fecit, ut dissensus ille, qui est purè possibilis ex vi decreti conferendi libertatem ad consensum, & dissensum; transiret ad statum futuritionis, & prævideretur, ut futurus in illo complexo? Non voluntas creaturæ ut libera: cum hæc nec physicè determinaverit Deum; ut primo decreto adiungeret 2. nec obiectivè; quia non prævidebatur ut futurus ante illud. Sed futuritio infallibilis dissensus est permissio infallibilis eiusdem: ergò à solo Deo datur permissio infallibilis connexa cum dissensu nulla præcedente causa &c.

Secundo

24

Aliter.

3. Id quod non præbet causam, ut Deus concipiat decretū metaphysicè connexum cū futurit. dissensus; non præbet causam, ut Deus desserat creaturā; si hoc est desserere; sed iuxta opinionem Adversarij sic accidit: ergò. Prob. min. Id quod nullatenùs præcedit, nec physicè, nec obiectivè, signum, in quo Deus concipit decretum conferendi libertatem, & simul decretum negandi vocationem congruam, non est causa, ut Deus concipiat decretum &c. Sed ex parte creaturæ non præcedit aliqua causa primo modo, ut patet. Deindè non 2. quod sic probatur. Non præcedit obiectivè tale decretum, quod non prævidetur ante illud; quia hæc pr-

cedentia est motiva, aut directiva voluntatis in suis decretis. Sed dissensus, qui solum potest esse causa prævisus ut futurus (nàm possibilitas ad nihil deseruit) non sic prævidetur ante illud signum; estò admittatur quod ex parte obiecti negandi vocationem congruam ille etiam includatur: ergò. Res mihi, nifallor, est clara; nisi fiat recursus ad aliquam scientiam mediam præviam, & dirigentem Deum ad formanda sua decreta: iuxta quam, nec consensus, nec dissensus, ut meritum, vel demeritum præcedit; sed solum sunt aliqua occasio, ut Deus possit cum perfectissima providentia, aut permittere peccatum decernendo dare vocationem congruam; aut hominem liberare à peccato, & pro movere in bonum decernendo dare vocationem prævisam, ut congruam, & efficacem. Hunc enim modum sentiendi, licèt non aprobem, rectè percipio. Attamē, quod dissensus, qui prævidetur solum futurus in decreto negandi vocationem congruam, & non ante, nisi ut possibilis; sit causa, ut Deus illud formet, non percipio: ergò ante prævisionem illius concipitur decretum &c.

Hinc colliges ex Doct. SS.M. 25
ponenti dissensum negativum esse aliquatenùs causam incongruitatis vocationis, quatenùs impedit consensum, à quo provenit saltim indirectè, quod vocatio sit exercitè, & in actu 2. congrua; numquam deduci quod prævisio illius sit causa, ut Deus formet: dandi vocat. decretum incongruam. Non enim potest esse aliquatenùs causa, aut ratio talis decreti, nisi ut est in prævisione divina, non quidem solius possibilitatis, sed futuritionis. Hæc autem prævisio, cum sit libera Deo, nequit initi tanquam in medio nisi in decreto negandi vocationem congruam: ergò præcedit tale decretum huiusmodi prævisionem. Quapropter hæc prævisio poterit movere Deum, ut aliud decretum concipiat circa ipsum dissensum; non tamen ad complexum ex duplici decreto relato coalescens. Efficacia huius discursus reducitur ad sequentem syllogismum. Omnis scientia Deo verè libera alicuius veritatis contingentis existit ex determinatione libera suæ voluntatis infallibiliter connexa cum tali veritate purè contingente saltim virtualiter pręcedenti prævisionem. Aliter enim non esset à Deo impedibilis suo modo; cum non sit impedirio scientiæ in Deo nisi saltim virtualiter à priori. Aliunde, si prædicta determinatio divinæ voluntatis non est metaphysicè connexa cum futuritione veritatis contingentis, scientia innitens ei tanquam medio non erit metaphysicè infallibilis. Hæc duo in communi Doct. D. Thom. sunt certa: ergò prævisio tùm futuritionis vocationis, tùm incongruitatis illius provenientis à dissensu; si est scientia verè Deo libera subiectivè; supponit pro priori saltim virtualiter decretum Dei propter illius libertatem; & simul metaphylicam connexionem cum futuritione vocationis, & dissensus, ut sit scientia metaphysicè infallibilis: ergò, nec futuritio incongruitatis, nec prævisio illius præcedunt aliqualiter ad formationem decreti negandi vocationem congruam. Si autem nullatenùs hæc præcedunt; quomodo datur causa ex parte creaturæ, ut Deus formet decretum permissivum infallibiliter connexum cum dissensu, de quo fatetur A. esse defectionem ex parte Dei?

Illatio qua dicta robor.

Compend robat.

Ut autem dicta magis firmentur, placet 1. occurere Author. M. 26
Par. de Correct. & Grat. cap. 12. Ubi loquens de Adamo innocente asserit: *Fortissimo quipè dimissit, atque permissit facere, quod vellet.* In quibus verbis ostenditur decretum collativum libertatis datæ Adamo ad bonum, vel ad malum, fuisse permissivum dissensus, non tamē infallibiliter connexum cum illo: qua ratione ad summum dici valet permissivum in actu 1. Respond. 1. Prædictum decretum utpotè indifferenter coniungibile cum consensu, & dissensu, & ratione motionis moralis determinantis, estò resistibiliter, ad consensum, non posse dici iuxta mentem M. P. permissivum dissensus etiam modo dicto; nisi per alienationem.

Occurrit: motivis SS. M.

1. Solut;

Ra-

Ratio est. Nàm iuxta arg. illa verba sunt consona (si ex parte rei significatæ non sunt eadem) cum his, in quibus docet *Adamo fuisse commissum arbitrium perseverandi; talesquè habuisse vires, ut in eius relinqueretur arbitrio perseverare in bono; vel non perseverare; proindequè velle perseverare, aut nolle, & ex indè; ut sentit præd. M. per prius consentire negativè sanctæ vocationi, aut dissentire. Ita S. P. quoad duo recensita ubi supra ante verba nobis obiecta. Atqui in his edoctis à M.P. non continetur decretum, quod sit permissio, si ex alia parte cũ peccato non est infallibiliter connexa: ergò ex verbis M. Par. non colligitur &c. Probat.min. Iuxta M. P. *Taliter perseverare &c. relictum est, & commissum arbitrio Adami; ut Deus præsciret, quid Adamus esset facturus iniustè, & simul sciret, quid de illo ipse faceret iustè.* Sic ibidẽ. Sed in decreto, aut ex vi decreti positi ut permissivi in actu 1. aut non inferentis infallibiliter peccatum; nequit Deus præscire quid faceret Adamus iniustè, nèc quid de illo iniustè faciente ipse faceret iustè; cum tale decretum sit ad omnia recensita indifferens, & in connnexum: ergò in prædictis verbis non continetur aliquod decretum aliqualiter permissivum; vel si continetur; debet poni, ut infallibiliter connexum cum peccato. Undè aut debet dici M. Par. in verb. obiectis loqui de permissione, quatenùs dicit solam libertatem, simulquè affirmari illam esse talem per alienationem; aut si aliud intendatur, de illa minimè loqui. Et quidem ad quid deseruit decretũ collativum libertatis ad bonum, & malum, appellare permissivum peccati; si re significata detecta solum ponitur; quod datur potestas increatura ad peccandũ, & in Deo potestas ad illud permittendum. Deseruire autem potest; sed non nisi ad immorandum in re nullius momenti. His addo, quod tale decretum ponitur etiam permissivum operationis bonæ; * *Quia est permissio ad bonum, & malum pro libito voluntatis creatæ.* Hęc autẽ acceptio permiss. ad præsens est illius alienatio. Resp. 2. Admisso M. Par. loqui de permissione peccati: dist. propos. illam * fortissimo dimisit, atque permisit &c. fortissimo constituto in esse talis per decretum quo dimisit, & permisit, neg. mai. Fortissimo constituto tali per decretum præcedens dimissionem, & permissionem faciendi, quod veller, conced. mai. Ipse enim modus loquendi denotat, quod illa permissio fuit facta Adamo prius constituto fort. cũ magna gratia, & facilitate non peccandi; non vero, quod per ipsam permissionem factus fuerit fortissimus propter potestatẽ non peccandi, & peccandi ei datam quod sic prob. Nàm subdit de prædestinatis post peccatum originale: *Infirmis autem servavit, ut quod bonum est, invictissimè vellent, & invictissimè illud deserere nollent.* Certum enim est; quod per ly *infirmis* significatur natura quæ præsupponitur, ut subiectum, cui Deus gratia speciali, & decreto gratuito supervenienti succurrit donando, ut benè velint, & invictissimè velint: ergò similiter, dum contrapositivè ait *fortissimo* dimisit, & permisit, loquitur de fortissimo ratione gratiæ status innocentiæ pro priori ad permissionem, cui ob sua iudicia permisit, ut faciendo suam voluntatem, & non Dei, peccaret.

2. Resp.

Argues 2. Stat optimè Deum ultra decretum intentivum gloriæ ut coronæ, in quo prævidet merita; concipere decretum electivum eorundem; & si in Deo datur usus activus ab electione distinctus, ut plurib. Th. placet; concipit decret. executivum illorum, in quo prævidet illa, ut completè futura: ergò esto incomplexo ex prima permissione, & decreto negandi gratiam exercitè congruam videat Deum malitiam dissensus futuri, non superfluit novum decretum in ordine executivo directè permissivum malitiæ, eamquè infallibiliter inferens in tempore. Ante huius instantiæ solutionem oportet explicare communem Doct. Thom. in ea relatam. In decreto intentivo gloriæ, ut coronæ videt Deus in recto, & distinctè gloriam conferendam per modum coronæ quoad sui individuationem, & intensionem; merita verè

27

Arg. 2.

Nota fi pro sol.

* Fol. 298. col. 1.

coronæ quoad sui individuationem, & intensionem ; merita vero solum vagè, & in obliquo. Ex tali intentione procedit immediatè iudicium regulativum voluntatis divinæ, quæ ex prævia intentione, & tali iudicio determinatè eligit hæc numero merita præ alijs. Quia tamen merita possunt cõsiderari,&prout sunt effectus finis præintenti ; & prout sunt causa moralis, & effectiva gloriæ, quoad sui assequutionem : licet illa per decretum electivum sint efficaciter volita sub 1.consideratione,non tamen sub 2.& ideò frequenter additur decretum executivum ipsorum, cuius tendentia est huiusmodi : *Volo efficaciter existere merita prælecta ; ut in actu 2. causantia gloriæ assequutionem.* Quod quidem decretum regulatur immediatè per actum imperij divini explicantis in suo signo munus dirigentis; munus autem exequentis ; sive operantis ad extra, in signo subsequenti ad decretum executivum meritorũ, ut causantium in actu 2. gloriam. Ex his constat in signo decreti electivi videri merita, ut infallibiliter futura, clarè, & distinctè, talisque prævisio futuritionis est Deo libera, sicuti & ipsa electio, cui tanquam medio innititur. Sed quia futuritio desumitur ex determinatione divinę voluntatis, & post electionem superadditur, & ipsum imperium participans efficaciam directivam ex ipsa electione, & simul decretum executivum meritorum causantium gloriam:ideò solum in decreto excutivo simul cum imperio videntur, vt compleetè infallibiliter futura.

28 Verumtamen, estò in decreto intentivo gloriæ prævideantur merita, licet confusè, ut infallibiliter futura, & in decreto electivo prævideantur clarè, & distinctè hæc numero merita, & cum perfectiori futuritione desumpta ex ipsa electione; hæc tamen prævisio non sufficit, ut possint movere divinam voluntatem per modum meriti : nec ad imperium, in quo consistit prædestinatio iuxta Thom. nec ad decretum executivum meritorum tali imperio regulatum ; nec ad ipsa merita, ut existentia ex vi decreti executivi illorum. Imò iuxta frequentem sensum Thom.nec oppositum potest accidere. Ratio desumitur ex diversitate inter causam finalem, & meritoriam, quæ iuxta D. Thom. q. 29. de Ver. a. 3. ad genus causæ efficientis spectat: Finis enim non causat, quia est, sed ut sit ; causa vero efficiens, & ipsa ratio meriti causat, quia est, non vero ut sit. Ex quo provenit, quod prævisio meriti, ut futuri tantum incompletè non sufficit ad exercendam causalitatem meritoriam,sed requiri illud prævideri, ut completè, & adæquatè futurum.Quod cum non inveniatur in meritis, ut prævisis in decreto electivo,estò efficaci, & metaphysicè connexo cum futuritione completa habenda per alia signa; nihil ex supra recensitis potest à Deo decerni, ut præmium ipsorum. Quapropter solum ipsa executio, sive collatio externa gloriæ est præmium ipsorum. Non me latet Illust. Godoy tueri specialiter merita Christi D. ut præintenta exercuisse causalitatem meritoriam verè talem respectu gratiæ collatæ antiquis PP. Verumtamen ad hanc specialitatem firmandam recurrit ad valorem illorum simpliciter infinitum; ideòque relatè ad demeritum estò simpliciter infinitũ cuiusvis peccati læthalis, quia inferius valore infinito meritor: Christi; talem negat causalit.De quoSalm.de Incarn.Hæc etsi latè dicta; dummodo Tyronibus innotescant,excusationem habebunt.

Secundo.

Hoc notato:quamvis hæc doct. deserviat, ut etiam loquendo de decretis permissivis malitiæ moralis possit admitti duplex decretum, scilicet, denegandi gratiam congruam, in quo, ut adiuncto decreto conferendi libertatem (quod suo modo vocatur decretum permissivum) videt Deus infallibiliter futuritionem dissensus negativi, & illius malitiam; attamen cum hęc futuritio sit incompleta, & inchoativa, nequit in pœnam illius decernere negationē gratiæ effectivæ,ut contendit arguens §. antì.Nec pariter talis prævisio potest causare per modum demeriti decretum executivum permissivum malitiæ utriusque consensus negativi,scilicet, & positivi. Quapropter quan-

29 Doct.data non favet Adv.

tum ad hoc nequit deservire prædict. doct. sicuti, nec ut talis dissensus consideratus ut futurus fuerit causa reprobationis Angelorum, & ut existens effectus illius.

Hinc ponuntur duo inconvenientia contra A. 1. Quia admisso consensum negativum esse bonum moraliter, si admittitur dissensus malus moraliter, iam ex parte creaturæ dabitur causa, ut Deus ei conferat vocationem congruam, & eam non deserat, scilicet, prævisio consensus negativi in decreto conferendi vocationem congruam; ex cuius prævisione Deus movebitur, ut decernat executivè collationem gratiæ congruæ; hoc autem nequit dici: Nam iuxta M. P. *Cur unus vocetur, alter non, aut cur vocetur, ut vocationem sequatur, inscrutabilia sunt iudicia Dei.* Et rursus: quia ipse A. hoc expressè docet in 1. scripto, attribuendo unicè voluntati divinę dare vocationem congruam prę incongrua. 2. est. Quod non salvat defectum prædeterm. esse imputabilem. Prob. Defectus gratiæ efficacis ponitur à præd. A. pendens à dissensu negativo, ut sit ei imputabilis; quia nimirum potuit impedire dissensum, ad quem consequitur talis defectus; sed hoc iuxta dicta non salvatur: ergò. Prob. min. Ut sit ei imputabilis positio dissensus, necesse est, quod possit impedire omne id, quod immediatè connectitur cum dissensu; aut si hoc non requiritur, nulla est ratio, ut prædeterm. independens à voluntate tollat libertatem ad actum. Sed iuxta solutionem nequit voluntas impedire, quod Deus determinet negare gratiam congruã, & quod prævideatur dissensus futurus; ex cuius prævisione postea decernit Deus permittere dissensum immediatè: ergò.

30 Primum inconven

Secundũ.

Urgeo. Voluntas nequit impedire decretum directè permiss. dissensus, qui admittitur pravus: ergò cum hoc decretum sit permissio peccati illud inferens infallibiliter, nequit talem permissionem impedire. Prob. añs. Voluntas nequit impedire tale decretum, nisi impediendo scientiam regulativam talis decreti; * sed hanc impedire non valet: ergò. Prob. min. Prævisio dissensus innititur in decreto donandi libertatem, & negandi gratiam congruam. Sed talia decreta nequeunt impediri, ut est certum: *ergò. Rursus. Voluntas nequit impedire talem prævisionem, nisi impediendo dissensum, qui est obiectum, & hoc taliter, ut sit causa obiectiva à priori prę vis. *ita ut Deus prævideat dissensum futurum; quia voluntas dissentiet*, ut dicunt Iesuitæ. Atqui hoc dicere, est deserere doctrinam planè Thomisticam: ergò nequit impedire talem prævisionem; proindèque nec quod Deus permittat directè malitiam dissensus, & ipsam deserat.

31 Urgetur.

* Cum solũ sit obiectiva.

* Sic tuetur.

Dicta roborantur ex communi doct. Theolog. secundum quam necesse est ponere gratiam discretivam, à qua proveniat omnis discretio formalis voluntatis intra ordinem gratiæ, & ad salutem æternam quovis modo conducens. Cum autem iuxta modum, quem impugnamus cõsensus negat. sit bonus usus gratiæ suffic. & dispositio supernat. ad gratiam prædeterm. & ad consensum salutarem, per quẽ discernitur formaliter consentiens à dissentiente sanctæ vocationi, necesse est illam provenire à gratia Dei verè discretiva. De quo Ill. Castell disp. 2. q. 1. ubi notat. Aliud esse efficere discret: Aliud discernere; hoc enim propriè significat idem, ac determinare, sive eligere id quod est discret. formalis. Quare estò secluſa prædet. grat. prævisa ut efficax efficiat discretionem, consistentem in ipso consensu, non est verè discretiva, quia discernere non est determinari à voluntate, sed potius ipsam activè determinare ut influat. Ex his prob. in ordine ad consens. negat. non adstrui ab A. gratiam discretivam. Vocatio enim congrua est de se intrinsecè indifferens, proindeque prout sic non determinat. Rursus: determinatio, quæ illi attribuitur, est in genere causæ finalis; ad quam extraneè se habet discernere; hoc enim est munus agentis liberi, aut liberè non donantis. Nec recurras ad decreta pro priori; quia sic Resp. DD. Societ.

32 Roborantur alia probat.

Notand. 1.

Secundo notat. ibi.

Deus discern. ut Rex Cœlest. & Dominus.

Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced.

DU-

DUBIUM V.

IN QVO REIICITVR ALIVD MOtivum ex constitutione vocationis in esse congruæ?

§. I.

MOTIVUM, ET RATIO PROB.

N. 1 MOtivum, quod impulit Sapient. Mag. ad positionem consensus, & dissensus negativi antecedenter ad gratiam prædeterm. & illius carentiam, maximè innititur libertati voluntatis ad actus salutares. Hæc enim necessario dicit veram sufficientiam, sive potestatem ad illorum elicientiam. Si autem prædeterm. requiritur necessario ad salutariter velle, & facere; si hæc non sit ullo modo in potestate voluntatis, ita ut illam non possit acquirere; perit vera potestas ad agendum. Qui enim nec actu, nec virtute habet prærequisitum temporale conexum cum existentia actus; sed inculpabiliter caret illo, non est verè potens ad agere; nec omissio actus erit ipsi imputabilis. Ut ergò salvetur vera libertas ad agere, & imputabilitas in carentia actus; necesse est gratiam prædetermin: esse acquisibilem, & etiam impedibilem à voluntate. Cum autem hoc nequeat subsistere, nisi pro priori ad illam ponatur unum exercitium negativum pro illius acquisitione, & aliud negativum pro illius impeditione: (Nam si sint positiva supponunt prædetermin.) ideò necesse est ponere libertatem in voluntate ad consensum, vel dissensum purè negativum.

Refertur.

2 Inefficaciam huius fundamenti sic probo ex Doctrina Magist. Lemos lib. 4. tract. 3. part. 2. cap. 5. à num. 54. Vocatio ut congrua est necessario requisita ad salutariter velle; cum sit immediatè requisita, & causans consensum negativum, ad quem consequitur gratia efficiens velle. Sed non est in potestate voluntatis ullo modo acquirere huiusmodi vocationem congruam: ergò falsa est doctrina, ob quam admittit ut verum tale principium. Prob. min. 1. Id, quod unicè dispensatur à Deo pro suo libito, non est acquisibile à nostra voluntate; sed talis est vocatio congrua, ut idem M. expressè fatetur; tum q. 6. n. 45. Tum eadem quæst. 6. fol. 348. col 1. & in fine eiusdem quæst. & quæst. 8. num. 27. & fol. 475. col. 1. Unde quæst. 5. num. 30. ait: * Ideò est inscrutabilis illa quæstio, cur, scilicet, Deus uni misereatur, alteri vero non? Quia nimirum conversio, & misericordia Dei efficaciter operantis supponit vocationem congruam, pro cuius existentia nulla dari potest ratio, aut occasio ex parte creaturæ: * ergò. Prob. 2. Si homo posset acquirere vocationem congruam, talis acquisitio deberet fieri medio aliquo exercitio libero, sicuti etiam eius impeditio; atqui per nullum exercitium liberum potest homo acquirere vocationem congruam, per quam postea elicit primum actum salutarem, & vitat primum peccatum: ergò. Prob. min. Tale exercitium, aut est positivum, aut negativum? Si est positivum, supponit pro priori primam vocationem congruam simul cum gratia prædeterminanti; si est negativum: etiam hoc exercitium est effectus primæ vocationis congruæ

Tom. 1

Sic quo ad sensum.

Ratio probans motivi inefficac.

iuxta expressam eius doctrinam : ergò cum nullus effectus possit acquirere existentiam suæ causæ (præsertim cùm SS.M. non admittat mutuam causalitatem pro præsenti) nequit homo per aliquod exercitium sibi liberum acquirere primam vocationem congruam : ergò cùm hęc necessario requiratur immediatè ad consensum negativum, & mediatè ad salutariter agendum; falso asserit illud principium intellectum de gratia temporali in acquis. obtinere verum.

Quid refert, ut sit causa removens, si est aptior?

3 Confirm.

Sed ut omnis Resp. per recursum ad orationem, qua quis potest petere à Deo vocationem congruam, præcludatur : loquamur de Angelis, qui in secundo instanti peccaverunt. Hi enim pro signo suæ libertatis fuerunt prævenți à Deo vocatione sancta, & ut ipsum super omni diligerent sub præcepto. Post tale signum libertatis iuxta doctrinam huius opinionis, Angeli non consenserunt vocationi, sed ei negativè restiterunt; proindequè non fuit ipsis collata à Deo vocatio in actu 2. congrua, sed incongrua, estò sufficiens. Ex quo ulterius consequutum fuit, ut Angelis pro priori dissentiętibus negativè vocat. Deus permisserit peccare; & illos titulo causæ universalis prędeterminavit ad entitatem peccati. En ubi Angeli desertores absque ulla culpa commissa carentes vocatione cõgrua, *aliàs necessario requisita ad consensum negativum, proindequè, ad actum dilectionis Dei, etiam fuerunt verè liberi ad utrumque exercitium. Falso ergò dicitur defectum alicuius requisiti, si sit gratia temporaliter concessa, debere esse in potestate creaturæ, ut in illa salvetur libertas.

* (Nec potentes facere, ut Deus donet præv. congruã.)

4 Si dicas reijcit.

Nec dicas; Angelos potuisse orare pro vocatione congrua. Non inquam dicas : Nam ut Angeli orarent, erat necessaria, tum physica prędeterminatio, tum etiam vocatio congrua exercitè, cui perprius negativè consentirent; cum oratio sit actus bonus positivus, & liber. Si igitur non orarunt, non habuerunt vocationem ita congruam operãtem in eis orare : Sed carentia vocationis congruæ ad orandum, non est pro posteriori ad carentiam orationis ex illa provenientis, ut est evidens : ergò talis recursus est prorsus inanis. Vel aliter. Si Angeli culpabiliter non orarunt, potuerunt orare; & tamen de facto non habuerunt omnia requisita ad orandum, scilicet, vocationem exercitè congruam; aliàs orassent : ergò stat liberè omittere actum absque potestate acquirendi necessario requisitum temporalitèr ad actum. Vide in simili Illustr. Castell. disp. 2. quæst. 5. num. 743. ubi acquisibilitatem gratiæ efficacis per recursum ad orationem impugnat.

5 Resp.

Dices : Inter requisita ad existentiam actus præcepti, quædam esse immediatè influentia in illum, quædam vero solum mediatè. Primi generis est gratia efficax physicè operans actum præceptum : secundi generis est vocatio congrua, cuius immediatus effectus est consensus negativus. Ad libertatem actus requiritur posse acquirere requisita immediatè influentia; secus vero influentia solum mediatè. Ratio est : Nam Deum denegare requisitum immediatè causans actum præceptum, est Deum verè deserere hominem, prius quam deseratur ab illo; cum sit permittere ei peccatum : quod repugnat iuxta Concilia, & PP. testim. At vero Deum denegare vocationem congruam, non est Deum deserere hominem, nec ipsi permittere peccatum; sed tantum denegare ei aliquam gratiam specialem, quia indebitam. Quod minimè Deo repugnat : cum titulo provisoris universalis solum teneatur conferre gratiam sufficientem. Ita præd. M. q. 6. in fine.

6 In contr. est 1.

Sed contra est 1. Nam ab hoc ultimo incipiendo, inconsequenter asserit gratiam prædeterminantem non posse negari à Deo, nisi post dissensum præstitum vocationi. Ratio est : Nam eo iuxta ipsum potest Deus negare gratiam congruam; quia hæc est gratia specialis, & ad quam conferendam non tenetur titulo provisoris generalis; sed

sed gratia efficax prædeterminativa consensus salutaris, est gratia specialis, & ad quam Deus minimè tenetur ullo titulo: cum talis gratia iuxta ipsum supponat gratiam sufficientem, & ab illa realiter distinguatur: ergò discrimen traditum in solutione inter negationem vocationis congruæ, & negationem gratiæ prædeterminantis est nullum.

7 Contra 2. Nam estò negatio gratiæ congruæ non sit immediata permissio peccati, est tamen mediata; utpotè infallibiliter connexa cum peccato: ergò Deum illam denegare pro suo libito, est Deum pro suo libito saltim mediatè infallibiliter permittere peccatum: ergò negat. illius est saltim mediatè derelictio Dei. Atqui creatura ante negationem vocationis cõgruę, nec mediatè deserit Deum: ergo iam verificatur Deum per prius, saltim mediatè infallibiliter deserere hominem, quam ullo modo deseratur ab illo. Denique, & iuxta A. doctrin: Deum deserere voluntatem directè opponitur huic, quod est sua grat. Deum protegere, & adiuvare illam nè peccet: ergò pro signo, pro quo Deus non protegit, & adiuvat efficaciter voluntatem, ut non peccet, iam aliqualiter eam deserit. Sed dum Deus denegat voluntatem vocat. congruam; non adiuvat volunt. præbendo ipsi adiutorium necessarium, & efficax, efficacia morali, ut non peccet: ergò tunc aliqualiter Deus deserit voluntatem. Sed voluntas in signo vocationis incongruæ nullatenus deserit Deum; cum hæc desertio proveniat à dissensu negativo existenti pro posteriori ad talem neg. ergò iam Deus deserit, prius quam deseratur. Dicere autem, quod sine illa vocatione congrua datur sufficientia ad cons. & Deus ad illam non tenetur: Non sufficit: quia idem dicemus, & Nos de gratia prædeterminanti, iuxta superius dicta, & dicenda in solution. unde nihil proficimus.

Secundo.

Ultimo.

)*(

§. II.

In quo solutio, & constitut. voc. congruæ reijcitur.

8 HUic fundam. Resp. fol. 343. n. 51. Suppon. perprius omnem vocation. prout venit à Deo habere congruitatẽ. Sed quia hæc congruitas est impedibilis à creatura; ab illa vocatio congrua redditur incongrua. Postmodum autem se explicat, dicendo: *quod nulla est vocatio Dei, quæ nõ sit congrua in actu 1. & nulla est in actu 2. incõgrua quæ non fiat talis à creatura dissentiente.* Alijs terminis *distinguit in volũtate congruitatem signatam, & exercitam, quod est idem ac congruitas in actu 1. & congruitas in actu 2.* Hoc suppos. dicit: *Quod voluntas vocata potest acquirere, licet non directè, benè tamen indirectè vocationem congruam; scilic. non dissentiendo vocat. etsi non dissentit, tunc reddit illam congruam.* Si dicas: Consensus negativus est effectus vocationis cõgruæ: ergò non potest illam acquirere; quia nullus effectus potest acquirere suam causam. Resp. quod est effectus vocationis cõgruæ; & simul fit indirectè congrua per ipsum effectũ. Vocatio quoad 1. sui existentiã præcedit consensum ut causa illius, & sic non acquiritur per illum; sed in tali signo solum est congrua in actu 1. Est autem congrua exercitè, & in actu 2. in signo actualis consensus; unde non est exercitè congrua, nisi dependenter à consensu negativo.*

Tom. 2.

Si instes.

Resp.

* Si ut congr. exercitè est in eodem signo; prout sic nullatenus causat illum.

Ecce, quam utile fuerit impugnare hunc modum dicendi ex isto capite, ut sciamus; in quo consistat vocationẽ esse congruã, & qualiter illa sit gratia specialis Dei; & qualiter reducatur in Deum tanquam in 1. principium omnis discretio. Si enim res attentè inspiciãtur, præd. A. ut modum suum opinandi defendat; recurrit ad omnia principia AA. Societ. circa discret. & libertatem in voluntate creata acquirendi omnia requisita; & insuper præcludit locũ otationi: habetque contra se omnia inconv: quæ Thom. obijciunt contra auxilia indifferentia determinabil: unicè volunt. creata. Utinã tempus permitteret, ut omnia insi-

9 Reijcit.

nuata probaremus. Sed ommitti non debet, quod cũ fol. 363. sibi opponeret n. 68. quod si Deus pro suo libito nulla habita causa ex parte creaturæ negat gratiam congruam; poterit etiã negare eodem modo gratiam prædeterminantem. Resp. hanc instantiam iam primitus obiectam fuisse à M. Lemos contra DD. Societatis, & quotidie audiri in Scholis; sed sicut non præmit Doctores Societatis, ita facile solvitur in eius principijs; quæ quantum ad doctrinam gratiæ excitantis parum discriminantur.

Nota.

Solutio Exotica.

10 Reijcit.

Fateor hanc instantiam primitus fuisse obiect. à M. Lemos; hoc enim expresse dixi in meo scripto, ut alia motiva satis solida ibi perciperentur. Sed numquid, quia est obiecta iam à M. Lemos, est parum efficax, aut caret aliquo robore? Si ille doctis. Vir fuit (fatente præd. M.) planè *Augustinianus*, non oberit, sed potius proderit ad tuendum esse de mente illius gratiam efficacem non tollere libertatem, etsi non sit à nobis acquisibilis. Rursus. Si à M. Lemos fuit obiecta: non adeò iudicat impedibilem gratiam prædetermin. ut sine illa aliter non possit defendi libertas. Prosequitur, *quod quotidie auditur in Scholis. * Hoc probat eius efficacia m. Doctrinæ enim, & instantiæ, quæ parum roboris habent, citò exulant ab Scholis sua inefficacia ab eis fugientes. Et quidem si quis motiva, quibus prædictus A. impugnat AA. Societatis in aliquibus eorum opinionibus, & similiter ea, quibus in alijs impugnat AA. Thomistas, benè inspiciantur; inveniet omnia illa fuisse iam scripta, & quotidie audiri in Scholis domesticis Iesuitarum adversus Thomistas scribentium, & è converso.

Argum. S D. contra opin. Scoti, Duran: & è converſ. quâ Antiq? Quid ergò?

Solutio princip. reijcitur 1. Si ratione consensus negativi vocatio redditur congrua congruitate exercita, & in actu 2. talis congruitas nequit intelligi constituta in esse talis adæquatè antecedenter ad consensum negativum. Sed hoc nequit dici: ergò falsum est vocationem Dei reddi congruam ratione consensus negativi. Mai. in primis prob. Si vocatio esset congrua modo dicto ratione consensus, vel esset ratione illius se habentis per modum formę partialis, aut totalis, aut remov. prohib. aut conditionis, & in obliquo, uti accidit in pluribus hoc modo ingredientibus ad constitutionem rei; uti paternitas ad potentiam generativã, & existentia ad posse operari &c. Sed quocumque ex his modis proveniat congruitas vocationis à consensu, nequit intelligi adæquatè constituta antecedenter ad illum: ergò. Min. etiam prob. Si congruitas non intelligitur adæquatè constitura absque consensu negativo, talis consensus nequit esse effectus vocationis ut iã congruæ exercitè, & in actu 2. Cum omnis effectus supponat causam in esse causæ adæquatè constituram. Sed falsum est consensum negativum non esse effectum vocationis ut cõgruæ congruitate exercita; cum sit effectus illius, ut est gratia specialis, & indebita: ergò.

11 Alia Resp impug. 1.

12 Confir. & explic. hoc. Congruitas vocationis, prout superadditur ad sufficientiam, est gratia specialis: ergò talis congruitas unicè provenit ex determinat. Dei donantis. Sed si esset dependens à consensu voluntatis, nõ sic, proveniret à Deo: ergò. 1. conseq. prob. Voluntas creata nequit esse causa determinans alicuius rei existentiam, quę sit gratia specialis ipsi collata: eo enim dicitur Deũ facere grat. special. quia pro libit. uni donat, quod alteri non donat: ergò voluntas creata nequit esse causa, à qua ut à principio determinante proveniat quod aliqua vocatio sit gratia specialis. Nec obest dicere, quod talis consensus non est ratio formalis, ut vocatio de se sufficiens reddatur gratia specialis, sed tantum quædam cõditio. Non inquam obest. Nam gratia specialis adæquatè sumpta unicè potest à Deo, ut à principio determinãte provenire. Prob. assumpt. Gratia specialis adæquatè sumpta est obiectum orationis, quia homo potest illã exorare à Deo. Sed si adæquatè sumpta petitur à Deo, adæquatè sumpta provenit à Deo, ut à principio determinante illius existentiam; cum nemo oret sit nisi donat. gratiæ in potestate alterius; ergò.

Explic.

Se-

13 Secundo impug.

Secundo reijcitur. Licet ex determinatione Dei proveniat unicè, quod gratia congrua in actu 2. existat; non tamen proveuit ex eius determinatione, quod sit exercitè congrua: ergò licet ab illo proveniat, quod vocatio, quæ est gratia specialis, existat, non tamen provenit, quod sit gratia specialis. Prob. assis. Ab illo provenit, quod vocatio sit exercitè congrua, à quo provenit, quod detur ex eius determinatione id, à quo denominatur sic congrua; sed denominatur congrua exercitè à cõsensu, qui existit ex determinatione voluntatis, & non ex ilnmed. Dei determinatione: ergò. Nec dicas existere ex Dei determinatione morali. Nam hæc non determinat ita consensum, ac voluntas: siquidem illa moraliter, & obiectivè; hæc subiectivè, & quasi effectivè: ergò magis ex determinatione voluntatis provenit, quod vocatio sit congrua, quam ex Dei determinatione.

14 Tertio.

Reijcitur 3. ab inconvenienti. Si homo vocatus à Deo sufficienter, habet in sua potestate reddere congruam talem vocationem, non necesse habebit orare pro eo, quod Deus ei det congruam vocationem: ergò nequit admitti talis modus dicendi. Prob. assumpt. ex omnibus illis, quibus probant Thom. quod si in potest: hominis est reddere quodlibet auxilium efficax, homo non indiget orare: quæ omnia rectè urget Castell tom. de lib. arb. disp. 2. q. 3. à n. 431. Si dicas 1. Illa esse efficacia, quia potest directè reddere auxilium efficax; at vero solum indirectè potest reddere vocationem congruam. Contra est 1. Nam ut excludatur necessitas orationis, sufficit talis potentia indirecta, ut videre est in efficacia in actu 1. coalescenti ex auxilio, & scientia media consensus sub illo, quod complexum solum indirectè potest acquirere: de quo Ramirez tom. 1. disp. 5. cap. 3. n. 144. Idem de his, qui ponunt prædefinitiones necessario requisitas, sed acquisibiles: non quidem positivè, & directè; cum sint exercitia libera Dei; sed indirectè, & negativè.

Si dic. 1.

Reijcit

Vide, & disces plura.

15

Nec valet dicere 2. quod in sententia Societatis congruitas, sive efficacia vocationis, est dependens à nostro consensu, qui unicè est determinativè à voluntate nostra; in sua autem sententia consensus non est unicè à libertate nostra, sed primitus à Deo determinante ad intra, & moraliter prædeterminante ad extra. Ita fol. 364. col. 1. Sed hoc non valet. Nam quantum attinet ad decretum efficax de existentia consensus, nullum est discrimen apud eos, qui ponunt prædefinitiones efficaces intentivas requisitas. Rursus, quia cum decretum consensus negativi in sentẽtia huius A. sit intentivum, parum refert ut ille unicè determinativè in executione proveniat à voluntate creata, ut arguunt Thomistæ contra prædefinitiones purè intentivas. Deindè, quod addit de prædeterminatione morali: Cum hæc consistat in vocatione Dei suadenti, & allicienti ad bonum absque connexione ex intrinsecis cum illa, non negabitur ab AA. Societ. talis modus prædeterminationis moralis; vel dicat nobis: in quo alio ultra gratiam vocationis, ut allicientem, etsi vellit vehementer, ad consensum simul cum affectibus indeliberatis, consistat prædeterminatio moralis?

Alia Resp.

Reicit. 1.

Secundo.

16 Tertio.

Deindè sic arguo. Nam quæro à quo provenit, quod iuxta AA. Societ. consensus positivus sit unicè determinativè à voluntate creata, & non à Deo? Nisi quia post decretum intentivum omnia princip. immed. antecedentia actum manent indifferentia; unde si Deus post illa conciperet aliud decretum efficax, absdubio determinaret, & non relinqueret locum, ut voluntas pro suo libito determinaretur ad consensum positivum præ dissensu; sed hoc idem evenit in consesu negativo: ergò. Unde A. *cautè* processit reddendo discrimen dicens *: in nostra autem sententia consensus negativus *non est unicè à libertate nostra*; * non dixit, *non est unicè determinativè* physicè loquendo, quia hoc dictũ esset contra dicta ab ipso. Et rursus in 1. dicto non se secernit à sent. Soc. Nam hæc non dicit *consensum positivum esse unicè à libertate nostra, sed à Deo, & à li-*

libertate ; licèt non sit ab illo ut immediatè executivè illum determinante.

17 Ulterius reijcitur. Vocationem esse congruam exercitè, est reipsa causare consensum negativum, & consensum negativum esse illius effectum : ergò nequit consensus esse aut conditio prę.v. aut prærequisit. ut sit congrua exercitè. Explicatur hoc. Aliquid debet assignari, quod sit à quo proveniat, quod vocatio reipsa causet consensum negativum, & non solum alliciat ad illum ; sed hoc non est entitas intrinseca vocationis, quia indifferens ex se : non est consensus, nàm ille provenit à Dei vocatione exercitè ipsam causante ; sicut intellectio nequit esse id, ratione cuius intellectus causat ipsam : aliundè nequit esse decretum : quia hoc est de linea intentiva : ergò nihil est, quod directè faciat vocationem in esse congruę exercitè: quia ut sic est idem, quod vocatio ut actù causans consensum. Ulterius : Consensus positivus est usus præcipuus vocationis moralis, utpotè finis, ad quem ordinatur ; sed hic adæquatè supponit illam congruam exercitè, & in actu 2. ergò etiam est exerc. congrua ante cons. negat.

Alia probat

Alia.

18 Deniquè. Eatenus potest voluntas reddere indirectè vocationem congruam exercitè, quatenùs potest removere prohibens incongruitatē, scilicèt, dissensum ; remotio autem, sive carentia dissensus negativi est formaliter iuxta ipsum A. ipse consensus negativus : ergò eatenus potest illam congruam reddere, quatenùs ei consentit negativè : ergò esse congruā exercitè habet in signo consens. & ab illo: ergò congruitas exercita non est in signo anteriori : ergò non est in signo causalitatis respectu illius : ergò solum præcedit, ut congrua signate: ergò ex parte voluntatis in signo anteriori nulla apparet discretio in grat. ergò tota discretio est in ipso signo consens. ergò tota discretio est in signo usus libertatis: ergò ante signum usus liber. non præcedit Deus, ut liberè donans illam.

Ultimo.

Nota causam remov. prohibés esse à priori.

19 Hinc falsò dicitur, quod Thomistæ nequeunt rectè explicare objectum orationis, & qualiter possimus à Deo petere, ut potest nobis velle, & perficere. Patet, inquam, & retorqueo assertum. Nàm supposito quod Deus vocet hominem moraliter, ut eliciat actum salutarem: quæro ab illo, iste nequit petere à Deo, ut donet illi vocationem congruam signate, ut adimpleat præceptum, *quia hæc est idem, ac vocatio sufficiens.* Deindè nequit petere, ut donet vocationem, & illam reddat congruam *exercitè*. Probat. Voluntas habet in sua potestate reddere quamcumque vocationem congruam *exercitè*, scilicèt, consentiendo ei: ergò nequit hoc petere à Deo.* Rursùs: Nequit petere à Deo, ut donet vocationem, quam prævidit congruam *exercitè*. Nàm, vel hoc est necessariumad actum, & sic non est in potestate eius actus: Cum Deus unicè liberè eam doner. Rursùs : Non potest petere, ut Deus ponat aliquid ; à quo proveniat tanquam à ratione directa, quod vocatio sit congrua *exercitè*. Nàm decretum intentivum ex se solum requirit, quod aliqua vocatio vagè sit congrua ; non vero, quod hæc data sit congrua.* Et insuper: quia Deus post tale decretum explorat, quænam vocatio est congrua, quænam incongrua ; proindequè; cuinam voluntas consentiet, & cui nam dissentiet ; undè in hoc modo nihil restat petendum à Deo, homini qui habet sufficientem libertatem ad salutariter operandum.

Tom. 1. à n. 36. & tom. 2. fol 341. num 49.

Arg. contra illum

* SS. P. Nemo orat pro eo quod habet in sua potest.

* Decreta Dei sunt penitus in acquisibilia iuxta Adv.

§. III.

Examinatur idem motivum alio ex capite, & impugnatur.

20 UNum ex præcipuis argum. (si non ferè unicum) cui AA. Societ. contendunt probare gratiam prædeterminantem destruere libertatem ; innitur illi universali apud ipsos principio: Scilicèt, *qui nec actù, nec in sua potestate habet acquirere ea, quæ necessario requiruntur, & sunt connexa cum actu, non habet in sua potestate elicientiam actus ; sive quod idem est : omnis suppositio connexa cum actu inimpedibilis à voluntate, destruit li-*

Doctr. M. Mans.

libertatem actus, cumque hæc omnia habeat gratia prædeterminans iuxta Thomistas; inde inferunt per illam destrui libertatem ad operandum. Inefficaciam huius motivi latè, & eruditè ostendit post alios Illust. Castell tom. de liber. arb. disp. 2. quæst. 5. & disp. 3. quæst. 6. probans gratiam prædeterminantem minimè destruere libertatem, nec ex quo sit inacquisibilis, nec ex quo sit inimpedibilis à voluntate creata. Eundem laborem prius gloriosè suscepit M. Lemos tom. 3. p. 1. tract. 4. cap. 17. & tom. 4. p. 2. tract. 3. à cap. 5. num. 61. ubi mirabilem digressionem facit, per quam probat idem arg. inventum fuisse à Pelag. ad impugnandam gratiam edoctam à M. Par. Prædictus Mag. sæpè citatus* nec universaliter admittit ut verum illud principium Iesuiticum, nec universaliter illud reijcit, ut falsum. Distinguit enim inter suppositiones connexas cum actu duplex genus, quibus aliquæ sunt creatæ, aliæ vero increatæ. Hac ratione negat gtatiam ab intrinseco efficacem ad primum velle liberum consistere in aliqua motione, sive qualitate intrinseca voluntati; asseritque illam consistere in actione immanenti Dei, per quam operatur in nobis velle. *

Tom. 1. q 8. §. 5. à n. 60.

Adhæret Palanco.

21 Explicat. suam opinion.

Rursus, inter suppositiones increatas distinguit duplex genus; aliæ enim sunt æternæ etiam quoad denominationem; aliæ vero conveniunt ipsi temporaliter, & temporaliter conceduntur abipso. In 1. genere sunt prædestinatio, reprobatio, scientia, & alię divinę prædefinit. in 2. autem collocatur operatio Dei operantis omnia in omnibus: quæ licet sit increata, & æterna quoad entitatem; quoad denominationem vero, & concessionem est temporalis. Hac distinct. suppositā, asserit suppositionem increatam temporaliter tamen concessam destruere libertatem, si aliunde sit connexa, & inimpedibilis; secus vero suppositionem increatam, & æternam quoad denominationem. Unde cogitur ponere gratiam efficacem esse impedibilem per dissensum negativum, ut cum illa concilietur libertas ad actum voluntatis.

Illust. Castell. disp. 2. quæst. 5. sect. 5. hanc statuit conclusionem: 22 *Nullum adest fundamentum, ut à Thomistis adstruatur gratia intrinsecè efficax impedibilis à nostra voluntate titulo libertatis.* Eam probat efficacissimè exemplo prædiffinitionis efficacis consensus, scientiæ visionis, & decreti permissivi peccati: quæ omnia infallibiliter connectuntur cum consensu, & peccato, suntque inimpedibilia à nostra voluntate iuxta omnes Thomistas; quin propter hoc sint destructiva nostræ libertatis: ergo ut salvetur libertas adconsensum, non requiritur in voluntate creata potestas impediendi prædeterminationem ad illum. Alia exempla adducit, quibus disp. 3. sect. 4. arg. ubi supra positum, & formatum contra gratiam prædeterminantem plenè, & eruditè solvit. Huius ingeniosissimi viri Doctr. quam hausit ex M. Lemos, Alvarez, Ledesma, Godoy, Ferre, Bolivar, & alijs modo suscipimus defensandam, ostendendo illud principium non debere existimari ut verum à præd. Magist. intellectū etiam de gratia temporaliter concessa. Quod non aliter exequemur, nisi innitendo doctrinæ Div. Thomæ, qui discrimen supra descriptum inter suppositiones connexas, & inimpedibiles nullatenus insinuavit; proindèque nec iudicavit necessarium ad concordiam libertatis creatæ cum gratia efficaci.

Castell in hoc sæculo nulli secundus.

Conclusio nostra est: *Discrimen, ut suppositio æterna connexa cum actu voluntatis, simulquè inimpedibilis à voluntate creata, non destruat eius libertatem, secus verò, si sit suppositio temporalis; non fundatur in S. Doct. ideòque à Thom. non debet reputari, ut necessarius, nec solidus pro tuenda libertate.* Prob. 1. D. Thom. 1. p. q. 19. art. 8. ut probet voluntatem divinam imponere necessitatem rebus volitis, sibi objicit 1. *Omnis causa, quæ impediri non potest, ex necessitate producit suum effectum; sed talis est divina voluntas iuxta Apost. ad Rom. 9. dicentem: Voluntati eius quis resistet? ergò Rursùs sibi opponit 2. Conclusio, quæ necessario à priori sequitur ex aliquo antec. necessario (hoc est quod non est in* 23 Statuitur conclus.

Probat 1

mea

mea potestate) *est necessaria; sed res volitæ sequuntur necessario à priori ex voluntate divina; cum hæc conditionalis sit necessaria: si Deus vult hoc esse, illud erit*: ergò voluntas divina &c. Eadem argum. sibi objicit 1. p. quæst. 22. art. 4. & 3. contra Gent. cap. 94. quibus per moti fuerunt aliqui Antiqui, ut negarent electiones, & voluntates humanas subijci Divinæ providentiæ; aut debere concedi illam non esse certam certitudine ordinis, & causalitatis. Nemo mediocriter instructus negare valet hæc argumenta omnino coincidere, sola diversitate vocum, cum illo, quod formatur contra physicam prædeterminationem sub hac forma.* Omnis suppositio añs. connexa cum actù, & inimpedibilis à voluntate creata destruit eius libertatem; talis est prædestinatio Thomistica: ergò destruit libertatem.* Sed videamus qualiter Resp. Ang. Mag. Solutio eius in summa est: *Quod quando causa connexa, & irresistibilis, & etiam necessaria nobis, determinat non solum substantiam actus, verumetiam modum illius secundum contingentiam, & libertatem; ex tali causa minimè sequitur destructio libertatis, sed potius ædificatur, huiusmodi est voluntas Divina, quæ propter suam efficaciam non solum vult res fieri, sed etiam contingenter fieri.* Ex quibus sic arg. Si vera esset doctrina præd. Mag. describentis discrimen supra assignatum tanquam necessarium ad concordiam libertatis cum efficacia Divinæ voluntatis providentiæ &c. absdubio non latuisset Ang. Præcept. in re adeo gravi, & Catholica: Rursùsque si illam cognovit diminutè processisset omittendo doctrinam necessariam, ut sciremus; quænam suppositio connexa cum actu destruat eius libertatem; quænam verò non. Atqui D. Thom. in loco ita opportuno, talis discriminis nec per umbram meminit: ergò illud non est ad mentem Ang. Præcept. Urgetur hoc, & clarius. Iuxta præd. Mag. illa propositio maior universalis posita in illis arg. sic debet distingui, ut eis solidè occurratur, & libertas, quam Catholicè adstruimus, integra permaneat; *Omnis causa, suppositio, aut antec. connexum &c. destruit libertatem si sit æternum*, neg. mai. *Si sit gratia, aut aliquid temporaliter concessum*, conced. mai. & cum eadem min. distinctione, neg. conseq. Sed hæc solutio toto Cœlo distat ab illa, quam tradit D. Thom. ergò non est conformis menti eius; minimèque necessaria æstimanda est Angelicæ Scholæ pro concordia libertatis cum efficacia, & inimpedibilitate Divinæ voluntatis, & cuiusvis alterius suppositionis.

Format. prob.

*

Solut. ex S.D.

Urgetur.

Respond. Adversi.

Probat. 2. ex eodem S. Doct. 1. p. quæst. 22. art. 4. & omnibus locis ibidem in marg. citatis, ubi proponit idem arg. ut ex illo probet divinam providentiam imponere necessitatem rebus prævisis,* eo quod est causa connexa, irresistibilis, & inimpedibilis. *Cui arg. Respond. tradendo eandem doctrinam; *scilicèt, sub Dei providentia non solum cadere res, quæ producuntur, sed etiam modum illarum, scilicèt, produci necessario, liberè, aut contingenter.* Quare ex quo providentia sit causa necessariò connexa &c. potius infert. res aliquas produci contingenter. En ubi nec verbũ sonat de causa æterna, & increata, aut de suppositione creata, vel gratia temporaliter concessa: ex quibus prima titulo suppositionis antecedentis connexæ non tollit libertatem; benè tamen 2. Signum igitur est efficacissimè suadens tale discrimen non esse de mente D. Thom.

24

Probat. 2

Eandem doctrinam tradit S. Doct. agens de motione Divina, per quam Deus operatur in voluntate creata; quam motionem appellat præd. M. gratiam temporalem. Etenim 1. 2. quæst. 10. art. 4. ubi inquirit: An Deus moveat ex necessitate voluntatem creatam? Sibiquè opponit 1. hoc arg *Omne agens, cui resisti non potest, ex necessitate movet. Sed talis est Deus* ad Rom. 9. ergò. Ulter. sibi opponit 3. *Impossibile est voluntatem non velle id, ad quod Deus illam movet; aliàs eius operatio esset inefficax: ergò voluntas creata ex necessitate movetur à Deo.* Ad 1. Respond. *Quod voluntas Divina non solum se extendit, ut aliquid fiat per rem, quam movet, verumetiam ut fiat eo modo, quo cõgruit*

25

Probat. etiam de grat. temporali ex S. Doct.

Solut. S. Doct.

naturæ ipsius,& ideò magis repugnaret Divinæ motioni,si volũtas ex necessitate moveretur,quã si moveretur liberè prout suæ naturæ competit. Ad 3.Resp. *Quod si Deus movet volunt.impossibile est poni, quod voluntas ad illud non moveatur; non tamen est impossibile simpliciter.* Hucusque S. D. Supponendo igitur loqui de motione physica, sive de operatione, per quam Deus omnia movet,ut constat ex utraque solut.& ex his,quæ docet in corp.art.

26 Formatur disc.

Sic arguitur. Iuxta opinionem præf.Mag. ut aliqua suppositio connexa à priori cum actu non destruat eius libertatem, debet esse suppositio consequens aliquod exercitium liberum voluntatis, si sit suppositio temporalis;sed omnia illa habet motio, & operatio Dei: ergò ut coexistat libertati activæ vocatio,necesse est, ut talis operatio subsequatur exercitium liberum voluntatis saltim negativum. Omnia sunt certa in hac opinione: Tùm sic: ergò, qui * nullatenus ponit talem operationem, aut motionem subsequentem libertatem voluntatis, nec huius consequutionis levem mentionem facit, in loco, in quo ex professo agit de concordia libertatis creatæ cum prædicta motione, & operatione; quin potius ad alia principia longè diversa recurrit: vel insufficienter illam tradit, vel præcipuum punctum difficultatis intactum relinquit. Sed D. Thom. ubi proximè, nec levissimam mentionem facit de eo, quod motio; & operatio Dei moventis voluntatem ad agendum, sit à nobis impedibilis; vel quod sequatur ad nostram libertatem; sed unicè recurrit adhoc, quod talis motio,utpotè participatio efficaciæ divinæ voluntatis, non solum substantiam actus, sed etiam modum libertatis in illo causat: ergò tale discrimen ita absconditum ab oculis Ang. M. nequit ab eius discipulis admitti, ut necessarium ad salvandam libertatem creatam &c.

* Alias Univers.Doctor,Theolog.Princeps.

27 Aliud test im. prograt.temporali.

His omnibus accedit testim. S. Doct. quæst.3. de potent.art.7. in quo statuit * Deum operari in omni natura,& voluntate; non solum quia confert, & conservat in eis virtutem ad agendum, sed etiam quatenùs huiusmodi virtutem movet, & applicat ad operationem * in quibus verbis iuxta Thom. concursus prævivs continetur. Contra hanc Doct. objcit sibi 13. argum. *Voluntas est domina sui actus; hoc autem non esset, si non potest agere nisi Deo in ipsa operante; cum voluntas nostra non sit domina divinæ operationis: ergò Deus non operatur in voluntate nostra operante.* Ne autem alicui videatur S.Doct.impropriè aut fictitie loqui dum ait: *Voluntas nostra non est domina&c.*Aut solo desiderio multiplicandi argum. Sciend. in illis non intelligi Divinam operation. esse sub potestate directa voluntatis creatæ potentis illam sic adquirere, aut facere ut existat; sed solum intendit Divinam operationem quoad munus operandi nullo modo esse sub illius potestate. Hoc notato tale argum. reipsa coincidit cum sequenti sub hac forma proposito. *Nequit actus elicitus à voluntate creata cadere sub dominio illius,* *si ad illius elicientiam requiritur divina operatio, per quam Deus operatur in voluntate eam movendo,& applicando, & aliunde talis operatio in esse actu moventis, & applicantis nullatenus cadit sub potestate illius. (non quidem quoad suam entitatem, sed quoad munus movendi, & causandi)sed huiusmodi se habet divina operatio iuxta Doctr. S.D. ergo cum illa non componitur dominium voluntatis supra suos actus. *

Advert.

28 Ponder. solut. S. Doct.

Audiamus nunc solut. *Dicendum: Quod voluntas dicitur habere dominium sui actus, non per exclusionem causæ 1.sed quia causa 1. non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad unum determinet; sicut determinat naturam,& ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis, & voluntatis.* En ubi S. Doct. componit voluntatem creatam habere dominium sui actus determinando illius existentiam; estò Deus per suam operationem agat in illa per modum causæ 1.eam movendo,& applicando(ut dixit in cor.art.)&determ:quia nimirum per talem operationem non redditur ex necessitate determinata ad unum, sicut est determinata natura; in qua non est indifferentia potestatis

tis ad agere, & non agere. Verumtamen contra ipſum S. Doct. & illius ſolutionem, ſic inſurgo inquirendo ab illo; quid dicendum (Ang. Doct.) ad illam propoſitionem, cui vis argum. innititur, *ſcilicèt, divinam operationem moventem, & applicantem &c. neceſſario requiſitam, & connexam cum actu libero voluntatis non cadere ullo modo ſub dominio, aut poteſtate voluntatis?*

Arg. iterũ contra S. Doct.

Si enim in mea poteſtate nullatenus habeo actu, aut virtute, acquiſitionem talis prærequiſiti ad elicientiam actus liberi; qualiter erit in mea poteſtate, & dominio ipſe actus? Ad huius difficultatis (ſi qua eſt) Reſponſionem nihil dicit ibi S. Doct. ut legenti conſtabit. Quid ergò dicemus prudens Lector? Numquid non fuiſſe ex tali ſolutione argum. plenè evacuatum? abſit.

29

Exponit. ſolut. S.D

Exiſtimo enim (cupio ab alijs edoceri) cauſam fuiſſe: quia difficultas, quæ in illa propoſitione poterat Alicui ſecundum ſuam apprehenſionem occurrere, inerat iam radicitus in corp. art. deſtructa, & quia ex ipſa notione operationis divinæ operantis in natura, & voluntate patet reddi complicat. ex terminis propoſitionem prædicti argum. Si enim prædicta operatio convenit Deo, quatenus movet, applicat, & determinat voluntatem ad operandum (in quibus expreſsionibus eſt omnibus de ſe manifeſtum exprimi in Deo munus cauſæ 1. & dominium ſupra omnem operationem, tam naturæ, quam voluntatis) quis cum prævia apprehenſione harum formalitatum, quam deſcribit in corp. art. poteſt arguere actum liberum voluntatis creatæ non eſſe ſub dominio illius; quia ſub illius poteſtate nullatenus eſt divina operatio? Qui enim ſic arguendo procedit; per indè ſe habet, acſi diceret *quomodo componitur ſtare ſub dominio voluntatis, cui dominatur Deus, quatenus operatur in illa movendo, applicando, & determinando ad actum, ſi talis modus dominandi in Deo non eſt ullo modo ſub dominio voluntatis? Si igitur ſic arguens, aut non legiſſet Doctrin. S.D. prius datam; aut in ipſo modo arguendi menti ſuæ expreſſe contradiceret, propter quod inutilis eſſet ulterior Reſponſio; ſic exiſtimo dicendum in præſenti. Hoc enim admiratione dignum habet præ Alijs Ang. D. ut in ipſa Reſponſ. & Doctr. corp. art. maneant ſæpè ſoluta argum. quæ pro ſervãda methodo Scholaſt. proponit. Quia tamen ſupra diximus recurſum penes diſcrimen inter ſuppoſitiones anteced. connexas &c. non eſſe ſolidè fundatum in, aut iuxta Doct. Thom. licèt negare nequeam eſſe ſatis ingeniosè, & probabiliter excogitatum; oportet ultra antea dicta id ipſum probare. Eſt enim communis ſenſus Thom. gratiam prædeterminantem requiri ad actus liberos, & ſalutares 1. ut Deus ſit 1. & activè diſcernens conſentientem à non conſentiente donando uni per gratiam ſpecialem, quod alteri non donat: *gratia enim, quæ communis eſt bonis, & malis non diſcernit bonos à malis iuxta M. Par. de Prædeſt. cap. 5. * 2. Ut voluntas in prædictis actibus, & non ſolum inſufficientia ad illos, ſubordinetur immediatiſsimè Deo, ut facienti eam facere. 3. Ut ex hoc modo ſubordinationis perfectè ſubijciatur in ſuis electionibus ſalutaribus providentiæ Dei eam regenti, atque immediatè gubernanti. 4. Ut eſtò ſit libera, & domina pro illorum elicientia, eius tamen libertas, & dominium etiã in ipſo actu dominandi ſit ſubditũ Deo, ut primo libero, & ut Supremo Domino; proindeque magis habenti in ſua poteſtate electiva, & dominativa voluntates hominum, quam ipſimet ſuas. Cum autem dominium ſit facultas utendi aliqua re ad uſus proprios, & uſus activus ſit applicatio principij operativi ad propriam operationem: Deus immediatè eligit, determinat, applicat, & activè utitur libertate voluntatis creatæ ad ſalutariter agendum. Quę quidem prærogativæ iuxta eoſdem ſunt propriæ gratiæ phyſicè prædeterm. Nunc efformo ſequentẽ ponderationem mihi fere certam ſine præiuditio AA. tuentium prædeterminationem eſſe impedibilem modis ſupra recenſitis tom. 4. dub. penult. Qui propter motiva ſupra recenſita*

Alia pars concl. probat.

Reijcit. diſcrim.

Motiva pro prædeterm.

tuetur, & satis solidè voluntatem ad liberè se exercendum necessario ex terminis indigere gratia physicè prædeterminante prædicta titulis, & muneribus supra descriptis, nequit solidè consequenter ad antea dicta procedere illa præ oculis habenti; si aliàs affirmet necessario etiã requiri, ut salvetur libertas talis conditionis, quod etiam habeat sub illius potestate, & dominio, etiò indirecto, acquirere talem prædeterminationem, & simili modo determinare in Deo donationem &c. eiusdem prædetermin. In hoc enim iam invenitur deficiens illa plena subiectio, atque subordinatio ad 1. & supremum dominium Dei tantoperè ponderata, ut de se constare videtur.

30 Quod ulterius probo sequenti discursu: Nequit solidè, & consequenter affirmari ad tuendam concordiam libertatis creatæ ad actus salutares necessario requiri, quod sit sub eius aliquali dominio, & potestate adquirere illam gratiam, per quam, & ratione cuius, propriſsimè verificatur; quod prædicta libertas perfectè subditur, & est sub illius dominio, *ut quo*, & sub dominio Dei, *ut quod*: Quis enim ex titulo perfectæ subiectionis unius rei ad alteram requirit necessario aliquale dominium supra illam? Si ergò gratia prædeterminans requiritur ad libertatem voluntatis in suis actibus, ut ratione illius sit subiecta, & determinabilis per modum 2. liberi, nequit ex capite talis libertatis exigere habere etiam aliquale dominium, & potestatem supra existentiam eiusdem gratię prędeterminantis. Clarius. Benè percipio posse dari unum dominari alteri, & simul esse sub aliquali potestate, & dominio illius; attamen, quod id ipsum ratione cuius dominatur, debeat poni sub illius potestate, & dominio; & quod aliter dominari nequit, non percipio. Nec refert talem potestatem acquisitivam esse indirectam. Non, inquam, refert 1. quia est taliter indirecta, ut non habere gratiam prædeterminantem sit voluntati imputabile: in quo consistit substantia rei pro præsenti difficultate. 2. Quia, quod potestas adquirendi indirectè complexum ex auxilio, & prævisione efficaciæ illius iuxta AA. supra recensitos sit talis; nihil refert, ut carenti tali complexo necessario requisito non imputetur omissio actus: ut mihi est certum supposita tali potestate. 3. Nàm quid refert; quod potestas impediendi prædestinationem, vel quamlibet prædefinitionem efficacem connexam, tantum sit potestas impediendi illam obiectivè, non autem verè in sensu activo; sed impediendo, scilicet, obiectum Scientiæ Mediæ, qua regulatur; ut tali potestate concessa probetur prædifinitionem, aut prædestin. non esse verè impedibilem? satis de his.

Alia probat.

Cuidam Respons. occurrit. 1.

Secundo.

Tertio.

Ut præfatus M. probet discrimen supra descriptum statuit duplicem conclusionem. 1. est huiusmodi: *Principia illa, scilicèt, de suppositione connexa requisita &c. applicata gratiæ increatæ nihil probant, sed omnino veritati adversantur.* Ratio est: Nàm donum perseverantiæ iuxta Trident. necessarium est ad perseverandum; & tamen non est in nostra potestate illud acquirere. Siquidem sess. 6. cap. 13. dicitur * quodquidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est &c. * Similiter cum hoc donum conferatur à Deo liberè volente donare, supponit æternam volitionem Dei, quam nemo nostrum potest acquirere, & est suppositio antecedens nostram liberam perseverantiam connexa cum ea, & existit independèter à libertate nostra. Idem constat in prædestinatione, quæ iuxta M.P. est ante prævisa merita: & tamen est suppositio antecedens usum libertatis, inimpedibilis &c. Sed quia huiusmodi exempla sicuti, & alia pro inimpedibilitate prædifinitionis per usum libertatis creatæ; vel negantur à pluribus AA. Societatis; vel non admittuntur, si aliunde sint impedibilia: aliter argumentatur. Quidquid Deus potest in tempore facere sine præiudicio libertatis nostræ, potest velle facere; & efficaciter decernere: sed sine præiudicio libertatis nostræ vocat nos ad actus salutares, & supposito consensu nostro præstito vocatio-

31 Motivum pro discr. à SS. M.

Prosequitur.

tioni, operatur noſtrum velle: ergò ſine præiuditio libertatis poteſt Deus efficaciter decernere ſic concurrere in tempore. Mai. videtur nota, & inſinuant authoritates P. Auguſt. Anſelm. & D. Thom. Min. conſtat ex dictis, & amplius infra explicabitur.

Ut probet 1. aſſert. ſupponit ſuã opin.

2. Aſſertio eſt: *Principia illa de ſuppoſitione connexa inadquiſibili, inimpedibili &c. applicata gratiæ temporali non militant contra nos, nec contra prædeterminat Auguſt. quidquid ſit an militent contra phyſicam prædetermin.* 1. Pars. Sic probatur, nàm actio immanens Dei, quę eſt gratia adiuvans connexa &c. & operatur noſtrum velle, ſupponit noſtrum conſenſum eius vocationi, & ſic eſt ſuppoſitio conſequens, & impedibilis à voluntate noſtra. Quoad 2. partis probat. adducit D. Thom. aſſerentem quæſt. 19. art. 8. *Quod, quia Deus voluit quædam evenire contingenter, quibuſdam aptavit cauſas contingentes.* Prædeterminatio phyſica, ut ponitur à ſuis DD. non apparet cauſa contingens, ſed infallibiliter connexa cum effectu, ad quem datur, & inimpedibilis à voluntate creata. Ob hæc magnas contra ſe patitur difficultates.

32

Fateor me ſtatim, ac prę fatum diſcrimen per legi, vehementer deſideraſſe audire rationem à priori, vel ſaltim efficacem, & authoritate comprobatam, ut ei aſſentirem; & ex inde argument. quod affert Illuſt. Caſtell, ubi ſupra, ut probet non eſſe neceſſario recurrendum ad adquiſibilitatem, vel impedibilitatem prædeterm. pro concordia libertatis creatæ cum illa; ſi aliunde ſalvatur libertas eiuſdem voluntatis non obſtante, quod decreta divina ab intrinſeco efficacia non ſint iuxta Thom. adquiſibilia, aut impedibilia &c. Reputarem inefficax. Verumtamen ex his, quæ in duplici aſſertione ſunt adducta, nihil poſitivè ſolidum ad diſcrimen inter utramque ſuppoſitionem ſtabilitum invenitur pro illius probatione. Ea enim, quæ in prima aſſertione adducit pro inimpedibilitate prædeſtin. &c. non probant diſcrimen: cum talis poſitio ſupponatur, ut certa ab Illuſt. Caſtell apud omnes Thom. & latiſsimè probatur à Thom. contra alios AA. tract. de Volunt. provid. &c. Quæ autem adducit in 2. aſſertione ſunt parum efficacia. 1. Quia, quod in ea principaliter intendit; eſt dicere principium illud Ieſuiticum, de ſuppoſitione temporali connexa, inimpedibili &c. non militat contra ſuam opinionem. Hoc autem non eſt probare diſcrimen pro tali ſuppoſitione, ſed argumentis ab AA. Societ. contra prædeſt. Thom. formatis ſucumbere. Quod enim quotidie audiantur in Scholis varijs, atque ingenioſis formis propoſita, non præmunt Thom. proindequè ob illorum difficultatem non eſſe ab eis deſſerendam: *Si prædictus M. memor ſit eorum, quæ dicit ut reſpondeat inſtantiæ vocationis congruæ. Id autem, quod addit; nolens ex profeſſo agere de prædeterminatio phyſica, an, ſcil. titulo inimpedibilis &c. tollat libertatẽ, ut conſtat ex illa dictione *quidquid ſit*, contentus ſola authorit. D. Thom. (de qua infra agemus) nequit eſſe fundamentum efficaciter ſuadens, ut ex illo poſsit formari diſcurſus ſolidus fundatus in natura libertatis creatæ, & in diverſitate formali reperta inter ſuppoſitiones æternas connexas, & temporales connexas &c. ut illæ non deſtruant libertatem, benè verè ſecundæ. Scio quidem reddere rationem huius diſcriminis eſſe difficillimum: nàm ut ex dictis conſtat authoritate D. Th. aut SS. PP. non invenitur firmatum. Cumque ut in re adeo gravi, Theolog. & materiam fidei concernente; non ſufficiat dicere hoc, vel illud, niſi pro captu uniuſcumque Doctoris fundamentum ſolidum deſcribatur, quo actuatus, & fœcundatus intellectus poſsit diſcurrere: *ſecurius eſt adhęrere ſententiam, quam propugnant Thom. ſupra relati, quam illam deſſerere.

Ecce aperta evaſionem.

* Nu. 10

*Ob hoc dicitur. qui addit Scient. addit, & laborem.

Alijs omiſsis non debet omitti examen 1. probat. quam adducit in 1. aſſertione de munere perſeverantiæ, ut ex illo probet * ſuppoſitionem æternam, etſi connexam &c. non deſtruere libertatem. *In primis tale donum; ſive munus perſeverantiæ, non eſt quid æternum, & increatum, ut patet; cum ſit munus collatum tem-

33

Probat. inefficacia 1. aſſert.

Solut. ad illud.

Non reddit rationem, ſed exempla.

poraliter prædestinatis requirens illud auxilium, de quo definit Trident. sess. 6. Can. 22. dicens: * Siquis dixerit iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eo non posse Anath. sit: * ergò importune adducitur in prob. Deindè dicere tale donũ non esse ullatenus in nostra potestate; estò sit verum de quo egi to. 3. dub. 14 non ita tenetur ab arg. ut efficaciter suadetur.

34 Ex his, quæ tradit tom. 4. quæst. 7. §. 2. fol. 318. ubi * probat gratiam strictè adiuvantem, quæ iuxta ipsum est prædeterminatio, dependere à consensu præstito vocationi ex Trident. ubi supra agente de munere perseverantiæ: *Nemo sibi certè aliquid absoluta certitudine policeatur; etiam etsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent; Deus enim nisi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle, & perficere.* En (subdit) Concil. ex Apost. ad Philip. 1. nos securos reddit de obtinenda gratia operante velle, & perficere, quæ est strictè adiuvans. At non absolutè, sed sub conditione, quod nos non deficiamus gratiæ excitanti, & Deo vocanti. Sed Deo vocanti solum possumus deficere per dissensum negativum pro priori ad gratiam efficacem dandam, & promissam à Deo non deficientibus, ut dictum est: ergò ex Trident. habemus, quod gratia efficax datur dependenter à consensu negativo &c. * Ex quibus sic prob. falso dixisse tom. 1. ubi supra * donum perseverantiæ, de quo loquitur Trident. non esse in nostra potestate; si vera sunt, quæ ex ipso immediatè retulimus. * Ratio est: Munus, vel donum, de quo loquitur Trident. ibi est munus perseverantiæ proveniens à Deo per gratiam strictè adiuvantem nobis illud donante; ut est evidens: sed talis gratia iuxta illũ in sui collatione est dependens à consensu negativo præstito pro priori Deo vocanti, & ex inde impedibilis; si per dissensum purè negativum deficiamus gratiæ excitanti, atque vocanti: ergò donum perseverantiæ, & gratia strictè adiuvans necessario requisita ad illus obtentionem est adquisibilis, vel etiam impedibilis per consensum, aut dissensum præstitum vocationi morali: ergò donum perseverantiæ, & gratia &c. sunt in nostra potestate saltim indirectè; qui iuxta ipsum A. est modus nobis possibilis adquirendi grat. effectivam: ergò dum in primo scripto adduxit donum perseverantiæ in exemplũ ad probandum, *quod suppositio increata connexa, & inimpediblis &c.* non destruit libertatem; aut falso dixit; aut modo inconsequenter probat ex Trident. gratiam efficacem esse acquisibilem, & impedibilem à voluntate medio consensu, vel dissensu negativo. Nec dicas: quod donum perseverantiæ, de quo dixit non esse in nostra potestate, debet accipi pro decreto efficaci donandi illud, quodquidem nullatenus est in nostra potestate: Nã hæc Resp. non satisfacit 1. quia ut prę̃d. M. probet illud non esse in nostra potestate, adducit illa verba: *Quodquidem aliunde haberi non potest &c.* Et postquæ subdit idem Concil. *Omnes debere in Dei auxilio firmissimam spem collocare* pro illius obtentione: quæ verba decreto efficaci dandi perseverantiam minimè adaptari possunt. 2. Quia post primam probationem adductam à SS. M. ex dono perseverantiæ adducit 2. dicendo: *Similiter, cum hoc donum conferatur à Deo liberè volente donante, supponit æternam volitionem Dei, quam nemo nostrum adquirere potest.* Ubi ex ipsa locutione roborata per ly *similiter* constat clarè ipsum loqui non de decreto dandi perseverantiam, sed de illa, ut est effectus ex tali decreto proveniens.

Doctr. Adverſ.

Si dicas.

Reijcit. 1.

Secundo.

Prob. contra SS. M.

35 3. Cum iuxta modum dicendi SS. M. Gratia prædeterminans, sive strictè adiuvans, & effectiva consensus positivi salutaris, sit actio Dei immanens, per quam Deus operatur, & præoperatur in nobis nostrum velle; si cum illa non componitur voluntatem nostram liberè salutariter velle, nisi sit in nostra potestate illam adquirere consentiendo negativè Deo vocanti, aut impedire dissentiendo: idem prorsus debet affirma-

Alia ponderatio scitu digna.

mari, & de facto affirmat de operatione Dei, ut cauſantis noſtrum velle; licèt non quoad ſuam entitatem, ſecus tamen ſubdenominatione operantis, & cauſantis velle. Hic tamen modus diſcurrendi, & impugnandi libertatem voluntatis quoad ſuos actus, ſi aliunde actio cauſativa Dei non eſt in noſtra poteſtate, eſt valdè antiquus, & excogitatus à ſubtili D. in 2. diſt. 37. in 2. quæſito ad probandum Deum non cauſare immediatè actus noſtræ voluntatis; eſtò non aſſertivè, ſed dubitativè arguit. procedat. * Nulla potentia habet perfectè in ſua poteſtate effectum, qui non poteſt cauſari ab ea immediatè,*nec ab aliqua cauſa, cuius cauſatio non eſt in poteſtate illius potentiæ; quia, quod habet perfectè effectum in ſua poteſtate, poteſt vel ſe ſolo in illum, vel cauſatio cuiuſlibet concurrentis eſt in eius poteſtate. Sed cauſatio Dei non eſt in poteſtate voluntatis creatæ: ergò ſi Deus neceſſario concurrat immediatè, ut cauſa, ſcilicèt, immediata reſpectu volitionis creatæ: Voluntas creata non habet plenè in ſua poteſtate illam volitionem; hoc eſt falſum: ergò Deus &c. ſic ad litteram Ferrarienſis 3. contra Gent. cap. 89.* Cui in ſubſtantia reſpondet SS. Commentator * dicendum quod habere perfectè in ſua poteſtate effectum ſtat dupliciter: Primo modo; quia poteſt producere, & non producere ſine dependentia a b ulla alia cauſa Alio modo quia eſt potens producere, ſed cum dependentia à prima cauſa. Voluntas creata ſolum hoc 2. modo dicitur habere perfectè in ſua poteſtate ſuam volitionem; quia omnis cauſa creata, ſicut pendet neceſſario in eſſendo à cauſa 1. ita pendet in cauſando. Undè ſtat, quod cauſa 2. poſsit producere, & non producere effectum, & tamen cauſatio alterius cauſæ ſuperioris non ſit in eius poteſtate.*Quo nihil clarius pro antea dictis, & ſimul ad oſtendendum, quam ſolida ſit illa diſtinctio, qua communiter Thom. occurrunt argumento contra gratiam prædeterminantem innitenti huic propoſitioni: *Qui non habet in ſua poteſtate &c. non habet in ſua poteſtate actum* ſubſequenti diſtinctione*non habet in ſua poteſtate actum poteſtate independenti, ſive 1. & poteſtate omnis ordinis, concedo. Poteſtate cauſæ 2. dependentis à Deo, & cui ſubordinatur in agendo, ſive poteſtate limitata, & ordinis inferioris, nego.*

Motivum Adv. ex D. ſubtili.

* Ideſt ſe ſola.

Reſponſ. ex Ferrar.

Diſt. antiqua apud Thom.

§. IV.

In quo quædam ſolutio reijciuntur.

ARgum. à nobis propoſito Reſpond. tom. 2. §. 5. num. 47. dub. append. ex illo, & eius probat nihil probari; quia procedunt ex argum. purè negativo, ut ſi diceres: P. *Auguſt. quæſt. 2. ad Simplic. non facit mentionem gratiæ efficacis, ſed ſolius moralis vocationis: ergò vel gratia efficax non eſt de mente Auguſt. vel ibi latuit mentem eius, aut diminutè proceſsit, nullum eius mentionem faciens.* Antec. eſt verum, ſed conſequens falſum, & abſurdum. Tenuit Auguſt. gratiam efficacem, ſed loco cit. eius non meminit: quia non erat neceſſarium pro quæſtione illa, quæ tota eſt de initio fidei noſtræ; initium autem fidei eſt vocatio Dei, quæ iuxta Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. eſt noſtræ iuſtificationis exordium. Sic dicendum ad nobis obiecta. Ibi D. Thom. non meminit diſcriminis inter utramque gratiam quoad impedibilitatem; quia non erat neceſſarium. Procedunt argumenta contra concordiam libertatis noſtrę cum gratia increata, qualis eſt voluntas divina, & divina providentia: ſed gratia increata non eſt impedibilis, nec impedibilitas gratiæ creatæ neceſſaria eſt ad concordiam libertatis noſtræ cum gratia increata: ergò quod D. Thom. præſentis diſcriminis non meminerit locis citatis, nihil probat, niſi quod tale diſcrimen non erat ibi neceſſarium pro concordiâ libertatis noſtræ cum gratia increata. 36

Prima ſolutio.

Reddit ratio.

Reſpond. 2. D. Thom. huiu; diſcriminis feciſſe mentionem loco præcipuo 1. partis quæſt. 19. art. 8. ubi aſsignans media, per quæ voluntas 37

Secunda;

tasDei facit nos liberè operari,dicit* quibusdam effectibus aptavit causas contingentes,&defectibil.*SedDeus vult merita nostra fieri liberè, & cõtingenter, & pro liberis operationibus nostris meritorijs pręparavit gratiam efficacem prædeterm. ergò hæc est causa contingens, & defectibilis iuxta S.D.Sed non quoad operari:ergò. Urg. Aut prædeterm. temporalis est numeranda inter causas nostri meriti,quasDeus aptavit pro illorum elicientia;vel non?Hoc 2.dici nõ potest; cum gratia Dei efficax sit causa necessario requisita ad nostrum meritum : ergò annumeranda est inter causas contingentes, & defectibiles, proindèque à voluntate nostra impedibiles, licet non quoad operari, benè tamen quoad esse.Ex his (inquit) constat de inimpedibilitate divinæ voluntatis quoad sui decrera, & etiã quoad gratiam increatam, & æternã divinæ providentiæ,& simul impedibilitas gratiæ temporalis.Et cur S.D. ad salvand.concord. libertatis gratiæ crearę non meminit,etsi illam cognoverit;quia nimirum impertinenter se habet ad illius assumpt.Ad testim. ex 1.2.in quo S.D.loquitur de motione, sive gratia tempor. Resp. insinuare talem motionem esse modo dicto impedibilẽ.Nam solut.ad 1. ait * per illamDeum movere eo modo quo cõgruit naturæ libertatis,* non autem sic congruit talis motio, nisi Deus moveat post consensum præstitum motioni morali.

Urget.

38 Sed contra 1. solut. obstat 1.Falsum est argum. negativum nihil probare,nisi addatur aliqua restrictio.Est enim plurium Theolog. assertum argum.negat. in re gravi, & materiam fidei concernente;quia, videlicet,assertum,quod ex illo impugnatur, nec continetur in Sacra Script.nec in SS. PP.ullam mentionem de illo facientibus, maximè in loco valdè opportuno, ubi de illo agi deberet, esse argum. efficax, estò non sit omninò convincens; & quidem iure optimo dictum. Cum enim Theologia Sacra disputativa habeat sua loca tanquam principia, ut in rebus adeò gravibus solidè procedat, non licet unicuique sic, vel aliter sentire, nisi motivis recensitis innitatur.Hinc etsi in Sacra Scrip.Vet. non negetur ante hunc mundum alterũ mund. præcessisse, nec in ipsa affirmetur solum Verbum Divinum assumpsisse carnem humanam : Argum. negativum desumptum, tum ex eo, quod alterius mundi creationis non fiat mentio; nec similiter in ea alterius divinæ personæ Incarn.non expresse negetur, est tamen valdè efficax ad oppositos etrores reijciendos. Rursus, & est valdè notandum.*Aliud est asserere discrimen relatum inter gratiam æternam, & temporalem non esse verum : Aliud vero probare non debere reputari ut solidũ apud Thomistas, si servent conseq. Doctrin. & conformiter ad illam, quam Angel. Doct. tradit pro salvanda concordia libertatis cum efficacia divinę voluntatis, providentiæ &c. Talis enim attentio habetur ab illis ut firma regula præsentis assertis. Qua ratione si in aliquo ex his non utuntur illius doctrina; cum aliunde negare nequeant argum. de gratia anteced. & connexa ab ipso fuisse proposita, & soluta, non debet ab eis ut efficax æstimari.Unde licet pro 1.asserto argum. esset purè negativum, pro secundo tamen est verè positivum. Hinc servando eundem filum doctrinæ sequens argum. Apud Augustinianos efficacissimum censetur, & positivum *Mag. Par. salvavit libertatem creatam cum Dei certa, infallibilique prædestinatione antecedente prævisionem absolutam meritorum absque recursu ad scientiam mediam acquisibilem, & impedibilem à voluntate creata, nec de illa ullam fecit mentionem : ergò talis recursus nequit apud eos ut solidè fundatus reputari, nec esse de mente illius.*

Secundo; *Nota dilig.

Prima solut. impugn.

VideCastell num. 1465. in favor. M. P.

Nec paritas ex authorit. M.P. aliquid probat.1.Quia falsum est quæst. 2. ad Simplician. non fecisse mentionem gratiæ efficacis. Loquendo enim de gratia efficaci præscindendo ab eo, quod illa sit intrinsecè, vel extrinseeè efficax : Oppositum tuentur expresse omnes DD. Societat. ut in ipsis videre est. Si autem sermo sit de gratia efficaci ab

39 Instant. adducta est ineffic. 1.

intrinſeco, oppoſitū tenetur ab AA. Thom. ut expreſsè fatetur Arg. tom. 3. q. 1. n. 48. etſi eos conetur impugnare. Fundamentum Thom. eſt huiuſmodi. *P. Aug. loco citato loquitur de vocat. efficienti in nobis bonam voluntatem, & quam omnis vocatus ſequitur; rurſuſque, per quam Deus coniungit voluntatē, & applicat ad fidem mentem hominis congruenter vocati. Sed gratia vocationis ita connexa cum illius ſequela ex parte hominis, ut ſit effectrix bonæ voluntatis, ſitque coniungens voluntatem, & applicans mentem ad credendum, ſi aliunde ponatur neceſſaria gratia prædeterm. ad omnem actum poſitivum ſalutarem (ut ipſe Arg. tuetur) eſt gratia ab intrinſeco efficax, ut de ſe patet; & finis, propter quē talis gratia adſtruitur à Tho. apertè demonſt: ergò &c. *Rurſ. Vocatio congrua, de qua ibi loquitur M. P. eſt vocatio, quā alibi vocat altam, atque ſecretam, & ſecūdum propoſitum Dei. Sed de hac aſſerit dici talem, *quia per illam homo fit credens, & non ſolum illa agitur, ſed peragitur, ut homo velit, & credat, *quæ eſt, vel includit gratiam prædeter. ſi hæc adſtruitur neceſſaria pro actibus poſitivis: ergò falſo dicitur &c. Quod ut clarius fiat, ſic arguo contra ipſum. Si vocat. moral. ſecluſſa gratia prędet. ſolū cauſat immed. conſenſum purè negat. & hic tantum eſt diſpoſitio negativa, non quidem per connexionem intrinſecam, ſed per gratuitam promiſsionem Dei ei ſuperadditam, ut Deus conferat gratiā prædeterm. efficientem bonam voluntatem, illamque applicantem ad velle, & credere, & de qua verificatur cum proprietate eſſe cauſam perficientem in nobis velle, & credere; Qua ratione, qua proprietate, omnia recenſita affirmantur de illa ſine adiuncta gratia prædeterm. ut ipſe Arg. tuetur? Sæpè enim adverti, & advertam, ad tuendam prædictam opinionem, neceſſe eſſe uti locutionibus ſenſum impropriū redolentibus.

Vocat. ut congrua includit prædeterm.

Secuudo.

Loquamur proprè; & erit brevis controverſia.

Deniq. illius inſtant. nō ſervat formam, qua utor in argum. à me adductis contra ipſum M. Sic enim arguo. * D. Th. locis, ubi ſupra, ſalvat concordiam libertatis creatæ cum efficacia divinæ voluntatis, divinæ providētiæ omninò certæ certitudine cauſalitatis, & ſimiliter cum efficacia divinæ operationis, qua in tempore movet omnia, & ſi velis cum Dei gubernat. (de qua 1. p. q. 103.) per quam in temp. immutat omnia; abſque recurſu, & ulla mentione facta de impedibilit. intra ſuppoſitiones connexas cum actu ęternas, vel temporales: ergò talis recurſus, ut aliquæ debeant poni impedibiles, aliæ vero non; non eſt ſolide poſitus, nec ut talis reputari debet apud Thomiſt. in ſuis aſſertis ex doct. ſui Ang. Præc. progredientes. *Huic autem modo arguendi non conſonat inſtantia contra me addncta; ut patet. Quare ſic arguere debebat. *S. P. q. 2. ad Simplic. ſalvat non ſolum conſenſum negativū ſanctæ vocationi, ſed etiam poſitivum, bonamq́ voluntatē, & fidem per quā homo iuſtificatur eſſe donum Dei, abſque recurſu ad gratiam prædeterm. nec illam adſtruit ut ſit verum illud Apoſt. non eſt volentis velle, & currere; ſed Dei miſerentis: imò nec aliquam mentionem illius loco ita opportuno facit: ergò gratia prædeterm. non eſt de mente M. P.* Sed in hoc caſu conſeq. eſt optima; ſed aſſs. apud omnes AA. prædeterm. prorſus falſum.

Non rectè inſtat contr. me.

40 Tertio.

Contra id, quod addit, ſcil. * tale diſcrimen non eſſe neceſſarium poni à S. D. quia ſolum agit de concordia libertatis cū gratia æterna, & increata * obſtat 1. Quia arg. quod contra ipſam S. D. opponit, æquè militat ex terminis contra utramque gratiam, ſi ponatur connexa à priori, irreſiſtib. &c. ideòque mai. eſt univerſalis, & prout talis ponitur in ſyllogiſmo, ut rectè concludat. Aut ergo S. D. illam prout ſic concedit, aut negat, aut diſting? 1. conc. nequit: aliàs ſolum negā do, aut diſting. min. defectuosè procederet, ut de ſe patet, etſi ponatur in praxi à quocumque arg. manifeſtè conſtabit. Si 2. cum ex tali negatione ſequatur, imò, & in ipſa imbibatur, quod aliqua deſtruat libertatem, aliqua vero non: Ecce iam conceſſam à S. D. aliquam diſtinctionē, ſive diſcrimē, quod ut conceditur ab A. nō meminit D. Th. Si 3. Aſsigna diſtinctionem,

41

Alind additum reijcitur.

nem,& discrimen in illius doct.& ubi doceat gratiam æternam inimpedibilem non destruere libertatem; secus vero temporalem. Obstat 2.solvendo fundam.abArg.adductum.*Ad tuendam concordiam libertatis creatæ cũ gratia æterna inimpedibili, impertinenter se habet mentio impedibilitatis gratiæ temporalis.*Si impugnetur titulo speciali ęternitatis,permitt. maior. Si impugnetur titulo æquè comprehendente utramque gratiam, & una sit inimpedibilis, altera vero impedibilis,& resistibilis per libertatem creatam;& hæc impedib.ponatur necessaria pro tuenda libertate, subdist. impertin: relatè ad Doct. utcumque Resp.permitto.AdD.Angel.cum plena notitia eorum,quæ ædificant, vel destruunt libertatem creatam in loco opportuno respondentem, neg. mai.Solutio constat ex dictis.

2.& Resp in forma.

42

Ad id quod addit in sol.ad 3.ex 1.2 *dicendo S.D.agnovisse impedibilitatẽ divinæ operationis, & motionis per liberũ arbitrium,dum ait: illam movere prout congruit naturæ libertatis.*Reijcit.1. ex fere infinita distantia, quæ repertur inter añs.&conseq.huius discursus.* Motio divina efficax movet ad actum conformiter ad naturam libertatis: ergò illa est impedibilis per voluntatem creatam,medio aliquo dissensu præstito vocationi morali.* Et quod magis est;dicere illũ discursũ fundari in S. D. 2.Nam ante verba adducta sic habet: *Dicendum, quòd voluntas divina non solum se extendit, ut aliquid fiat per rem, quam movet; sed ut etiam eo modo fiat;quo congruit naturæ ipsius. Et ideò magis repugnaret divinæ motioni, si voluntas ex necessitate moveretur, quod suæ naturæ non competit, quàm si moveretur liberè,quod competit suæ naturæ.* En modum movendi in divina operatione congruum divinæ libertatis congruitate desumpta,& omninò proportionata cum ea, quam habet divina voluntas, dum efficaciter determin: voluntatem ad operandũ.. Quare sicut illius efficacia iuxta S.D est congrua, quia vult efficaciter non solum res fieri, sed fieri liberè, vel contingenter; ita dicendum de operatione Dei illam temporaliter congruè moventis.

Aliud dictum impugn.1.

Secundo.

§. V.

Reijcitur 2. Responsio.

43

IN 2.Resp.ait præf.M.S.D.posuisse illam impedibilem; quia numeratur inter causas contingentes. In primis nota manifestam inconseq. Nam tom.1.q.7. à n. 22. probat gratiam prædeterm.esse impertinente,ut per ipsam (si sit qualitas) moveatur causa libera; quia iuxta D. Th. Deus pro effectibus contingentibus causas contingentes aptavit;atqui talis qualitas non est causa contingens, sed forma ad unum infallibiliter determinata:ergò.*Sed hoc ipsum habet, &melius,Dei operatio:ergò;cur dicis hanc esse causam defectibilem,& cõtingentem?Deindè litteram D.Th.ad sensum valdè improprium, & extraneum detorquet. Nam S. D. distinguens inter causas necessarias,&causas contingentes,quas ponit ad complendum ordinem universi; nullatenus eas describit penes necessitatẽ, &contingentiã quoad earum esse,aut per hoc quod necessario existant, aut contingenter;sed penès necessitatem in causando, & contingentiam: quatenus causa necessaria est illa, ex qua de necessitate provenit effectus;causa contingens ex qua effectus contingenter eveniunt. *Uno verbo*,causa necessaria est illa,quæ necessario connectitur cum effectu,ut Sol cum illuminatione.Causa cõtingens est causa ad utrumlibet, & quæ necessario non connectitur cum effectu,ut planta cũ germine, & voluntas, & his similia. Ita Emin.Cayet.M.Prado in Metaph.& Comment. commun.

Discurs. SS.M.

* Probat contra illum.

Nota S.D causas conting. appellare causas secundas Sic 1.p.q. 18. a. cit.

44

Unde constat A. falli in acceptione causæ contingentis,quasi hæc cõsistat in eo, quod quoad sui existentiam possit deficere, aut impediri; & causa necessaria sit,quæ impediri nequit à sui existentia.Alioquin nec motus Solis esset causa necessaria, à qua provenit eclipsis.Nec ignisapplicatus esset causa necessaria, à qua necessario provenit calefactio; siquidem ignis valdè contingenter existit. Unde etiam in referendo litteram D. Th. committitur defectus. Nam postquã dixit, *quod pro effectibus necessarijs ap-*

Non refert fideliter verba S.D.idem q.22.a.4.

tavit causas necessarias, quæ deficere non possunt, addit S.D. *ex quibus effectus de necessitate proveniunt*, & rursus pro effectibus contingentibus causas contingentes, & defectibiles, *ex quibus effectus contingenter eveniunt*. Ubi exprimit dictum, cur dixit causam necessariam, quæ deficere non potest, hoc est in causando, & dando esse effectui: licet in se contingenter existat, ut patet in appetitu bruti necessario tendenti in bonum apprehensum.

46 Pro 1eq. assumpt.

Quare si inter illas causas vult numerare prædeterminationem, sive operationem divinam; oportet, quod eam appellet *causam contingentem*, quæ appellatio est impropria, sicuti est hoc idē asserere de voluntate divina, teste D.Th. in 1. dist. 45. ad 3. & dist. 17. a. 1. ad 1. & 1. p. q. 19. a. 3. ad 3. ubi causam contingentem describit per hoc, quod determinetur ab aliquo exteriori ad suum effectum. Ubi Eminent. Cayet. insurgit contra Scotum, quia Deum causam contingentem appellavit. Rursus. Nam cum in dicto art. etiam comprehendat S. D. affectus liberos, & à voluntate nostra liberè procedentes, necesse est, ut per causas contingentes intelligat causas contingentes, & liberas: & sic tenetur dicere, quod prædetermin. ad actus liberos est causa libera *ut quo*; cumque illa consistat in operatione increata iuxta Adv. & non sit libera elicitivè, sive tanquam actus elicitus à voluntate divina, erit libera imperativè; proindèque ex imperio divinæ voluntatis eam infallibiliter determinantis. Sed cum hoc non stat talem operationem in esse causantis existere etiam contingenter ex determinatione voluntatis creatę: ergò nec potest dici esse causam contingentem, quia à voluntate creata potest quoad suum esse impediri. Deindè certum est, consensum, & dissensum negativum evenire contingenter. Unde cum Dei voluntatem, & providentiam non subterfugiant, necesse est efficaciam divinæ voluntatis esse radicem illius: & ideò consensus negat: evenit contingenter, quia Deus apravit pro illo causas contingentes. Sed una ex illis est vocatio sācta moralis: ergò hæc est causa moralis, quæ deficere potest. Sed hæc defectibilitas non est quoad esse, cū à voluntate ne queat impediri: ergò est talis, quoad causare, per non necessariam connexionem cum consensu negativo: ergò ly *non posse deficere*, & *posse deficere*, quæ D. Th. attribuit causæ necessariæ, & contingenti intelligi debet de defectu quoad connexionem causæ cū effectu. Ex his dicimus, quod esto gratia efficax sit causa nostri meriti, vel potius Deus sit causa ratione gratiæ efficacis, perquā facit, ut faciamus non numeratur inter causas, quas ibi describit S.D. Illæ enim sunt causæ, quas produxit ad complementum ordinis universi, & permanēter ordinavit; nō vero loq. de illis causis, quibus movet, & applicat, ut illæ exeant in actum operationis.

Argum. ad hom.

Illatio.

47 Resp. 1. impugn.

Has impugnationes prævidit SS. Magist. eisque Resp. 1. me occasione sumpta à Cayet. corripiente Scotum, quia Deū appellavit causam cōtingentem, illum reprehendere, quia sic appellavit gratiam prædet. de quo dicto fateor ingenuè non venisse in mentem; unde post testim. adducta ex D. Th. illum retuli ad maiorem confirm. & ut ab A. servetur modus proprius loqut. & magis decēs Deo in ratione causæ. Hinc quasi sentiens aculeum in verbis Cayet. arguit contra ipsum constituentem actum liberum Dei per terminationem intrinsecam realiter defectibilem sequenti discursu. Si ergò non impropriè actus liber Dei modo explicato dicitur defectibilis; cur non dicatur etiam contingens in eodem sensu. Sed hoc facilè solvitur. 1. Quia Cayetan. non negat contingentiam secundum aliquam termin. quoad esse in simili defectib. consistentem, sed solū, quod Deus dicatur causa contingens. Hęc enim ut vidimus ex D. Th. dicit determinari ab aliquo principio ad effectū, & sine ulla necessaria connexione sibi intrinseca cum existentia illius. 2. Quia si propriè loquamur illa terminat: defectibilis non est contingens, cum sit defectibilis ex libito divinæ volnntatis, non autem ex aliena determinatione. Hac ratione DD. Societ. scientiam mediam, non liberam, aut necessariam Deō, sed contingentem appel-

pellant, quia acquisibilis, & impedibilis, non ex dispositione libera Dei, sed ex determinatione voluntatis creatæ ipsi conveniens.

47 Hæc omnia lucem accipient notãdo hæc nomina* contingens,& necessarium* posse applicare suum significatum ad rationem entis consistentis in ordine ad esse; vel ad rationem causæ consistentem in eo, quod ex illius influxu sequatur effectus. Si accipiantur 1. modo, ens contingens dicitur,quod potest esse, & non esse. Necessarium vero, quod non potest non esse. Si vero 2. modo applicentur;causa contingens est illa, ex qua defectibiliter,hoc est,sine ulla intrinseca connexione sequitur effectus; necessaria vero ex qua infallibiliter sequitur,& hoc modo accipiuntur à D.Th.ubi supra: qui locutus est cum omni proprietate.Dicere autem prædeterm.posse dici contingentem causaliter, eo quod in sui existentia causali pendet à dispositione contingente nostræ libertatis; non est ad mentem D.Th.ut supra probavimus, nec ex tali dependentia probatur sic posse appellari gratiam prædeterm. quia dum ly contingens applicatur causę, vel modo causandi,aliud significat,ac dum applicatur ly existenti, dum dicitur de illo contingenter existere. *Et hæc de hoc dub.applic.&c.*

Acceptio conting. & necessar.

Confirmatur Physici.

DUBIUM VI.

AN PRÆDETERMINATIO, VT consistens in operatione increata Dei, possit impediri à voluntate creata?

§. I.

ALIQUA NOTANTUR.

N.1 GRatiam prædeterminantem,per quam Deus operatur in nobis primum velle liberum,consistere in actione Dei immanenti,& non in aliquo intrinseco ex illa derivato, acriter tuetur præd.M.q.7.à n.19. & q.8.§.3.in quo modo dicendi convenit cum M. Palanco tuente gratiam prædeterm. activè sumpta consistere in Dei operatione. Est tamen inter eos aliqua diversitas; siquidem loquendo de gratia prædeterm. ad facere,sive ad actus subsequutos ad 1. velle liberum,affirmat præd. M.consistere in ipsa volitione libera determinanti, tum voluntatem, tum alias potentias ad elicientiam talium actuum. M.vero Palanco indiscriminatim loquitur de gratia prædetermin. tam ad 1.velle,quam ad actus subsequutos ad ipsum.Hac igitur doctrina suppositа probat, quod si voluntas creata præventa vocatione sancta, potest per dissensum negativum impedire gratiam prædeterm. ad consensum;salutarem,potest impedire nè Deus operetur in illa talem consensum;sive quod idem est,potest facere nè existat operatio Dei ut causans prevìè velle bonum:non quidē impediendo ipsam quoad entitatem; cum sit ipse Deus;sed in ratione immutātis,& causantis temporaliter actū salutarem. Oppositum huius tenet expresse M.Palanc.tract.de Prov.q.17. sect. 6. ubi etsi prædeterminationem passivè sumptā ponat impedibilem, secus tamen activè sumptā,& ex parte Dei.

A. pro part.affirmat.

De hoc egi to. 4. à fol. 385

Hoc discrimen despicit Castell d.sp.2. q. 5. sect. 6.

§. II.

Conclusio negativa probatur.

PRob. assumpt. Si voluntas creata per dissensum negativum pos- 2 Rat.prob.

set impedire gratiam effectivam consensus salutaris, posset impedire divinam operationem in ratione causantis in nobis salutariter velle; consequens est falsum: ergò & impedibilitas gratiæ prædeterm. ad velle ex illa proveniens. Mai. constat ex doct. præd. A. iuxta quam gratia efficax, & adiutorium quo ad velle consistit adæquatè in actione immanenti, per quam Deus operatur illud in nobis. Min. vero prob. Si voluntas creata posset impedire operationem, per quam Deus operatur in nobis velle, posset illam impedire à priori physicè, vel obiectivè; sed neutro modo potest illam impedire: ergò. Mai. quoad 1. part. constat. Nam quod impedit alterum, est causa ut illud non existat, proindeque, si impedit, impedit à priori. Quoad 2. etiam constat: quia omnis causa excludens existentiam alterius, aut est physica, aut obiectiva, & intentionalis.

3 Min. etiam quoad 1. part. videtur certa: Nam quod physicè est incausabile, nequit physicè à priori impediri à voluntate creata; sed operatio Dei, sicuti & omne prædicatum divinum, sub omni ratione sibi intrinseca, est physicè incausabilis: ergò. Tum quia impedire phisicè unum extremum, est determinare existentiam sui contradictorij; sed dissensus negativus nequit physicè determinare non existentiam operationis divinæ sub ratione causantis in nobis velle: tum quia talis dissensus est nihil: tum quia nihil extra Deum potest physicè immutare eius omnipotentiam, ut non operetur: ergò. Quoad 2. vero part. in qua potest esse difficultas, prob. Voluntatem creatam per dissensum negativum impedire à priori obiectivè existentiam divinæ operationis est impedire, tum scientiam directivam illius, tum etiam decretum applicans divinam omnipotentiam ad operandum in nobis velle. Non enim apparet alius modus impediendi obiectivè Dei operationem: unde AA. Societ. tuentes prædiffinitiones efficaces impedibiles à voluntate creata rectè recurrunt ad impedibilitatem scientiæ mediæ eas regulantis, & antecedentis. Sed nihil horum potest voluntas creata impedire per dissensum negativum: ergò.

1. Pars min. constat.

Secunda prob.

Prob. min. Scientia, qua regulatur immediatè decretum efficax, per quod Deus decernit Petrum v. g. salutariter velle, est iuxta præd. Mag. scientia necessaria, per quam Deus scit habere in sua omnipotentia infinitas vocationes congruas, quibus potest immediatè movere voluntatem ad consensum negativum, proindeque operari in ea velle positivum salutarem; ita q. 6. n. 68. sed clarius, & ex professo à n. 84. Sed voluntas creata nequit ullo modo impedire scientiam necessariam Dei, ut est evidens: ergò. Urg. & explic. hoc. Qui nequit impediri id, per quod omnipotentia divina immediatè determinatur, & applicatur, ut operetur in nobis velle liberum, nequit impedire quod Deus illud operetur; cum talis determinatio sit infallibiliter connexa cum operatione, quæ est exercitium ipsius Dei, & repugnet ex terminis dari inter. connexum infallibiliter cum consequenti, & consequens non existere. Sed decretum efficax de eo, quod creatura velit positivè liberè, est determinatio, & applicatio omnipotentiæ, ut operetur illud: & aliunde titulo efficacis est necessario connexum cum tali operatione: ergò cum tale decretum sit inimpedibile, ut ipse A. expressè tuetur, idem dicendum de operatione, per quam Deus operatur in nobis velle. 4

Explicat. prob. minor.

Confirm. Si voluntas per dissensum posset impedire Dei operationem causantem in nobis velle; vel hoc posset impedito decreto efficaci circa velle, vel non? Hoc 2. nequit dici; cum non impedire tale decretum sit illud existere: repugnat autem existere in Deo decretum efficaciter decernens hominem liberè velle, & simul impediri operationem Dei efficientem prædictum velle. Restat ergò, ut voluntas sit potens impedire Dei operationem, impedito etiam tali decreto. Nunc subsumo. Sed talis impeditio nequit poni ut facienda à voluntate creata, ut est certum; nec ut facienda à Deo: 5

Confirm.

ergo

ergò voluntas creata nequit operationem Dei, per quam operatur in nobis velle, impedire. Prob. min. quoad 2. part. Deum pro suo libito impedire decretum efficax circa existentiam nostri velle, est Deum impedire operationem, per quam efficaciter efficit prædictum velle; cum Deus omnia operetur secundum consilium suæ voluntatis, & omnis eius operatio à decreto efficaci Dei circa existētiam rei ad extra operatæ, originetur. Sed implicat voluntatem creatam impedire id, quod per prius supponitur iā à Deo impeditum: ergò.

6 Explicatur.

Explicatur hæc ratio: Quando unum extremum in sui existentia pendet necessario à determinatione alterius cum tali existentia infallibiliter connexa, sicuti nequit existere, sine illo ratione dependentiæ, ita nequit deficere, nisi deficiat talis determinatio ratione connexionis cum illo. Patet hoc in consensu positivo, qui sicuti ratione dependent: à gratia effectiva, sive adiuvanti, nequit sine illa existere; pariterquè nequit deficere, nisi pro priori deficiat talis gratia. Tum sic: operatio Dei ut efficiens nostrum consensum necessario pendet virtualiter à decreto efficaci; cum illa sit efficax, & libera, & in Deo potentia executiva à sua voluntate determinetur. Deindè tale decretum necessario connectitur cum operatione: ergò ut deficiat in Deo operatio effectiva consensus, necesse est deficere pro priori decretum efficax talis consensus: ergò casus impeditionis operationis Dei est casus supponens impeditionem decreti faciendam à Deo. Sed impeditio decreti est impeditio operationis: ergò casus impediendi operationem est casus impediendi, quod iam supponitur à Deo liberrimè impeditum: quod est repugnans.

7 Si dicas.

Huic rationi innitenti doctrinæ A. nobis adversarij, in qua asserit decretum efficax ad, velle nostrum regulari scientia necessaria, per quam Deus cognoscit non posse dari creaturam ab ipso liberè inconvertibilem: proindèque non debere ad illius concept: explorare, quænam vocatio erit congrua, & efficax ad consensum negativum: solum potest responderi dicendo: ante *tale decretum* dari aliud quasi conditionatum ex vi providentiæ generalis, per quod Deus decernit operari consensum positivum in voluntate, si ipsa consenserit negativè gratiæ excitanti, secus autem si ei dissenserit. Si namque respectu eorum, qui salvantur, ultra prędestinationem efficaciter ordinantem illos ad vitæ æternæ consecutionem, datur voluntas generalis salutis ipsorum, quæ dicitur antecedens, & conditionata; Ita etiam respectu consensus positivi potest, & debet, assignari in Deo duplex decretum; unum efficax, & absolutum; alterum inefficax, & conditionatum; primum impedibile quoad positionem operationis; secundum vero, impedibile in ratione inferentis operationem effectivam consensus positivi pro casu, pro quo voluntas negativè dissentiat.

Non dico: hoc dici à prę fat. M. sed posse dici ab Alio: quia se exhibet ofensum si de illo loquar.

8 Reijcitur.

Sed contra est 1. Nàm tale decretum conditionatum, nisi reducatur ad sensum, in quo Thom. explicant voluntatem conditionatam salvandi omnes homines; continet plures difficultates satis graves alibi ex professo tractandas. Undè contra illud sic insurgo. Omne decretum conditionatum purificata conditione transit in absolutum; non quidem intrinsecè; benè tamen quoad effectum ponendi conditionatum in statu absoluto: ergò casu, quo homo consentiat negative Dei vocationi, Deus operabitur in illo consensum positivum salutarem. Sed Deum operari talem consensum necessario prærequirit decretum efficax de existentia illius, ut est certum: ergò in dicto casu existet tale decretum. Nunc rogo: Vel existet unicè ex determinatione Dei, vel etiam aliquo modo ex determinatione creaturæ? Primum est contra naturam talis tendentiæ conditionatæ, quę necessario requirit existentiam conditionati aliquatenus dependere ab existentia conditionis. Si 2. ergò decreta efficacia Dei sunt à nobis aliqualiter impedibilia, & determinabilia; quod longe distat à mente M. P. insuperquè opponitur doctrinæ ab ipso M. propugnatę q. 8. à n. 60. ubi

ubi aſſerit requiſita connexa increata æterna ad noſtros actus non eſſe à nobis impedibilia, ſecus vero, requiſita temporalia, de quo diſcrimine egimus dub. antecedenti.

Inſurgo 2. Purificatio conditionis poſitæ in tali decreto eſt conſenſus negativus; ſed hic neceſſario pendet à vocatione congrua, ut tenet prædict. Mag. ergò purificatio conditionis pendet à vocatione congrua. Sed Deus nequit diſpenſare vocationem congruam cum perfecta providentia, niſi per prius decernat abſolutè efficaciter conſenſum poſitivum: ergò nequit purificari conditio, niſi Deo per prius decernente efficaciter conſenſum poſitivum, & operationem influentem in illum: ergò pro priori ad purificationem conditionis Deus intelligitur efficaciter determinatus ad operandum talem conſenſum: ergò ex vi purificationis conditionis nequit Deus ullo modo determinari ad influendum effectivè in conſenſum. Omnia conſtant præter min. ſubſumpt. quæ facilè prob. Electio medij efficaciter conducentis ad aliquem finem pro ſui perfecta providentia ſupponit neceſſario intentionem efficacem finis, ut eſt certum ex doctrina Mag. Par. & D. Thom. pro tuenda prædeſtinatione ante præviſſa merita; ſed vocatio congrua connexa cum conſenſu negativo efficaciter conducit ad exiſtentiam conſenſus poſitivi pro ſigno ſequenti iuxta opinionem, quam in præſenti impugnamus: ergò.

9 Secundo.

Hinc colliges, qua ratione Thomiſtæ ponentes voluntatem antecedentem ſalutis hominum ex ſe conditionatam, ſcilicet, *niſi per ipſos ſteterit*, ut vitent inconveniens, quod ex illa videtur ſequi, *nimirum: poſſe aliquem ſalvari abſque intentione abſoluta efficaci ex parte Dei circa illius ſalutem: * Dicunt purificationē illius conditionalis, cum ſit medium efficaciter conducens ad ſalutem, ſuppoſita prima voluntate non poſſe poni niſi ex intentione efficaci eiuſdem: ideòque conſequenter vitant duo inconvenientia; primum, ſcilicet, ponere prædeſtinationem aliquomodo pendentem à libera voluntate hominis. 2. ſcilicet, ponere aliquod decretum requiſitum ad ſalutem impedibile à nobis; cum defectus illius conditionis, ſcilicet, non ſtare per homines, ſupponat liberam omiſsionem decreti eligendi homines efficaciter ad gloriam.

10 Illatio notanda.

Inſurgò 3. Nam admiſſo tali decreto conditionato, adhuc perſeverat argument. in ſuo robore. Siquidem iuxta prædictum Mag. eſtò detur tale decretum, Deus ductus ſcientia neceſſaria concipit decretum abſolutum de exiſtentia conſenſus poſitivi. Ex quo deducitur huiuſmodi decretum efficax non eſſe impedibile; eſt enim contra iura libertatis, & maximè Dei Supremi Domini, poſſe impediri ab exiſtentia alicuius exercitij non impedita prius libertate proxima, quæ in Deo conſtituitur per talem ſcientiam. Ex quo ulterius ſequitur, non eſſe impedibilem abſolutè exiſtentiam operationis Dei circa talem conſenſum. Nam ut aliquid ſit abſolutè impedibile, non ſufficit poſſe impedire aliquid, etſi ad eius exiſtentiam requiſitum, ſi ſe manet inimpeditum aliud, quod neceſſario connectitur cum eius exiſtentia, ut videtur evidens: ergò ſi in homine conſentiente poſitivè præexiſtit decretum efficax conceptum ſcientia neceſſ. de exiſtentia alicuius oper: ſi ſcientia hæc, & decretū impediri nequeunt; quomodo impediri poterit exiſtentia operationis non habentis aliam libertatem, niſi libertatem decreti? Quomodo ulterius verificabitur exiſtere in Deo operationem, per quam liberè operetur in homine conſenſum poſitivum, quia ille prius conſenſit negativè vocationi?

11 Tertio impugn.

Sed dices: rationem probativam habere manifeſtam inſtantiam. Siquidem operatio Dei, per quam operatur in nobis actum procedentem ex imperio voluntatis, non attingit executivè talem actum, niſi dependentem à noſtro velle exiſtenti pro priori taliter, ut ſi deficiat velle, efficientia operationis divinæ non ſe extendere ultra. Conſtat igitur operationem Dei in eſſe efficien-

12 Inſtabis pro imped. operat. Dei.

ris

tis aliquem actum posse prærequirere in nobis aliquod exercitium liberum, proindeque in ratione efficientis esse à nobis impedibilem. Et tamen decretum, à quo omnipotentia determinatur, ut influat in actum imperatum, nullatenus valet impediri: ergò etiam stabit operationem Dei in ratione operantis liberum velle prærequirere in nobis aliquod exercitium, sub cuius carentia impediatur indirectè divina operatio in ratione influentis in velle liberū. Ratio est: Nam non est contra supremam libertatem Dei in operando, quod nequeat operari aliquem actum sine nobis positivè concurrentibus ad illum: ut patet in exemplo adducto; & rursus in Deo nos iustificante, non tamen sine nobis consentientibus: ergò multo minus erit contra dictam libertatem, quod non operetur in nobis consensum salutarem, nisi nobis per prius negativè consentientibus. Sed hoc ipso positio talis consensus, vel eius carentia, aliquo modo determinat, vel impedit existentiam divinæ operationis in ratione influentis in talem consensum: ergò.

Resp. neg. assumpt. Si enim iuxta Discip. D. Thom. decretum executivum gloriæ supponens prævisionem meritorum non est impedibile à voluntate creata; estò possit impedire liberè existentiā meritorū; quanto minus erit impedibile decretum, aut operatio Dei per hoc, quod voluntas creata tantum indirectè, & occasionaliter aliquid conducens ad illorum existentiam impedire queat. Ratio est: quia nequeunt impediri merita antecedentia decretum executivum gloriæ, nisi per prius impediatur à Deo decretum electivum ipsorum; impedito autem decreto electivo meritorum, & illorum præscientia, necessario deficit decretum executivum gloriæ; cumquè voluntas creata nequeat per libertatem ad omissionem meritorum impedire decretum electivum, & ipsorum præscientiam; cum hæc omnia sint pro priori ad merita: nequit impedire cognitionem directivam decreti executivi gloriæ. Si autem non impeditur scientia directiva, & constituens libertatem in Deo ad concipiendum decretum executivum, nullatenus potest impediri existentia talis decreti; cum decreta divina solum possint impediri obiectivè à nobis, impediendo, scilicet scientiam, per quam liberè concipiuntur.

13 Doctrina solida, & notanda.

Doctrina commun.

Hæc doctrina verum tenet, estò merita nostra moveant divinam voluntatem, ut decernant, executivè collationem gloriæ; siquidem prævisio illorum inititur tanquam in medio, in decreto electivo; unde si tale decretum nequit impediri, nec pariter illorum prævisio impediri valet: Si non impeditur talis prævisio, non impeditur scientia constituens libertatem ad formandum decretum executivum: cumque sit contra iura libertatis impediri ab aliquo extrinseco, quando est potens ad quodlibet extremum; ut constat ex diffinitione dominij; planè sequitur existente in Deo summa libertate, & dominio ex vi prævisionis meritorum ad decernendum executivè gloriam, non posse impediri tale decretum à voluntate creata per potestatem antecedentem impediendi merita prævisa. Hæc etiam doctrina debet applicari ad decretum damnationis ob prævisionem demeritorum. Ex qua constat solutio ad sequentem interrogationem: Si merita nostra sunt priora decreto executivo gloriæ, cur libertas impediendi merita non erit potestas impediendi tale decretum? Constat, inquam, quia nimirum prævisio meritorum est prior nostris meritis, & illa prius nō impedita à voluntate creata, nequit impediri decretum tali præscientia regulatum. Videatur M. Albendea in signis doct. Complut. in suo ingenioso tom. de spe disp. 7. q. 2. à n. 25.

14 Ampliatur.

Cuidam quæs. Respond.

Nec ex hoc inferas obiectum decretatum non esse impedibile, sicuti, & ipsum decretum: Nàm tale obiectum potest contineri intra dominium voluntatis creatæ; secus autem decretum, aut scientia ei innitens; cum hæc sint exercitia unicè à Deo determinabilia. Quare concedimus hominem prædestinatum posse impedire existentiam gloriæ per

15 Instanc. occurritur.

libertatem impediendi merita posse impedire collat. gloriæ; non tamen, quod Deus decernat talem collationem : possequè impedire existentiam consens. non tamē, quod Deus activè causet prædictum consens. Et quamvis impeditio existentiæ consensus necessario requirat impeditionem operationis Dei activè illum causantis ; non tamen ponendam à creatura, sed unicè à Deo, de quo latè alibi.

16 Illatio pro Dei promissione.

Hinc constat, quid dicendum sit pro promissionibus conditionatis de conditione libera creaturæ, v. g. si Deus ita promittat : * si elicueris actum Religionis, dabo tibi gratiam ut quatuor, sint autem non. Constat, inquam, quia libertas, ut voluntas eliciat prędictum actum, non est libertas ulla tenus determinandi Deum, ut ipsi donet gratiam : nec pariter libertas impediendi existentiam talis actus, est libertas impediendi Dei donationem. Ratio 1. est : Nàm aliàs posset creatura facere, ut Deus faciat, quod repugnat doctrinæ M. Par. de prædestinatione Sanct. cap. 10. Ratio 2. est : Quia cum impedire donationem Dei si determinare illius carētiam, posset creatura, determinare, & facere ut Deus non faciat, quod æquè pugnat cum supremo dominio illius, & omnipotentissima eius potestate. Deindè : Nàm in dicta promissione purificatio conditionis debet incipere à Deo, ideòque, dum Deus determinat illius existentiam, determinat etiam donare conditionatum : proindequè non restat locus, ut creatura determinet prædictam donationem. Si autem deficiat purificatio conditionis ; hæc deficit Deo nolente pro priori eam purificari à voluntate creata : quæquidem nolitio est determinatio Dei, ut non donet conditionatum, proindequè pro sua libertate impedit donationem. Quapropter solum potest excogitari possibilis determinatio, aut impeditio alicuius decreti, & operationis divinæ pro casu, pro quo purificatio conditionis, vel eius carentia, subterfugiat Dei providentiam, permissivam, vel aprobativam; quod in sana Theologia admitti nequit : cum de ratione illius sit cuncta disponere.

Nota duo. Omnia immediat. subiacent Dei provid. A Deo incipit omne bonum.

17 Dei decreto conditionato.

Restat : ergò ut etiam admisso hoc decreto : *Si consenseris negativè vocationi, prædeterminabo ad actum bonè positivum, secus autem si dissenseris negativè*, non propterea debet admitti decretum efficax absolutum consensus, aut activa operatio Dei acquisibilis, vel impedibilis à voluntate creata. Ratio est in promptu ex dictis. Nàm purificatio conditionis debet incipere à Deo aprobante, & determinante ; cum contingenter existat, & radix contingentiæ sit efficacia divinæ voluntatis. En iam Deum determinatum absolutè, ut operetur activè consensum, proindequè indeterminabilem à creatura, ut illum operetur. Si autem creatura non purificat conditionem consensus negativi : sed potius negativè dissentit ; hoc accidere nequit Deo nihil disponente circa contingentiam rerum extra se, sed potius dormitante. Quod si talis dissensus existit Deo efficaciter illum permittente, iam ipse Deus ex se impedit donationem activam consensus positivi, quare non relinquitur locus, ut talis activa donatio impediatur per positionem dissensus.

18 Cuidam quæsito sit satis.

Si autem quæras. * An admisso Deum nihil disponere de existentia consensus, vel dissensus negativi in genere causæ activæ, sed tantum ad illum concurrere in genere causæ finalis, ut sentit prædictus M. debeat concedi operationem Dei esse impedibilem ? * Respond. 1. affirmativè : Nàm ex uno impossibili, quale est Deum nihil disponere de exercitio prę cipuè libera creaturę in signo, in quo contingenter existit, sequitur quodlibet impossibile. Respond. 2. Negativè, etiam iuxta opinionem prædicti M. Ratio est : Nàm purificatio conditionis incipit à gratia congrua ; Deus autem à se determinatus pro sua libertate ad conferendam vocationem congruam, est Deus determinatus, ut donet positivum consensum ; cum per illam iuxta M. Par. *Sic Deus agit sensum, ut accomodet assensum.* Si autem voluntas negativè dissentit ; hic dissensus provenit à vocatione incongrua donata

à

à Deo pro suo libito; cumque conjunctio positivi consensus cum vocatione incongtua sit repugnans, Deus se ipsum determinans, ut conferat vocationem incongruam, se ipsum, & à se determinat, ut non operetur positivum consens. ergò etiam admissa doctrina prædict. Mag. cum alijs ab ipso edoctis, non sequitur impedibilitas decreti absoluti circa existentiam consensus, aut activæ causalitatis ex parte Dei circa ipsum à volunt. proveniens.

19

Respond. instantiæ positę numer. 15.

Tempus est, ut ad instantiam directè respondeamus. Dicimus enim posse terminum aliquem divinæ operationis pendere in sui existentia ab aliquo creato, & terminantē etiam pro priori eius activam attingētiam; minimè tamen posse ipsam divinam operat. habere ullam dependentiam ab illo circa eius productionem. Nàm quemadmodum D. Thom. 1. p. q. 19. art. 2. * negat de divina voluntate quod propter hoc velit hoc, quamvis velit hoc esse propter hoc; * ita dicendum de operatione Dei, quæ non aliam libertatem habet, nisi decretū, à quo virtual. determinatur; nec minorem independentiā à creaturis. Dum igitur voluntas creata omittit imperium efficax actus externi, præcedit in Deo, & omissio decreti, & defectus activę causalitatis circa prędictum imperium; ex quoquidem defectu liberè unicè proveniente à Deo sequitur, quod eius operatio non pertingat ad producendum actum externum. Nec ex quo operatio Dei producere nequeat actum externum voluntarium, nisi præcedente in nobis velle, sequitur illam esse impedibilem: ut patet in decreto executivo glotiæ inimpedib. supponenti prævisionē meritorum, de quo supra diximus. Hoc autem ideo contingit: quia talis dependentia non se tenet ex parte operationis Dei activè sumptæ, sed ex parte termini illius. Ad exemplum de iustificatione Respond. hominem non posse impedire loquendo cum proprietate, quod Deus ei donet gratiam; potest tamen impedire gratiæ receptionem, aut eius existentiam. Non enim exigitur consensus noster, ut dispositio adhoc, ut Deus operetur in nobis iustificationem, sed tantum ut nos iustificemur: ut dicitur tract. de Iustificatione. * Ratio huius est supra assignata; quia, videlicèt, omissio dispositionis ad iustitiam incipit permissivè à Deo, proindeque à Deo determinante non iustificare.

* Distingue cum S. D. inter gratiæ influs. & illius acquisit.

Alteri occurritur.

Ad aliam

De quo Deo dante cum M. Serna, & Vazquez.

§. III.

Solutio Adverſ. reijcitur.

ARgumentis nostris Respondet, quod voluntas creata nequit impedire activè Dei operationem in ratione causantis actum salutarem; benè tamen *passivè*. Quod sic explicat; nam illud, quod impedit aliquid, reddendo subiectum indispositum, impedit illud *passivè*, & impedimento se tenenti ex parte passi; cum ergò actio Dei, ut in nobis operetur actum bonum, requirat ex parte voluntatis quod se habeat indebita dispositione ad illam; & hæc dispositio impediatur per dissensum negativum: ideò dicitur impedire gratiam prædeterm. Non quidem immediatè; nàm voluntas potius immediate se ipsam impedit; non activè; quia tantum impedit, reddendo se ipsam indispositam ad gratiæ receptionem; undè solum est impedimentum passivum non se tenens ex parte agentis, sed ex parte passi.

20

Tom. 2 dub. append à n. 55.

Explicatur hoc: Quia ad iustificationem Adultorum requiritur libera dispositio: Adultus liberè omittens actus disponentes ad illam impedit infusionem gratiæ, & eius effectum, scilicèt, iustificationem. At non impedit activè, sed passivè, quatenus se ipsum indisponit ad liberam receptionem gratiæ. Idem de eo, qui avertit oculos à sole, qui se indisponendo per motum contrarium impedit, & solis illuminationem, & luminis receptionem. At non activè, sed passivè; quia tollit aliquam dispositionem ex parte sui, ut lumen recipiat. Quod si instes. * Quod omnis causa impediens alteram, debet impedire à priori; sed dissensus noster nequit esse causa, ut non existat operatio Dei in ratione causantis; cum

21

Fundatur solutio.

Si instes.

neq

nec ſit cauſa à priori phyſica, aut obiectiva: ergo. Reſpond. num. 61. quod impediens activè, impedit à priori, ſecus vero quod impedit paſsivè. Et licèt hoc impedimentum ſit cauſa, ut actio Dei in eſſe cauſantis non exiſtat, non eſt ratio à priori huius non exiſtentiæ; quia diſſenſus noſter ſupponit carentiam decreti de noſtro velle, & ab hac primitus impeditur operatio in ratione carentis.

22

In primis ab hoc ultimo incipiendo, apparet manifeſta contradictio in loquutione: *Hoc impedimentum eſt cauſa, ut actio Dei non exiſtat in ratione cauſantis actus: Hoc impedimentum non eſt ratio à priori talis non exiſtentiæ.* Nàm ex terminis *cauſa* alicuius eſt *ratio* à priori reſpectu illius; cum prioritas ſit de ratione cauſæ eſſentialiter ſumptæ, ſicut de ratione effectus poſteritas: ergò. Quod ſi reſpond. ideò negare diſſenſ. rationem cauſæ reſpectu non exiſtentiæ operationis divinæ in ratione cauſantis; quia cauſa denotat activitatem in id, cuius eſt cauſa: Ideoquè non eſſe etiã rationẽ à priori. Contra eſt. Nàm cauſa ex terminis non dicit activitatem; ut patet in materia reſpectu formæ; & ſuo modo in diſpoſitionibus ad illam. Deindè: Nàm licèt ratio à priori non convertatur cum cauſa; ut videre eſt in bonitate divina, quæ eſt ratio divinæ voluntatis; & non cauſa; ſecus autem è contra.

Impug. 1.

Si dicas.

Contra 1

Secundo.

23

Hoc animadverſo, ut impugnetur ſolutio: notandum formam aliquam, ſive operationem poſſe impediri primo directè, & immediatiſſimè per ſuſpenſionem influxus cauſæ in illam: ut ſi modo Deus ſuſpenderet operationem, qua cuncta conſervat. 2. Etiam poteſt impediri immediatè per oppoſitionem formæ contrariæ: ſicuti forma ignis impedit exiſtentiam formæ ligni, quod comburitur, & voluntas ſe exercendo per amorem, impedit exiſtentiam odij. Illa prima impeditio eſt immediata contradictorie, iſta eſt immediata contrariè. 3. Poteſt impediri exiſtentia alicuius formæ per aliquod agens, non quia producat formam ei directè oppoſitam; ſed quia deſtruit, aut impedit diſpoſitiones neceſſario requiſitas ad eius exiſtentiam. Sic occidens hominem dicitur impedire unionem animæ ad corpus: non quia formam cadaveris introducat, ſed quia impedit diſpoſitiones temperamenti neceſſario requiſiti in corpore, ut anima ei uniatur. Sic enim homo aqua, vel cinere extinguens ignẽ, dicitur impedire exiſtent. formæ ignis in ligno v. g. quia impedit diſpoſitiones caloris ad ſui conſervationem exactas; quamvis impedimentum formale ſit forma cineris, & effectivum ſit agens talem formam cineris producens. Hæc omnia procedunt de impedimento intra lineam phyſicam, & prout differt ab impedimento obiectivè impedienti.

Quot modis dicitur impeditio.

Sed dubium eſt circa ſequentem loquutionem: *An agens impediens exiſtentiam formæ, quia directè impedit diſpoſitiones requiſitas ad illius receptionem, debeat dici impediens activè, vel ſolum paſsivè?* Negativè, ut vidimus, Reſpondet M. Manſo. Attamen pro parte affirmativa adſunt rationes efficaces. Prima eſt à paritate. Nàm homo generans alterum hominem dicitur activè cauſans genitum, & unionem animæ ad corpus; & tamen ſolum attingit talem unionem, in quantum producit diſpoſitiones ad illam; ut ſatis efficaciter colligitur ex D. Thom. 1. p. q. 118. art. 2. ad 4. dicenti: *Homo eſt cauſa generans alterius hominis, in quantum per virtutem generativam diſponitur materia ad animæ ſuſceptionem*: ergò aſsimili agens deſtruens diſpoſitionem requiſitam &c. 2. Nàm iuxta D. Thom. in 2. phyſ. lect. 5. *Cauſa efficiens dividitur in diſponentem, adiuvantem, & perficientem.* Confirmat. hoc. Nàm efficiens actum charitatis, qui eſt diſpoſitio ad expulſionem peccati, dicitur effectivè illud expellere: de quo M. Prado tom. de Pœnitentia, de effectu pœnitentiæ dub. 9. §. 2. latè hanc veritatem probans: ergò. Undè licèt præd. Mag. aſſerat pœnitentiam non ſtrictè effectivè expellere peccatum, quia cauſa ſtrictè effectiva eſt cauſa perficiens; attamen non eſt cauſa purè paſsivè expellens; ſed effectivè ſal-

24

Cuidam dub. Reſpond.

tim

tim secundūquid, sed verè; ut asserit ibi. Ex quibus constat quod neque dici poterit purè passive impedire formam, neque simpliciter effectivè.

25 Sed redeundo ad principale assumptum; prob. quod si homo per
Prosecq. impugn. dissens. impediret operationē Dei in esse causantis, quatenus impedit dispositionem ad illam, esset verè causa non existentiæ operationis: sed non causa physica: ergo. Assumptum prob. insistendo exemplo gratiæ. Qui voluntariè impedit dispositiones requisitas ad receptionem gratiæ sanctificantis, verè à priori impedit illam; ita ut sit vera hæc causalis: *Homo non recipit grat. quia non se disponit ad illam*: & tamen solum iuxta A. illam impedit passivè: ergò quod dissensus sit impediens consensum, qui est dispositio ad oper. non obest quo minus sit vera causa, ut non existat oper. Undè non solum omittens dispositiones ad gratiam est causa non acceptionis gratiæ, verum, & est ratio à priori; tum quia est causa; tum quia est ratio, non à comitanti, non à posteriori: ergò à priori.

Id ipsum urget in Physicis.
26 Causa enim impediens suo influxu existentiam dispositionum, quæ requiruntur ad aliquam formam, im-
Urgetur. pedit à priori, hoc est, est causa, cui attribuitur non existentia formæ: ergò idem dicendum. Undè quemadmodum carentia illuminationis in homine avertente oculos à Sole, dependet à duplici causa, scilicèt, à Sole non communicante lumen, & ab homine impediente, utrumque à priori suo modo causat non esse luminis, ideòque umbra est effectus interpositionis corporis opaci; quod si est effectus, utique est posterior, & illa
Si dicat Aliquis. est prior. Nec valet dicere, quod solum impedit à priori consensum negativum, qui est dispositio, non verò actionem Dei, ad quam disponit.
Reijcitur Non inquam valet; nàm impediendo immediatè dispositionem necessario requisitam ad positionem formę mediatè impedit existent. formæ, sicuti impediens immediatè dispositiones ad gratiam, mediatè impedit, & causat non esse gratiæ, qua ratione non solum est verum dicere: *Homo non conteritur, quia se exercet per omissionem contritionis, sed etiam est verum*, dicere: *Homo caret gratia, quia non se disponit ad illam*: ergò si consensus formaliter impeditur per dissensum, qui est dispositio ad prædeterminationem ponens dissensum, ponit à priori carentiam illius.

Sed quia Author intendit hominem posse impedire Dei actionem, 27
ut causantem velle, quin impediat Alia impugn.
aliquam causam requisitam ad eius existentiam: Sic arguitur. Implicat, quod omnes causæ, aut principia, à quibus pendet operatio Divina, *actu illam virtualiter principient, & quod non existat talis operatio. Aut ergò * Suo modo.
ultra scientiam regulantem decretum efficax applicativum omnipotentiæ ad operandum, datur aliud principiū, à quo illa dependeat; vel non? Si hoc 2. ergò cum scientia, & decretum quæ sunt princ. unicè à Deo impediantur, idem dicend. de operatione Dei. Si 1. hoc principium tantum erit dissensus. Nunc rogo; est, nè dissensus ut in se, vel ut prævisus? Primum dici nequit. Si 2. quæro: quis impedit prævisionem consensus? cum iuxta A. Deus liberrimè decernat denegat. gratiæ congruæ, in quo
Nota Ly præ, quia loquor de scient. regulante; vel in actu 1. vel 2.
decreto prævidet dissensū ergò nullo modo creatura impedire valet Dei operationem. Aliter. Operatio, quæ non aliter existit, nisi ut virtualiter pendens à decreto nequit impediri, nisi impediendo, quod determinetur à Deo eius existentia: vel ergò impeditur à Deo sine prævisione dissensus, vel cum illa. Si primum unicè impeditur à Deo. Si 2. aut voluntas impedit prævisionem consensus, determinando ad prævisionem dissensus, & quæritur; quomodo determinet, aut physicè, aut obiectivè. Quod si non determinat prævisi. dissensus, nequit præv. consens. impedire; cum impedire unum, sit determinare eius contradictorium.

Sed videamus quomodo ponit, 28
& fundat, quod creatura per dissens. impediat Dei operationem. Sic enim
Fundam. SS.M. fol. 354. ait: *Deus postquam v.g. decrevit Adamo dare libertatem ad benè agendum, decernit negare vocationem con-*

congruam; in hoc decreto vidit Deus diſſenſum infallibiliter futurum vocationi, & in pœnam eius decrevit negare gratiam prædeterminantem. Hic vides, quod diſſenſus prævisus præceſſit decretum negandi gratiam prædeterminantem; fuitque cauſa obiectiva illius. *Impug. *Cæterum quod ſic ſe habeant decreta in Deo eſt difficile: cũ ipſe A. fateatur, quod neque ſcientia, neque decreta, quæ ſunt æterna, à voluntate creata impediri valent: Undè opportet recurrere ad alia. Ideoque ait actionem Dei dependere, ut à diſpoſitione, à conſenſu; quare hoc impedito impedit Dei operationem. Decretum enim à quo virtualiter imperatur operatio cauſans actum ſalutarem, habet hanc tendentiam: *Decerno operari actum ſalutarem operatione dependente, uti à diſpoſitione, a conſenſu.* Undè eſto decretum ſit inimpedibile, benè tamen operatio.

29 Sed nota A. affirmare col. 1. fol. 355. Quod voluntas creata poteſt impedire ſcientiam viſionis cõſenſus, licèt non potentia conſequenti, benè tamẽ potentia añti. Sed in hoc apparent varia inconvenientia. Hæc ſcientia fundatur iuxta ipſum ibi: *In decreto efficaci negandi gratiã congruam, & ideo eſt libera Deo, & ſcient. viſionis.* Rursùs ait: *Hoc decretum concipi à Deo unicè pro ſuo libito, & ante prævisionem omnis uſus noſtræ libertatis.* Nunc adverte ſcient. unicè innitentem decreto Dei inimpedibili omnino à voluntate creata; eſſe impedibilem ab illa. Quis hoc dixit? Rursùs. Quis poſſuit decreta inimpedibilia, *& ſcient. viſionis liberam ei innit. impedibilem: utrumque enim eſt æternum. Deindè quomodo impedire poteſt ſcientiam; vel phyſicè, vel obiectivè? Si obiectivè, debet eſſe à priori; & rurſus poterit determinare ad ſcientiã diſſenſ. liberam Deo, vel ad carentiã liberam talis ſcientiæ; nàm impediens exiſtentiam unius eo modo determinat ad exiſtent. ſui contradictorij; cum autem non ſit medium reſpectu creaturæ vocatæ à Deo moraliter inter ſcientiam diſſenſus, vel conſenſus, determinabit ad ſcientiam liberam conſenſus; quod negat §. immediato. Rursùs. Eo probat voluntatem poſſe impedire antecedenter ſcientiam viſionis diſſenſus, quia poteſt conſentiendo vocationi aliàs incongruæ reddere illam congruam. Atqui poteſt iuxta ipſum A. vocationẽ aliàs congruam reddere incongruam, cum poſsit etiam antecedenter diſſentire vocationi congruæ: ergò nulla eſt diſparitas; ſi eius ratio aliquid probat.

Scient. conſenſ. nequit iuxta A. impediri.

Sed redeundo ad munus diſpoſitionis, quod attribuit conſenſui negativo reſpectu operationis divinæ. Impugn. 1. Nàm diſpoſitiones ſunt ad formæ introductionem, non vero ad actionem agentis: ut videre eſt in calore diſponente materiam ligni, ut recipiat formam ignis, eo, quod nulla forma recipitur, niſi in ſubiecto diſpoſito; non autem dicitur quod calor diſponit ignẽ, ut operetur. Id ipſum conſtat in diſpoſitionibus ad iuſtificationem; non enim diſponunt, niſi ad gratiæ receptionem, aut acquiſitionem: non enim diſponunt ad actionem Dei infuſivã gratiæ. Deus namque non eget diſpoſitionibus, benè vero anima. Ratio autem à priori eſt; nàm id, ad quod diſpoſitio diſponit, eſt effectus illius in genere cauſæ materialis, & diſpoſitivæ; ſed actio agentis, ut cauſans formam non eſt huiuſmodi; benè vero forma, ut recept. in ſubiecto: ergò. Undè S. Doct. 1. 2. q. 113. art. 8. (ubi docet iuxta frequentem Thomiſtarum ſententiam, & quam ſatis lucidè ſequitur P. Vazquez mutuam cauſalitatem inter gratiam, & diſpoſitiones) deſcribens terminum ad quem diſponunt, & à quo proveniunt in genere cauſæ efficientis, dixit: *Sequuntur infuſionem gratiæ, præcedunt tamen eius acquiſitionẽ, ſive receptionem* ubi omnes Theol. proprie. terminorũ addiſcere debent, & imitari. Nec tacendum, quod in 3. contra Gent. cap. 159. ubi iuxta hunc Mag. docet gratiam efficacem eſſe impedibilem à nobis per diſſenſum negativum: *Dixit hominem per motum lib. arb. poſſe impedire gratiæ receptionem. Non dixit *actionẽ Dei infundentis gratiã.* *Si enim eſt gratia recepta, quo-

30 Proſeq. impugn.

Aliud dictum reijcitur.

* Quia æterna.

8

mo-

modo est ipsa actio increata Dei, ut causans actum salutarem?

31 Ex hoc sequitur, quod decretū, cuius tendentia sit: *Volo efficaciter operari actum operatione pendēti quoad sui causalitatem dispositivè ab exercitio libero voluntatis, est repugnans.* Quod sic probatur: Dum Deus potens concipere decretū efficax de nostro velle, illum à se omittit, iam est impedita liberè operatio Dei, quia hæc existit ex *vi decreti*: ergò non remanet locus, ut impediatur per dissensum. Respond. fol. 356. Quod carentia decreti impedit operationem à priori, & sic remanet locus, ut dispositivè etiam impediatur per dissensum; quia id, quod supponitur impeditum ab uno effectivè pro aliquo signo priori, potest impediri dispositivè pro signo sequenti. Sed contra est. Nàm si hoc est verum: etiam decretum exequutiv. gloriæ post merita prævisa conceptū posset impediri à voluntate creata: cum voluntas possit antecedenter impedire existentiam mediorum, sive meritorum, quæ præcedunt tale decretum: Vel etiam potest dici: *Nos posse impedire actionem ex parte Dei, ut conferentis gloriam*; quia actio Dei ut sic supponit merita impedibilia, ut causam motivam illius.

Instaur.

Respond.

Impugn.

32 Quod, ut clarius appareat, ultra dicta, sic argumentum SS. M. ef formo. Decretum operandi in voluntate creata velle positivum, si per prius consentiat vocationi morali, aut dependenter ab illo; respicit suam operationem ut dependentē à tali consensu; saltim dispositivè; sed tale est decretum, quo Deus applicat suam omnipotentiam, ut efficiat in nobis velle: ergò operatio Dei. Huic. Respond. dist. mai. Si ly *dependenter* appellet supra operationem, ut activè causantem velle, conc. mai. Si appellet solum supra ipsum velle, neg. mai. Et cum eadem min. dist. neg. conseq. Sicut enim Deus vult dare gloriam ex meritis; non tamen ex meritis intendit dare gloriam; ideòque tota causalitas, & prioritas, exercetur inter gloriam, & merita; secus vero inter merita, & intentionem: Ita Deus vellet operari in nobis velle bonum dependenter à consensu vocationi morali; sed tamen tota dependentia erit inter velle, & consensum; non tamen inter consensum, & operationem efficientem velle. Nec obstat quod si velle pendet; etiam operatio. 1. Quia idem accidit in voluntate Divina: finis enim volitius pendet à medijs; non tamen volitio illius. 2. Quia cum sit actio purissima, est prorsus independens ab aliquo creat. undè nequit adhuc dispositivè ab illo dependere. 3. Quia dispositio unicè est ad formam receptā in voluntate creata, non ad aliquid in Deo liberè ab ipso ponendum.

Argum. SS.M.

Solvitur.

§. IV.

Solvuntur argumenta à ratione.

33 ARgum. ex Authorit. desumpta infra adducentur: quare claritatis gratia; solum quæ rationi innituntur, pronunc solventur. Arg. 1. Arguit 1. Eo gratia prædetermin. & efficiens in nobis primum velle liberum, non esset impedibilis à nostra voluntate, quia non penderet in sui existentia à nostro consensu præstito vocationi morali; sed hoc est falsum: ergò, & quod non sit impedibilis à nostra voluntate. Min. probat. Si talis gratia non dependeret modo dicto à nostro consensu, Diabolus tentans hominem ad peccandum non posset impedire, quod Deus gratiam prædictam conferret homini ab illo tentato; sed hoc non est dicendum; aliàs esset inutilis tentatio diaboli; cum non posset obtinere requisita ad peccandum: ergò. Explicatur hoc. Diabolus media tentatione moraliter suadente homini malum, aut potest obtinere, nè Deus physicè nos adiuvet conferendo gratiam efficacem ad actum; velnon? Si 1. ergò frustra, & ociosè nos tentat; quandoquidem, etsi faciat quantum potest, nequit impedire, quin creatura Deo ipsam adiuvante operetur benè. Si 2. ergò quia Diabolus media tentatione potest à nobis extorquere dissensum vocationi Dei impedientem collationem gratiæ efficacis; proindequè hæc erit impedibilis

Explic.

lis per dissensum negativum præstitum pro priori.

Hoc argumentum deficit 1. Nàm prædictus dissensus negativus impediens collationem gratiæ efficacis non est in illo signo actu, & intrinsecè malus moraliter, sed tantum initiativè; ut vidimus in antecedentibus: consentire autem liberè tentationi Diaboli est in se, & actu peccatum, ut est communis Catholicorum conceptio. Hoc enim idem est, ac voluntatem induci in tentationem. Præsertim cum in tali consensu, & si negativo, voluntas iuxta A. doctrinam, præcipuam partem libertatis exerceat, & solum ob huius imperfectionem potest consensus in tentationem Diaboli excusari à peccato. Deindè: Si tentatio Diaboli signatè suadeat homini amplexum obiecti de se mali, v. g. Deum odio habere; quomodo verificabitur voluntatem liberè consentire prædictæ tentationi, si non amplectitur prosequutionem odij Dei? Cum consentire iuxta D. Thom. *Sit cum alio sentire*; & 1.2. quæst. 15. art. 3. *Consensus nominet applicationem motus appetitivi ad aliquid appetendum.* Deindè: Quia negari nequit hominem statim ac, percipit tentationem Diaboli suadentem positivè malum, teneri stricto præcepto ei positivè resistere, aut saltim petere à Deo gratiam, ut ei resistat, & de carentia consensus purè negat. nobis non constat. Ex quo sequitur, quod si mere negativè voluntas se habet pro tunc, scilicèt, nec positivè consentiendo, nec positivè ei resistendo, aut Deum pro gratia efficaci exorando; absdubio peccat peccato verè imputabili, & non tantum peccato dispositivè, & tantum extrinsecè tali.

34 Inefficac. argum.

35 Secundo.

Deficit 2. Nàm etiam probat tentationem Diaboli esse inutilem in eiusdem A. sentent. Ratio est: Nàm Diabolus nequit extorquere media tentatione dissensum negativum, nisi Deus pro priori deneget homini vocat. moralem congruam, & donet ipsi vocationem aliàs incongruam, esto sufficientem, ut expresse tuetur. Sed Diabolus nequit facere, ut Deus homini deneget vocationem congruam, & donet ipsi incongruam; cum talis dispensatio unicè sit libera Deo: ergò inutiliter tentat; cum ad collationem vocationis moralis congruæ infallibiliter sequatur consensus negativus, & ad hunc iuxta prædictum Mag. infallibiliter gratia efficiens consensum positivum salutarem. Deficit 3. Nàm asserere Diabolum media tentatione posse impedire Deum, ut operetur in nobis velle, Deo non decernente pro priori carentiam talis operationis, est manifestum absurdum: utpotè pugnans cum suprema Dei potestate supra voluntates hominum, ut si velit, ex nolentibus faciat volentes, & ex repugnantibus consentientes. Quomodo enim erit suprema potestas, ut operetur in nobis velle, si absque præcedenti in Deo Decreto non operandi in nobis velle, impeditur à Diabolo, ut operetur illud? Si enim iuxta M. P. lib. de Corr. & Grat. c. 14. *Velle, & nolle ita est in hominis potestate, ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem*; cur non idem affirmandum de tentatione Diaboli ad peccandum, nimirum ita esse in eius potestate tentare, non tentare, ut Divinam voluntatem non impediat, nec eius superet potestatem? Quod si in illius potestate non est impedire Divinam voluntatem, ut faciat, quod vult, ubi, & quomodo vult; quomodo erit in eius potestate impedire, nè Deus faciat, qui cum vult, facit, & cum non vult, non facit.

Tertio.

Hanc doctrinam efficacissimè confirmat illud Job 17. *Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.* Et illud Psalm. 26. *Dominus protector meus, à quo trepidabo?* Et illud Pauli ad Rom. 8. *Si Deus pro nobis, quis contra nos*; Et alia fere immunera testimonia, in quibus expresse denotatur Diabolum non posse prævalere contra Deum, ut protectorem nostrum per gratiam suam. Si autem posset per malitiam suam tentando impedire illum, ne esset protector noster per gratiam efficacem absdubio prævaleret contra ipsum, non quidem impediendo efficaciam suæ operationis, sed quod peius videt.

36 Confirm.

im-

impediendo, nè esset protector noster operando in nobis efficaciter, quod ipsi placuerit. Deficit 4. Est
Quarto. enim certum perseverantiam in gratia non posse impediri, nisi impedita pro priori prædestinatione ad gloriam; cum talis perseverantia sit effectus proprius se habens convertibiliter cum illa. Ponamus igitur Diabolum tentare hominem ut peccet in articulo mortis, nè moriatur in gratia, ut sepè contingit. In hoc enim casu, aut inutiliter tentat, aut utiliter? Si primum, habemus intentum. Si secundum: iterum rogo; vel tentat utiliter, quia expectat posse impedire Deum, nè conferat homini donum perseverantiæ, vel non ita spectat. Si hoc secundum, inutiliter, & desperando tentat. Si primum, quomodo erit verum illud Div. Augustin. de bono perseverantiæ cap. 17. dicentis: *Videte, quam sit alienum à veritate negare donum Dei esse perseverantiam usque in finem vitæ huius, cum vitæ huic, quando voluerit ipse, det finem.* Pugnat enim cum ratione perfectissimi doni collati à Deo unicè pro suo libito impediri ab illius collatione ex determinatione, & suasione Diaboli. Si enim:
Ioan. 6. *Omne quod dat mihi Pater ad me veniet, & non pereat, sed habeat vitam æternam: Ad quid tentat, si non impedit quòd Pater dederit?*

37 Sed dices. Si tentatio Diaboli, Deo pro priori non permittenti homini peccatum, nequit
Instab. obtinere aliquem dissensum in voluntate creata, per quam se impediat, ut ab eo efficaciter moveatur, ad quid deservit talis tentatio? Retorqueo argumentum. Si
Resp. Diabolus nequit extorquere dissensum negativum, per quem voluntas se impediat, ut moveatur effectivè à Deo ad actum bonum, nisi Deus ab æterno decernat negare vocat. congruam, quam quidem negationem nequit Diabolus obtinere, ut est certum; ad quid deservit eius tentatio? Deservit igitur ex speciali Dei providentia illam ordinantis ad victoriam, & coronam eorum, qui fortiter, & viriliter pugnant per gratiam Christi, ut asserit Concil. Tridentin. loquens de concupiscentia, quæ remanet in iustificatis. Quod autem non obtineat aliquem consensum impedientem gratiam efficacem, sed potius impeditio talis gratiæ proveniat unicè à Deo, & simul præveniat omnem consensum malum moraliter, solum probat illum fraudari a desiderio suo, & non tam tentationem Diaboli timendam esse, quam quod Deus permittat nos peccare, denegando gratiam efficacem.

Item dices. Diabolus potest 38
sic iudicare: * Nisi Deus prius deserat hominem permittendo illi peccatum, non peccabit; Atqui per meam tentationem hoc non possum consequi; ad quid ergò tentabo? * Resp. retorquendo instant. *Nisi Deus ab æterno statuat denegare homini gratiam congruam, non eliciet dissensum negativum ex vi meæ tentationis, impedientem gratiam efficacem; Atqui primum obtinere nequeo, ad quid ergò tentabo?* Quapropter dicimus Diabolum ad tentandum unicè moveri ex odio, & invidia salvationis hominum, attendendo præcisè causas particulares, scilicet, defectibilitatem liberi arbitrij; secus vero attendendo dispositionem supremam Dei circa permissionem peccati, vel eius carentiam. Quod clarè conspicitur, si ascendamus ad decreta divina, quibus Deus iuxta prædictum Magistrum scientia naturali ductus prædiffinit omnes actus virtutis à voluntate nostra procedentes. Nec enim homo potest peccare omittendo actum virtutis præceptum, nisi deficiat pro priori prædiffinitio efficax illius; & tamen estò Diabolus nequeat ullatenus impedire talem prædiffinitionem; cuius carentiam ille cognoscit esse necessariam, ut voluntas peccaminosè omittat actum præceptum, non propterea desistit à tentatione; eo quod, ut dictum relinquimus, ipse ad tentandum non movetur ex consideratione dispositionis divinę ipsi omnino inscrutabilis, sed ex considerat. flexibilit. lib. ar-

Alteti in s tant. Resp.

bitrij, & aliarum causarum particularium. Præterquamquod ipse Diabolus etiam cognoscit, quod fortè Deus permisit hominem labi in peccatum, dummodo ab illo tentetur; ideòque ipse addit suam tentationem, ut media illa obtineat consensum in peccatum. Ad modum quo, quia Deus multories prædiffinit conversionem peccatoris dependenter ab orationibus aliorum, convenientissimum est orare pro tali conversione, estò illa existentia orationis ortum ducat ex tali decreto.

39 Arguitur 2. sub alia forma. Certum est Diabolum media tentatione posse obtinere, nè consentiamus vocationi Dei, sed ei potius dissentiamus. Sed si talis dissensus non impedit gratiam efficacem, nihil obtinet: ergò dicendum per dissensum negativum vocationi Dei extortum à voluntate fallaci, scilicet, Diaboli, impediri gratiam efficacem. Probatur min. Si talis dissensus non impedit gratiam efficacem, æquè benè Deus dabit nobis gratiam efficacem, sive consentiamus, sive dissentiamus Dei vocationi; quod enim alterum non impedit, potest cum illo coexistere. Vel aliter. Si dissensus præstitus vocationi Dei media suasione Diaboli non impedit iuxta nos gratiam efficacem ad benè velle: ergò in sensu composito illius potest Deus facere, ut velit: ergò dissentiens ero volens; quod repugnat, cum tam impossibile sit velle dissentiendo, quam credere nolendo.

Arg. 2.

40 Fatemur dissensum præstitum Dei vocationi, & extortum suasione Diaboli non impedire gratiam efficacem, per quam Deus operatur in nobis velle; talis enim dissensus, si sit liber, ut concedit argumentum, nequit egredi à voluntate, nisi Deo illam liberè sinente, & permittente, iuxta D. August. 3. de Trinitat. cap. 4. *Nihil fit, nisi Deus fieri velit, aut ipse faciendo, aut sinendo, ut fiat.* Permissio autem Dei non spectat ad ipsum, ut gerentem munus causæ finalis, vel obiectivæ, sed ut gerentem munus causæ quasi effectivæ, aut positivè decernentis non auxiliari efficacirer: quare ad existentiam prædicti dissensus debet præcedere pro priori denegatio gratiæ efficacis. Nec ex quo talis dissensus non impediat Dei operationem facientem in nobis velle, sequitur posse talem operationem coexistere cum dissensu. Ratio est manifesta: Nam aliud est unum extremum esse inconiungibile cum alio; aliud vero posse illud impedire; siquidem iuxta ipsum Magist. voluntas per velle malum non impedit operationem Dei, per quam operatur in nobis velle bonum; aliter enim gratia efficax esset dependens non tantum à consensu negativo, sed etiam à consensu positivo. Et tamen in sensu composito pravæ volitionis nequit Deus operari bonum velle. Non ergò ex non impeditione gratiæ efficacis per dissensum positivum vocationi Dei infertur coexistentia illius cum gratia efficaci.

Respoud.

Si sermo est de dissensu pure negat. nego supposit.

Ratio omnium est. Nam impedire ultra inconiungibilitatem unius extremi cum altero, est facere, ut alterum non existat; proindèque est causa non existentiæ illius: optimè autem componitur, quod unum extremum alteri coexistere nequeat, quin possit esse causa non existentiæ illius, ut videre est in dissensu positivo inconiungibili cum decreto efficaci consensus, quin possit tale decretum ab illo impediri; similiter gratia ut discretiva: est inconiungibilis cum dissensu negativo iuxta arguentem; & tamen voluntas creata potens negativè dissentire, nequit impedire existentiam vocationis ut discretivæ; * similiter dissensus est inconiungibilis cum scientia visionis consensus: & tamen non potest illam impedire. Sic Tomo 4. fol. 302. Alia exempla adducuntur à nostris Thomistis, præsertim ab Illust. Castell, ubi doctrinam traditam mirificè illustrat.

41

* Est enim talis si detur ex prædef. uomine.

Si autem dicas. Ideò per velle malum non impediri operationem Dei efficientem in nobis velle bonum, quia voluntas nequit velle malum, nisi pro priori à Deo denegetur gratia efficiens velle bonum. Si, inquā

42

Si iustes Resp.

hoc

hoc dicas: idem dicemus, & Nos; cum omnis dissensus liberè præstitus vocationi Dei sit malus moraliter, & insuper nequeat subterfugere Dei providētiam immediatè terminatam ad illius existentiam; quæ quidem cum nequeat esse providentia approbationis, restat ut sit providentiam permissionis. Ecce iam impeditam à Deo ex vi decreti permissivi operationem,* per quam ipse doneт nobis velle bonum.

* Ita ut sit verum non erit operatio.

43 Arg. 3. Argues 3. Si dabilis est in voluntate consensus (idem de dissensu) obiecto indifferenter proposito præcedens gratiam efficacem, absdubiò talis gratia est in suo esse dependens ab illo; proindèque acquisibilis, & impedibilis à nostra voluntate; sed dabilis est huiusmodi consensus: ergò. Prob. min. Dabilis est in voluntate consensus propositioni obiecti honesti existens in signo talis propositionis; sed consensus existens in signo propositionis obiecti præcedit gratiam efficacem; cum signum propositionis obiecti spectet ad actum 1. voluntatis; signum vero gratiæ efficacis ad actum 2. de linea operanti pertineat: ergò. Maior, quæ sine probatione à suo Authore affertur, potest sic probari. Dabilis est consensus existens in signo, in quo nulla adest repugnantia, ut existat; sed huiusmodi est signum indifferentis propositionis obiecti, ut ipsa indifferentia de se manifestè id ipsum ostendit: ergò.

44 Confir. 1. Confirm. 1. Consensus proveniens à Dei vocatione in genere causæ finalis movente voluntatem, & non à gratia efficaci, vel actione Dei immanenti, est consensus purè negativus; sed dabilis est huiusmodi consensus: ergò & consensus purè negativus, à quo gratia efficax pendeat in sui existentia. Mai. constat; cum nihil positivum possit existere absque Dei operatione; iuxta illud Isaiæ: *omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.* Minor vero prob. Causa finalis est prior in causando, quam causa finalis, iuxta Philosoph. 12. Metaph. text. 35. Et clarius apud Div. Thomam 5. Metaph. lect. 2. ergò talis causa pro priori ad causam efficientem debet habere aliquem effectum in voluntate. Sed hic alius esse nequit, nisi consensus; quia ideò vocatio allicit, ut voluntas consentiat, & sinat se trahi à bono: ergò. 2. & roborantur hæc. Iuxta doctrinam Div. Thom. 3. contra Gent. cap. 67. Et 1. part. quæst. 105. art. 4. Et alibi: *Deus dupliciter movet voluntatem creatam, scilicet, & per modum causæ finalis, sive obiectivæ; & per modum primi agentis; prima motio si sit ad actus salutares, exercetur media sancta cogitatione alliciente moraliter ad bonum; secunda vero per gratiam efficacem operantem in nobis velle*: ergò cum causa finalit iuxta dicta sit prior in causando, quam efficiens; necesse est, ut in voluntate à Deo sic vocata detur aliquis affectus procedens ab ipso, ut causa finali, non verò ab illo, ut causa efficienti per gratiam efficacem. Sed hic affectus est purè negativus; cum omne positivum creatum sit à Deo, ut causa effectiva: ergò. Confir. 2.

45 Respon. De hoc argum. latè egimus dub. 2. §. 6. Ubi probavimus repugnare ex terminis consensum præstitum vocationi Dei existentem in signo talis vocationis; proindèque in signo antecedenti ad Dei operationem. Ratio est manifesta: Nam exercitium liberum voluntatis, ut constitutæ in actu primo ad illud, nequit existere pro eodem signo; aliàs se teneret ex parte actus primi ad se ipsum: in quo non licet immorari, est enim res adeò clara, ut otiosum sit aliqua in sui probationem adducere. Nec obstat propositionem indifferentem ex parte obiecti nullam repugnantiam dicere cum existentia consensus, vel dissensus. Si enim sermo sit de existentia consensus possib. pro posteriori, verum est; si autem de existentia illius pro signo propositionis fiat sermo; hoc est omninò repugnans, utpotè dicit necessariam confusionem inter principia libertatis, & illius exercitia. Et quidem propositio indifferens obiecti ex se nullam dicit repugnantiam cum existentia consensus

Tom. 4. fol. 362. expl. de coexist. relate ad actum positiv. Sic cessat argum.

positivi in voluntate ; & tamen si sermo sit de existentia illius pro; signo libertatis est apertè repugnans, utpotè destruens naturam utriusque.

46 Ad 1. confirm.neg.min.cuius falsitatem latè probavimus dub. 2.§. 4.ubi solidè probatum est non posse dari exercitium immediatè liberum voluntati, Deo nihil immediatè disponente circa illud permittendo, aut determinando immediatè illius contingentem existentiam ; hoc autem nulli dubium est non esse munus Dei per modum causæ obiectivæ,sed per modum 1. liberi agentis, aut decernentis non agere. Nec prioritas causę finalis in causando aliquid probat contra hoc,ut diximus dub.2.§.6 1. Nam falsum est causalitatem Dei, ut moventis finaliter voluntatem solum habere in aliquo signo pro effectu consensum purè negativum. Finis enim iuxta D. Thom.q.22. de Verit. 2. non finalizat in actu 2. nisi medio amore sui. Quod si dicas , causalitatem finis consistere , aut includere amorem , vel interpretativum , vel formalem: ex hoc ipso teneris concedere inefficaciam probationis ; quandoquidem Deus , ut movens per modum causæ finalis voluntatem ad amorem formalem posit.boni est prior in munere seipso, ut causa efficienti ; cum tamen talis amor sit pro posteriori ad gratiam efficacem.2.Nam ex illa prob. etiam consensum negativum existere pro aliquo priori antecedenter ad influxum voluntatis ; quandoquidem voluntas etiam se habet per modum causæ efficientis suo modo respectu talis consensus : quod concedere est absurdum. 3. Quia cum omnis causa etiam naturalis operetur propter finem ipsam moventem ad operandum per immediatam inclinationem in ipsum , sequeretur , quod in ipsa deberet assignari aliquis effectus positivus proveniens à suo fine , qui realiter prȩcederet eius activam operationem: cuius positio est manifestè repugnans.

Ad confirm.

47 Quapropter Resp. Causam finalem esse priorem causa efficienti, quatenus hanc movet ad operandum. Circa quod duplex versatur sententia , satis utraque probabilis; in via D. Thom. 1. asserit huiusmodi motionem esse indistinctam à bonitate finis. 2. vero asserit illam consistere in ipso amore procedente effective à voluntate. Iuxta 1. sent. argument. nullam habet vim ; cum talis motio , ut dictum est, non sit distincta à fine , nec per seipsam aliquem effectum ponat in voluntate , sed tantum denominationem extrinsecam , scilicet , esse intentionaliter motam à fine. Si autem causalitas finis consistat in ipso amore : tunc distingui debet in ipso duplex formalitas , una , scilicet, ut se tenet ex parte finis , quatenus trahit ad se voluntatem ; alia vero prout se tenet ex parte voluntatis , quatenus est pondus , & vitalis inclinatio in eundem finem. Ex hoc autem solum sequitur , quod in voluntate debeat poni aliquis consensus , qui sub aliqua formalitate intelligatur , ut prius,procedens à causa finali: re tamen ipsa nulla datur formalitas,quæ à causa efficiente non procedat. De quo latè in Physica. Et quidem hæc consequentia : *Causa finalis est prior in causando , quam efficiens : ergò debet habere aliquem effectum ab ipsa procedentem , & non a causa efficienti* , mihi videtur prorsus inefficax , 1. quia ut supra diximus ex opposito sequeretur, nedum pro priori ad actionem Dei dari in voluntate aliquem consensum , verumetiam pro priori ad influxum voluntatis, circa quam finis exercet. 1.Suam causalitatem,& non circa Deum. 2. Quia gratia prædeterminans , sive consistat in motione intrinseca voluntati , sive in actione immanenti Dei , ut vult præ dictus A.est prior in causando,quam ipsa voluntas , cum faciat voluntatem velle ; & tamen nequit correspondere ipsi aliquis effectus , qui non sit effectivè à voluntate. Idem constat in decreto divinæ voluntatis applicantis Divinam Omnipotentiam ad operandum : & in Idea, ad cuius imitationem , & conspectum Artifex operatur : in quibus estò unum sit prius alio in causando , non tamen correspondet illi

Sentent. circa caus. finis.

Amplior solutio.

Nullus est effectus sine 4. causis.

illi aliquis effectus existens independenter ab altero, & influxu illius; quia videlicet talis prioritas est per modum moventis, aut determinantis causam executivam ad operandum; quando autem dicitur causam priorem altera in causando, debere in illo priori habere aliquem effectum independentem ab influxu alterius, intelligitur de causa priori in causando per modum exequentis immediatè effectum: pro quo plura adduxi Tomo præcedenti dub. 11. fol. 433.

48 Arguitur 4. Si gratia efficax operans in nobis velle non pendet à consensu præstito vocationi, non
Arg. 4. penderet à vocatione congrua, sed posset coexistere cum vocatione incongrua. Sed hoc est falsum, & contra D. August. quæst. 2. ad Simplic. probantem salutem nostram: ad quam necessario requiritur benè velle: pendere à vocatione congrua: ergò. Sequela probatur. Vocatio congrua est vocatio, quam non respuit vocatus, quod est idem, ac *ei consentire*. Ita Mag. Par. ibi. Et epist. 107. *Est vocatio alta, per quam Deus sic lib. arb. agit sensum, ut accommodet assensum*: ergò si gratia in nobis efficiens velle non dependet à nostro consensu, non dependet simpliciter à vocatione, ut est congrua. Unde iuxta hanc sententiam: Deus non debet adhibere scientiam, ut eligat vocationem congruam ad hoc, ut operetur in nobis benè velle; quandoquidem, si cuilibet vocationi adiungat gratiam efficacem, operabitur Deus in nobis velle. Confirm.
Confirm. Suasio, & vocatio Dei est simpliciter necessaria, ut velimus credere. Sed si Deus operaretur in nobis velle credere absque dependentia simpliciter tali inter consensum vocationis, & ipsum velle, non esset simpliciter necessaria: ergò. Maior est Div. Augustin. de Spiritu, & litter. cap. 34. dicentis: *Nec enim homo credere potest quodlibet libero arbitrio, si nulla sit suasio, vel vocatio, cui credat.* Minor vero probatur. Vocatio Dei, & suasio dicuntur relativè ad consensum, vel dissensum: ergò si, ut Deus operetur in nobis velle, non prærequiritur consensus, sequitur &c.

De constitutivo vocationis congruæ in ratione talis, plura dicunt Theologi, & valdè inter se discriminantur. AA. enim scientiæ mediæ asserunt congruitatem illius Respond.
desumi ex determinatione liberi arbitrij, per quam vocationem de se indifferentem ad consensum, vel dissensum positivum determinat ad consensum præ dissensu; cumque hæc congruitas idem sit in vocatione, ac efficacia ipsius: sicuti dicitur congrua ab extrinseco, ita & efficax. In idem reddit asserere vocationem dici congruam ex præscientia conditionata usus liberi arbitrij Deo contingente; cum enim talis præscientia ortum ducat ex determinatione liberi arbitrij; idem prorsus est vocationem dici congruam propter præscientiam mediam boni usus liberi arbitrij, ac dici congruam, & efficacem ex eiusdem liberi arbitrij determinatione. Huiusmodi congruitatem convenientem Dei vocationi acerrimè impugnat Venerab. Magist. Lemos lib. 4. tract. 4. part. 2. à cap. 28. Illustris. Alvarez tom. de Auxil. disp. 7. & alij Thomistæ propugnantes efficaciam gratiæ non posse desumi ex determinatione liberi arbitrij. Alij vero asserunt vocationem dici congruam (quibus assentire videtur prælaudatus Magist.) quia est conformis, sive accommodata genio, & inclinationi voluntatis, & circunstantijs loci, & temporis. Constat enim in humanis voluntatem nostram præbere consensum alicui exhortationi, dummodo sit eius inclinationi, & affectioni, in qua protunc invenitur, conformis, quem consensum nullatenus præstaret, si alio in tempore, vel in altera dispositione inveniretur. Ad quod videtur conspexisse M. P. ad Simplic. dum pro explicatione vocationis congruæ sic ait: *Constat enim, quod eadem res uno modo dicta movet, alio vero modo dicta non movet.* Id ipsum confirmari potest ex illo Philos. *Qualis unusquisque affectus est, sic omnia videntur ei.*

49

50 Hæc autem ultima acceptio congruitatis vocationis valde displicet nostris AA. Nam ex illa sequitur vocationem dici efficacem ad actus salutares propter aliquod purè naturale, tanquam propter radicem; cum genium, inclinatio, & cætera sint purè de ordine naturali; aliàs totum bonum nostrum non deberet referri in gratiam Dei. Quapropter

Solutio. Resp. Vocationem dici congruam, propter gratiam ab intrinseco efficacem ipsi à Deo superadditam; cum enim talis gratia non solum determinet substantiam actus, verumetiam modum libertatis illius, dum Deus vocationi de se indifferenti superaddit gratiam intrinsecè efficacem, vocat congruenter voluntatem ad consensum, hoc est, vocatione, quæ sit accommodata, ut voluntas tanquam 2. liberum operetur. Hæc doctrina desumitur ex M. P. q. 2. ad Simplic. ubi vocationem congruam appellat *vocationem secundum Dei propositum*; cum autem huiusmodi propositum consistat in decreto prædefiniente voluntatem salutariter consentire, congruitas conveniens Dei vocationi ex proposito divinæ voluntatis, convenit ipsi ab intrinseco, & prout descendit à Deo. Hæc pronunc sufficiant: videantur AA. supra relati.

51 Ex his in forma Resp. neg. sequel. Ad eius prob. dist. añs. Vocatio, & suasio dicuntur relativè ad consensum, qui sit exercitium liberum distinctum ab ipso velle, neg.

Solut. in forma. añs. Qui sit exercitium ab illo indistinctum, conc. añs. & neg. conseq. Non enim admittimus à voluntate præventa vocatione morali egredi aliquod exercitium, per quod liberè ipsi consentiat, quod non sit amor positivus boni indifferenter propositi, ut ex antea dictis latè constat. Nec ex opposito sequitur Deum ad operandum in nobis velle non debere cõferre vocationem congruam, ut contendit arguens: Nam cum vocatio dicatur congrua propter illius efficaciam, & hæc conveniat ipsi ex gratia prædeterminanti superaddita, idem prorsus est, Deum adhibere gratiam prædeterminantem ad operandum in nobis velle, ac adhibere vocationem congruam. Unde ut argum. aliquid efficaciter probaret, deberet probare vocationem dici *congruam* antecedenter ad gratiam prædeterminantem, & ab illa distingui, quod non facilè præstabitur.

De hoc infra de congruit. agentes.

52 Ad confirm. concessa maior, nego minor. Ad eius probat. disting. añs. Dicuntur relativè ad consensum, qui sit liber, salutaris, & distinctus ab ipso velle, neg. añs. Qui sit liber, salutaris, & indistinctus, conc. añs. & neg. conseq. Nec ex quo in voluntate non detur consensus liber præstitus vocationi realiter præcedens velle, sequitur vocationem non esse simpliciter necessariam, ut voluntas liberè velit, & ut Deus operetur intra velle. Ratio est manifesta: Nam vocatio Dei media sancta cogitatione, & suasione, se tenet ex parte actus 1. & constituit libertatem ad benè, & salutariter velle iuxta doctrinam Trident. sess. 6. cap. 5. Rursus. Cum voluntas nostra in ordine ad actus salutares sit agens morale, & etiam agens physicum; petit utroque modo moveri à Deo; moraliter quidem per sanctam cogitationem, sive Spiritus S. internam illuminationem, & suasionem; physicè vero per gratiam prædeterminantem, per quam effectivè, & infallibiliter immutatur, ut velit.

Ad confirm.

53 Hinc non percipio: cur in n. 14. q. 8. loquens de AA. negantibus gratiam efficacem dependere in sui existentia à consensu negativo præstito vocationi; sequentia proferat: *Ob id illi Thom. qui admittunt motiones morales, sed dicunt quod motio physica non dependet à consensu &c. asserunt tantum deservire, ut suavius operemur quod Deus vult.* Et n. 15. §. ult. *Doctores illi contra quos disputamus, docent motionem moralem non esse necessariam simpliciter ad nostrum velle liberum; sed ut suavius faciat nos Deus liberè velle servare mandata.* Non, inquam percipio, qua ratione dicta proferat; quia iudico omninò falsum prædictum assertum, ut tacet, in aliquo Thom. inveniri. Quod constat 1. ipsos legenti de necess. cognit. supern. ad effectus salutares. De quo Ill. Alvarez tom. de Auxilijs disput. 91. sic aiens, *Ter-

Aliud assertum impugn.

tia

tia sententia asserens præter motionem physicam actus salutaris requiri prædeterminationem moralem, quæ se tenet ex parte obiecti, est Thomistarum, quam existimo esse expressam in Sanctis Augustino, & Thoma. 2. Quia nullus Thomista hucusque negavit ad velle liberum supernaturale requiri cognitionem supernaturalem moventem obiectivè, & moraliter voluntatem, ut liberè velit; nihil enim magis eis adversum, quam asserere affectum intrinsecè supernaturalem posse dirigi ex vi solius cognitionis naturalis; nihilque eorum menti magis contrarium, quam voluntatem esse liberam in suis affectibus, non præcedenti ex parte intellectus indifferentia saltim obiectiva iudicij. Rursus: Nam nullus Thomista ignorare potest sine prævenienti Spiritus Sancti inspiratione, & illuminatione, in quibus intelligitur gratia excitationis moralis ad actus salutares voluntatem non posse velle diligere, pœnitere, prout expedit. Cum hoc sit expressè definitum in Tridentin. sess. 6. canon. 3. & iam pridem definitum erat in Concil. Arausican. cap. 7.

Requirunt omnino necess. principium intrins. elevans volunt.

54 Quapropter si nomine motionis moralis intelligatur subita cogitatio supernaturalis, & similis affectio ad illam, necessario subsequuta in voluntate. In hoc igitur sensu fatemur aliquos Thom. sentire non prærequiri necessario, & strictè ex natura rei, ut voluntas prorumpat in affectum liberum supernaturalem, sed tantum requiri attenta suavitate divinæ providentiæ, & modo connaturali operanti in omni agenti procedenti de potentia ad actum, scilicet, prius se exercendo per actum imperfectum, quam perfectum. * Consequenter ad hoc plures nobilissimi Thom. negant præextisse in Adamo pro statu innocentiæ, in Angelis, in Beata Virgine, & quod certius est in Christo Domino huiusmodi motus imperfectos tam ex parte intellectus, quam voluntatis. De quo ex professò egimus Tom. 4. dub. 4. fol. 48.* Sed numquid propter hoc dicendum prædictos Thomistas asserere affectus supernaturales liberos in Christo Domino, in Beata Virgine, in Angelis &c. non processisse cum dependentia simpliciter tali à cognitione supernaturali moventi moraliter illorum voluntatem ad illorum elicientiam? Minimè gentium. Igitur oportet distinguere inter motiones morales subitas, & prorsus indeliber. & inter motionem moralem ex parte intellectus suadentem, & allicientem voluntatem, *ut liberè, & salutariter velit, sed cum perfecta propositione honestatis: ut hac distinctione suppositа, & nulli Theologo ignota Thomistæ negantes ad actus liberos necessitatem simpliciter motionis moralis 1. generis, nullatenus censeantur negare motionem moralem 2. generis.

Sic Mag. Serna.

Sic in statu lapsus ob sanada vulnera.

*Et dub. 5. seq.

*Intrinsecè elevatam princip. supern.

Radix, ex qua procedit, ut prælaudato M. videatur efficax hæc consequentia. *Velle liberum non dependet iuxta Thomistas à consensu libero per prius præstito vocationi: ergò nec dependet simpliciter à vocatione Dei, sive à Deo, ut moraliter movente voluntatem.* Videtur mihi consistere in eo, quod existimat Dei vocationem non influere in ipsum velle, tanquam in proprium effectum, sed 1. unicè in consensum, quem appellat negativum, & ex consequenti moraliter in ipsum velle, quatenus Deus non operaretur illud per gratiam efficacem, nisi negat. perprius eius vocationi consentiremus. Hoc tamen esse falsum, & absque solido fundamento cogitatum, facillimè suadetur sequenti discursu: Nam si vocatio sancta sumatur pro cognitione supernaturali suadenti voluntatem affectum aliquem supernaturalem, & adsit ex parte voluntatis habitus infusus, vel aliquod auxilium fluidum ipsam elevans per modum virtutis ad prædicti affectus elicientiam; talis vocatio influit immediatè, & per se moraliter; estò non physice in prædictum affectum. Nec ex quo in aliquem consensum negativum distinctum ab ipso velle perprius non influat, infertur non esse strictam vocat. illam Dei; aut non esse motionem moralem voluntatis. Non hoc 2. Nam movere moraliter ex terminis volun-

55 Alia Doct. reijcitur.

tatem, ut est potētia affectiva, & propriè activa, est moveri illam ad exercitium, quod sit propriè actio, & affectio voluntatis. Ad hoc autem quid iuvat præcedentia consensus negativi? Quod si dicas cōducere, ut talis affectio sit libera. Ad hoc dicimus, pro hoc sufficere talem sanctam cogitationem gaudere indifferentia in proponendo. Non 1. Nam iuxta communem sensum Theolog. ipsa sancta cogitatio modo dicto suadens voluntati velle liberum, dicitur Dei vocatio; quatenus facit hominem attendere, & evigilare, ut ea, quæ ad salutem sui conducunt, operetur: sicuti dicitur excitatio, quatenus per illam Deus admonet hominem, ut resurgat à somno peccati.

Radix libert. indiff. iudicij.

56 Unde dum ita argum. *Si Deus independenter à nostro consensu præstito vocationi operatur per gratiam efficacem in nobis velle; ad quid requiritur existentia talis vocationis?* Ad illud Resp. facillimè dicendo: requiri sanctam cogitationem, eo quod tale velle est velle supernaturale. Dicimus insuper requiri sanctam cogitationē cum indifferentia in proponendo; quia tale velle est velle liberum. Ulterius dicimus, talem sanctam cogitationem esse Dei vocationem, quia per illam homo admonetur à Deo, ut attēdat circa ea, quæ sunt necessaria ad consequutionem salutis æternæ. *Non enim Deus ita adiuvat nos per gratiam suam operando in nobis bene velle, sicut operatur in lapidibus insensatis, aut sicut in eis, in quorum natura, rationem, voluntatemque non condidit*, ut in simili dixit P. Aug. lib. de peccat. merit. cap. 5. Si namque, ut dictum est, cognitio practica boni se tenet ex parte actus 1. ut voluntas per amorem feratur in ipsum, & gratia efficax est reductio voluntatis, ut completè potentis ad agendum, quomodo potest excludi necessitas vocationis, ut voluntas salutariter velit ex eo, quod gratia efficax non dependeat ab aliquo consensu negativo præstito perprius sanctæ cogitationi?

Solvitur argum: S. M.

57 Sed dices. Licet iuxta sententiam Thomist. ponentium gratiam prædeterminantem non conferri à Deo, nisi postquam voluntas est præventa sancta cogitatione indifferenter moventi ad bonum; negari nequit sententiam asserentem ad prædictam cogitat. subsequi immediatè aliquem liberum consens. & ad quem subsequatur gratia effectiva consensus salutaris; magis adversari errori Calvini, & aliorum negantium dari gratiam internam perprius moraliter movent voluntatem: ergò saltim ex hoc titulo hæc sententia alijs præferenda est. Añs. constat: Nam in dicta sententia ponitur gratia sanctæ cogitat. liberè resistibilis à nostra voluntate, & cum potestate, nedum añti. sed etiā conseq. ad ei assentiendū, vel dissentiendum; hoc autem non subsistit, vel saltim non facilè percipitur in sententia Thom. Nam cum gratia efficax infallibiliter, & irresistibiliter faciat voluntatem consentire, ægrè percipitur voluntatem sic prædeterminatam posse consentire, aut dissentire.

Instabis.

Resp. negando assumpt. Error enim Calvini distinctè, & dissertè continetur in can. 4. Conc. Trid. sess. 6. ubi hæc habentur: *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, nec posse dissentire, si velit, anathema sit.* Ex qua definitione clarissimè infertur: nihil magis directe oppositum errori prædicto, quam asserere liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, taliter, ut possit dissentire, si velit. Sed totum hoc salvari in sententia Thomist. ponentium voluntatem præventam à Deo sancta cogitatione de se indifferenti ad consensum, vel dissensum prædeterminari à Deo, ut eliciat assensum positivum; cum talis prædeterminatio non auferat à voluntate potestatem ad resistendum vocationi motali; siquidem: quia in ipsa voluntate supponitur talis potestas determinatur à Deo, ut se exerceat potius per consensum, quam per dissensum: ergò.

58 Resp. De hoc Lemos lib. 4. p. 2. tract. 2. c. 25.

Rursus. Nihil magis oppositum errori Calvini, & aliorum, quam ponere veram gratiam sufficientem, distinctam ab efficaci, & ab illa

59 Robor. solut.

su-

superabili, insuperque ponere veram gratiam interiorem resistibilem, & de facto multoties comunctam cum resistentia ex parte liberi arbitrij. Qui enim hæc duo concesserit longissimè distat ab errore Calvini. Sed hæc omnia optimè subsistunt absque recursu ad dependentiam gratiæ efficacis à consensu per prius præstito vocationi, qui quam plurimas, ut vidimus, patitur difficultates: ergò. Et quidem, ut verum fatear, eidem fundamento inniti possunt aliqui AA. inter quos M. Davila relatus ab Illust. Castell asserens: *Gratiam efficacem dependere à consensu positivo in genere causæ materialis, quamvis subsequatur ad illam in genere causæ efficientis*; siquidem in dicta sententia salvatur proprietas locutionis circa cõsensum datũ Deo vocanti, per quem ipsi cooperamur, & rursùs ratio, & quiditatis consensus optimè quadrat actui voluntatis; secus autem consensui purè negativo, cuius quiditatem non facile explicat præd. M. ut vidimus in anteced. Undè solum adest, & restat difficultas satis frequens circa mutuam causalitatem inter ipsum, & gratiam efficacem; quæquidem difficultas non est tanti momenti, ut propter illam sit necessarius recursus ad alium consensum purè negativum multiplici, & speciali difficultate involutum. Alia argumenta probantia hominem inculpabiliter carentẽ gratia efficaci non iustè increpari à Deo ob omissionem actus; invenientur soluta à Mag. Bolivar de Provid. dub. 7. Et Castell usque ad satiet.

60 Arg. 5. Objicies 5. Deus quantum est ex se paratus est date omnibus gratiam efficacem ut credant, & ad ipsum convertantur; sed cum hac seria, & sincera præparatione non rectè componitur ex se ipso, & nulla habita causa ex parte voluntatis creatæ denegare gratiam efficacem: ergò talis denegatio ortum ducit ex aliqua causa se tenenti ex parte liberi arbitrij. Mai. constat: Nàm Deus saltim voluntate inefficaci vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: ergò eadem voluntate serio vult donare eis gratiam efficacem necessario requisitam ad velle, & ad credere. Sed hoc est Deum esse præparatum, quantum est ex se, dare omnibus gratiam efficacem: ergò. Min. vero prob. Nequit Deus esse paratus dare gratiam efficacem quantum est ex se; si ex se ipso determinatur ad non collationem talis gratiæ; ut patet assimili inhumanis; neque enim diceretur aliquem serio offerre dare alteri donum, ad cuius negationem esset ex se ipso iam efficaciter determinatus; ergò. Confirm. Si Deus absque aliqua causa ex parte liberi arbitrij denegaret gratiam efficacem necessario requisitam ad salutariter velle, & agere; Deus deficeret in necessarijs ad consecutionem salutis æternæ denegando, scil. ex sua determinat, talem gratiam; sed hoc non est dicendum; aliàs, quod homo non rectè operaretur, staret per Deum contra illud Ecclesiast. 15. Vers. 11. *Ne dixeris per Deum abest*: ergò ut hæc vitentur, melius est ponere gratiam efficacem acquisibilem, & impedibilem à nostra voluntate. Confirm.

Hoc argum. utuntur etiam AA. Societ. ut impugnent, tùm gratiam prædeterminantem, tùm prædefinitiones efficaces necessario requisitas ad actus salutares omnino independentes à Scientia media proindequè inacquisibiles, & inimpedibiles. Undè omissis his, quæ pro eius solut. latè dicuntur, & manendo pronunc intra principia Thom. nobis in præsenti adversant. Respond. 1. instando. Nàm ita necessaria est Dei prædifinitio efficax ad consensum salutarem; & prædestinatio ad gloriæ consecutionem; & donum perseverantiæ ad eandem; sicuti gratia prædeterminans ad velle salutare; Et tamen omnia illa ponuntur à nostris AA. inacquisibilia; quin ex hoc sequatur; aut Deum quantum est ex se nolle homines salvare, aut per ipsum ab nobis esse consecutionẽ vitę æternæ, aut Dei providentiam circa nos esse diminutam deficiendo in necessarijs. Unde quod ipsi Thom. respondeant in prædictis casibus; Nos in præsenti Respondebimus. 61 Respons.

Respond. 2. Hoc argumentum esse idem cum illo, quo probant Ali- 62

Resp. 2. Aliqui ex PP. Societ. non rectè componi Deum velle inefficaciter omnes homines ſalvari, cum eo quod nulla habita prævisione demeritorum nolit efficaciter aliquos ſalvare; ſive velit reprobare. Qua ratione aſſerunt voluntatem anteced. ſalutis omnium debere poni conditionatam; ſub hac, ſcilicèt, conditione *ſi per ipſos non ſteterit*: ex quo inferunt non eſſe purè inefficacē, ſed *ſemiefficacem* circa ſalutem omnium hominum. Ne igitur res à propria ſede extrahantur; videantur Illuſt. Godoy tract. de Prædeſtin. diſp. 69. Mag. Gonet diſp. 5. de reprobat. num. 2. §. 4. & inter alios Mag. Bolivar tract. de Volunt. dub. 5. præſertim §. 4. & ultim. ubi propugnant cum voluntate añti. ſalvandi omnes homines, & ipſorum converſionis, rectè componi aliam voluntatem efficacem eos excludendi à gloriam, & denegandi ipſis gratiam efficacem; tàm pro eorum converſione, quam etiam pro ipſorum perſeverantia finali; * eo quod huiuſmodi voluntates utpotè reſpicientes ſalutem æternam ſub diverſa conſideratione; minimè oponuntur. Voluntas enim añs. reſpicit ſalutem omnium ſecundum ſe; voluntas autem non ſalvandi efficaciter aliquos reſpicit eorum excluſionem, prout in illa reſplendet ratio ſupremi Dominij, & dilectionis ſpecialis circa electos, & Oſtenſio ſuavitatis providentiæ.

* Sine præviſione demeriti.

63 Undè illa propoſitio: *Deus quantum eſt ex ſe paratus eſt dare gratiam efficacem; debet ſit diſtinguì, præparatione voluntatis antecedentis, & inefficacis*, concedo. Præparatione includente aliam voluntatem, nego.

Explic. cu iuſdā propoſ.

Si inſtes. Si autem inſtes: Deum velle voluntate añti. dare gratiam efficacem eſt velle illam dare voluntate conditionata; cum inxta plures ex Thomiſtis talis ſit etiam voluntas ſalvandi omnes: ſed conditio talis voluntatis nequit eſſe alia niſi hæc, *ſi ipſi non ſe impediant ad receptionem talis gratiæ*: ergò gratia efficax dependet in ſui exiſtentia à carentia illius impedimenti; proindequè poteſt impediri ab ipſo homine.

Reſpond. Reſpond. Quod ſicuti voluntas añs. admittitur conditionata ſub hac conditione, ſcilicèt: *Volo omnes ſalvari*, * ſi in omnium ſalute non appareat aliquid impediens oſtentionem ſuæ iuſtitiæ, & manifeſtationem ſuorum attributum; * ut docet Mag. Gonet tract. de Voluntate diſp. 4. art. 4. ita poteſt admitti, ut conditionata, quatenus reſpicit gratiã efficacem ſub hac conditione, ſcilicèt: *Quod per eius collationem non impediatur oſtenſio dominij Dei ſupra ſua gratiæ dona, & ſpecialis providentia quam exercet circa illos, quos efficaciter Auxiliatur.*

Deindè illa propoſitio: *Deus non deficit in neceſſarijs tam ad vitæ æternæ conſecutionem, quam ad ſalutariter agendum*; ſi accipiatur ut comprehendit omnia neceſſaria, eſt falſa: aliàs omnes ſalvarentur, & omnes fuiſſent vocati vocatione congrua. Si autem ſolum comprehendat ea, quæ ſunt neceſſaria ut homines poſſint ſufficienter mediatè, aut immediatè rectè operari, & vitam æternam promereri; eſt propoſitio vera: ſed ex hoc nihil contra nos. Nec ex quo Deus utendo ſuo Dominio deneget gratiam efficacem, uti contingit in Adamo, & Angelis, ſequitur eorum perditionem ex Deo proceſiſſe, aut eorum ſalvationem per Deum abfuiſſe; cum talis negatio ſolum logicè inferat peccatum ortum ducens ex defectibilitate liberi arbitrij: ſed de hoc aliàs.

64 Alia propoſ. explicat.

Dices: Gratiam ſufficientem coniungi cum gratia efficaci eſt hominem ſalutariter velle: & illam non coniungi eſt ipſum non velle ſalutariter; ſed potius peccare; ac per conſequens; eſt illũ deficere à ſalutis æternæ conſequutione? ergò ſubiectum, à quo provenit, quod gratia ſufficiens non coniungatur cum grat. effic. eſt id à quo provenit hominem peccare, & à ſalutis æternæ aſſecutione deficere. Sed in noſtra ſententia talis non coniunctio provenit à Deo, qui unicè pro ſuo libito conceſſa gratia ſufficienti non largitur gratiam efficacem: ergò ab illo provenit, & per ipſum ſtat, hominem non conſentire ſalutariter; & vitam æternam non conſequi. Argum. fallax. Nàm idem formari poteſt de

65 Inſtabis.

Reſpond.

ca-

carentia prædestinationis ad salutem æternam; de carentia donandi munus persever. & de carentia prædefinitionis inacquisibilis ad consensum, his deficientibus post voluntatem antecedentem in Deo de recta operatione, de perseverantia in bono, & de salute omnium hominum iuxta Thomist. Doctrinam. Ex quo patet hanc instantiam desumi ex sententia, quam tuentur Doctor. Societatis. Undè propositio, cui instantia innititur; est vera in sensu illativo, hoc est, ex carentia talis coniunctionis sequitur peccatum, & defectus salutis æternæ; non tamen, in illa formaliter consistunt. 1. Contingit propter subordinationem ad Deum, à quo bona cuncta procedunt; & ideo cum aufert spiritum suum, & avertit à nobis faciem suam, deficimus. 2. Vero non ita; nàm etsi *gratia efficax, prædefinitio &c.* non sint in nostra potestate, est tamen consensus salutaris ratione gratiæ sufficientis. Quia igitur homo potest, tenetur, & non facit, peccatum est illi. Si dicas: quomodo potest; quomodo sufficit; si deficit posse acquirere gratiam prædeterminantem necessario requisitam ad facere? Quare conquæritur Deus; quia non rectè operamur? Ad hoc Respond. D. Paulus ad Rom. 9. lect. 4. *qui postquam dixit: *Ergò cuius vult miseretur, & quem vult indurat*: Opponit contra se: *Dicis itaque mihi: quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit.* Respond. *O homo! tu quis est, qui respondeas Deo &c.*

Instab.
Respond.
* Vide expos. S.D.

§. V.

Aditio supra antea dicta pro inimpedibilitate divinæ operationis.

66 PRæfatus Mag. tom. 4. quæst. 7. Ubi contendit probare voluntatem creatam posse impedire operationem Dei in ratione causantis actum bonum (sub qua consideratione est prædetermin. ad illum) quatenus potest impedire consensum negativum dispositivè præcedentem illam; fundat suam opin. in S. D. 3. contra Gent. cap. 159. aiente: *Licèt aliquis per motum liberi arbitrij divinam gratiam nec promereri, nec acquirere possit; potest tamen se ipsum impedire ne eam recipiat*: Cum autem sermo sit de gratia actuali (ut alibi probat) dicendum voluntatem dissentientem negativè vocationi morali impedire gratiam efficacem non activè, & immediatè, sed mediatè, & passivè.

Arguit.

De hoc egimus tom. 4. fol. 230. dub. 2. à n. 52. Ubi probavimus S.D. ibi loqui de impeditione gratiæ habitualis. Ulteriusquè probavimus illud non favere Adversi. constituenti gratiam efficacem per operationem Dei increatam, ut causantem in nobis velle: illa enim non recipitur in voluntate; nec voluntas potest dici privata divina operatione, cum privatio sit carentia formæ in subiecto apto nato habere illam. Rursùs. Talis impeditio ponitur à S. D. factibilis per motum lib. arb. quo illam gratiam nec promereri, nec acquirere potest. Dissensus autem negat. Iuxta ipsum A. nec est motus lib. arb. nec carentia libera illius. Insuper ratio, qua S.D. impeditionē receptionis gratiæ probat, non potest adaptari dissensui purè negativo. Probat enim illam ex illo Job 21. *Dixerunt Deo recede à nobis; scientiam viarum tuarum nolumus.* Et cap. 24. *Ipsi fuerunt rebelles lumini.* Hæc autem testim. iuxta propriam acceptionem significant peccatum gravissimum, & execrabilem malitiam superbiæ, ut de se constat. Idem de recessu libero à Deo. Qua de causa ab Ecclesia adaptantur Judeis Christum Dominum odio habentibus; dissensus autem negativus, ut ponitur à suo A. non est intrinsece, & actu malus moraliter. Ex quibus constat prædictum testim. non favere suæ opinioni.

67

Solvitur.

Deficit in plurib.

Ad ea, quæ supra diximus, scilicèt, quod si gratia efficax ad velle consistit in actione increata Dei nequit recipi in volunt. creata, proindeque impeditio receptionis illius est repugnans. Respondet eadem quæst. in fine; quod actio Dei est formaliter immanens, & virtualiter transiens, quatenus producit effectum ad extra. Ut formaliter immanens, sic

68

Respons. Adversæ.

sic manet in Deo cum ipso identificata. Ut autem est virtualiter transiens recipitur in passo, & mobili ratione sui effectus. Nàm ut ait D. Thom. motio moventis in moto est motus, id est motio, quæ in movente est actio, in passo est passio, & motus, quo intrinsecè movetur. Sic actio Dei, ut actio, est manens in Deo; ut autem passio, & motus, sic est in nobis recepta; quia nempe effectus actionis Dei, scilicèt, determinatio nostra ad velle prout à Deo, est gratia in nobis recepta. Undè utrumque conciliatur, & de mente D. Thom. quia, videlicèt, gratia adiuvans ad velle, & est actio Dei virtualiter transiens, & est gratia in nobis recepta, cuius receptionem possumus impedire.

69 Reijcitur

Fateor ingenij mei tarditatem; dum solutionem relatam sæpè legendo numquam potui ex illa formare conceptum obiectivum pro intelligentia testim. S. Doct. Ultima verba sunt hæc: *Gratia adiuvans ad velle est actio Dei virtualiter transiens, & est gratia in nobis recepta*: ex quibus infertur, quod actio Dei ut virtualiter transiens, non est aliquid identificatum cum Deo. Cumque ut est virtualiter transiens, sit productiva effectus ad extra, scilicèt, velle, actio Dei prout est illius productiva, & immutativa; non erit quid increatum identificatum cum Deo: Nunc sic. Sed est gratia prædeterminans iuxta prædict. A. prout est, & explicat munus causantis activè in nobis velle: ergò gratia prædet. consequenter ad suam doctr. non debet poni in operat. Dei. Rursùs. Iuxta solutionem: Actio Dei, ut est passio, est determinatio nostra ad velle prout à Deo, & sic est gratia in nobis recepta; sed iuxta solutionem talis determinatio est effectus actionis Dei: ergò gratia quæ in nobis recipitur, & est effectus actionis Dei, & est determinatio nostra ad velle. Sed gratia, quę est verè prædeterminatio distinguitur realiter à suo effectu, & à nostra determinatione: ergò tantum attribuitur receptio in voluntate effectui gratiæ prædeterminantis, non verò ipsi prędeterminationi. Undè diligenter dicitur in solut. *Actio Dei, ut virtualiter transiens recipitur in mobili ratione sui effectus*, per quod affirmatur effectum gratiã prædet. recipi, non verò prædeterminat. Quare melius foret; aut testim. relatum in sui favorem non adducere, aut cum alijs Thomist. tueri prædetermin. in motione intrinseca consistere. Nàm isti propriè salvant receptionem, & privationem; & ex illa inferunt impedibilit. licèt ex alijs capitibus non ita solidè procedant.

Obijc. 2. Ex D. Thom. quæst. 3. de Malo, art. 2. Ubi, ut explicet qualiter Deus sit causa movens ad entitatem peccati, & non ad illius malitiam, hanc tradit doctrinam: *Scilicèt, quod quando mobile est in debita dispositione ad recipiendum motionem primi moventis, tunc consequitur actio perfecta iuxta illius intentionem. Si autem non sit in debita dispositione, & aptitud. sequitur actio imperfecta. Et tunc id, quod est ibi actionis, reducitur in primum movens, sicut in causam; non autem quod est ibi de defectu.* Quod explicat *exemplo claudicationis tibiæ, & germinationis plantæ debilis, quæ non sunt indebita dispositione ad recipiendam motionem virtutis motivæ, & solis.* Ex quibus infert: *Quod si voluntas creata se habeat in debita dispositione ad Deum, consequetur ex illius motione actio perfecta: si vero non sit in debita dispositione, sequetur actio inordinata: ita tamen, ut quod est in ea entitatis, reducatur in Deum, ut in causam, non vero, quod est inordinationis, & defectus.* Ex quibus constat motionem Dei (quæ in ordine ad actus supernos dicitur gratia efficax) prærequirere in nostra voluntate aliquam dispositionem, per quam se habeat in debito ordine ad Deum, ut 1. motorem. Sed omnis forma, quæ requirit ad sui existentiam prævìam dispositionem, est impedibilis ab impediente prædictam dispositionem: ergò &c.

70 Obijc. test. tim. S. D. Primum.

Hoc testim. inefficaciter adducitur contra nostram conclusionem. Pro quo supponendum est; esse expressam doctrinam D. Thom. tùm quæst. 1. de Malo, art. 3. tùm 1. p. quæst. 49. art. 1. & 2. tùm 1. 2. quæst. 75. art. 1. tùm 3. contra Gent. cap. 10.

71 Ad 1. test.

10. & alibi; malum culpæ non provenire à voluntate, nisi præintelligatur in ipsa defectus actualis attentionis, & subiectionis ad regulam rationis; & similiter in intellectu defectus rectæ considerationis. Hic autem defectus iuxta ipsum S. Doct. in illo priori non habet rationem culpæ, aut pœnæ, sed est pura negatio; * cum voluntas non peccet in eo, quod actu non attendit ad regulam rationis, sed ex eo, quod sine actuali attentione procedit ad operandum. Undè Ang. Mag. 1.2. quæst. 75. art. 1. sic describit causam peccati: *Voluntas carens directione regulæ rationis, & legis divinæ intendens aliquod bonum commutabile*, & in solut. ad 3. *Hoc, quod est non adhibere regulam rationis, vel legis divinæ, non habet rationem mali, nec pœnæ; nec culpæ, antequam voluntas applicetur ad actum. Undè secundum hoc causa primi peccati non est aliquod malum, sed bonum aliquod cum absentia alterius boni.* Idem docet quæst. 16. de Malo, art. 2. ad 7. loquens de peccato Angeli.

* Hoc probat ex M. P. 12. de Civit. cap. 6. & 7.

Ex hac doctrina alibi à nostris firmiter propugnata, clarè constat quid intelligat S. Doct. nomine *indebitæ dispositionis* ad recipiendam motionem Dei: profectò nihil aliud, nisi ex parte intellectus defectum rectæ considerationis regulæ rationis, & ex parte voluntatis defectum actualis attentionis ad ipsam, cum quo procedit ad operandum. Hoc igitur defectu præcedenti ex parte voluntatis Deus ut motor universalis movet illam ad actum peccati; ideòque quamvis quidquid entitatis, & actualitatis invenitur in illo, reducatur in Deum, ut in causam; quod autem ibi est de defectu, reducitur in voluntatem propter indebitam dispositionem iam explicatam; vi cuius non operatur solum ut principium activum, sed etiam ut defectivum, & in eptum, ut à Deo moveatur in bonum. Huiusmodi autem indispositio ad recipiendam Dei motion. longe difert à consensu negativo, vel non resistentia vocationi morali, quam opinio contraria ponit immediatè in voluntate pro priori ad omnem actum positivum, sive bonum, sive malum. Si inquiras; qua de causa Deus deneget gratiam efficacem, ut instante præcepto, intellectus actu rectè non consideret, & voluntas actu non attendat ad regulam rationis, uti contingit in Adamo, & Angelis? Respond. Causam huius esse libitum Dei; cum iudicia sunt inscrutabilia, *qui cuius vult miseretur, & quem vult, indurat.* Vel dicendum huiusmodi negationem inniti suavitati divinæ providentiæ, ad quam spectat permittere defectum aliquem in creaturis defectibilibus suæ providentiæ subiectis. *

72

Profeq. solutio.

Bellarm. ait S. D. hic explic suam opinion.

Cuidam interrog. ut latis

* S.D. 1.p q. 23 a. 3.

Sed contra hunc defectum actualis attent. arguit 1. & supponit 1. illum esse pravam, aut malam dispositionem: Hæc suppositio est falsa, & contra S. Doct. qui ait nec esse malum culpæ, aut pœnæ; sed simplicem negationē pro illo signo. Unde asserit falso etiā me dixisse esse pravā aut malam indispositionem voluntatis. 2. Arguit fol. 328. num. 22. & inquirit: Cur motio Dei non moveat intellectum ad rectam considerationem, & voluntatem ad actualem attentionem; Nàm debes assignare pro opposito aliquam pravam dispositionem? Respond. 1. hoc esse arguere non contra me; sed contra S. Doct. ut de se constat. Quare etiam pro hac hypothesi Respondet S. D. *Huius autem quod est uti, vel non uti regula rationis, non est quærere causam; sed sufficit ipsa libertas voluntatis.*

73

Instat 1a Resp.

Instat 2a tom. 4.

Arguit 3. Contendens probare illam non actualem considerationem, sive non attentionem actualem ex parte voluntatis ad regulam rationis esse dissensum negativum SS. Vocationi ut excitanti ad actualem attentionem; hoc discursu. In primis illa non attentio est exercitium liberum pro priori ad motionem voluntatis; deindè est exercitium negativum; & quodam modo dissentiens vocationi, per quam à Deo exhortatur homo, ut consideret, & attendat: ergò est dissensus negativus; quem ipse M. propugnat. Si memoriæ recolantur ea, quæ latè dicuntur à nostris tract. de Peccatis ad salvandam veram privationem rectitudinis moralis in omni actu pravo, etiam ex ge-

74

Instat 3.

Solutio

ne-

nere ; & item quæ dicuntur ad tuendum nullum poſſe dari peccatum in voluntate ſabſque præcedentia alicuius defectus ex parte intellectus, ut practicè dirigentis ; ſive peccatum ſit amplectendo id, quod eſt de ſe malum , ſive amando bonum; ſed non cum debito ordine , & alijs circunſtantijs ; & item ſi memoriæ recolantur , quæ ab eiſdem dicuntur circa defectum,qui ex parte intellectus præceſsit in Angelis pro primo eorum peccato , & qualiter illa in conſideratio fuerit voluntaria ; quin ex hoc ſequatur eos peccaſſe , antequam peccarent;ſi,inquam,hæc conſiderentur ; & variæ Doctrinæ , quæ circa præſens punctum traduntur à SS. M. Serna ; à SS. M. Bayona : à SS. PP. Salmant. quos omnes refert, & illuſtrat SS. Doctor Rios Primarius Complutenſis in ſuo *erudito Tomo de Iudicio indifferenti*, *fol.* 350. *à num.*58.præ oculis habeantur, & quæ pro publicis controv. in promptu ab ſtudentibus habentur : nec inſtantiæ adductæ difficultatem præſeferent, nec eis neceſſe erit occurrere ; ſed ſupponere pronunc illas alio ſpectare ; & à Thom. eruditè ſolvi.

75 Roborât. exS.D.

Ne autem maneat aliqua dubitatio circa mentem D. Thom. pro hucuſque dictis, ex varijs locis ſupra relatis referam verba,quæ habet 3. contra Gent. cap. 10. ubi poſtquam probavit malitiam moralem in ſolo actu voluntatis primo , & principaliter inveniri ; cum ex hoc actus moralis dicitur,quia voluntarius eſt,ſubdit : *Videtur autem hanc inquiſitionem conſequi difficultas. Cum enim actus deficiens proveniat propter defectum activi principij , oportet præintelligere defectum in voluntate ante peccatum morale: qui defectus ſi ſit naturalis,ſemper inhæret voluntati , ſemper igitur voluntas in agendo moraliter peccabit. Si autem defectus ſit voluntarius,iam eſt peccatum morale ; cuius cauſa iterum inquirenda reſtabit; & ſic ratio in infinitum deducet : oportet ergò dicere quod defectus in voluntate præexiſtens non ſit naturalis,neque caſualis*: eſt igitur voluntarius , non *tamen peccatum morale: quodquidem qualiter eſſe poſsit conſiderandum eſt.* Et poſtquam probavit cauſam proximam defectivam malitiæ moralis eſſe voluntatem ſe avertentem à proprio fine, & tendentem in aliud bonum propoſitum per apprehenſionē repreſentantem, illud , ut ſibi conveniens ; ſic proſequitur de defectu præcedenti in voluntate,ex quo ſequitur in actu illius deſectus ordinis ad finem, & ad rectam rationem qui eſt malus.

Hic autem defectus voluntarius eſt : nàm in poteſtate ipſius voluntatis eſt velle, & non velle itemquè eſt in poteſtate ipſius,quod ratio actu conſideret,vel à conſideratione deſiſtat : aut quod hoc vel illud conſideret: nec tamen iſte defectus eſt malum morale; ſi enim ratio nihil conſideret , vel conſideret bonum quodcumque , non dum eſt peccatum, quo uſque voluntas in finem indebitum tendat : quod iam eſt voluntatis actus. Videatur ibi Ferrarienſis, ubi firmat eandem doctrinam ex S. D. quæſt. 1. de Malo, art. 3. ad 13. & ſimul ſolvit aliqua , quæ ex Doctore ſubtili obijci poſſunt. Ob idem motivum , & quia ad punctum præſens magis conducit hæc habet quæſt. 16. de Malo, art. 2. ad 7. *Dicendum quod peccatum dæmonis non provenit ex defectu rationis,qui haberet rationem contrarietatis; non enim aprobavit malum pro bono,nec verum pro falſo : ſed ſolum ex defectu qui habuit rationem negationis,in quantum , ſcilicèt, voluntas eius non fuit regulata regula divini regiminis,* quiquidem defectus poteſt haberi in natura intellectuali contrarietate carente * dixerat enim ad 5. *Nihil prohibet quod intellectus Angeli defecerit in apprehendendo ſufficienter ordinem divini regiminis, & ex hoc conſequutum eſt peccatum in eius voluntate.* 76

Quod autem hæc Doctr. nequeat adaptari conſenſui negativo, ut ponitur à SS. M. conſtat 1. quia extrema poteſtatis ad actu conſiderandum,vel non conſiderandum (idem de attentione, aut non attentione ad regulam rationis) ſunt contradictoriè oppoſita ; & quodlibet eſt poſsibile pro tali ſigno: conſenſus autem purè negativus , & ſimilis diſſenſus non ſunt talia,utpotè purè quid negativum ; nec dum voluntas non conſentit negativè , eſt potens poſiti- 77 Solut. ad argum.

tivè consentire. 2. Considerare vel non considerare practicè, & efficacia sibi possibili, etiò ut voluntarium à potestate residente in voluntate, sunt intrinsecè in ipso intellectu; consensus autem, & dissensus sunt ratione sui immediatè in voluntate. 3. Consideratio est directè circa regulam rationis, cui voluntas debet in suis actibus subijci; consensus vocationi Dei, aut suasioni Diaboli est directè circa bonum ab eis propositum. 4. Ex hoc ipso, Deus media vocatione sancta movet in genere causæ finalis; consideratio autem regulæ non sic causat, sed directivè. 5. Dum voluntas consentit, finit se trahi negativè à bono, & ideo voluntas est purè passivè libera. Quando autem præcedit recta consideratio, & illa à potestate activa libera voluntatis procedit, & eam activè acceptat eligendo bonum sic regularum.

78 Opponit 3. Illud Pauli ad Hebr. 12. *Contemplantes, nequis desit gratiæ Dei.* Superquæ ait S. D. 1. Arguit 3. *Quod gratia Dei nulli deest, sed omnibus quantum in se est, se communicat, sicut nec sol deest oculis cæcis.* Ex quo infertur gratiam adiuvantem non negari à Deo nisi præcedente aliqua causa ex parte creaturæ, per quam se impedit ad illam: sicuti hominem privari lumine Solis provenit ex aliquo impedimento ex parte illius. 2. ait: Quod etsi gratia detur non ponentibus ei obstaculum: *Hoc ipsum quod Aliquis non ponit obstaculum ex gratia procedit: Hoc est, ex dono gratiæ vocantis per misericordiam suam.* Ex consensus nostro gratiæ vocanti, quo non ponimus obstaculum gratiæ Dei adiuvanti; ex ipsa gratia vocante procedit. Ex his constat gratiam adiuvantem dari nobis dependenter à consensu negativo supernaturali disponente ad illam; & per dissensum exhibitum gratiæ vocationis impediri collationem eiusdem gratiæ.

79 Hæc parum urgent. In primis supponere videtur Arguens, quod ly *gratiæ Dei* de quo prædicat Respond. Apostol. ut intendentes, & vigilantes, ei non desimus signif. gratiam adiuvantem, per quam Deus efficit in nobis velle, & reliquos actus virtutum; quod assertum opponitur S. Doct. ibi. Docet enim; Apost. in prædicto cap. admonere homines ad varia exercitia virtutum; & præcipuè ad ea, quæ sunt remedia valdè utilia ad vitanda peccata; scilicèt: *Iustitiam, iejunium pacem, concordiam cum alijs, & sanctimoniam emundando nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus.* Quod autem (prosequitur S. D.) *remedia ista sint necessaria, ostendit per duo damna, quæ incurrimus sine ipsis, scilicèt, damnum gloriæ in futuro, & gratiæ in præsenti. Ob 1. damnum dicit: Sine pace, & sanctimonia nemo videbit Deum, in quo consistit Beatitudo. Ob 2. damnum, scilicèt, gratiæ Dei in præsenti dicit: Contemplantes nequis desit gratiæ Dei: Gratia enim per discordiam, & immunditiam amittitur: iuxta illud Abacuc 1. mundi sunt oculi tui &c. Et Sap. 1. Spiritus S. disciplinæ effugiet fictum, & corripietur à superveniente iniquitate.* Ubi, quæso adhuc insinuatur; quod per ly *gratiæ Dei* significetur iuxta S. D. gratia prædeterminans, & subsequuta ad gratiam vocationis; & quod in illa dictione *nequis desit* contineatur quidam consensus negativus vocationi Dei præstitus, & se habens ut dispositio ad gratiam adiuvantem?

Prima verba exemplo Solis confirmata à S. Doct. non rectè adducuntur pro gratia actuali adiuvanti; sic enim præmittit: * Gratia enim (de qua prius dixerat amitti per immunditiam &c.) & si non habeatur *ex meritis, tamen oportet quod* homo faciat *quantum in se est. Deus autem voluntate sua liberalissima dat eam omni præparanti se*: & ideò gratia nulli deest &c. * Sed gratia quæ datur homini se præparanti ad illam est gratia habitualis; ut expressè docet S. Doct. 1. 2. quæst. 112. art. 2. asserens etiam auxilium Dei moventis ad velle &c. nullam dispositionem prærequirere: ergò. Si dicas. Quod S. D. in prob. adducit illud Apoc. 3. *Ecce ego sto ad ostium: si quis aperuerit mihi intrabo ad illum.* Non obstat. * Nam in 4. d. 17. quæst. 1. art. 2. exponit de apertione cordis per amorem efficacem

80 Roborat. solut.

* Vide S. Ambros. & in eo leges D. Thom.

cem Dei, & dolorem de peccatis;& per ly *intrabo* donationem gratiæ sanctificantis.

81 Ad alia ibi adducta.

Id quod addit de non positione obstaculi: non probat. 1. Quia loquitur S. Doct. de non appositione obstaculi *gratiæ* de qua antea dixerat*eam amitti per immunditiam, & discordiam; & quam Deus paratus est dare omnibus se præparantibus ad illius receptionem, * sed hæc sunt propria gratiæ habitualis, & non auxilij moventis ad actus virtutum: ergò. 2. Nàm loquitur de obstaculo gratiæ Dei, ad cuius remotionem dum ponitur, homo indiget dono gratiæ vocantis; qualis fuit vocatio Pauli relata 1. ad Galatas per quam amovit obstaculum à se positum. Sed hoc dicitur propriè, & fuit tale de remotione obstaculi quo restitit gratiæ Christi, & Ecclesiæ eius: ergò sermo est unicè de positione obstaculi, quod sit verè peccatum, & destructivum gratiæ habitualis. Hoc enim sæpè appellatur à S. Doct. obstaculum gratiæ;*& ex hoc probat per illud destrui gratiam sanctificantem, & induci in anima peccatum habituale in illius privatione consistens; ut patet interpositione corporis opaci obstantis illuminationi Solis, ad cuius positionem causantur tenebræ inàere. Cum ergò lumen gratiæ infundatur animæ, & in illa conservetur à Deo Sole Iustitiæ; dum homo peccando ponit obstaculum prædictæ illuminationi, privatur gratia, obtenebratur, & maculatur. Ut autem pro omni casu habeatur recta intelligentia propositionis S. Doct. notandum: Hominem non ponere obstaculum gratiæ habituali; posse dupliciter contingere, vel potius apprehendi; aut purè negativè, ideſt non peccando; aut positivè adimplendo præcepta per varia exercitia virtutum. 1. Solum evenire valet pro aliquo brevi tempore, ubi non iuſtet præceptum aliquod positivum rectè operandi. Attamen in utroque casu indiget gratia efficaci Dei; cum diversitate tamen. Si sit non positio obstaculi primo modo: gratia erit externa protectio Dei non sinentis hominem peccare. Si autem contingat 2. modo, est necessaria gratia efficax intrinseca voluntati. Hinc illa propositio* non ponere obstaculum provenit ex gratia vocante * solum quoad sufficientiã, neg. mai. Vocante vocat. efficaci: subdistinguo efficacia nobis intrinseca; si fiat per actus virtutum, concedo. Si ira non fiat, nego.

* 2.2.q.24. art.12.

Amplior solut.

* Sic distinguo voc.

Admisso illam propositio posse intelligi de non apponendo obstaculum gratiæ adiuvanti: tunc dicendum, quod si sermo sit de non impediendo omnem gratiam sive intrinsecam voluntati, sive extrinsecam est falsa; propter dicta: Si autem sermo sit de aliqua gratia ultra primam, potest esse vera; quia homo eliciendo actum virtutis, vel non consentiẽdo peccato, fit magis habilis, ut Deus donet gratiam adiuvantem ad alios actus. Nec ommitti debet prædict. M. Ex his verb. S. P. de Bono perlev. cap. 7. *Nec nisi ad gratiam suam Deus voluit pertinere, ut homo non discedat à Deo*, sic infert * En consensus, vel carentia resistentiæ, qua homo discederet à Deo, pertinet ad gratiam, & est effectus eius. * Stupeo virum ingeniosum adeò in lectura M. Par. versatum tanta inopia laborantem, ut sic inferat! Proseq. S. P. *Ac per hoc sicut operatur Deus, ut accedamus, sic operatur, ut non discedamus.**Ut non discedamus à Deo, manus eius est, qui dixit. * Hier. 32. *Timorem meum dabo in cor eorum, ut à me non recedant.*

82

Instab.

Respond.

§. VI.

Aliæ Respons. reijciuntur.

83

A D ea, quæ in præced. diximus n. 29. probando, quod voluntas creata nequit impedire in Deo scient. visionis dissensus futuri; quia cum hæc sit libera Deo, & innitatur tanquam in medio in complexo ex decreto donandi libertatem, & decreto negandi vocationem prævisam, ut congruam: sicut nequit impedire decreta, nec pariter suã scient. ei inni tentem, Resp. * talem scientiam reduplicativè, ut est scientia dissensus, posse impediri; quia prout sic unicè fundatur in aliquo impedibili à creatu-

* Tom. 4. fol. 302.

tura, scilicet, dissensu. Concedit tamen, quod talis scientia, ut fundata in eis decretis, non est impedibilis à creatura. Certe non capio doctrinam solutionis. 1. Si libertas impediendi dissensum unicè ortum ex defectibilitate creaturæ esset libertas impediendi scientiam visionis illius, eò esset, quia ponendo loco dissensus consensum, impediret illum; sed hoc repugnat, nisi ad doctrin AA. Societat. fiat recursus: ergò. Prob. min. Nequit creatura dici potens impedire scientiam dissensus pro illo casu, ad cuius positionem præsupponitur iam deficere in Deo ipsam scientiam; sed casus impediendi dissensum per consensum, supponit iam in Doctr. Adversi. scientiam visionis consensus unicè ponibilem à Deo decernenti dare vocationem prævisam congruam; per quam scientiam excluditur formaliter scientia dissensus: ergò.

Reijcit. 1.

84 Urgeo. Dissensus, qui non est impedibilis à voluntate vocata moraliter; nisi consentiendo; non est potens illum impedire, nisi vocata à Deo congruenter, cuius effectus est consensus; sed repugnat voluntatem vocari à Deo congruenter, nisi decernat illam sic vocare, & ex hoc ipso, nisi prævideat scientia visionis ipsum consensum: ergò cum hæc omnia connotet necessario libertas in creatura ad impediendum dissensum; ideò erit libera ad impediendum illum, sed impedita à Deo pro priori scientia illius. Ulteriùs. Quid vult dicere, quod dissensus, utpotè unicè causatus à creatura; sicut hæc potest impedire illum, potest scientiam visionis illius impedire? Nam oppositum infertur: siquidem aliud est dissensus; aliud impeditio illius. Primum convenit voluntati creatæ à se. Secundum vero à Deo vocante congruenter: ergò cũ inimped. dissensum, quia bonum, subordinetur, & subijciatur Deo; potestas, quæ ad primum fundatur in illa unicè, ad secundum non sic fundatur, sed in Deo speciali providentia vocante. Hinc; dum dicitur, scientiam visionis dissensus fundari unicè in dissensu unicè ponibili à creatura; non satis percipitur. Aliud namque est talem scientiam respicere illud, ut unicum obiectum: Aliud, quod in illo fundetur; hoc est, quod sit unica quasi virtualis causa in Deo, ut sciat illud; hoc enim est id quod sua libertate ponit medium, in quo Deus scit metaphysicè illius futuritionem. Huiusmodi autem est voluntas divina decernens transferre logice de statu possibilitatis ad statum fruitionis defectum prævisum ut possibilem.

Urget. 1.

Secundo.

85 Ulterius. Talis scientia, ut fundata in divinis decretis, iuxta Adversar. est inimpedibilis; sed omni scientiæ visionis liberæ ex term. & necessario convenit fundari, sive sequi, & inniti divinis decretis; & oppositum est absolutè impossibile: ergò impedibilitas talis scientiæ à voluntate creata per impeditionem dissensus, esto ex aliquo capite non repugnet; est absolute repugnans, & simpliciter impossibilis. Nam ad impossibilitatem ex terminis sufficit aliquid ex aliquo capite necessario repugnare, licet ex alio non repugnet. Sed repugnat vera libertas, & potestas in voluntate creata ad impediendum id, quod ab ipsa impediri est absolutè, & simpliciter repugnans; esto ex aliquo capite non repugnet: ergò si scientiæ visionis liberæ dissensus est essentiale, ut ita dicam, fundari in decretis divinis; & prout sit est chymera eam impediri à voluntate creata: in hac non datur vera libertas, sive potestas, sed tantum potẽtia quædam Logic. obiectiva, & cum restrictione; id est, quatenus dissensus ortum habet ab illa, & est impedibilis, ex hac parte imped: non repugnat. Aliter enim discurrendum foret; si prædictæ scientiæ esset quid, quasi accidentale, fundari in divinis decretis; Tunc enim impedibilitas secundum sibi intrinseca esset absolutè possibilis voluntari; quod sufficit ad potentiam antecedentem, & libertatem.

86 Adsunt pro repugnantia huiusmodi impeditionis. Tum

caput scientiæ liberæ. Tum etiam caput æternitatis. Si enim verè libera est, existit ex Dei libito sic decernente ad hoc ut perfectissimè, & cum omni certitudine de omnibus provideat. Sed voluntas creata nequit impedire, quod Deus sic pro suo libito decernat; nec quòd in eo desit illa providentia, qua ut Supremus Dominus omnia iuxta modum suum regit: ergò. 2. Si enim creaturam posse impedire, ne Deus liberè velit, quod liberè voluit, opponitur summæ libertati illius, & omnipotentissimæ potestati; cur non opponetur posse impedire, nè Deus sciat liberè, quod ab æterno scit? eò quòd, si scire decrevit, ob hoc scit, & decrevit, ut cum perfectissima, & immobili providentia voluntatem creatam regeret illam in omnibus suis exercitijs subijciendo. Militat etiam 2. caput: Nam per aliquid in tempore impedibile à creatura posse impediri aliquid æternum, hoc est, nè ab æterno fuerit, communiter reijcitur ab omnibus Thomist. ut difficillimum captu; cum omne æternum sit immutabile: de quo alibi.

Aliud caput. Aliud.

87 Sed quia motivum, ut ponatur scientia visionis dissensus impedibilis à creatura; tale est scilic. ut ipsa dissentiendo sit increpabilis; & quia si in eius potestate non esset illam impedire, non posset illud subsistere: audiendus est S. Hieronym. lib. 3. contra Pelag. fol. 883. ubi de concordia scientiæ Dei cum libertate nostr: actuum agit: sic subdit: *Quærit hoc Marcion, & omnes hæreticorum canes, qui vetus laniant testamentum, & huiusmodi syllogismum texere consueverunt. Aut scivit Deus hominem in Paradyso positum prævaricaturum esse mandatum illius; aut nescivit? Si scivit; non est in culpa is, qui præscientiam Dei vitare non potuit, sed ille, qui talem condidit, ut Dei non posset scientiam devitare. Si nescivit, cui præscientiam tollis, aufers & divinitatem.* O Doctor Maximè; quid respondes ad hæc? Numquid ponis præscientiam Dei de peccato posse impediri à voluntate creata, aut immediatè, aut mediatè impediendo præscientiam dissensus negativi; in cuius pœnam peccatum prescivit, & permitt: decrevit? Occasione præsenti nulla opportunior: instat defensio Doctr. Christianæ, & confutio Hæreticorum.

Author. ex S. Hier. Arg cont. Hieron.

88 Audi illum occurrentem, & tanta efficacia, ut *Critobolus* agens personam Pelagij fol. 884. dicat, etsi fictitiè: *Iam, iam tollo manum, cedo, vicisti.* Occurrit inquam 1. arguendo contra illum ex Sacra Scriptura: *Hoc enim genere in culpa erit, qui elegit Saul futurũ postea Regem impijssimum: & salvator, aut ignorantiæ, aut iniustitiæ tenebitur reus: cur in Evangelio sic sit loquutus: nonnè vos duodecim Apostolos elegi, & unus ex vobis Diabolus est? Interroga eum, cur Iudam elegit proditorem?* Occurrit 2. *Vis audire rationem? Deus præsentia iudicat: non futura, nec condemnat ex præscientia, quem novit talem fore, qui sibi displicet: & tantæ bonitatis, & clementiæ est, ut eligat eum, quem scit malum futurum dans ei potestatem conversionis, & pœnitentiæ.* * *Neque enim ideò peccavit Adam, quia Deus hoc futurum noverat; sed præscivit Deus, quasi Deus, quod ille erat propria voluntate facturus.* In quo testimonio plura sunt Viro Theologo considerationè digna. 1. Videre antiquitatem argument. de eo quod si in nostra potestate non est devitare scientiam peccati connexam &c. non est in ea vitare peccatum. 2. S. Hier. minimè, nec per umbram, insinuare talem vitationem præscientiæ; ut sic homo iustè à Deo puniatur. 3. Deum minime argui posse de iniustitia in puniendo peccata, ex quo homo scientiam illius impedire nequeat. 4. Illud argum. fore efficax, si homo damnaretur propter præscientiam, quam vitare nequit; at non ita, sed; quia habens potestatem ad se convertendum in Deum, & pœnitendum de peccato; non convertitur, nec pœnitet, ideò iustè punitur. Ex quo apparet; stare quamoptimè hominem non posse devitare præscientiã peccati, & tamen habere in sua potestate, sive libertate converti ad Deum, & pœnitere de peccato, estò illa sit scientia connexa &c.

Resp. 1. Secundo. Ad Rom. 2. Ponderatur.

Item

Item apparet ; quam ſolidè dicant Thomiſt. Argument. de inimpedibilitate gratiæ prædetermin. ſolum probare hominem non peccare, ex quo non habeat illam, ſive, quod Deus non condemnat ex, aut ob decretum illam negandi; ſed quia potens velle bonum illud non facit. Quin obſtet dicere, quomodo poteſt ad illud, ſi nequit vitare carentiam gratiæ. Nam iam Reſpond. Hieronym. quia etſi homo nequeat vitare præſcientiam peccati, Deus eſt tantæ bonitatis, ut det poteſtatem ad ſe convertendum. Ultimo inferes, quod ideò inimpedibilitas ſcientiæ peccati libertatem peccandi non aufert ; ſed potius infert, quia Deus non vidit utcumque peccatum, ſed peccatum ut liberè, & propria voluntate committendum : unde potius firmat libertatem. En iam rationem D. Thom. in anteced. ſæpè adductam : Cur, ſcilicet, *ſi voluntati divinæ nequit reſiſti, aut impediri, & idem de motione, & providentia ſubſiſtit libertas ? Reſpond. Angel. Magiſt. ex hoc potius illam firmari : quia cum voluntas, motio, providentia non ſolum ſe extendant ad ſubſtantiam actus, ſed ad modum contingentiæ, & libertatis illius, ex eorum inimpedibilitate, & irreſiſtibilitate, ſolum ſequitur quod infallibiliter eveniet liberè, & contingenter. *Eandem doctrinam invenies in Magn. Par. impugnante Ciceronem, qui ut homines faceret liberos, fecit ſacrilegos, negantes Deum præſcire peccata futura. * Si enim quod præſcit Deus, nequit non fieri, quomodo peccat homo, ſi Deus ab æterno ſcit illum peccaturum ? *Pro cuius ſolutione nunquam recurrit Magn. Par. ad impedibilitatem ſcientiæ Dei à nobis adhuc inſinuando; ſed potius ait, ex infallibilit. ſcientiæ Dei ſequi hominem liberè, hoc eſt propria voluntate peccare ; quia ſic præſcivit illum. Ubi notandum nunquam inveniri obiectum contra S.P. in hac ſolutione committi petitionem principij. Nam de hoc eſt difficultas, quomodo præſcit hominem propria volunt. commiſſurum peccatum, ſi ante propriam voluntatem eſt in Deo præſcientia, ex qua neceſſario ſequitur, quod peccabit. Unde conſtat rationem datam eſſe nimis ſolidam.

Doctrin. Thom. firmat. ex Hieron.

Illatio ult.

* Arg. Cicer.

* Reſp. M.P. 5. de Civit c. 9.

Eidem doctrin. adhæret Angelic. Doct. 1. p. quæſt. 14. art. 13. Et in 1. diſt. 38. quæſt. 1. art. 5. & alibi : ubi concordat libertatem, & contingentiam rerum cum invariabilitate, & certitudine divinæ ſcientiæ ; quia ex illa tantum ſequitur. quòd eventus prævisi ſint neceſſarij *neceſſitate conſequentiæ, & non conſequentis ; vel neceſſitate conditionata, non abſoluta*, ſic loco ex ſentent. ad 3. Concludamus igitur impedibilitatem ſcientiæ Dei à creatura, ſive ſit circa bonum, ſive circa malum, non fundari ſolidè, nec à D. Thom. inſinuari, & maximè ſi hæc impedibilitas, qualiſcumque ſit, adſtruatur neceſſaria ad hoc, ut liberè peccet. 89

Occaſione adeò opportuna, & maximè ad præſens conducente circa impedibilitatem gratiæ prædetermin. ſive effective in nobis operantis velle, & alios actus ; quæ præcipuè defenditur à SS. Mag. ob ſalvandam libertatem in eis ; & adeò acriter, ut ferè in omnibus ſcriptis hoc aſſumptum ſtatuere conetur; quia aliter eam non percipit. Placet ex eodem S. Hieronym. refellere hoc motivum : *Cum enim contra Pelagium ſtatuat catholicè hominem poſt collatam libertatem ad velle, & facere indigere auxilio Dei dante ei velle, & facere, ut gratia ſua Deus in ſingulis operibus iuvet, atque ſuſtentet.* Critobolus *agens Hæretici perſonam ſic arguit. Quomodo ſervas liberum arbitrium, qui dicis hominem nihil poſſe facere, niſi Deus ſemper adiuverit.* Reſpondet Atticus : *Si in culpa eſt, qui libero arbitrio iungit Dei adiutorium: ergò ille laudetur, qui Dei tollit auxilium.* Critobolus. *Quid ergò iuvat, atque coronat in nobis, & laudat, quod ipſe operatus eſt ?* Atticus. *Voluntatem noſtram, quæ obtulit omne, quod potuit, & laborem quo contendit, ut faceret, & humilitatem. quæ ſemper reſpexit auxilium Dei.* Critobolus: *Ergò ſi non fecimus, quod præcepit, aut voluit nos adiuvare Deum; aut* 90

Lib. 3. contr. Pelag.

noluit? Si voluit, & adiuvit, & tamen non fecimus, quod voluimus, non nos, sed ille superatus est. Si autem noluit adiuvare; non est culpa eius, qui voluit facere, sed illius, qui adiuvare potuit, & noluit facere. Atticus *non intelligis tuum in grande blasphemiarum descendisse barathrum: ut ex utraque parte, aut invalidus sit Deus, aut invidus: & non tantum laudis ei sit, quod bonorum Author est, & adiutor, quantum vituperationis, quod mala non coercuit. Detrahatur ergò illi, cur Diabolum esse permiserit, cur passus sit, & patiatur aliquid in mundo malè fieri.*

91 De conting. operat. Dei.

Circa ea, quæ ait A. ponendo operationem Dei, quæ iuxta ipsum est gratia prædeterm. causam contingentem, & impedibilem, & dependentem à consensu voluntatis ut à dispositione, plura addi poterant ad illorum apertam impugnation. Causa nim conting. iuxta S. D. in 1. d. 38. q. 1. a. 5. & locis ex 1. part. citatis est causa impedibilis ab operatione, & se habens ad oppositа: quorum utrumque repugnat operationi Dei ut activè causanti velle. Rursus: si inter causas contingentes, quas Deus aptavit pro effectibus contingentibus annumeratur prædeterminatio, etiam annumerabitur inter causas necessarias pro effectibus necessarijs; si tenet cõseq. doct. S. D. Si ergò illa est causa cõtingens, quia defectibilis quoad esse, estò eius efficacia nequeat frustrari: erit causa necessaria, quia indefectibilis quoad esse; unde non liberè dispensabitur à Deo. Ulterius. Quòd habet operatio divina ut quo per modum actualitatis omnipotentiæ, habet ut quod omnipotentia: ergò hæc propriè est dicenda causa contingens, & defectibilis ut quòd, & quæ applicatur per suum exercitium contingenter quandoque, & quandoque necessario pro diverf. effectus. Item, si quia operatio Dei prædeterminans est causa actus liberi, hæc debet numerari inter causas contingentes, quas Deus aptat pro effectibus contingentibus; cum etiam voluntas divina, & scientia visionis sint causa actuum nostrorum; etiam sunt numerandæ inter causas contingentes; & pro effectibus necessarijs, ponendæ sunt ut causæ necessariæ: Quod est absurdum, & omninò extraneum à mente S. D. quem Adverf. in sui favorem adducit. Legatur Sanct. Doct. & nulla erit dubitatio, ut per causas contingentes constet illum intelligere causas secundas, quas appellat causas proximas, medias, & distinctas à causa 1.

Secundo.

Tertio.

Quatto.

92 De impedibilitate illius.

Impeditio divinæ operationis per voluntatem creatam adhuc indirectè, est prorsus repugnans, Tum propter aliqualem dependentiam, & subiectionem, quam includit talis impedibilitas. Nam dispositio est causa, estò non simpliciter, formæ ad quam disponit. Tum, quia operatio ut se tenet ex parte Dei non requirit dispositionem: egreditur enim virtualiter ab omnipotentia determinata per decretum, & per scientiam visionis ut directivam: inter quæ ponere interventum alicuius creati disponentis ad egressum cum efficacia, est ridiculum. Quare solũ illa potest dispositionem requirere, prout se tenet ex parte voluntatis. Prout sic autem non est prædeterminatio, sed prout denominat Deum primam causam activè moventẽ, & facientem illam facere. Item si, ut dicitur communiter ex D Aug. Operatio Dei est imperium divini intellectus, quo dicit, & facit, ut supremus Gubernator, & Dominus dicere illum in esse imperantis requirere aliquam dispositi. ut sic imperet, vel non; satis dissonum videtur. Hinc Deum decernere efficacissimè fieri actum, & fieri liberè, non tollit libertatem, *estò decretum sit inimpedibile; quia terminus illius nullam dicit contradictionẽ; at vero dicere, Deum velle voluntate sua inimpedibili causare nostros actus media prædeterminatione impedibili à voluntate creata, si illa cõsistit in operatione increata Dei, est implicatorium. Si enim scientia ordinans, & decretum efficax sunt inimpedibilia, cum illa unicè determinẽt omnipotentiam ad operationem, erit inimpedibilis operatio: ergò cum omnipotentia sic determinata necessario, necessitate consequentiæ, operetur: quomodo impedietur, nè egrediatur ob aliquam

Operatio impedib. est causa conting. quod Dei oper. repug: sic in 1. d. 43. q. 2. a. 1. ad 1.

* Sic Anſ.

quam indiſpoſitionem ex parte voluntatis. Favet S. D. 1. p. q. 19. a. 8. *Nullus defectus cauſæ 2. impedire poteſt, quin voluntas Dei ſuum effectum producat.* Et a. 6. ad 3. * *Cauſa ſimpliciter 1. non poteſt impediri à ſuo effectu per defectum cauſæ 2.* Et in 1. d. 42. q. 1. art. 1. *Impediri ab agendo eſt diminutio potentiæ; quod convenit ei, quia ab alio patitur.* Quod Deo repugnat. Idem q. 3. de pot. a. 3. *Et hæc de hac dub. applic. &c.*

* Oppoſ. in Sole, quia non eſt ſimp. 1

DUBIUM VII.

AN EX CONCIL. TRIDENTINO probetur conſenſus, & diſſenſus purè negativus?

§. I.

RESPONDETUR NEGATIVE.

N. 1 CONcilium Trid. ſeſſ. 6. can. 4. ſic definit: *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, neque poſſe diſſentire, ſi velit, anathema ſit.* Prædictum teſtimon. (ait prædict. Mag.) nequit rectè intelligi, niſi ante gratiam efficacem, per quam Deus operatur in nobis velle, ponatur aliquis aſſenſus præſtitus vocationi morali; aliter enim poſſet Deus homini diſſentienti conferre gratiam efficacem, ut ſalutariter velit: quod repugnat. E contra vero ſic arg. Si aliquis aſſenſus, vel diſſenſus, præcedens gratiam efficacem deduceretur ex prædictis verbis, eſſet aſſenſus, vel diſſenſus purè negativus; ſed hic non rectè deducitur: ergò. Prob. min. 1. Aſſenſus præſtitus Deo vocanti continetur in illis verbis: *Nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti*, ut ex ipſo tenore verborum conſtat; & fatetur præd. Mag. atqui per aſſenſum præſtitum Deo excitanti intelligit Concilium aſſenſum poſitivum ſupernaturalem: ergò. Prob. min. efficaciſsimè. Per talem aſſenſum intelligit Concilium aſſenſum, per quē homo cooperatur Deo; ſed hominem cooperari dicit expreſsè actum poſitivum ſupernaturalem; ergò. Confir. Per talem aſſenſum intelligit Concilium aſſenſum, per quem homo ſe præparat ad iuſtificationis gratiam conſequendum. Sic enim habet: *Si quis dixerit liberum arbitrium nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, quò ad iuſtificationis gratiam ſe præparet, atque diſponat.* Sed aſſenſus, qui eſt præparatio, & diſpoſitio ad iuſtificationem, eſt actus poſitivus liber ſupernaturalis: ergò.

Tom. 1. q. 8. n 14. & tom. 2. q. 8. n. 10.

Prob.

Probat. min. 1.

Confir. 1.

Explic. hoc. Iſtæ enim propoſitiones, ſcil. *Liberum arbitrium cooperatur, & aſſentitur Deo excitanti. Liberum arbitrium aſſentiendo Deo excitanti cooperatur ipſi*; ſunt valde diverſæ; 1. enim ſolum denotat concomitantiam cooperationis cum aſſenſu, quæ cum reali diſtinctione inter utrumque ſubſiſtere valet; 2. vero denotat ipſum aſſenſum eſſe cooperationem liberi arbitrij cum gratia Dei: ergò cum Concili. 2. propoſitione uſum fuerit, clarè indicat ipſum aſſenſum liberum eſſe cooperationem. 2. Iuxta Concil. ibidem; taliter homo aſſentitur Deo excitanti, & per quem aſſenſum ſe præparat ad gratiam iuſtificationis, ut duo anathematizet, ſcil. liberum arbitrium, nihil in hoc omninò agere, & veluti inanime quoddam merè paſsivè ſe habere: ergò loquitur Concilium de aſſenſu ita

2

Explicat. hæc ratio

Confir. 2.

præparante ad iustificationem, ut liberum arbitrium verè, & cum proprietate in illo aliquid agat. Atqui in assensu purè negativo; utpotè in re nihil, voluntas nihil cum pròprietate agit: ergo nomine illius nequit intelligi à Concil. &c. Nec dicas cum SS. M. tom. 4. fol. 318. * hominem

Resp. quę dam reijcit. 1.

sic consentiętem agere contrar. eius, quòd potest sic recipiens. Potest autem abijcere inspirationem, etsi non abijcit, consentit, & sic aliquid agit.* Non, inquam, dicas. 1. Quia consensus negativus, & dissensus iuxta ipsum nulla oppositione ratione sui gaudent: cum sint duæ negationes puræ; quare falsò dicitur *facere contrarium eius &c.* 2. Si talis consensus

Secundo.

est nihil, & carentia alterius nihili; & libertas, quam voluntati concedit respectu illius, est purè passiva, falsò asserit *agere aliquid*; quia nec *agit*, nec ibi est *aliquid*.

3

2. Prob. eadem min. Illa verba canonis supra relati: *Liberum arbitrium potest dissentire Deo excitanti*, sunt eadem quoad sensum cum his,

Alia probat. m. in.

quæ cap. 5. protulerat, ubi loquens de gratia excitante, & assensu, & dissensu possibili præstari ei, ita ait: *Ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omninò agat, inspirationem illam recipiens: quippè qui illam abijcere potest.* Ubi quod in canon. appellat *assentiri Deo excitanti*, hic nominat *recipere Dei inspirationem*; & quod ibidem explicat *per posse dissentiri*, hic exprimit *per posse abijcere Dei inspirationem.* Sed dum cap. citat. asserit hominem recipere inspirationem, intelligit Concilium iuxta omnes Theol. receptionem moralem, & aliunde intelligit acceptationem per consensum positivum; cum statim damnet eos, qui dixerint, *hominem in tali receptione nihil omninò agere*: ergò loquitur de consensu positivo. Eadem ponderatio fit loquendo de assensu præstito Deo vocanti, quatenus asserit Concilium *illum esse dispositionem ad iustificationis gratiam.* Nam postquam cap. 5. docuerat hominem per talem assensum se disponere ad iustificationem, cap. 6. exprimit qualitatem huius dispositionis per verba sequentia: *Disponuntur ad iustificationem, dum excitati, & adiuti Dei gratia liberè moventur in Deum credentes, & incipientes ipsum diligere &c.* ergò omnis dispositio ad iustificationem proveniens à libero arbitrio excitato Dei gratia, sumit exordium à motu libero fidei, & proficit per motum spei, dilectionis &c. ergò ponere alium assensum liberum provenientem unicè à gratia Dei excitante, qui fit dispositio ad iustificationem, & omnes actus relatos, realiter præcedens, non recte fundatur in doctrina Concilij. Videatur M. Lemos tom. 1. tract. 4. cap. 20. ubi mirificè sensum Concilij Trid. exponit, ut manifestè detegat errores Lutheri, & Calvini.

4

Ex quibus plura deduci possunt ad nostrum intentum, videlicet, quod nomine *assensus*, & *dissensus* possibilis præstiti Deo excitanti, atque vocanti, non intelligi quid negativum. Primo, quia per talem assensum cooperatur homo assentiendo Deo excitanti. Secundo, quia talis assensus provenit à libero arbitrio nedum excitato, sed etiam moto, per quòd omnes, vel ferè omnes Thom. & Adv. intelligũt motion. efficacem distinctam ab excitatione morali; quam motionem iam canon. 3. iam cap. 5. explicuit Concilium nomine *adiutorij*, & nomine *gratiæ adiuvantis*: assensus autem procedens à motione distincta ab excitatione, ut etiam fatetur Mag. quem impugnamus, est quid positivum. 3. Quòd ipsum assentiri est cooperari; siquidem non dixit *cooperatur*, & *assentitur*, sed *cooperatur assentiendo*; quamvis cooperetur per respectum ad Deum efficaciter moventem, & assentiatur per respectum ad Deum excitantem, & moraliter trahentem. Hæc autem omnia quid positivum designant.

Illatio in compend

5

2. Prob. idem assumpt. Si per assensum vocationi Dei intelligeret Trid. aliquid negativum in pura non resistentia consistens, pariter idem intelligeret Concilium Arausic. dum canon. 7. definit: *Neminem posse consentire Evangelicæ prædicationi absque illuminatione, & inspiratione Spir. S.* nulla

Prob. 2. concluſ.

nulla enim ratio disparitatis assignari valet. Atqui illud non potest affirmari de Concilio Arausic. ergò nec de Trident. Min. prob. 1. Quia ad non resistendum positivè evangelicæ prædicationi non requiritur illuminatio, & inspiratio Spirit S. ita expresè D. Thom. 2.2.q.10.a.1.ad 1. *Dicendum: quòd in natura humana non est habere fidem, sed in natura humana est, ut mens hominis non repugnet interiori instinctu, & exteriori veritatis prædicat. unde infidelitas secundum hoc est contra naturam.* Quod ulterius probari potest à simili in odio Dei; licet enim sine gratia supernaturali nemo possit diligere Deum, uti oportet; sine illa tamen potest ipsum non odio habere. Deindè: Nam qui fide acquisita consentit Evangelicæ prædicationi, absdubio non resistit ei positivè: ergò cum ad prædictam fidem non sit necessaria gratia supernaturalis &c. 2. Quia Conc. loquitur de consensu, ita conducenti ad salutem æternam, ut suaviter infundatur à Deo, quem si quis affirmet haberi posse per naturæ vigorem, hæretico fallitur spiritu. (sic sentiebat Calsianus) Sed hæc omnia si propriè, & attentè considerentur, solum verificantur de actu positivo voluntatis imperantis actum fidei; aliàs doctrina D. Thom. non teneret verum, & testim. adducta ibi à Concil. hoc ipsum probant. ergò nomine consensus &c.

6 Dices: probationes adductas non esse ad rem (præmit sub silentio Auth. S. D.) quia licet sine gratia Dei possit quis omittere odium Dei, & fide acquisita consentire Evang. prædicationi (idem dicet de non dissensu positivo fidei, ut retuli ex D. Thom.) hæc sunt naturalia, & sic non conducunt ad salutem, nec exercentur, ut oportet. Consensus autem negativus Dei vocationi est vera dispositio voluntatis ad gratiam supernaturalem adiuvantem, & conducit ad salutem æternam. * Ut melius percipiat. hæc doctrin: placet in forma occurrere. 1. prob. min. Ad non resistendum positivè &c. non resistentia purè naturali, conced. Non resistentia conducente ad gratiam supernat. nego. Et sic se habet consensus negativus. Sed hoc non satisfacit. Reijcit.x

Tom. 4. fol. 369. Respond.

*Sic distinguo.

1. Nam talis consensus solum ponitur ut dispositio purè negativa ad gratiam supernaturalem adiuvantem, hoc est removendo prohibens, scilicet, dissensum negat. oppositum impediens illam. Atqui talis modus dispositionis convenit etiam omissionibus, aut etiam actibus purè naturalibus iuxta omnes: ergò ex hoc capite nulla est ratio discriminis. 2. Nam hæc distinctio nequit adaptari Auth. Sanct. Doct. ubi ait: *Quod licet habere fidem non sit in natura humana (hoc est * sine auxilio elevante, & movente interius ad credendum)* in illa tamen *est, ut mens hominis interiori instinctui non repugnet, & exteriori veritatis prædicationi.* Hic interior instinctus sine dubio est suasio Spiritus S. ad credendum: ergò non repugnare ei est à natura humana simul cum interiori instinctu. Sed hoc non obstante non est ab illo: aliàs esset supernaturalis: ergò quod homo consentiat negativè, hoc est non dissentiat negativè vocationi, non probat illum esse supernaturalem; sed debet ultra addi, * esse non dissentire, quod est effectus illius. * Atqui huiusmodi processus nō probatur, nec ille requirit. ut sit dispositio, ut dictum est; nec ut voluntas nō violentetur, si postea consentit positivè; quia iam gratia efficax invenit voluntatem negativè consentientem, imò negativè, per carentiam actus positivè ei repugnantis: ergò. Quare iuxta Advers. authorit. D. Thom. debet exponi de non repugnantia interiori instinctui, sed vero non procedente ex tali instinctu. Atqui cum hoc non stat cosensum pure negativum procedere ex tali instinctu, aut suasione Spirit. S. ergò. Prob. min. Eo sic procederet, quia ante signum consensus, vel dissensus purè negativi, adest libertas per vocationem allicientem, cui debet assignari aliquis effectus præcedens signum operationis; sed hoc idem accidit in casu posito ab Ang. Mag. cum sit casus peccandi vera infidelitate cum libertate ad credendum, ut patet ex Auth. ibi adducta Ioan. 15. ergò. Secundo. *Q.6.a.1.

Si dicas 2. Concil. in illis verbis : *Qui dat suavitatem in consentiendo, & credendo* : ponere consensum negativum pro priori ad consensum positivum. Nam hanc suavitatem dat Deus per gratiam sanctæ illuminationis, & inspirationis moraliter alicientem, ut gratia efficax non inveniat voluntatem reluctantem, sed consentientem. Contra est 1. Aliud est Deum dare suavitatem ad consentiendum, & credendum Evangelicæ prædicationi; aliud dare illam in ipso actu consentire, & credere : hoc 2. fit dum actus fidei, & consensus fit nobis suavis, quia placens, & amabilis ratione suæ honestatis. Unde honestum definitur approbante Sanct. D. * *Quòd sua vi nos alticit, & dignitate trahit.* Quare cum hoc 2. differtè affirmet Concil. datio suavitatis in credendo provenit à gratia efficiente credere. Nec ex quo etiam Concil. intelligatur de dare suavitatem ad consentiendum, & credendum, infertur consensus negativus. 1. Quia si præcedit illuminatio, & sancta affectio Spiritus S. iam voluntas est suaviter affecta, ut credat, quia estò subito; delectatur erga actum credendi. Nec ut sic se habeat voluntas, indiget consensu negativo. Nam inquiro: Quamnam suavitatem addet iste consensus, qui est nihil? Gustum enim voluntatis adeò sublimem, & generosum circa supernaturalia; quomodo dulcorabit, & internum saporem dabit ei, quod est nihil. Loquamur solidè, & cum proprietate.*

7 Resp. 2.

Reiic. 1.

* 2. 2. q. 145. a. 1

* Vide in Psalm. Suavit. & dulced. gratiæ Dei.

§. II.

Roboratur idem assumptum ex D. Thom. & SS. PP.

8 LIberum arbitrium assentiri vocationi ad fidem solum dicit illum assensum, quem intelligit Sanct. Doct. & SS. PP. neque solidè potest accipi pro illo, cuius mentionem non fecit. Sed Sanct. D. per assensum præstitum vocationi ad fidem, intelligit assensum positivum, nec ullam mentionem facit consensus negativi : ergò. Min. prob. ex ipso super Epist. ad Rom. cap. 9. lect. 7. dicente : *Vocatio interior est mentis instinctus, quo cor hominis movetur ad assentiendum his, quæ sunt fidei, vel virtutis, & hæc vocatio est efficax in prædestinatis, quia huiusmodi vocationi assentiunt*, iuxta illud Ioan. 6. *Omnis, qui audivit à Patre, & didicit, veniet ad me.* Sed assensus à vocatione efficaci proveniens, & per quam homo non solum audit, sed addiscit à Patre, est actus positivus, & actu includens fidei assensum, ut expressè docet D. Thom. super Ioan. cap. 6. lect. 5. Et 1. 2. q. 13. a. 3. ergò. Nam ipse Sanct. Doct. 2. 2. q. 2. a. 1. ait : *Assentiri vocationi ad fidem est ipsum credere, quod probat ex definitione tradita à D. Augustin.* de prædest. SS. cap. 2. sic eam definiente : *Credere est cum assensu cogitare.* Ad quod accedit alia definitio tradita à D. Damasceno, scilicet : *Fides est non inquisitus consensus.* Ex quibus constat iuxta D. Thom. & alios PP. *Assentiri vocationi ad fidem nihil aliud esse, nisi ipsum actum fidei.* Quod si scire desideres, cùr actus fidei dicatur assensus? Rationem huius tradit D. Thom. ubi supra ex eo, *quod actus fidei consistit in firma adhæsione intellectus ad verum ex determinatione voluntatis proveniens.* Et q. 23. de Verit. a. 1. *Sententia est conceptio distincta, vel certissima alterius partis conceptionis: assentiri autem à sententia dicitur.* Unde in solut. ad 3. asserit: quod licet *consentire* sit proprium voluntatis; *assentire* tamen propriè pertinet ad intellectum.

Prob. ex S. D.

Confirm.

Lib. 4. fid. Orth.

Hinc constat, quòd quando Magn. Par. Epist. 107. ait : *Homines esse liberi arbitrij, & trahi per quandam certam vocationem Dei altam, & secretam, per quam Deus ita agit sensum, ut doct. accommodet assensum.* Nomine huius, si est vocatio ad fidem, intelligit ipsum actum, quo credit voluntariè in Deum; cum iuxta ipsum nihil aliud sit fides, *quam cum assensu cogitare.* Neque enim opus est, ut antequam quis velit credere, sive antequam credat, quod assentiat vocationi Dei ipsum vocanti ad fidem. Nam cum talis assensus sit simul cum cogitatione; crederet, ante-

9 Ex M. P.

tequam crederet. Imò iuxta ipsum Parent. lib.de Spiritu, & littera c.34. *Homo consentiens etiam credit suasioni, & vocationi Dei*:ergò unicè diferunt tantum pènes diversam expresionem credere, & velle credere ab ipso assensu præstito vocationi. Ratio autem cur M.Par. sæpè utitur his vocibus, scilicet, *assentire.aut dissentiri vocationi Dei* ; sumitur ex eo quod per has voces exprimitur maiori cum proprietate libertas, qua gaudet homo in elicientia actuū, adquos á Deo excitatur, & movetur ; cumque S. P. semper intenderet salvare libertatem simul cum eo quod Deus per gratiam suam operatur omnia bona in nobis ; ideò sæpè asserit hoc non fieri à Nobis, nisi *consentientibus nobis.*

10 Quædam Doctrin. reijcitur.

Undè sine causa prædict. M. distinguit inter *assensum*, vel *consensum* præstitum vocationi,& inter *velle* obiectum supernaturale per illam propositum voluntati ; sunt enim diversæ expresiones eiusdem actus. Nàm quemadmodum cognitio superna proponens Deum ut efficaciter super omnia diligendum dicitur vocatio, illuminatio, excitatio, inspiratio cum sola diversitate expresionum ; ita actus tendens in Deum sic propositum dicitur assensus,vel consensus ; determinatio voluntatis, & amor,cum sola diversitate expresionum. Cum enim consentire iuxta D. Thom. quæst. 23. de Verit. art. 1. ad 3. sit *ad aliud sentire*, sive cum alio convenire ; dum Deus media tali cognitione provocat,invitat, & allicit voluntatem, ut ipsum amet ; per ipsum amorem consentit, anuitquè Deo vocanti. Hac enim ratione nemo negavit voluntatem positivè amplectentem obiectum delectabile ex sugestione diaboli propositum ; per ipsum amorem, & positivum amplexum, consentire Diaboli tentationi; undè talis amor, & complacentia est etiam consensus. *Amor* quidem respectivè ad obiectum *qua bonum*; consensus, respectivè ad sugestionem Diaboli illud proponentem, & ad sui prosequutionem allicientem.Qua propter,dum S. PP. & Concilia asserunt homines liberè consentire Deo excitanti ; neminēquè sine gratia Dei posse salutariter divinis exhortationis consentire ; intelligunt omnem actum supernaturalem ad bonum vitæ æternæ conducentem ; non vero aliquid prævium ab omni actu virtutis distinctum. Omnis enim actus salutaris dicitur consensus respectivè ad cognitionem,per quam Deus moraliter allicit hominem, ut operetur ea quæ sunt virtuosa, & honesta ; sicuti è contra;omnia hominis interna peccata dicuntur transgresiones per ordinem ad legem, & pravi consensus respectivè ad cognitionem pravam allicientem voluntatem ad peccandum.

11 Confirm. ex S.D.

Confirm. hæc ex eleganti Doctr.D. Thom. 1.2. quæst.113.art. 3. ubi probat in argumento sed contra in Adulto requiri ad iustificationem motum liberi arbitrij ex quo Ioannis 6.dicitur:*Omnis qui audit à Patre,& didicit,venit ad me; sed addiscere non est sine motu lib.arbitrij*(per pendecausalem) *Addiscens enim consentit docenti*: *ergò nullus venit ad Deum per gratiam iustificantem absque motu liberi arbitrij.* Deindè in corp. art.sic concludit *Deus ita infundit gratiam iustificantem, quod simul movet liberum arbitrium ad acceptandum donum gratiæ in his, qui huius motionis* sunt capaces. En ubi, quod prius nominavit *consensum,& motū* post nominat *liberam acceptationem* gratiæ; quibus verbis usum est Concilium Trident.sess. 6. cap.7. Sed si quæras, quis nam sit ista *voluntaria acceptatio grat.* ? Respondebit Tibi ipse Ang.D.ex M.P.esse motum liberi arbitrij in Deum summè dilectum cum detestatione ofensæ ; ipsa enim dilectio Dei *est consensus, & libera acceptatio. Consensus* respectivè ad Deum vocantem animam, ut iustitiam recipiat ; *acceptatio gratiæ* ; quia signate Deum super omnia amicabiliter diligendo ; *exercitè* eius amicitiam, & redamationem acceptat. Si ergo, qui assereret *consensum* requisitum ad iustificationem,& acceptationem voluntariam gratiæ, consistere in aliquo negativo præcedenti actum liberi arbitrij in Deum, & contra peccatum; non conformaretur cum Doctrina D. Thom. cur

non

non idem asserendum de illo, qui testimonia Concilior. & SS. PP. dicentium *homines liberè consentire, aut assentiri Deo vocanti; & rursus neminem posse sine gratia Dei consentire ipsi*; exponit de consensu negativo præcedenti actus salutares?

12 Urgeo hoc ex S. Doct. ibidem quæst. 111. art. 2. ad 2. ubi hæc habet: *Deus non sine nobis nos iustificat, quia per motum liberi arbitrij Dei iustitiæ consentimus; ille tamen motus non est causa gratiæ, sed effectus eius. Undè tota operatio pertinet ad gratiam.* En ubi, & ipsum actum dilectionis appellat consensum: & illa propositio Aug. *Deus non iustificat nos sine nobis*, utique consentientibus, ait verificari *ratione motus liberi arbitrij*, non ratione alicuius consensus *negativi* in puta carentia negativæ resistentiæ consistentis. S. D. perpetuus est in hac doctrina; undè quæst. 28. de Verit. art. 3. Probat *ad iustificationem requiri motum liberum arbitrium* 1. *ex illo D. Bernard. lib. de Grat. & lib. arb.* aientis: *Iustificatio tam absque consensu recipientis esse non potest; quam absque gratia Dantis. Sed consensus recipientis est actus liberi arbitrij*: ergò. Probat 2. idem assumptum: *Nàm in iustificatione impij contrahitur quoddam matrimonium spirituale; ut dicitur Oseæ 3. Sed in matrimonio requiritur mutuus consensus: ergò requiritur usus liberi arbitrij.* Quem articulo seq. asserit esse *motum dilectionis in Deum, & motum contritionis de peccatis.* Et in solut. ad 19. *Licèt Paulus antequam iustificatus esset, immediatè gratiam fidei impugnaret; tamen in ipso instanti iustificationis suæ consensit per liberum arbitrium Divina gratia commotum. Motum enim gratuitæ voluntatis in instanti potest Deus alicui immittere.* En ponit S. D. consensum præstitum à D. Paulo Deo vocanti ad fidem, pœnitent. & gratiam, in motu gratuitæ in voluntatis, sive perfecta *conversione in Deum, qua ratione asserit; ideò celebrant ab Ecclesia, ut miraculosam*: ita 1. 2. quæst. 113. art. 10. Videatur ubi immediatè art. 1. ad primum. Et invenietur dictum ab ipso: *Motum liberi arbitrij concurrentem ad iustificationem impij esse consensum ad detestandum peccatum; & ad accedendum ad Deum; illamque fieri subito, hoc est in instanti.*

Alia test. tim. S. D.

11 Secundũ.

Tertium.

Dixit M. Par. Deum gratiam, & virtutes infusas donare nobis sine nobis: ita lib. 2. de libero arbitrio, cap. 18. & 19. de quo S. Doct. 1. 2. quæst. 55. art. 4. ubi ly *sine nobis*, ait debere intelligi, *sine nobis agentibus, non sine nobis consentientibus.* Sed si scire desideras; qualis sit consensus præstitus à vobis in infusione gratiæ, & virtutum ab ipsa, ut à radice dimanantium? An, scilicèt, sit consensus negativus; an vero motus liberi arbitrij, quo anima convertitur ad Deum, & detestatur peccatum; habes expresse dictum à S. Doct. ubi supra; ipsum motum dilectionis esse consensum liberè exhibitum à nobis iustitiæ Dei; & simul esse consensum præstitum gratiæ fidei à D. Paulo. Imo etiam, cum S. Doct. quæst. 28. de Verit. art. 3. posuisset contra se 17. argum. ut probaret: *Ad iustificationem non requiri operationem nostram, quæ est per usum liberi arbitrij*; eo quod iuxta Aug. *Deus gratiam, & virtutes operatur in nobis sine nobis: Respond. Hæc operari in nobis sine nobis virtutes causantibus, non sine nobis consentientibus.* Sentit ergò consensum esse ipsam operationem, quæ est motus liberi arbitrij.

13 Aliud ex M. P.

Ex dictis colligitur consensum præstitum gratiæ Dei iuxta D. Bernard. adductum ubi supra; esse consensum positivum consistentem in motu lib. arbitrij se disponentis ad iustificationem. Habes etiam hoc quod est hominem recipere gratiam consentiendo inspirationi Divinæ, ut loquitur Trident. sess. 6. cap. 5. fieri per motum, & operationem liberi arbitrij. Sed ultra adducta audiendus est D. Bernard. qui post verba superius citata subdit: *Et ita gratiæ operanti salutem cooperari dicitur liberum arbitrium, dum consentit.* Quæ verba sunt eadem cum his quæ profert Trident. sess. 6. Can. 4. supra ponderata. Scilicèt, *liberum arbit. motum &c. cooperatur assentiendo Deo vocanti*: ergò ipse consensus est id, per quod homo cooperatur gratiæ Dei operanti; est ergò intransitivè ope-

14 Illatio ex dictis.

S. Bern.

ratio elicita à voluntate sortiens *nomen*, & *rem* consensus per respectum ad vocationem, ut moventem moraliter.

15 Sed ut dicta magis roborentur, necesse duxi referre præclarum D. Thom. testimonium 1. 2. quæst. 16. art. 4. ad 3. Cum enim Aug. Præcept. ibi, & quæstionibus præcedentibus eruditione solita enumerasset actus intervenientes in voluntate usque ad actum imperij. Videlicèt, simplicem amorem finis, eius intentionem; consensum circa media; electionem huius medij præalio, & usum activum, ut media ponantur in executione; proponit sibi 3. argument. ut probet usum præcedere electionem sub hac forma: *Voluntas utitur alijs potentijs, in quantum movens; sed etiam voluntas movet se ipsam: ergò etiam utitur se ipsa applicandose ad agendum. Sed hoc facit; cum consentit: ergò in ipso consensu est usus. Sed consensus præcedit electionem: ergò & usus.* Ad quod Respond. *Dicendum quod electio præcedit usum, si referantur ad idem; nihil autem prohibet, quod usus unius præcedat electionem alterius. Et quia actus voluntatis reflectuntur supra ipsos, in quolibet actu voluntatis (nota diligenter) potest accipi consensus, & electio, & usus: ut si dicatur; quod voluntas consentit se eligere, & consentit se consentire, & utitur se ad consentiendum, & eligendum.*

Robor. d. cta ex S. D.

16 In quo testim. clarè habetur, in quolibet actu voluntatis reflectente saltim exercitè supra se ipsum; (si enim sit reflexio formalis, & signata tunc realiter distinguntur consensus usus, & electio) inveniri rationem consensus, & electionis respectu sui, sicuti, & rationem usus. Et sic dum eligit, consentit se eligere, & dum consentit, consentit se consentire. Nam ut rectè animadvertit ibi Emin. Caiet. Usus est activa libera applicatio; consensus est activa libera acceptatio appetitus adhærentis alicui; electio vero addit supra hoc acceptationem prælativam. Undè in omni actu libero voluntatis invenitur exercitè ratio usus; quatenus voluntatis activè liberè se applicat ad illum eliciendum; ratio vero consensus, quatenus liberè illum acceptat; ratio electionis, quatenùs illum præfert alijs actibus, quos omittit. Ex qua Doctrina apparet ratio, cur M. Par. loquens de actibus quibus liberè cooperamur gratiæ Dei, & per quos etiam disponimur ad iustitiam, & vitæ æternæ consecutionem, appellat eos nomine consensus, & assensus; quia nimirum in eo exprimitur, & resplendet libertas voluntatis; quam intendebat concordare cum necessitate gratiæ Dei. Siquidem consentire dicit liberam acceptationem appetitus adhærentis alicui bono, ut vidimus ex Caiet. & insuper *consentire* necessario supponit excitationem moralem, cui exhibetur consensus; (quam negavit Calvinus libertatis peremptor) unde sub una *voce* componunt necessitatem gratiæ efficacis ad actus salutares cum eorum libertate; in quo maxime apparet energia in assensu ex inspiratione Spir. S. proveniente ad confutandum errores.

Ponder.

17 Sed dices: Innegabile est apud omnes dari consensum aut dissensum (estò in re sit carentia) interpretativum, & virtualem; tùm ad malum: ut patet in eo, qui advertens gravem tentationem statim eam positivè non repellit, & in alijs casibus propterquos dictum est * qui tacet consentire videtur; * & illud * facientes, & consentientes pari pœna puniuntur: * ergò non est, cur talis acceptio consensus, aut dissensus non teneat locum apud Concilia, & PP. loquentes de consensu, aut dissensu præstito vocationi per gratiam. Respond. 1. Añs. esse omnino verum; * sed eius veritas obstat opinioni, quam in præsenti impugnamus. Voluntas enim consentit virtualiter, quando & consensus formalis est possibilis, & insuper, quando omittit positivam resistentiam etiam antec. possibilem; & iuxta plures, quando adest præceptum resistendi; nihil autem horum invenitur in consensu negativo, quem præfata opinio propugnat, ut possit merito consensus virtualis, & interpretativus appellari. Siquidem pro signo añti. ad gratiam prædeterminantem, vel illius denegationem, in quo voluntas præventa vocatione exer-

Instabis.

Respond.

* Sic S. D. 1. 2. q. 74. a. 5. & 6. P. Aug. 12. de Trinit. c. 12.

exercet suam libertatem, nequit dari consensus ositivus, nec pariter dissensus positivus, nec adhit præceptum ut voluntas positivè consentiat, aut positivè dissentiat; prout expresse fatetur opinio relata; unde erit pura negatio, ad quam purè passive se habeat voluntas.

18 Resp. 2. Respond. 2. Quod talis acceptio consensus in negatione dissensus positivi consistens, estò sit possibilis, nequit adaptari testimonijs Conciliorum, & PP. dum asserunt per illum hominem cooperari gratiæ Dei; & per illum disponi ad iustificationis gratiam consequendam; cum carentia pura, nec sit cooperatio, nec sit salutaris, nec sit dispositio, de qua Concilia, & PP. loquuntur. Vidimus supra in Concilio Trident. & Arausicano, hęc omnia habere consensum, aut assensum gratiæ excitanti præstitum; undè licet ex terminis talis acceptio consensus non repugnet, non est fundamentum, ut de illo sint intelligenda testimonia Conciliorum, & PP.

19 Dicta robor. ex D. Bern. lib. de grat. & lib. arb. Sed quia Melist. D. mentionem fecimus n. 14 & quem pro nostra sententia stare diximus dub. 1. à num. 6. Eo quod loco citato, consensus purè negativi, adeò necessarij ad salutem æternam, nullatenus meminit; cum tamen tam abunde, & eruditè agat de omni gratia actuali; scilicèt, *excitante, adiuvante, præveniente, & subsequente, operante, & cooperante* unicuique proprium effectum attribuens: Magni estimandum est, atque pro argumento efficacissimo habendum; si quoties agit de consensu gratiæ Dei exhibito, illum collocat in aliquo positivo; & insuper ita illum constituit, ut perinde sit hominem ei consentire, ac esse volentem bonum, & per illum promeritorem vitæ æternæ constitui. Postquam enim dixit liberum arbitrium cooperari gratiæ salvanti consentiendo; & sic consentire esse illum salutariter velle: explicat, quotmodis dicatur, & accidere valeat, ut homo consentiat Deo salvanti, his verbis: *Consensus ille voluntarius est, quo homo placidè obtemperat Deo; sive iubenti acquiescendo, aut pollicienti credendo; sive reddenti gratias agendo.* Docet insuper consensum esse ita liberum, ut per illum homo à Brutis discernatur; & adeo voluntarium; ut sit definitum definitionis libertatis; *scilicèt, habitus animi liber sui. Ubi ergò consensus, ibi voluntas. Porrò ubi voluntas, ibi libertas; & hoc est quod dici puto, liberum arbitrium.* Et infra: *Is ergò talis consensus (qui dum aut iustos; aut iniustos probat, etiam merito facit Beatos, vel miseros) ob inamissibilem libertatem voluntatis, & rationis, non incongruè dicitur (ut arbitror) liberum arbitrium. Ipse liber sui, propter voluntatem: ipse iudex sui, propter rationem.*

Columna. 15

Ex his habetur 1. Quod consensus negativus præstitus vocationi Dei non est adeo necessarius ut existimat Prelaud. Mag. ad libere salutariter agendum. Cum enim sub gratia salvanti, sive operanti salutem, gratia excitans contineatur, & ordine executionis primum locum obtineat minime credendum est eum tantum D. latuisse agentem de consensu gratiæ salvanti præstito. Habetur 2. consensum præstitum gratiæ salvanti, & per quem homo cooperatur consentiendo, non significare aliquem actum specialem, sive speciale exercitium voluntatis ex Dei gratia præveniens distinctum ab actibus aliunde honestis. Cum ex supra relatis constet prædictum consensum salvari, tam per actum, quo quis obtemperat Deo, & illius præceptis obedit, aut credit illius promissionibus, & gratias agit Deo pro beneficijs acceptis. Hac ratione illustratur doctrina Ang. Mag. constituentis ubi supra rationem consensus voluntatis per determinationem, sive applicationem appetitus ad aliquod appetendum. Ex cuius doctrina refellimus distinctionem inter consensum præstitum Deo vocanti, & inter velle sive amare obiectum propositum per sanctam vocationem. Nàm etsi expressio consensus dicatur relatè ad sanctam cogitationem allicientem ad bonum, quæ est gratia excitans; formaliter includit amorem boni, fidem &c. Habetur 3. Per consensum præstitum gratiæ Dei propriè explicari libertatem nostram, dum Dei gratiæ, qua

20 Illatio 1. ex adductis. Secunda. Tertia.

qua prævenimur, consentimus; ut ex adductis, & probatis à Melisl. Doctore abundè constat. Ex quo manet confirmatum illius Author. quod supra diximus, *nimirum Concilia, & SS. PP. nomine assensus; aut consensus Dei gratiæ, & sanctæ vocationi, sæpè uti; ut simul statuerent illius necessitatem; quin tanta necessitas gratiæ præiudicet, sed potius firmaret liberum arbitrium. *Sic testantur testim. supra adducta ex D. Thom. pro iustificat. pro fide, & dispositione ad gratiæ susceptionem. Undè hac 1.2. q.15. art.2. *Probat in Brutis non dari consensum propriè dictum; eo quod non applicant appetitivum motum ad aliquid; sed talis motus in est eis ex instinctu naturæ. Secus tamen contingit in natura rationali, quæ habet in potestate sua appetitivum motum, & potest ipsum applicare, vel non applicare adhoc, vel ad illud.* Et solut. ad 1. *In Brutis invenitur determinatio appetitus in aliquid; passivè tamen: consensus vero importat determinationem appetitus, non solum passivam, sed magis activam.* Qua Doctrin. elucidari valet definitio Trid. Can. 4. contra Luth. & alios asserentes: liberum arbitrium purè passivè se habere &c. ex ipsa ratione assensus, & potestate ad dissensum. Idem dicendum dum cap. 5. damnat dicentes eum, qui accipit divinam inspirationem, cui assentitur, nihil omnino agere (perpende causam, quam modo percipio) *quipè qui illam abijcere potest*: hoc est dissentire. Cum ergò ex S.D. consentire propriè dicat determinationem appetitus non solum passivam (relatè ad obiectum, & cognitionem moventem) sed magis activam, & liberam; ex illo apparet, nisallor, recta intelligent. Doctr. Trid.

Doctr. D. Thom. ex P. Bern.

Consens. dicit libert.

Ex D. Th. Elucid. Trid.

21 Præfatum consensum adeo extollit melisluus Doct. ut per illum SS. Dei coadiutores, cooperatores, & promeritores Regni efficiantur; Fol. 919. cum per illum divinæ voluntati coniungantur: *Fecit Paulum coadiutorem, cum fecit volentem, ideſt, suæ voluntat. consent.* Quid igitur? *Hoc ergò totum liberi arbitrij opus? Hoc solum est meritum eius, quod consentit? Et prorsus.* Nec quia voluntarius, & maximè voluntarius à S.D. ponitur; à solo libero arbitrio est: *Cum ad cogitare, quod minus est, quam consentire, non simus sufficientes ex nobis quasi ex nobis.* Descendens S.D. ad exponendum bona, quæ Deus per gratiam salvantē operatur in nobis, sic affatur. Tria hæc operatur: *Hoc est bonam cogitare, velle, & perficere.* * 1. *Quidem imittendo bonam cogitationē, qua nos prævenit, quæ tantum valet ad excitandum.* 2. * *Immutando malam voluntatem, & sic eam sibi per consensum iungit.* 3. * *Ministrando consensui facultatem, dum foris per apertum opus nostrum internus opifex innotescit.* Ex his subdit varias divisiones gratiæ, earumque munera sic describit: *Gratia excitat, cum seminat cogitatum. Sanat, cum immutat affectum, roborat, ut perducat ad actum, servat, nè sentiat defectum.* * Nunc autē prudens Lector attendat, si in his, quæ latè retulimus ex Melisl. Doct. ubi agit de varijs divisionibus gratiæ, de illius effectibus, & de his, quæ Deus operantur in nobis usque ad assecutionem gloriæ per merita, invenitur aliquid redolens consensum negat. adeo iuxta SS. M. necessarium. Quod argum. etsi ab illodicatur negativum, maximè efficax in re tam gravi mihi est. Unusquisque in suo sensu abundet.

* Gratia excit.

* Gratia operans.

* Gratia. coo per. Sic D. Th. q. 111. a. 1

* Sic S. D. ibi art. 2.

§. III.

Occurritur argumentis.

OBijcies: Iuxta Trident capit. & Canon. citatis *liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum*: (ubi gratia excitans, & simul gratia effectiva nostri velle continetur) est potens dissentire gratiæ morali excitanti, & vocanti; ut fatentur Thomistæ: sed nomine dissensus intelligitur à Concilio dissensus impediens gratiam effectivam: ergò talis gratia &c. Prob. min. Si talis dissensus non impediret gratiam effectivam, sive quod Deus, adiuvando per gratiam prædeterminantem, operaretur nostrum velle, inepte salvaret Concil. libertatem nostram circa velle &c. per potestatem dissentiendi: sed hoc non est dicendum: ergò. Sequela constat; Inepte salvatur libertas ad

22 Arguit.

velle

velle &c. per posse consentire aut dissentire; si Deus facit nos liberè operari, sive simus consentientes, sive simus dissentientes. Sed si dissensus non impedit gratiam effectivam, hoc modo res contingerent: ergò.

23 Confirm. Confirm. 1. Expresissimis verbis ex eodem Concil. cap. 5. dicente *hominem recipientem illuminationem, & inspirationem, quæ sunt gratiæ morales*, aliquid agere: & damnat eos, qui asserunt nihil agere. Sed pro illo signo, quod est signum vocationis moralis, & præcedens influxum effectivum Dei, non potest agere consensum positivum: ergò recipiens Dei inspirationem consentit negativè. 2. Secundo. Pro signo, pro quo præcedit in voluntate gratia excitans, & sancta vocatio; debet consentire, aut dissentire: sed talis consensus, aut dissensus nequit esse positivus, cum illud signum antecedat gratiam adiuvantem: ergò est consensus, aut dissensus purè negativus. Prob. mai. Voluntas vocata nec consentiens, nec dissentiens pro tali signo, est voluntas se habens, ut inanime quoddam, ut asserebat Luth. iuxta Trident. Can. 4. ergò ut non sic se habeat, requiritur Explicat &c. Explic. In tali signo gratia excitans aliquem effectum habere debet: ergò cum hic nequeat esse quid positivum, quia antecedit gratiam adiuvantem, ut dispositio ad illam, debet &c. Aliter: Voluntas in illo signo non se habet mortuo modo, nec dormiens; sed verè percipiens motionem moralem obiecti cum potentia abijciendi illam iuxta Trid. ergò aut consentit, aut dissentit negativè. Urgetur. Urgetur. Liberum hominis arbitrium cooperari, & se disponere positivè ad iustificationem ut docet Trident. estò dicat consensum positivum, supponit consensum negativum Deo excitanti pro priori: ergò utrumque ponitur à Concil. Probat. añs. Liberum arbitrium sic cooperari supponit hominem cum duplici gratia excitante, & adiuvante, ut constat ex verbis illius: ergò debet assignare effectum proprium utrique gratiæ. Sed effectus gratiæ excitantis nequit esse positivus; cum illa præcedat in signo anteriori, quod non est signum operandi: ergò est consensus negativus.

Hæc minora sunt, quam à viro tã Doctõ sperabam. Eo maximè: quia 24 loquens de suo consensu negativo, & prout ab illo adstruitur, asserit tom. 4. fol. 314. Sententiam illum propugnantem esse expresse traditam à Concilijs, interquę 1. ponit Trident. Quam expresionem cum vehementer desiderarem; ut concordia libertatis nostræ cum efficacia gratiæ omnibus esset clare nota, & controversiæ inter AA. Catholicos circa illam mira eruditione sacra, indefesso studio SS. PP. & Conciliorum, atque sublimi ingenio pollentes, fere per duo secula acerrimè exagitatæ pènitus cessarent; fraudatus sum à desiderio meo: solumque, ut cuilibet consideranti patebit, concedi valet prædictam opinionem fundari probabiliter in doctrina Trident. Quod sufficiens est, nec aliud desiderari valet, usque dum Ecclesia Catholica suũ sensum proferat. Hac enim probabilitate innitente Sacræ Scripturæ testimonijs Conciliorum, & SS. PP. laudabiliter, magnoqnè cum fructu, quotidie proficiunt utriusque Scholæ AA. Egregij Thom. scilicèt, & Iesuitæ debito moderamine in suum favorem illa adducentes, & ingeniosè ponderantes. Hinc dum addit ly *expresissimis verbis*, ut in suum favorem adducat verba Trident. cap. 5. rectè dictum est, si referantur ad doctrinam ibi traditam à Trident. verumtamen si referantur ad consens. purè negativum, in quo homo nihil agit, quia ille nihil est, & similiter posse abijcere Dei inspirationem; quia est potens purè negativè, non vero positivè illam abijcere: prædicta, inquam, verba nec expressa, nec aptè accommodari possunt, nisi satis impropriè accipiantur.

Nunc ad argumentum directè 25
Respond. 1. Doctrinam Canonis non adduci consequenter ad ea, quæ docet ibidem num. 54. (& infra referemus) Fatetur enim expresse Concilium in illis verbis * assentiendo cooperatur * loqui de assensu positivo præstito sanctæ vocationi; quia loquitur de lib. arb. non solum excita-

Respond.

tato, sed etiam moto per Dei gratiam adiuvantem, sive effectivam; assensus autem procedens à liber. arb. utraque gratia sic prævento est assensus positivus, & per quem homo cooperatur Deo, & se positivè præparat ad iustificationem. Hæc ibi. Addit tamen cum hoc componi lib. arb. ut præventum gratia excitanti in signo priori ad adiuvantem, negativè consentire per quem cons. se disponat, ut cooperetur.

26 Ex quibus sic argum. Eatenus Concil. iuxta Adv. salvaret libertatem nostram ad velle, per potestatem impediendi gratiam effectivam, quatenus lib. arb. est potens per prius consentire negativè Dei vocationi; atqui Concilium non loquitur de potestate dissentiendi tali consensu iuxta Doctr. præf. Mag. ergò. Min. probatur. Concilium loquitur de potestate dissent. dissensu directè oppositio assensui Deo vocanti, cui assentiendo cooperatur; sed dissens. sic oppositus tali assensui est dissensus positivus sicuti iuxta ipsum per ly *assentiendo cooperatur* significatur assensus positivus: ergò per *ly* posse impedire non intelligit Concilium &c. Urgeo. Sicuti Concilium asserit *lib. arb. motum, & excitatum* (in quibus verbis continetur utraque gratia) assentiendo Deo excitanti cooperari; ita de eodem lib. arb. sic moto, & excitato asserit posse dissentire Deo vocanti: patet hoc 1. ex ipsa grammaticali acceptione, ubi clarè denotatur ly *posse dissentire* regi ab eodem accusativo, scilicèt, *motum, & excitatum*. 2. Quia si posse dissentire Deo vocanti non attribueret Concilium libero arbitrio moto, & excitato, non salvaret in liber. arb. sic considerato libertatem formalem, & directam in assensu, per quem assentiendo cooperatur, ut videtur omnino certum; sed dissensus Deo vocanti, ut possibilis lib. arb. ut moto, & excitato à Deo est dissensus positivus; dissensus enim purè negativus sicuti, & consensus, exercent suam possibilitatem in signo priori ad gratiam adiuvantem: ergò loquitur de posse dissentire &c.

Reijcitur

Urget. 1.

27 Secundo. Ulterius Concilium in illis verbis *posse dissentire Deo vocanti* non loquitur de possibilitate consequente, sed antecedente; hæc enim sufficit ad libertatem assensus, per quem cooperatur assentiendo. Sed dissensus negativus relatè ad lib. arb. excitatum, & in signo priori ad gratiam adiuvantem, est ex se possibilis utroquè modo: ergo falso, & non satis consequenter distinguit inter potestatem ad velle, & posse ad non velle, & inter potestatem ad assentiendum Deo vocanti, & sic assentiendo cooperari, & potestatem dissentiendi, ut loquitur Concilium differtis terminis. In cuius confirmationem possunt adduci ea, quæ supra retulimus ex D. Thom. & ex D. Bernard. expressè asserentibus voluntatem fieri consentientem esse illam fieri *volentem, Dei cooperatorem, & adiutorem*, ac sic *consentientem* gratiæ salvanti, mereri vitam æternam. Hinc illa ponderatio * si *per dissensum vocationi non impedimus gratiam effectivam*, neque per assensum ad illam disponimur; quod prodest consentire, vel dissentire Deo excitanti? sive enim consentiamus vel dissentiamus Deus facièt per gratiam adiuvantem operari. * Nullius, inquam, efficaciæ est; nisi supponatur id ipsum, quod versatur in quæstionem, scilicet, præcedentia talis consensus, vel dissensus. In nostra enim sententia dissensus præstitus vocationi non impedit gratiam efficacem; quia talis dissensus, utpotè malus moraliter (idem de ommissione consensus possibilis, & debiti) supponit illam impeditam à Deo permittente: undè dicere, quod etiam si dissentiam Deus me faciet me operari per gratiam adiuvantem, est quid repugnans.

Solvit. pō der. Adv.

28 Si autem consentiat negativè in sensu possibili iuxta nostram sententiam; prout talis consensus dicit omissionem, aut carentiam liberam positivi dissensus: hæc quidem omissio dupliciter considerari valet; 1. ut sit pura absque aliquo actu causante, vel occasionante illam; vel occasionata ex aliquo actu. Si hoc 2. modo contingat; cū talis actus debeat poni ex aliquo honesto motivo, erit moraliter honestus, & pariter ipsa omissio saltim extrinsecè; prout re-

Ampliat. solut.

pu-

putatur idē moraliter cum ipso. Sed in hoc casu, cum omnis actus moraliter bonus sit à Deo per gratiam adiuvantem, esto ille sit dispositio ad aliam gratiam, non tamen ad omnem adiuvantem. Si autem omissio prædicta ponatur possibilis primo modo, circa hunc casum omnes Thom. supponunt talem omissionem non gaudere vlla honestate morali, de quo latè tract. de Merito iusti. Cum enim principia honestatis formalis sint finis, obiectum, & circunstantiæ, & in casu puræ omissionis actus mali nihil horum influat in illam, nullam honestatem moralem ei communicant. Si autem consideretur in individuo; Aliqui tuentur esse malam moraliter; eo quod voluntas in omni exercitio sibi libero teneatur apponere finem honestum iuxta Doctrinam S. Doct. Alij vero tuentur fore indifferentem in individuo; ideòque negativè bonam, quatenus dicit carentiam peccati. Cui opinioni pronunc adhærentes dicimus posse etiam dici dispositionem negativam ad gratiam adiuvantem, per quam positivè consentiret Deo excitanti atque vocanti. Attamen longè recedimus in hoc ab opinione contraria. Nàm licet talis omissio gratiam adiuvantem intrinsecam non prærequirat; quia omissio in se nihil est; secus tamen gratiam extrinsecam, & efficacem externæ protectionis Dei; quatenùs non permittit, ut potuit, creaturam dissentire: sed illam efficaciter protegit non sinendo eam dissentire. Hinc constat illam omissionem non esse effectum solius gratiæ excitantis, sed adiuncta gratia efficaci externæ protectionis ab intrinseco connexa cum carentia peccati.

M. Ferre ibi tom. 3

29 Ad confirmat.

Ad confirm. constat ex dictis 1. Quia omnis doctrina tradita sess. 6. de iustificatione continetur compendiosè in Canonibus positis à Trident. servata proportione inter illos, & capita eiusdem sessionis; ut advertit ipsum Concilium per hæc verba *Post hanc Catholicam de iustificatione doctrinam, placuit S. Synodo hos Canon. subiungere, ut omnes sciant, non solum quid tenere, & sequi; sed etiam, quid vitare, & fugere debeant.* Cumque doctrina ibi tradita circa assensum præstitum Deo excitanti, atque vocanti, & de cooperatione lib. arb. se præparantis ad iustificationem, cum vera illius libertate, & activitate unicè contineatur in Can. 4. * & in Can. 3. ubi agit de necessitate divinæ inspirationis prævenientis, & adiutorij, ut homo se præparet, sicut oportet; omnis doctrina, quæ in prædictis Can. non continetur, non debet ut talis existimari relatè ad eiusdem Concilij capita.

* Sic in edition. casti gatis.

Ex dictis ad argum. constat Concilium Can. 4. loqui de assensu, per quem homo cooperatur gratiæ Dei, & sic se præparat ad iustitiam, respectu cuius nequit se habere purè passivè: cumque ex his deducere præcedentiam alterius assensus purè negativi, ad quem pure positive voluntas creata se habeat, & per quem non cooperetur Deo excitanti, atque vocanti, minimè fundetur in relatis verbis: idem dicendum de his, quæ ab eodem Trident. cap. 5. describuntur. Rursùs ex ipsis verbis cap. 5. & ex concessis ab arguente, deducitur ibi contineri verè, & germanitus, assensum positivum. Ratio. Ideo Canon. 4. hic assensus expressè continetur, quia Concilium loquitur de libero arbitrio moto, & excitato; & de assensu, quo homo se præparat ad iustificationem; idem accidit in dicto cap. 5. *Exordium inquit, iustificationis à Dei vocatione sumendum est,* qua Adulti vocantur, *ut qui per peccata à Deo aversi erant, per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam ad convertendum se, eidem gratiæ assentiendo, & cooperando, ad suam iustificationem disponantur.* En ubi ponit Concilium assensum postquam homo est à Deo præditus gratia excitante, & adiuvante: si ergo; quia assensus, de quo Can. 4. supponit liberum arbitrium utraque gratia præventum, fatetur Arguens illum esse positivum, & activè à libero arbitrio procedentem; idem fateri debet de assensu contento cap. relato. Deinde. Hanc doctr. explicat Conc. hinc puncto, subdens: *Ita ut homo recipiens divinam inspirationem neque omnino nihil*

30 Argum. ad homin.

Confirm.

nihil agat: quippè illam abijcere poteſt, neque ſine Dei gratia libere ad iuſtitiam libera voluntate ſe movere poſsit, quod eſt dicere; * homo per eius excitantē, atque adiuvantem gratiam aſſentiendo, & cooperando ſe diſponit ad iuſtificationem; taliter recipiendo Dei inſpirationem per aſſenſum, ut non verificetur illum nihil omnino agere. * Atqui in conſenſu purè negativo, & ſine poteſtate ad poſitive aſſentiendum pro tali ſigno, homo nihil omnino agit; ut videtur innegabile: ergò.

31

Quædam inſtant.

Nec obſtat. Concilium loqui in illis verbis *illam recipiens* ſolum de gratia illumin.& inſpir. Atqui receptio illius per liber. conſenſ. dum ſola illa intelligitur, & non gratia adiuvans, nequit eſſe poſitivus, ut fatentur Thom. ergò eſt purè negativus.

Reſpond.

Non inquam obſtat. Reſp. facile diſting. maior. loquitur ſolum de grat. illumin. &c. tanquam de gratia, cui conſentit, & conſentiendo eam recipit, conc.mai. Solum de gratia, per quam conſentit, & illam recipit conſentiendo, neg. mai. & diſt.min. dum non intellig. gratia adiuvans ut gratia faciens conſentire, voluntas non conſentit poſitivè, conc.min. ut gratia, cui conſentiat, neg. min. & conſeq. Solutio eſt clara, & conſtat illius veritas in Adv. Doctr. Quia eſto voluntas conſent. poſitivè pro ſigno debito ſequenti, & ſolum ſic conſentiat SS. Vocationi; non tamen per hanc ſolum, ſed per gratiam adiuvantem operantem illum. Quare negato illo ſigno priori conſentius negativi; in reliquis conſentimus.

Altera inſtant.

Nec obſtat: quod Concil. ibi diſtinguit inter recipere ſanct. inſpir. & ſe liberè movere ad iuſtitiam, ad quod requirit gratiã Dei: Sed in his intelligit diſpoſit. poſitivam: ergò in primis ſolum diſpoſit. negat.

Reſpond.

Reſp. diſtinguere illa ſolum quoad munera; nàm talis libera receptio inſpir. quæ fit per grat. adiuvantem, appellat diſpoſitionem volunt. ſe moventis ad iuſtificat. Undè illa receptio non eſt ſine ulteriori gratia; & ideo ait: *Neque tamen ſine gratia Dei ſua voluntate libera ſe movere ad iuſtitiã poſsit.* Quod eſt dicere * etſi homo liberè conſentiat recipiendo moraliter ſanct. inſpir. cum poteſtate ei diſſentiendi, abijciendi, & eam contemnendi; hoc tamen non debet ſibi attribuere, nec quod ſic aſſentiendo ſe diſponat ad iuſtitiam; cum hoc proveniat à gratia Dei. * Salvatur igitur libertas, & activitas, & diſpoſitio in voluntate, dum conſentit; attamen hoc non ſine gratia Dei faciente, ut voluntas omnia recenſita operetur.

Ad 2. Reſp. hanc propoſit. *Si pro ſigno, pro quo præcedit gratia excitans, voluntas, nec conſentit negativè, nec diſſentit, ſe habet veluti inanime quodam, ut aſſerebat Lutherus*: eſſe mihi valde implexam. Præſertim quia illam deducit ex Trid. Can. 4. 1. Arguens expreſſe fatetur in dicto Can. fieri ſerm. de aſſenſu poſit. per quē cooperatur liber. arb. excitatum ſimul, & motum gratia adiuvante (quamvis connetur probare etiam in dicto Can. contineri aſſenſum negativum; hoc non dixit Concil.) ergò illa verba *neque mere paſsivè, & veluti inanime quoddam ſe habet* intelliguntur, & applicantur iuxta bonam Grammaticam, & Theol. aſſenſui, quo cooperatur, & ſe diſponit ad iuſtificationis gratiam. Probet nunc SS. M. quod ſi non præcedit conſenſus negativus, ut effectus ſolius gratiæ excitantis; quod liber. arb. aut homo, ſe habet mere paſsivè, & veluti inanime quoddam relatè ad cooperandum aſſentiendo Deo, & ad ſe præparandum per actus ſalutares ad gratiam iuſtificantem? Si in ſua opinione voluntas relatè ad conſenſ. purè negat. mere paſsivè ſe habet, nec ſe habet ut agens, nec ut vivens in actu 2. per illum; quia ille eſt in ſe nihil, & carentia pura alterius nihili; qua ratione hoc debet poni, ut neceſſarium omnino adhoc; ut voluntas in ſigno ſequenti ſe habeat activè, & non inanimiter, dū poſitive conſentit? Hoc enim eſt dicere lib. arb. *Te habe purè paſsivè, nihilque agas; nec animatè te te exerceas in ſigno præcipuæ partis tuæ libertatis; ut poſtea in ſigno ſequenti agas, vivas, & te ad iuſtitiam præpares. Alioquin etſi tibi videatur in actibus à te recenſitis liberum arbitrium non ſe habere purè paſsivè, ac veluti quoddam inanime, reipſa falleris: & videtur error Lutheri.* Quod quis credet Bone Deus!

32

Ad 2 confirm. & reliqua.

Dialog.

33

2 prob. est contra illum iuxta eius Doctr.

2. Ipse Arguens tenetur dicere, si rigorem sermonis observet, & distincte singula singulis tribuat: pro illo signo voluntatem se habere ut inanime quoddam. Ratio est: Nam consensus, vel dissensus non intelliguntur pro signo gratiæ excitantis; est enim illud signum libertat. ad consensum; & hic se habet ut effectus illius per modum causæ finalis. Unde (verbis eius utor) *pro eo signo concipitur voluntas sub gratia excitante, & vocante iuxta positionem Lutheri.* Arqui, ut dixi, pro eo signo voluntas nec consentit, nec dissentit; aliàs confundentur signa: ergo si vera est hæc doct. volũtas se habebit ut inanime quoddam, tum pro illo signo, tum pro signo sequenti, in quo unicè datur nihileitas consensus. 3. Eò asserit, quòd voluntas in signo vocationis non se habet ut inanime quoddam, * quia est signum in quo nec est dormiens, nec inanimis, sed percipiens motionem moralem obiecti cum potentia abijciendi sanct. inspirat. * Sed hoc ipsum ponunt Thomistæ; quia illud signum, utpotè libertatis ad consensum, vel dissensum positivum, includit tum cognitionem, ut radicem libertatis, tum ipsam potestatem ad utrumque divisivè ponendum: ergò nihil infertur contra Thom. ei adversantes.

3. Non prob. contra Th.

34

Respond. directè.

Hinc dicendum, quòd si subitæ affectiones non omninò necessario requirantur, ut complentes potestatem ad actus liberos; tunc pro signo sufficientiæ, esto voluntas non sit actù vivens vita operationis, est tamen potens proximè, & expedite sic vivere pro signo sequenti se exercendo per actum; unde nec pro illo signo se habet ut quid *inanime*: hoc enim importat etiam carentiam potestatis ut se exerceat per vitam actualem. Si autem illæ affectiones subitæ præcedant, vivit actù, sed non liberè actù, sed inchoativè, & dispositivè. Et quidem si, ut aliquid non se habeat ut inanime quoddam, est necesse assignare aliquod exercitium pro omni signo; etiã intellectus actuatus lumine, specie intellig. sed pro priori ad motionem Dei applicantis ut intelligat; se habebit hoc modo; quod sine fundamento dicitur. Semper tamen insistendum est: quod per consentire, aut dissentire purè negativè verificatur, quod se habeat ut quoddam inanime relatè ad illa. 1. Quia conceditur se habere purè passivè; quod iuxta plures est idem, *ac inanimatè se habere attento sensu Concil. utrumque asserebat Lutherus; & pro eodem reputabat. 2. Quia inanimate se habere solũ excluditur per *animate*, hoc est in actu vitaliter se habere; hoc autem dicit *actù se movere*, quod minimè convenit volunt. relate ad consent. negativũ. Nec recurras ad libertatem consensus. Cũ ut ex dictis constat, talis libertas in nulla ex his, quæ traduntur à D. Th. contineatur.

*Godoy, Ferre, Bolivar, & Alij.

Aliæ prob. reducuntur ad hanc propositum. scil. *quod si gratia excitans præcedit pro aliquo signo gratiam adiuvantem, debet ei correspondere proprius effectus, qui sit pro priori ad effectum gratiæ adiuvantis. * Ad quam Resp. quòd cum extra Deum nihil operetur, nisi quatenus virtus, aut potestas applicatur ab ipso ad operandum, in quo non intelligitur collatio, aut conservatio virtutis, sed sola applicatio (sic S.D. q. 3. de pot. a. 7.) cum gratia excitans se habeat ut virtus moraliter influens in actus liberos voluntatis; vel iuxta Alios, ut virtus etiam physicè elevans voluntatem ad illos; gratia vero adiuvans qua talis se habeat ut efficax determinatio voluntatis ut potentis tam physicè, quàm moraliter salutariter velle, sive consentire; propriumque munus illius sit reducere voluntatem sic potentẽ de actu 1. ad actum 2. tam longè abest, ut gratiæ excitanti debeat aliquis effectus pro priori correspondere; quin potius est contra rationem illius consistentis in dare, aut complere virtutem voluntatis, ut salutariter velit; subindeque indigentis alia motione, ut reducatur ad actum. Exempl. alijs omissis, habetur in operatione Dei ad extra. Præcedit enim illam virtualiter scientia ut dirigens; postea sequitur decretum applicans omnipot. & ab illa sic applicata, & determinata egreditur virtualiter operatio, & ab hac causatur effec-

35

Ad alias prob.

effectus. En ordinem prioritatis inter illa, quin alius effectus correspõdeat uni, & alius alteri. Alia prob. desumpta ex quo gratia excitans pertinet ad genus causæ finalis; & huic debet assignari aliquis effectus, antequam causa actu efficiens moveatur ad agẽdum. Manet refutata dub. 2. à n. 40. est que ponere effectum sine quatuor generibus causarum, & contra naturam causæ efficientis suo modo, scilic. *à qua primo in executione egreditur motus.*

Ad aliam prob.

§. IV.

In quo reijciuntur Respons. ad antea adducta.

36 AD testim. ex Trid. Resp. * Illud loqui de assensu, quo homo cooperatur, & se præparat ad iustificationem in suo signo debito, nempè post gratiam adiuvantem. Attamen ante hoc signum; quod est signum gratiæ excitantis, datur alius assensus purè negativus; per quem, etsi homo sic assentiendo non cooperetur; sedis ponit ad gratiam adiuvantem, per quam cooperetur. Quòd si rationem huius expositionis scire desideras, ea est, quia Conc. ponit duplicem gratiam in illis verbis *motum, & excitatum.* * Unde utrique gratiæ simul assignat Trid. consensum positivum, & cooperationem. Consensus autem negativus, de quo in præsenti, habetur ab homine excitato in signo anteriori ad gratiam adiuvantem.

*Tom. 4. q. 7 n. 54.

* Vide fundam. ex Conc.

37 Hæc solutio est parum solida. 1. ex dictis; quia talis præcedentia solum est ut gratia excitando interius voluntatem det, aut compleat virtutem ad salutariter velle; sed quia voluntatem ei consentire est donum speciale Dei, requirit ulteriorem gratiam, ut sic contentiat. Idem dicendum de tacta illuminat. suadente; cum cognitio se teneat ex parte actus 1. ad amorem boni propositi. Hinc pro qualitate exercitij sequuti pro posteriori ad gratiam excitantem adæquatè sumptam, pensanda est tendentia suasiva, aut excitativa illius. Si quòd suadet, est amor boni, aut salutariter consentire, huiusmodi exercitium erit immediatissimum in signo sequenti. (idem suo modo de cognitione retrahente) Si vero sit pure negat. se habere, erit huiusmodi exercitium, quod immed. sequitur. Nunc autem considera, quid dicter Deus dum interius illuminat; & dum suadet? Nonnè, quòd ad illum convertatur, quòd exurgat à mortuis pœnitendo; quòd veniat ad illum credendo, sperando &c. Ergò cum nobis non appareat, quòd suadeat, ut nihil agendo purè negative consentiamus; solum correspondet ut effectus illius, si nos Deus adiuvet, velle salutare; si non adiuvet, nolle, & dissensus peccaminosus.

Impug. 1

2. Longè diversum est dicere * assensum purè negativum non contineri in verbis can. 4. & cum hoc componi illius existentiam, propter alia testim. eiusdem; vel SS. PP. Aliud vero positivè affirmare in dictis verbis contineri; ut de se videtur certum; * sedquia hoc 2. asserit solutio; sequitur sensum præfati canonis adæquatè acceptum esse huiusmodi: *Quamvis liberum arbitrium excitatum à Deo nihil cooperetur assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo se præparet ad iustificationem, purèque passivè se habeat potens dissentitire;* * *liberum tamen arbitrium motum, & excitatum verè cooperatur assentiendo Deo vocanti, quo se præparat ad iustificat. estque potens dissentire, si vult, nec purè passivè se habet.* At hoc non videtur satis decens tantum Concilium; ubi intendit radicitus damnare Lutherum: ergò talis assensus non continetur &c.

38 Secundo.

* Et in hoc fiat præcipua pars libert.

3. Et facio eandem ponderationem circa c. 6. Trid. ubi exprimit dispositiones præcedentes iustificationem, & ex gratia Dei provenientes; quod & brevius absolvit can. 3. Sic enim ait: *Disponuntur ad iustitiam dum excitati divina gratia, & adiuti fidem ex auditu concipientes liberè moventur in Deum, credentes &c.* Post quæ numerat *timorem, spem, fiduciam, & dilectionem inchoatam Dei ut fontis iustitiæ.* Si enim consensus negativus est 1. præparatio libera, & à qua incipit discretio; & quæ expres-

39 Tertio.

sè continetur in illo trito M. P. *Qui præparat voluntatem adiuvandam. Et in illo: præparatur voluntas à Domino*: cur Concil. illum non nominat; aut saltim non ponit grave fundam. ut per rectam conseq. in dispositionibus recensitis deduci valeat? Rursus insistendo formæ arguendi in antec. Sic posset solidè explicari Concil. * Disponuntur ab iustitiam, dum excitati divina gratia liberè passivè purè negativè moventur in Deum; purè negativè credentes, & reliqua. Si vero ly *excitati* addatur ly *adiuti*: tunc verba Concil. positivè intelligenda sunt. *

40

Resp. ad alia test.

Ad alia testim. SS. PP. & Angel. Doct. qui loquentes de assensu fidei, de consensu requisito ad iustific. & qualiter homo se præparet liberè ad iustific. &c. Resp. *illa intelligi de consensu pro posteriori ad gratiam adiuvantem; qui est positivus; si autem consideretur in signo anteriori ad illã est purè negativus.* Hoc tamen dictum non aliter impugnatur, nisi iterum adducendo testim. ubi consensus significatur per motum liberi arbitrij, & per firmam adhæsionem ad verum &c. Et insuper quia non licet testim. tantæ Author. exponere sine solido fundam. ex his, quæ ibidem docent SS. PP. Hoc opus, hic labor. In hoc enim vir desideriorum sum. Addidi; *quod S. D. ponit pro effectu vocat. efficacis addiscere à Patre, quòd iuxta M. P. dicit consensum positivum: quia hoc nihil est aliud quàm accipere donum, quòquis credat in Christũ. *Ad quod dicit; quod addiscere, esto pro signo sequenti gratiam adiuvantem, sit positivè consentire; secus in signo anteriori. &c. Hoc dictum latè impugnatum invenies tom. 4. tract. de pot. grat. dub. 1. ex D. Thom. & ex M. P. Et ex ipsa ratione discipulatus Christi, & Patris Æterni; & ex eo quod in tam Divina Schola addiscere etiam verificetur per *nihil*, & per non se habere activè &c. Vide plura in M. P. Psalm. 118. ℣. 66. circa Dei Magisterium. *

Reijcitur.

Alia responsio.

Reijcitur.

Bo nitat. & discipl.

41

Altera Respons.

Ad aliud S. D. ex 1. 2. q. 113. a. 3. ubi probat requiri ad iustificationem liberam cooperationem per motum liberi arbitrij; quia Deus unumquodque secundum modum suum; ubi nullam mentionem facit de dispositione purè negativa exacta à suo A. titulo libertatis. Resp. *Ibi contineri consensum negativum; quia iuxta D. Thom. *Deus movet liberum arbitrium ad acceptandum donum gratiæ, in his, qui sunt huius motionis capaces.* Sed (sic subdit) iuxta S. D. q. 3. de Malo a. 2. huius motionis nõ sunt capaces, nisi creaturæ liberæ sint benè dispositæ, quæ dispositio fit per consensum negat. sanct. vocat: ergò &c. * Si non legerem, non crederem à Viro adeò docto, & in Doct. Ang. Præc. verfato, talem expositionem testim. adducto adhiberi. Constat enim legenti illum, & illius Comment. per ly huius motionis capaces, expressè intelligere Adultos habentes usum rationis, & excludi pueros, & Amentes, qui per Sacram. iustificantur. Sic enim solvit argum. in oppositum: exponitque M. P. de quadam speciali iustificatione, in qua videtur nullum motum liberi arbitrij præcessisse. Unde illa doctr. ex quæst. de Malo non venit ad rem. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced.*

Reijcitur



DU-

DUBIUM VIII.

AN EX ALIIS TESTIMONIIS TRIdentin. probetur consensus negativus?

§. I.

PRÆNOTANTUR ALIQUA.

N.1

COncilium Trid. sess. 6. cap. 5. agens de necessitate gratiæ ad hoc, ut homo se præparet ad institificationem, duo declarat, 1. huiusmodi præparationem provenire à gratia Dei excitanti, & adiuvanti. 2. cum hac necessitate gratiæ rectè componi hominem liberè se præparare ad iustificationem media conversione in Deum. 1. probat ex illo Hieremiæ Thren. ultimo: *Converte nos Domiue ad te, & convertemur*, ubi expressè profitemur nostram liberam conversionem à prævenienti Dei gratia provenire. 2. probat ex illo Zach. 3. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*: ubi expressè admonemur nostræ libertatis ad hoc, ut convertamur in Deum. Quapropter Ecclesia contra Lutherum, & Calvinum defendit utrumque, scil. hominem liberè se præparare ad iustitiam assentiendo, & verè cooperãdo gratię Dei: & gratiam esse necessariam ut homo liberè se præparet ad iustitiã. Hanc intelligentiam admittunt omnes Catholici, ut germanam, & expressè in dicto cap. contentam.

Noto 1.

Sed quia præter sensum Cath. in decretis Concil. contentis possunt alij sensus satis probabiles involvi, & ex illis formari argum. pro controversijs inter Theol. salva fide Scholasticè tractandis. Mag. sæpè citatus contendit probare ex duplici textu Zach. & Hier. adducto à Conc. colligi gratiam effectivam conversionis positivæ in Deum dependere ex consensu negativo perprius præstito vocationi morali. Arguit enim sic. Textus Zach. indicat conversionem effectivam nostri ad Deum (hoc est gratiam efficientẽ conversionem) dependere à nostro consensu præstito vocationi: ergò. Prob. añs. Si talis conversio non dependeret à nostro consensu, non exigeret Deus à nobis talem consensum, ut ipse Deus se converteret ad nos; atqui talem consensum Deus exigit à nobis dicens: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*:* ergò. Confir. hoc ex B. Ægidio in 2. d. 26. q. 2. a. 3. ubi verſat textus supra allegatos apparenter sibi contradicentes. Nam textus Zachar. denotat conversionem esse primo à nobis, & ideò Deus illam exigit dicens, *Convertimini*. Textus autem. Hier. indicat conversionem esse primitus à Deo, ideòque illam poscimus dicentes: *Converte nos Domine ad te*. Hæc autem contrarietas cessat ponendo duplicem conversionem in nobis ad Deum; unam imperfectam, alteram perfectam. 1. est à nobis adiutis gratia vocation. consistens in consensu negativo, quo posito Deus per gratiam effectivam facit ut velimus, & positivè convertamur ad Deum per amorem: ergò gratia effectiva pendet à nostro consensu iuxta sacros textus, si tenet expositio nostri Doct. Ægidij. Hucusque præd. Mag.

* Hoc prob. erat

Confirm.

2

Arg. M. Manso tom. 4. fol. 317. & tom. 1. fol. 430.

3

In hac tam brevi, quam compendiosa probatione, plura miscentur, quæ, si pro dignitate tractarentur, necesse erat lato calamo uti. In primis fatetur præd. M. ibi * actum positivum, per quem voluntas 1. di-

Nota 2.

ligit Deum, & se disponit ad iustificationem dari in præmium consensus negativi: * quod assertum, nisi ad loquutionem impropriam reducatur, sustineri nequit. Si enim conversio positiva datur in præmium: quomodo Tridentin. asserit illam dari à Deo per gratiam effectivam prævenientem? Si enim ex meritis, iam non est gratia. * 2. Cum gratia efficiens conversionem positivam sit propriè gratia adiuvans, sequitur ex tali doctrina omnem gratiam strictè adiuvantem etiã ad 1. velle, & 1. credere, utpotè supponentẽ consensum negativũ, dari nobis ex meritis: quod nescio; an possit securè proferri. Sufficiat scire quæst. inter Pelag. & M. P. sitam fuisse in hoc: *An, scilicet, gratia Dei detur nobis, quia volumus; an vero detur, ut velimus?* Ita M. P. epist. 107. ad Vital. Quid enim interest asserere dari gratiam Dei adiuv. quia volumus, non volitione formali, sed negativa, vel interpretativa? Cum potiùs adstruere meritum gratiæ adiuvantis in aliquo, quod revera est nihil (uti est consensus negativus), addat maiorem difficultatem. Unde existimo sensum dicti asserti esse improprium, & ly *in præmium* sumi à præd. M. latissimè pro quadam congruentia, & dispositione negativa. Non enim credi potest oblivioni traditam fuisse doct. Ang. M. 3. cont. Gent. cap. 159. qua probat suum assertum aientis: *Licet homo per motum liberi arbitrij nec promereri, nec advocare possit gratiam; potest tamen impedire eius receptionem.* Quapropter q. 8. n. 25. affirmat hominem solum posse acquirere gratiam efficacem indirecte, scilicet, removendo prohibens, nimirum, dissensum negativum gratiæ excitanti. Hæc autem acquisitio longè distat à merito.

* Estò merita sint ex grat. quòd datur, est corona.

De hoc magis ex professò infra.

4 Secundo notand.

2. Annotatione dignum est præd. M. intendere nomine conversionis contentæ in textu Zach. intelligi conversionem consistentem in consensu negativo, sive in non resistentia vocationi morali. Etenim si cum omni proprietate loquamur per conversionem in Deum intelligitur dilectio illius super omnia. Si autem propriè, estò non cum omni rigore, per conversionem intelligitur etiam omnis motus voluntatis in Deum. Ita A. M. 1. p. q. 62. a. 2. ad 3. *Quilibet motus voluntatis in Deum dicitur conversio in ipsum. Hæc autem est triplex: una per dilectionem perfectam, quæ est animæ fruentis Deo, & ad hanc requiritur gratia consummata. Altera vero est, quæ dicit meritum beatitudinis, ad quam requiritur gratia habitualis. 3. vero est, per quam, quis se præparat ad gratiam habitualem habendam, ad quam requiritur operatio Dei ad se animam convertentis, ut dicitur Thren. ult.* Similia tradit 1. 2. q. 109. a. 6. ex quibus colligitur aliã conversionem in Deum in negatione dissensus consistentem, nec leviter insinuari à D. Th. ut amplius constabit legendo in Tabula aurea hoc verbum *conversio*.

Latuit Ang. D.

§. II.

In quo triplici ex capite prob. conclusio negativa.

5 Reijcit. ex Conc.

UT autem prædicta expositio radicitus impugnetur, assumptum tria continet. Primum talem acceptionem conversionis cõtentę in textu Zach. non esse ad mentem Concilij. Secundum non esse ad mentem P. August. Tertium non esse ad mentem Ang. Doct. Primum sic probatur. Illa verba ex Zach. adducuntur à Concilio, tauquam concluſ. illata ex his præmissis * exordium iustificationis sumitur à præveniente Dei gratia, ut qui per peccata à Deo averti erant, per eius excitantem, atque adiuvantem eidem gratiæ assentiendo, & cooperando, ad se convertendum ad suam ipsorum iustificationẽ disponantur. * Post quæ subdit: * Unde dum dicitur in Sacris Litteris: *Convertimini ad me &c.* * ergò loquitur Concilium de illa conversione, quam præmisserat in illis vocibus; *ad se convertendum disponantur.* Sed in his intelligit Concilium conversionem positivam: ergò hæc est, quæ continetur in textu Zachar. Probat. hæc min. Concilium in prædictis verbis loquitur de cõversione, quæ fit per Dei excitantem, atque adiuvantem gratiam; ut ex ipso tex-

textu constat. Sed hæc conversio est positiva; cum iuxta præd. M. & veritatem gratia adiuvans, ut distincta, & coniuncta cum excitante, sit gratia effectiva, & unicè dispensata ad actum positivum: ergò.

6 Urgetur.

Urg. hoc. Tota doctrina illius capitis, in quo statuit Concilium necessitatem gratiæ excitantis, & adiuvantis, ut homines se convertendo in Deum disponantur ad iustificationem, traditur definitivè in canon. 3. sic aiente: *Si quis dixerit sine præveniente Spiritus S. inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.* Ubi notandum quod Concil. id, quod in dicto capite appellavit *gratiam excitantem, atque adiuvantem*, hic appellat *inspirationem, & adiutorium Spiritus Sancti*; & quod ibi expresserat *sub nomine dispositionis ad iustitiam se convertendo in Deum*; hic distinctè enumerat *actus ad iustificationem disponentes.* In hoc conveniunt omnes Theologi, quos videre licuit. Tum sic: sed in hoc canone unicè enumerat Concilium actus positivos supra relatos, nec levi facta mentione conversionis, aut consensus purè negativi: ergò quando dicto in cap. affirmat* quod homines per excitantem, atque adiuvantem gratiam eidem gratiæ assentiendo, & cooperando ad se convertendum in Deum disponantur ad suam iustitiam,* nomine dispositionis, & conversionis intelligit determinatè aliquid positivum. Sed huiusmodi conversionem liberam probat immediatè ex textu Zach: ergò. Videatur Concil. in cap. 6. ubi enumerat dispositiones præcedentes in homine ad iustificationem, & invenietur solum meminisse de actibus posisitivis inciendo ab actu fidei.

7 Reijcit. 2. ex capite. Arg. Pelag.

2. Assumpt. sic prob. M. P. lib. de Grat. & lib. arb. cap. 5. sic exoritur: *Cum dicit Deus convertimini ad me, & ego convertar ad vos, unum horum videtur esse nostræ voluntatis; id est, ut convertamur ad Deum: alterum vero ipsius gratiæ, id est, ut etiam ipsi convertatur ad nos. Ubi possunt putare Pelagiani suam obtinere sententiam, qua dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari.* Et infra: *Talia ergò de Scriptore colligunt, quale est hoc unum, quod paulo ante dixi, ut secundum meritum conversionis nostræ ad Deum, detur gratia eius, in qua & ipse ad nos convertitur.*

8 Solut. M. P. ad arg. Pelag. Psalm. 79 Psalm. 81 Ioan. 6.

Vidimus argum. Pelagij propositum à M. P. & deductum ex textu Zach. Audiamus ex ore eius solut. *Nec attendunt, qui hoc sentiunt, quia nisi donum Dei esset etiam ipsa ad Deum nostra conversio, non ei diceretur: Deus virtutum converte nos; & : Deus tu convertens vivificabis nos, & alia huiusmodi, quæ commemorare longum est. Nam & venire ad Christum quid est aliud, quam credendo in eum converti? Et tamen ait: nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei a Patre meo.* Ubi duo tradit ponderatione digna. Primum ipsam conversionem ad Deum, de qua loquitur Zach. esse donum Dei, quod à Deo petimus in testimonijs supr. cit. Secundum: hanc conversionem esse venire ad Christum, credendo in eum. Sed conversio, quam petimus à Deo in præfatis testim. est conversio positiva, ut fatetur præd. M. & insuper venire ad Christum credendo in ipsum dicit formaliter actum positivum, ut est evidens: ergò si hæc conversio est ipsa, qua nos convertimur ad Deum, & intimata in textu Zach. absdubiò hæc est positiva conversio consistens in actu fidei formatæ.

9 Ponderatur.

Perscrutemur attente illa verba Magn. Par. *Nisi esset donum Dei, etiam ipsa ad Deum nostra conversio &c.* Quænam rogo est hæc ipsa ad Deum conversio? est nè illa, de qua loquitur textus Zach. & ex quo arguit Pelagius; vel non? Si 1. ergò cum conversio, quam poscimus à Deo, ut nos convertat ad se, sit positiva; hæc erit, quæ continetur in textu Zach. Si 2. ergò cum iuxta prædict. Mag. tales conversiones differant realiter, ut negatio, & positivum; quomodo iuxta Aug. est *ipsa conversio*? Rursùs infero: ergò M. Par. non satisfacit arg. Pelagij. Nam ille objciebat conversionem contentam in Zach. M. autem Par. dum

probat conversionem esse donum Dei loquitur de alia contenta in Hierem.

10 Valdè me præmit hæc consideratio. Sit casus, in quo aliquis Pelag. arguat ex prædicto textu, ut probet gratiam Dei contentam in illis verbis: *Et ego convertar ad vos*, dari verè exmeritis; quia videlicet unum exigitur à nobis, scilicet, converti ad Deum; alterum vero offertur, videlicet: *Et ego convertar ad vos*. In hoc, inquam, casu concedet præd. Mag. conclusionem? Ablit. Si vero Resp. Conversionem in illis verbis à nobis exactam esse negativam; proindeque non esse meritoriam? Hæc Resp. etsi sit probabilis, inefficax est, pro defensione doctrinæ Cathol. adversus Hæreticos; præsertim cum oppositum sit satis probabile apud Theol. quos ipse M. refert tom. 1. q. 7. n. 21. Sed hoc omisso; quis non videat hanc Resp. nec levissimè esse insinuatam à M. P. ubi supra solvente argum. Pelagij!

Urgetur.

11 Respondebit fortè, hanc conversionem negativam esse effectum gratiæ Dei vocantis voluntatem? Si hoc, inquam, respondeat; obstat 1. quia gratia, quam ibi Augustin. probat requiri ad talem conversionem, est gratia physicè adiuvans, cum sit gratia contenta in illo: *Converte nos Deus salutaris noster*: &: *Deus virtutum converte nos*, quæ iuxta veritatem est gratia efficiens in nobis conversionem. Ex quo sequitur pro solutione arg. Pelagij tunc casus non uti præd. Mag. solutione M. P. quod est magnum inconveniens. Obstat. 2. Nam præd. M. ultrò fatetur Pelagium admisisse gratiam internam moraliter adæquatè excitãtem, quod nervosè probat quæst. 7. §. 4. à n. 41. Et licet oppositum alibi doceat; illud fatetur esse probabile. Quapropter præd. Resp. solum posset esse efficax arguendo Hæreticum in consequentiæ; hoc modo: *Quomodo contendis probare gratiam, qua Deus convertitur ad nos, esse ex merito prioris conversionis; si hæc procedit à gratia excitanti?* Sed hanc solutionem esse planè inefficacem in re adeò gravi, quis non videat? Diceret enim Hæreticus: *Non dico gratiam excitantem dari ex meritis; sed gratiam adiuvantem, per quam Deus convertitur ad nos. Hæc est enim, quæ (te fatente) nobis offertur, dummodo non resistamus Dei vocationi morali. Unde gratia conversionis Dei ad nos, erit in radice gratia, sed formaliter præmium.*

Prosecq. urgentia.

2. Prob. ex eodem M.Par. lib. 2. de peccatorum meritis, cap. 5. in quo * postquam probavit hominem iustificatum indigere ulteriori adiutorio gratię ad rectè vivendum exemplo oculi corporalis, qui quantumvis sit plenissimè sanus, non potest rectè cernere, nisi candore lucis adiuvetur (de quo D. Thom. 1. 2. q. 109. art. 9.) infert hanc conclusionem * *Conversos ergò adiuvat Deus, aversos deserit.* Verum, quia hæc propositio poterat dare occasionem, ut aliquis existimaret conversionem nostram ad Deum non esse ex gratia Dei adiuvante: subdit; *sed etiam, ut convertamur, ipse adiuvat: quod certè lux ista oculis corporis non præstat* *Ex quo testimonio duo manifestè deducuntur. 1. Hominem iustum, & conversum ad Deum indigere adiutorio illius, ad posteà rectè vivendum. 2. Etiam indigere prædicto adiutorio ad ipsam conversionem, sive, ut homo convertatur ad Deum.

12 2. Prob. ex eodem M.P.

2 depec car. mer. cap. 1.

Videamus nunc, qualiter probet M. Par. id, quod super addit, scilicet: *Sed etiam, ut convertamur ipse adiuvat.* Sic enim prosequitur: *Cum ergò nobis iubet dicens: Convertimini ad me &c. Nosquè illi dicimus: Converte nos Deus sanitatum, & Deus virtutum converte nos: quid aliud dicimus, quam; da quod iubes? Cum iubet dicendo: intelligite insipientes in populo; Nosque illi dicimus: Da mihi intellectum: quid aliud dicimus, quam, da, quod iubes?* Cuius generis plura alia ibidem adducit M. P. Cum ergò habeamus textum Zach. citat, & expositum à Magn. Par. perscrutemur: *An conversio in illo contenta sit purè negativa, vel positiva iuxta mentem illius?* Mihi clarissimum apparet esse positivam. Nam iuxta Magn. Par. illa conversio præcipitur nobis per Zach. quam petimus dicendo: *Deus virtutum converte nos*; cum hoc dicere nihil

13 Robor. ex eod. S.P.

Ponder. 1

hil aliud sit iuxta ipsum, quam dicere: *Da nobis illam conversionem*, quam nobis iubes in text. Zach. Sed huiusmodi conversio, quam petimus in illo testim. est positiva, ut ipse Mag. negare non audet: ergò conversio in text. Zach. contenta &c.

Secundo. Ulteriùs. Conversio intimata in textu Zach. est illa, quam Deus nobis præcipit iuxta Magn. Par. & iuxta D. Thom. 1. 2. q. 89. a. 6. ad quam tenetur homo stricto præcepto, dum pervenit ad usum rationis de se rectè ordinando in Deum, ut finem ultimum. Sed conversio negativa non cadit sub vero præcepto; aliàs homo negativè dissentiens peccaret in signo vocationis moralis, quod non admittit ex animi sentent. prædict.

Tertio. Mag. ergò conversio in dicto textu &c. Denique. Talis conversio iuxta Magn. Par. est conversio proveniens à gratia Dei adiuvante; ut constat ex his, quæ immediatè anteponit: *Sed etiam ut convertamur, nos adiuvat.* Et iterum in fine; *Nemo adiuvatur, nisi qui aliquid sponte conatur.* Sed gratia adiuvans propriè sumpta, & requirens connatum ex parte hominis solum datur ad positivè volendum, & agendum, ut est certum in doctrina Magn. Par. ergò iuxta illius doctrinam, conversio contenta in textu Zach. est conversio positiva.

14 3. Assumptum, scilicèt, D. Thom. verba citat: ex Zach. semper illa exponere de conversione positiva. Probat. 1. Etenim 1. 2. q. 89. art. 6. ubi probat peccatum veniale non posse inveniri cum solo originali, sequenti discursu: *Homo dum primo pervenit ad usum rationis, vel se convertit in finem debitum*, prout in illa ætate est capax; *vel non se convertit? Si primum, tunc per gratiam consequetur remissionem peccati originalis. Si autem 2. tunc peccabit mortaliter*, nàm 1. quod occurrit homini, dum pervenit ad usum rationis, *est deliberare de se ipso, ordinando se in finem debitum.* Et cum in 3. argum. obiciisset sibi hominem non teneri in illo instanti ad conversionem prædictam. Respond. *Primum, quod occurrit homini discretionem habenti, est quod de se ipso cogitet, ad quem alia ordinet, sicut in finem.*

Probat. ex Ang. Præcept.

Et ideo hoc tempus est; pro quo *obligatur ex Dei præcepto affirmativo, quo Dominus dicit Zach. 1. Convertimini ad me &c.* Quid clarius? Hanc doctrinam sequuntur omnes AA. Thomist nemine dempto, innitentes prædicto textui Zach. ad probandum hominem pervenientem ad usum rationis teneri sub mortali ad se convertendum in Deum, vel ut Authorē gratiæ, si adsit cognitio fidei, vel saltim ut Authorem naturæ per tendentiam efficacem voluntatis in bonum honestum ut sic, si non adsit talis cognitio. De quo M. Gonet tract. de Peccatis, art. ult.

Rursùs ibidem q. 109. art. 6. * in quo probat hominem non posse se præparare ad gratiam habitualem absque gratuito auxilio Dei moventis eius voluntatem ad se convertendum in Deum, in qua conversione talis præparatio consistit. * Opponit sibi 1. arg. *Nihil præcipitur homini, quod sit ei impossibile*; sed Zach. 1. dicitur: *Convertimini ad me, quod est illum se præparare ad gratiam: ergò homo per se ipsum potest, se præparare ad gratiam.* Resp. *Dicendum, quod conversio hominis ad Deum fit per liberum arbitrium; & secundum hoc homini præcipitur; sed liberum arbitrium ad Deum converti non potest, nisi Deo ipsum ad se convertente, iuxta illud Hierem. Converte nos Domine &c.* Vide prudens Lector in utroque textu iuxta expositionem Ang. Magist. eandem conversionem contineri; in textu tamen Zach.; denotatur eius libertas; quia nobis præcipitur; in textu vero Hierem. exprimitur necessitas gratiæ pro eius elicientia, quia illam à Deo poscimus; & oratio est clarissima gratiæ testificatio. Vide insuper doctrinam Trident. sess. 6. cap. 5. ubi eodem modo exponit eosdem textus, fuisse desumptam ex doctrina Ang. Mag. illa enim in compendio est: *Et conversionem in Deum esse nobis liberam, ut patet ex textu Zach. illam præcipientis, & insuper esse ex gratia Dei, propter textum Hierem. secundum quem illam poscimus à Deo.* Eandem doctrinam, & expositionem invenies in Angelic. Magist. quæst. 24. de Veritate art. 13. ad 3. Et 1. part.

15 Aliud ex eodem S. Doct.

Concord. S. D. cum Trid.

part. quæst. 62. artic. 2. ad 1.

16 Audiamus iterum D. Thom. 3. contra Gent. cap. 149. qui postquam probavit * ex Hierem. *Conversionem nostram in Deum fieri ex auxilio gratiæ*, sibi objcit dicens * legitur in Zach. *Convertimini ad me: & ego convertar ad vos.* Ad quod Resp. *Hoc esse dictum, non quia operatio Dei non præveniat nostram conversionem, sed quia conversionem nostram, qua ad ipsum convertimur, adiuvat subsequenter eam roborando, ut ad effectum perveniat, & stabiliendo, ut finem debitum consequatur.* Quod sic exponit Ferrariensis: *Roborando, scilicèt, ut peccati remissionem, & gratiam consequamur; stabiliendo vero; ut Beatitudinem consequamur.* In quo testim. habetur conversionem nobis præceptam in textu Zach. fieri ex Dei operatione; in qua iuxta Adversar. consistit gratia prædeterminans. Rursùs per ly *ego convertar* significari infusionem gratiæ sanctificantis; secus vero conversionem actualem, ut contendit Adversar.

Tertium.

17 Placet adducere ex M. Par. aliud testim. in quo Doctrina nobis tradita pro conversione positiva in Deo iuxta text. Zach. confirm. Etenim Pelag. iuxta S. P. de Prædest. Sanct. cap. 11. ut probent fidem esse ex nobis sic arguunt. *Si credideris salvus eris,* * *unum enim exigitur: alterum offertur. Quod exigitur in hominis est potestate: quod ofertur in potestate Dei est.* Quòd argum. refutat 1. S. P. dicens: *Cur non utrumque in Dei potestate est, & quòd iubetur, & quòd offertur.* Reddit rationem, *quia rogatur Deus, ut det, quod iubet, scilicèt; credere*: ergò hoc est ex gratia Dei. 2. *Nàm dū dicitur:* * *si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis; unum exigitur, alterum ofertur, & tamen facta carnis mortificari non per spiritum nostrum, sed spir. Dei fieri credimus.* Ut ait Apost. * *Hæc autem omnia operatur &c. sicut ergò quamvis Dei donum sit facta carnis mortificare, exigitur à nobis proposito præmio vitæ æternæ; ita fides Dei donum est, quamvis proposito præmio salutis. Ideo enim hæc & præcipiuntur, & dona Dei esse monstrantur, ut intelligatur, quod & nos ea facimus, & Deus facit, ut illa faciamus.* Prudens Lector considera profunditatem huius Doctrinæ, & modum arguendi, & videbis stabilitam Doctrinam circa illud *convertimini ad me*, quod à nobis exigitur, & illud: *Converte nos Domine ad te*, ut percipias illam conversionem exactam esse positivam, quam Deus donat; sed quia nos illam facimus, à nobis exigitur. Nec tibi placeat similis modus arguendi; scilicèt, *unum exigitur, alterum ofertur* propter dicta.

Confirm. dicta ex M.P.

* Ad Roman. 10.

*Ad Roman. 8.

* 1. ad Cor. 12.

§. III.

Prosequitur assumptum ex allo testimon. Trident.

18 SEcundum testim. habetur in eodem Concil. sess. 6. cap. 11. ubi ait: *Deus sua gratia semel iustificator non deserit, nisi prius ab eis deseratur.* Ex quo sic arguit. Deum denegare gratiam efficacem ad vitationem peccati est Deum deserere creaturam, cum hoc sit permittere illi peccatum: ergò si Deus ex se ipso, & propriori ad omnem usum libertatis negaret gratiam efficacem ad vitationem peccati desereret voluntatem creatam, antequam hæc Deum deseret. Cuius oppositum traditur à Concilio. Hinc addit* quæst. 8. fol. 440. col. 1. *In nostra Sententia clarissimè percipitur, quod nos deserimus Deum, antequam ipse nos deserat; quia Deo movente moraliter, & finaliter per vocationem suam, nostra voluntas noluit vocationi consentire: undè se impedivit, & Deum vocantem deseruit.* In huius confirm. adducit plura testim. M.P. in quibus Doctrina Concilij fere eisdem verbis ab ipso traditur. Ita q. 1. à n. 17.

*Tom. 1.

19 Non contendimus in præsenti probare Trident. in testim. adducto non loqui de desertione consistente in denegatione gratiæ efficacis; ut infra probabimus cum pluribus AA. Thomistis; sed hoc omisso, & admisso, dicimus minimè probari impedibilitatem gratiæ efficacis per dissensum putè negativum præcedentem peccatum. Assumptum prob. insistendo proprietati locutionis maximè decenti Tantum Concilium. Etenim

Probat. assumpt.

nim si dissensus ille negativus iuxta præd. Mag. non est in se malus moraliter malitia ei intrinseca, sed solum extrinsecè, & occasionaliter; quomodo verificatur creaturam per talem dissensum deserere Deum? Ratio est. Nam peccatum dicitur qua tale in Sacra Script. & à PP. appellatur *elongatio à Deo; derelictio Dei, eius desertio, & ab ipso aversio.* Ita Deuter. 32. illis verbis: *Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* Et Hierem. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ*, pro quo sunt in numera testimonia: ergo ponere creaturam deserere Deum per dissensum, qui in se malus moraliter non est, est non servare proprietatem locutionis circa verba Trident.

20 Urget. 1. Urgetur hoc: Nequit dici in rigore sermonis hominem deserere Deum per illud exercitium, in quo non transgreditur aliquod præceptum Dei; sed talis est dissensus negativus; cum in se non sit malus moraliter, sed ad summum inchoativè: ergò. Vel aliter: per talem dissensum, vel deserit homo Deum, ut finem ultimum; vel non? Si primum: ergò in tali dissensu peccat peccato formaliter tali; quod nihil aliud est, quam voluntaria aversio à Deo, ut fine ultimo. Si 2. ergò nec deserit Deum, ut finem ultimum, nec ut legislatorem: ergò impropriè dicitur prædictum dissensum esse desertionem Dei. Rursùs: Nàm voluntariè desere Deum est prorsus idem, cum sola distinctione nominis, ac voluntarie recedere à Deo, ab ipso averti, & ipsum derelinquere: ergò per illud exercitium, per quod non verificatur hominem cum proprietate averti à Deo, & ab ipso recedere non verificatur cum proprietate ipsum deserere. Atqui exercitium, quod in se nullam malitiam moralem actu habet, non est cum proprietate voluntaria aversio, & recessus à Deo: ergò.

Secundo.

Desidero propr. ser mon.

21 Respons. quædam reijcit. Nec prodest recursus ad desertionē non formalem, sed inchoavam. Non, inquam, prodest, nàm ex hoc ipso sumit vires argumentum nostrum ad probationem assumpti; siquidem, cum talis desertio inchoativa non ponat intrinsecam malitiam in dissensu, sed solum quamdam connexionem, & sequelam; nequit sufficere, ut sit in rigore sermonis vera desertio Dei. Quod, etsi de se sit satis clarum, ponamus exemplum in defectu actualis attentionis ad regulam rationis præcedenti peccatum; cui exemplo maximè fidit prædictus Mag. ut explicet suam opinionem, (ai ferunque id quod Thom. dixerint de tali defectu, hoc idem dicendum de dissensu negativo.) Etenim docente nos Ang. Mag. tum 1. p. quæst. 49. art. 1. ad 3. 1. 2. quæst. 75. art. 1. tum quæst. 1. de malo, art. 3. talis defectus in signo antecedenti ad actum voluntatis, nec est pœna, nec culpa, sed ad ipsum culpa consequitur, eo quod voluntas *sine attentione operatur, quæ ex suppositione procedendi ad operandum tenebatur actu considerare.* Sed quisnam quæso Thomista dixit voluntatem creatam per defectum illum antecedentem deserere Deum, & ab ipso averti? Nemo sanè, si propriè loquatur, & iuxta Doctrinam sui Ang. Præcept. Igitur, aut prædict. Mag. fateatur Concilium loqui impropriè, aut exemplum adductum Thomistis opponere desinat.

22 Alia reijcit. Si autem dicatur cum prædicto Mag. quæst. 5. num. 49. talem dissensum negativum esse interpretative volitionem deserendi Deum; eo quod Adamus v. g. excitatus à Deo per sanctam vocationem; & simul excitatus à Diabolo, ut nimium de se præsumeret; sinendo se trahi à tentatione diabolica, & avertendo oculos suos à vocatione sancta, interpretativè voluit deserere. Contra est 1. Nàm talis dissensus nequit interpretati prudenter volitio deserendi Deum in signo, in quo repugnat talis volitio; & in quo nequit voluntas velle positivè adhærere Deo; omnis enim prudens interpretatio possibilitatem eius, quod interpretatur supponit; sed in signo dissensus negativi omnia illa repugnant; cum repugnet conversio, aut aversio, quæ sit formaliter peccatum: ergo nequit esse interpretativè volitio deserendi Deum. 2. Nàm prædictum dissensum esse interpretativè voluntariam desertionem Dei; vel ar-

arguit in illo aliquam malitiam omissivam proprie talem; vel non? primum nequit dici consequenter ad Doctrinam prædicti Mag. secundum non salvat proprietatem locutionis; cum ex terminis voluntaria aversio à Deo, sit formalissimè malitia moralis peccati: ergo insufficienter per hanc Doctrinam occurritur argum. supra facto.

§. IV.

Solvuntur argumenta ex utroque testim. Trident.

23 Respond. arg. posito num. 2.

HInc ad 1. probat. Respond. negando Deum exigere à nobis aliquem consensum negativum præcedentem conversionem nostram positivam, ut ipse convertatur ad nos; sed exigere ipsam quam ipse donat per gratiam suam; quia nimirum illa est etiam in nostra libertate, sine potestate ut ait Trident. * Hæc autem requiritur, & exigitur ut dispositio, non adhoc, ut Deus eam nobis donet; sed ut per illam donet nobis gratiam sanctificantem, per quam Deus convertitur ad nos, ut exponit S. Doct. locis ubi supra. Nec obstat: quod conversio positiva nequit à nobis libere procedere, nisi Deus prius convertatur ad nos; cum sit donum per gratiam adiuvant. nobis communicatum. Non, inquam, obstat. Nàm Deum converti propriè ad nos in Sacra Script. non significat collationem cuiuscumque favoris, aut doni; sed doni, quo nos amicabiliter diligit. Quemadmodum Deũ esse, & se habere aversive à creatura, est illam odio habere, aut eam repellere ab amititia sua. Sic S. D. q. 28. de Verit. art. 2.

* Vide in Lyra test. PP pro libertate nostra ad convers. ut ait Trident. in dicto textu. Omnia conlonant.

Ad confirm. 24

Ad confirm. Respond. Notando verum esse B. Ægidium sibi obijcere contrarietatem relatam ab arg. inter textus relatos. Quare verba illius solum sunt, quæ referuntur usque ad illa: *Hæc contrarietas cessat*: Hæc enim, & reliqua, non sunt Ægidij, sed ab arguente iuxta suum modum opinandi posita. Hoc notato. Videamus, qualiter hic fundatiss. Doct. solvit. contrarietatem adductam. *Ait enim: quod prius, & posterius in opere dupliciter considerari possunt: quia aliquando prioritas dicit imperfectionem, posterioritas perfectionem: quia res naturaliter vadit de imperfecto ad perfectum; & secundum hoc potest contingere quod prioritas operis propter imperfectionem attribuatur nobis; posterioritas vero propter perfectionem attribuatur à Deo.* Hæc est 1. Respons. conformiter adquam, illam erudite applicat omnibus operibus factis ab homine existente in gratia; de quibus omnibus ait: Illa attribui *prius* homini prout ly *prius* dicit imperfectionem; *& posterius* Deo, prout hoc dicit perfectionem. Aliam acceptionem circa illa duo asignat; *scilicèt, prioritatem in agere significare principalitatem; posterioritatem vero causalitatē instrumentalem. * Et quia homo est quasi coadiutor Dei; ideo in sensu explicato bona opera facta in gratia prius attribuuntur Deo, & posterius homini. In hac autem Doctrina; quid continetur ad consensum negativum persuadendum; aut necess. præcedere aliam conversionē purè negativam? conversionem positivam in Deum. 2. Resp.

Loquens autem de adulto impio habenti usum liberi arbitrij, 25 ait * in illo præcedere ad iustificationem quosdam motus, & impetus Divinos: de quibus dicitur Apoc. 3. *Ecce ego sto ad ostium &c.* hæc enim pulsatio sunt divini motus: quos facit Deus impio, ut convertatur in ipsum. Sicut enim est dare in nobis impetus naturales, secundum quos ordinamus, ut possimus consequi finem naturalem; sic sunt in nobis gratuiti motus ordinati ad gratiam, secundũ quos sumus digni consequi finem supernatur. * En occasionem opportunã, ut in his quæ immed. sequunt. hos motus, qui sunt gratia excit. designet consensum purè negativum. Subdit enim: * ergò in iustificatione impij prius sunt impetus, & motus, quos plene sequendo, convertitur impius, *& fit de impio, pius*, ad quam conversionem infunditur sibi gratia, quę est donum divinũ dans animæ primum spirituale esse. Sed si incompletè sequatur hos impetus; non sufficiunt impetus interiores, sed requiruntur

mo-

motus exteriores; quia aliquãdo per illos impetus, homo non fit contritus; sed attritus: & ideo si se subijciat Clavibus Ecclesiæ multoties de attrito fit contritus, & sic infunditur gratia, per quam iustificatur. *

26 Pender. Doctr. dam.

Certè: Si iuxta hunc SS.D. ad impij iustificat: post illos Divinos impetus excitantes cor hominis ad se convertendum in Deum, & ut se convertendo gratiam iustificationis recipiat, immediatè sequeretur, & necessario, consensus negativus præstitus pulsationi Divinę, & conversio quędã purè negativa; nonnè horum mentionem fecisset? Nonnè ante sequelam illorum, vel per perfectam conversionem, & contritionem adquam sequitur infusio gratiæ habitualis; vel saltim incompletam, quatenus homo prorumpit in actum attritionis; diceret: *hos Divinos impetus sequitur liberum arbitrium eis negativè consentiendo, ut sic se disponat ad gratiam adiuvantem efficientem, vel conversionem perfectam per actum contritionis, vel imperfectam, & incompletam per attritionẽ? *Atqui nihil ibi de hoc invenitur, nec potest solidè fundari; Cur ergò dicitur B. Ægidium loco citato tenere gratiam efficacem ad actum conversionis dependere à consensu negativo exhibito vocationi morali pulsanti, & excitanti &c. Ultim. Patet hoc ex his, quæ apponit, ut necessaria ad iustific. *Habent se ista quatuor per ordinem. Impetus Divinus: motus liberi arbitrij in Deum, & motus liberi arbitrij in peccatum; quod confitetur, vel in proposito, vel in re, & infusio gratiæ.*

Vide illũ dist. 38. art. 3. & invenies omnia dicta à S. D. circa disp. ad grat.

Aliud test im.

27 Solvitur arg. ex 2. test. Trid.

Pro solut. argum. ex 2. testim. Trid. prius necesse est scire, in quo consistat Deum deserere, aut derelinquere hominem. Certum est talem desertionem non verificari præcisse per hoc, quod Deus utens supremo dominio, quo gaudet supra sua dona non conferat aliquid necessario requisitum ad non peccandum, sive etiam ad consequutionem vitæ æternæ. In hoc convenit nobiscum præd. M. *loquendo de vocatione prævisa ut speciali, & congrua exercitè, & similiter omnes Thom. loquentes de electione efficaci ad gloriam, & de prædifinitionibus nostrorum actuum in acquisibilibus, & inimpedibilibus à nobis. Sed quod maximè ad id confirmand. accedit est necessitas doni per severantiæ, *quod quidẽ donum (utpotè iuxta Trident. sess. 6. cap. 13. aliunde haberi non possibili, nisi à Deo) si negatur ab ipso homini iusto pro instanti ant. immediato ad mortem, & in quo instat præceptum spei, aut charitatis; non tamen propter hoc dicendum est Deum deserere hominem, aut quod ad talem negationem præcedit desertio aliqua ex parte hominis: cum hæc desertio sit imperseverantia finalis, inquam homo non incideret, nisi Deus ipsi denegasset donum perseverantię. *Hinc apparet, Deum negantem pro suo libito gratiam efficacem; dum instat præceptum, non dici cum proprietate deserere hominem. Ratio est 1. Quia adhuc in sensu composito talis negationis, Deus præbet homini veram sufficientiam, & potestatem, nè peccet. 2. Quia simul cum tali negatione stat Deum vocare & exhortari hominem, ut non discedat ab ipso per peccatum; non enim stat Deum propriè desere hominem, si illum propriè adiuvatur, & auxiliatur, ad non peccandum. Quare desertio propriè accepta importat negationem gratiæ proximè sufficientis ad se convertendum in Deum; uti contingit inobstinatis, & induratis ob consuetudinem peccandi, quibus fere nullæ cœlestes inspirationes, & sanctæ affectiones à Deo conferuntur. De his enim merito conceditur esse desertos à Deo, ut Authore gratiæ quem ad modum, de terra spinis, & tribulis plena, & in qua nec vistigia agriculturæ apparent, ut germinare possit, terra deserta ore pleno appellatur. Oppositum vero verificatur de illa, in qua esto aliquis pravus fructus nascatur ob eius ariditatem, est tamen benè exculta, & sufficientibus culturis ad germinandum disposita.

Sic tom. 3. fol. 341

Sic tenet Adv. tom 1. fol 490 num. 60.

S. P. de Correct. cap. 8. ex duobus pijs, cur unidctur. alteri non detur per sever. inscrut. &c.

28 Explicat dicta.

In cuius explicationem valdè efficacia sunt illa verba Isaiæ 35. *Lætabitur deserta, & invia.* Et rursùs c. 65. *Non vocaberis ultra derelicta*, & illud Psalm. *Pinguescent speciosa de-*

ser-

ferti (& alia, quibus abundat Scriptura) in quibus iuxta sacros Expositt. fit sermo de Adventu Christi Domini, & de prædicatione Evangelij exhibenda gentibus. Illæ enim, antequam Evangelium Christi eis anunciaretur, erant quasi desertum, terra invia, & inhabitata, & solitudo, utpotè nihil habentes cœlestis humoris gratiæ. At post Christi Adventum, & Evangelij prædicationem exultavit, lætata est, & floruit ut rosa abundantia gratiæ irrigata; non quia omnibus gentilibus Deus gratiam efficacem ad se convertendu in ipsum contulerit; sed quia iam patefacto Evangelio omnibus sufficientem gratiam per prædicationem, & Sacramentorum institutionem Christus Dominus præparavit. Ex his sequens formatur discursus pro assumpti probatione. Deus ut desertor dicitur respectivè ad voluntatem humanam ut desertam ab ipso, quatenus est Author gratiæ. Sed ex quo Deus deneget gratiam efficacem voluntati creatæ; si tamen adsit gratia verè sufficiens, nequit iuxta phrasim SS. & Scripturam dici de tali voluntate esse *terram desertam, derelictam, & inhabitatam*, ut ex immediatè adductis constat: ergò nec potest dici cum proprietate Deum deserere hominem præcisse per non collationem gratiæ efficacis.

29 Fxplicat. & applicat. Doct adducta.

Undè claritatis gratia duplex desertio, aut derelictio ex parte Dei distingui debet; una absolutè, & rigorosè talis: altera vero tantum secundumquid: prima includit negationem gratiæ tam efficacis, quam proximè sufficientis ad se convertendum in Deum. 2. Vero solum requirit negationem gratię efficacis ad vitationem peccati. Dicitur hæc 2. desertio secundumquid talis, quia esto inferat malum simpliciter tale, videlicèt peccatum; quia tamen est desertio non ex toto, sed ex parte contingens, utpotè coniuncta cum gratia sufficienti, & exhortatione à vocante hominem à peccato non dicitur desertio in sensu absoluto. Nec obstat, quod collatio gratiæ efficacis dicit veram protectionem, & assistentiam ex parte Dei; proindequè illius denegatio debet importare veram desertionem ex parte illius. Non, inquam, obstat 1. Quia collatio gratiæ efficacis supponit necessario existentiam gratiæ sufficientis; at vero subtractio eiusdem componi valet, & sæpissimè coexistit cum gratia sufficienti adæquatè, & integre considerata. 2. Quia desertio ex parte Dei, utpote spectans ad genus negationis auxilij, non verificatur cum proprietate, nisi Deus utrumque auxilium, scilicèt, sufficiens, & efficax deneget creaturæ; at vero protectio, & adiutorium ex parte Dei cum ad genus affirmationis pertineat, potest verificari per collationem cuiusvis auxilij. Quod explicari potest in humanis. Ut enim verificetur de aliquo absolutè non favere alteri, requiritur ipsi denegare omnem favorem; è contra vero si eidem aliquam grat. non concedit, non dicitur absolutè ipsi non favere, aut illum absolutè à gratia sua repellere.

Resp. 1.

Secundo.

Ne autem voluntaria videatur descriptio *desertionis Dei* iuxta testim. supra adducta opportet illam fundare ex Doctr. D. Thom. quam refert Mag. Lemos lib. 4. p. 2. tract. 3. cap. 16. num. 231. ubi sic exponit illud Isaiæ cap. 5. *Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ. Auferam sæpem eius, idest auxilia Angelorum, quibus contra hostes protegebantur: & etiam custodiam Prælatorum; & quantum ad hoc dicit diruptam maceriam eius, idest præsidia Regni de quibus supra. 2. Aufert beneficium, quod pertinet ad cultus diligentiam: undè dicit, & ponam eam desertam, ideſt, relinquam incultam, sicut desertum, non putabitur ad monitionis, aut correctionis vomere, quando peccat &c.* post quæ prosequitur prædict. Mag. * Non potuit propheta clarius explicare destitutionem divinorum supernaturaliū Aux. quam dicendo ponendam vineam incultam ut desertum. Sicut enim hoc destituitur omni diligētia, ita vineam ut desertum ponendam pènitus incultam, & omni supernaturali diligentia, & divino auxilio deserendam, propheta testatur. Quod apertioribus verbis S. Thom. ex-

30 Fundatur Doct. data.

Si instes.

expossuit. Si enim ei Deus daret auxilia sufficientia supernaturalia, quibus potest converti, proculdubio non deserta esset sicut desertum. Non enim careret monitionis, & correctionis vomere : nàm supernaturale Dei adiutorium admonet, & corripit peccatorem, ut est apertissimum. Sentit ergò S. Thom. quod talis vinea omni supernaturali Agricultura, & auxilio privatur propter præcedentia sua multa peccata.*

31 His pro doctrina generali desertionis ex parte Dei animadversis, descendendo in particulari ad auResp. 1. thoritatem Trident. Respond. duplici solut. 1. asserit verba illa : *Deus sua gratia &c. intelligi de gratia iustificante* : quia prius est, quod homo peccet, quam quod deseratur à Deo per subtractionem iustitiæ ; non vero intelligi de gratia actuali efficaci, in cuius negatione consistit permissio peccati; cum hæc præcedat pro priori saltim logicè, ut homo peccando Nuño S. Thoma Medina. Alvarez. deserat Deum. Ita PP. Salmantic. & alij antiqui Thom. quos impugnat P. Suarez lib. 4. de Auxilijs cap. 2. à n. 5. & cap. 18. Adhæret eis SS. ille M. Fr. Barth. Medina; qui in 1. 2. quæst. 109. art. 10. in solut. ad 3. ait *Resp. quod hominem iustum numquam Deus deserit, nisi prius ipse deserat Deum ; cæterum ut numquam deserat, opportet confirmari magno dono perseverantiæ. Sed pro evidentiori intelligentia sciendum est ; quod quando dicunt. SS. PP. & approbant Sacra Concilia, Deum sua gratia semel iustificatum non deserere, nisi prius ab eo deseratur ; explanatio est de gratia iustificante : numquam enim gratiam iustificantem aufert ab homine, nisi propter peccatum mortale. Unde Aug. sic inquit; *prævaricatorem legis Dei digne lux deserit veritatis.* Si autem loquamur de subtractione auxilij efficacis aliquando subtrahit illud propter peccatum : undè sequitur, quod homo non convertitur: sed non semper causa huius subtractionis est grat. peccatum, sed aliquando sola divina voluntas. Quod aperte, & sine circuitione testatur D. Aug. *Uni inquit ex duobus hominibus pijs ; cur huic donetur perseverantia usque in finem, illi autem non donetur imperscrutabilia sunt iudicia Dei.* Hoc ipsum confirm. nàm subtractio divini auxilij aliquando nihil aliud est, quam permissio ut cadat à iustitia: sed talis permissio nõ potest esse, quia peccabit iustus, nec in pœnam peccati antiquioris, quia iam erat dimissum per gratiam. Explicatur idẽ evidentius, quia nemo potest asserere quod Adamo permissum sit cadere in peccatum primum propter peccatum, quod antea admisserat. Certè prius est permissio peccati, quam quod homo, vel Angelus labatur in peccatum : ergò huius permissionis non est causa peccatum, sed Divina voluntas, & providentia, ad quam pertinet non solum providere bona, sed etiam permittere mala. * Hucusque Doctiss. M.

2. Solutio asserit Concil. loqui de desertione consistente in subtractione grat. tùm iustificantis, tùm Respond. 2. etiam gratiæ sufficientis, quãquidem Deus iustificatis non denegat ut possint proficere in accepta iustitia, nisi prius peccando deserant Deum, & desinant esse iusti. Hanc solutionem ut probabiliorem tuetur Illust. Castell tom. de libero arbitrio, disp. 2. quæst. 5. sess. 10. eamque roborat tùm authoritate plurium Theologorum, tùm etiam doctrina desumpta ex ipso contextu Concilij. Huic solutioni libenter subscribo, nihilquè addendum invenio. Assentit Lemos lib. 4. p. 2. tract. 2. cap. 9. num. 109. 32

Ad testimonia M. Par. Respond. illa exponendo de desertione per subtractionem gratiæ habitualis Ad testimon. M. Par. iuxta 1. solut. supra relatam ; vel de desertione per subtractionem gratiæ proximè sufficientis ad se convertendum in Deum, & ad vitanda alia peccata. Hanc enim multoties Deus denegat hominibus ob enormia ipsorum peccata, quamvis ipsis concedat sufficientiam mediatam, ut à varijs opinionibus circa hoc præscindam. Illud quod adducitur ser. 88. de se habet manifestam explicationem; loquitur enim expresse de desertione propriè sumpta per denegat. gratiæ tùm habitualis, tùm actualis proximè sufficientis, ut homo pœnitendo con- 33

vertatur ad Deum: sic enim subdit:* cum enim, & semel, & 2. & 3. unusquisque gravia peccata comisierit, expectat tamen illum Deus, ut convertatur, & vivat; cum vero in peccatis suis cęperit permanere, de multitudine nascitur desperatio, & ex desperatione obduratio generatur.* Ex quibus cōstat loqui de desertione stricta, per quam Deus indurat corda hominum, sicuti induravit cor Pharaonis, ob cuius indurationis expositionem sermonem prædictum composuit.

34 Ad Auth. D. Prosperi loquentis de primis Parentibus Respond. in eis extitisse plura peccata; primum ordine intentionis fuit peccatum superbię appetendo similitudinem cum Deo in scientia boni, & mali: 2. fuit peccatum concupiscentiæ circa comestionem pomi vetiti; & tandem ipsa comestio, ad quam subsequuta est privatio iustitiæ originalis, & aliorum donorum. Quia igitur tentatio diaboli, ut reipsa concupiscerent, & comederent de ligno vetito, supposuit in ipsis peccatum internum superbiæ; ideo propter illud Deus deseruit PP. ut in ulteriora peccata, & privationem iustitiæ originalis inciderent. Si autem quæras; cur Deus negaverit gratiam efficacem Adamo, ut vitaret primum peccatum superviæ? Resp. huius negationis nullam fuisse causam ex parte illius, sed recurrendum esse ad inscrutabilia Dei iudicia, qui cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat.

Ad testim S. Prosp.

35 Eodem modo Respond. ad peccatum D. Petri; si enim sermo sit de peccato trinæ negationis: libenter fatemur ante ipsum præcessisse elationem quandam, aut præsumptionem de propria virtute; propter quod peccatum Deus permisit, ut ipsum negaret. Si autem sermo sit de primo peccato præsumptionis; dicimus illud non præcessisse negationē grat. efficacis, sed potius è contra præcedentia saltim logica. Duo tamen advertenda duxi. Primum iuxta M. Par. negari non posse Deum deneganti vocat. prævissam congruā deserere hominem: sic enim habet lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. *Cum enim Deus deserit non sic vocando, quomodo ad fidem moveri potest; quis etiam dicat modum, quo Esaù persuaderetur ut crederet, etiam omnipotenti defuisse?* Si igitur negatio vocationis prævissæ congruę (in quocumque congruitas consistat) nullam causam requirit ex parte hominis; iam verificatur Deum in aliquo sensu deserere hominem priusquam deseratur ab illo: 2. Aliqua testim. supra adducta non favere opinioni recurrenti ad dissensum negativum; siquidem *superba præsumptio, & elatio comprimenda* per humiliationem peccati, nisi impropriè accipiātur, peccatum proprie, & actu tale significant, & non tantum inchoativè, & extrinsecè, ut vult prædicta opinio. Videatur M. Lemos tom. 4. tract. 3. p. 2. n. 231 & tract. 2. num. 109. & 266. ubi illud D. Aug. *Adamus deseruit Deum, & desertus est*, explicat de desertione, qua Deus ab illo abstulit adiutorium, *sine quo*, sive adiutorium sufficientiæ, ut perseveraret in bono.

Nota 1.

Obijcies 2. Ex eodem Trid. sess. 6. cap. 13. ubi postquam dixit* homines debere firmissimam spem in Dei auxilio collocare ad perseverandem in bono usque in finem, subdit:* Deus enim nisi ipsi illius gratiæ defuerit, sicut cępit opus bonum, ita perficiet operans velle, & perficere.* Ex quibus sic arguitur: Deum perficere operando in nobis velle, & perficere, est donare nobis gratiam efficacem, ut velimus, & perficiamus; sed iuxta verba relata Deus perficiet opus bonum operando in nobis velle, & perficere, nisi deficerimus gratiæ illius: ergo prius est, quod homo desit gratiæ Dei, quam quod Deus deneget gratiam efficacem operantem in nobis velle, & perficere. Adhoc Respond. Illust. Castell illa verba: *Nisi homines illius gratiæ defuerint*, intelligenda esse de non defectu proveniente ex gratia efficaci Dei, per quam fit, ut homo non desit, sive non ponat obicem perseverantiæ in bono. Ex quo infert, quod licèt hæc conditionalis sit vera: * si iustus non deest gratiæ Dei, habet à Deo efficax perseverantiæ donum; hæc tamen causalis est falsa:

36 Arguit. 2.

Resp. Ill. Castell.

quia

quia iustus non deest gratię Dei, habet efficax perseverantiæ donum. Quasi hoc conferatur iusto dependenter ab ulla dispositione negativa; & habeat in sua potestate donum efficax, sicut habet in sua potestate non peccare, & non deesse gratiæ Dei.*

37 Esto hæc solut. probabilis sit; aliter, & meo videri magis ad mentem Concil. Resp. ex D. Th. q. 24. de Ver. a. 13. ubi sic habet: *Dicendum, quod aliud est dicere posse abstinere à peccato, & aliud posse perseverare usque ad finem in abstinendo à peccato. Cum enim dicitur 1. potentia fertur super aliquid negativum, ut aliquis, scil. possit non peccare. Cum dicitur 2. potentia fertur ad aliquid affirmativũ, scil. ut aliquis ponat se in tali statu, quod peccatum in eo esse non possit.* Postea subdit: *Hominem existentem in gratia esse potentem ad 1. cum sit potens non ponere obicem gratiæ, seu non peccare. Ad 2. autè docet, hominem non habere potestatem, quia non posset facere se perseverare, nisi se impeccabilem faceret, quod est impossibile.* Ex quibus constat hæc duo debere distingui, scil. *posse non ponere obicem gratiæ, & posse se constituere in statu, in quo non possit peccare.* Huiusmodi autem positio status sit per coniunctionem gratiæ cum morte; quæ quidem iuxta M. P. non est in potestate hominis quantumvis iusti, sed provenit ex speciali gratia Dei: ita de bono persev. c. 17. *Videte iam, quam sit alienum à veritate negare donum Dei esse perseverantiam usque in finem huius vitæ; cum vitæ bonæ, quãdo voluerit ipse det finem, quem si det ante imminentem lapsum, facit hominem perseverare usque in finem.* Videatur M. Boliv. de necess. grat. dub. 13. ubi pluribus satis solidè, & ingeniosè, doctrinam D. Th. explicat, & defendit; & si placet, vide, quæ diximus tom. 3. dub. 14. ferè per totum.

Aliter resp.

38 Hoc enim modo salvatur locutio Trid. ubi appellat prædictum donum *magnum* quasi *Antonomasticè*; & rursus, *quod aliunde haberi non potest nisi à Deo, qui potens est eum, qui stat statuere, ut perseveranter stet, & eum, qui cadit restituere.* Et item canon. 22. appellat auxilium ad persev. *speciale.* Quæ omnia excludunt illud quoad sui acquisitionem esse in dominio, aut in nostra potestate. Nec prodest recursus ad habere illud solum *indirecte.* Non prodest. Nam hoc tantummodo ponitur ab Adversar. gratiam efficacem ad quemcumque actum bonum esse in nostra potestate; unde nihil speciale diceretur de magno munere perseverantiæ. Rursus. Nam talis modus habendi sufficiat, ut absolutè verificetur, & sine restrictione potestas ad illud; sic qui columnam detinentem lapidem removere potest, absolutè dicitur casum illius esse in sua potestate; falsoque diceretur, aliunde nisi ab alio illũ haberi non posse. Donum autem perseverantiæ, utpotè consistens in coniunctione gratię cum morte, etsi velis (si instent præcepta eliciendi actus virtutum) in collectione auxiliorum efficacium collata ex intentione glorificationis (sub qua consideratione utrumque est in sola potestate Dei) est donum perseverantiæ propriè dictum, & de quo agit Tridentinum loco supra citato, & SS. PP. explicantes illa verba Apostoli ad Rom. 14. *Qui stat videat, nè cadat &c.* Et illud Matthæi 20. *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

Firmatur solut.

De hoc dono asserit Tridentin. quod iusti, & alij, à Deo illud firmiter operare debent (& nisi ipsi illius gratiæ defuerint) sicut cæpit opus bonum, ita perficiet operans velle, & perficere, dando, scilicet, eis donum perseverantiæ. Cum autem in hoc progressu, & illius consummatione, intercedant plures gratiæ efficaces inter se distinctæ, atque inconnexæ, videlic. gratiæ efficaces ad elicientiam actuum virtutũ successivè cadentium sub præcepto, ad quas consequitur gratia specialis donans ipsam actualem perseverantiam usque in finem: meritò asserit Concilium, quod, nisi homines desint gratiæ Dei *peccando*, Deus donabit ipsis donum perseverantiæ. Ex hoc autem solum infertur hominem peccando posse impedire gratiam efficacem, quę præ-requiritur, vel ad vitationem alterius peccati, vel ad receptionem alicuius doni specialis; dè quo non est litigium; Cum in pœnam peccati sæpè Deus sic operetur. Minimè autem infertur, quod homo dum 1. peccat, aut deest

gratiæ Dei, ponendo illi aliquod obstaculum, impedit illam gratiam efficacem, quæ si adesset, homo non peccaret, neque poneret gratiæ Dei obstaculum; de quo est litigium; cum carentia talis gratiæ efficacis Logice præcedat ipsum peccatum.

Argumentum supra positum, & à Mag. Lemos depromptum, amplıat Magist. Manso tom. 4. quæst. 6. num. 15. ubi probat Deum non negare gratiam efficacem ad omnem actum bonum habenti sufficientiam ad illum; nisi prius desit Deo vocanti. Concil. palàm docet, quod omnes iustificati, qui habent auxilium sufficiens ad perseverandum, si illi non desint sufficienti auxilio, Deus, sicut cæpit sufficienter adiuvare eos ad perseverandum, ita perficiet donans efficax auxilium ad perseverandum: ergò ex doctrina Tridentin. confirmata testimon. Apostol. tenendum est, quod gratia efficax nulli denegatur pro mero libito Dei, & nulla data causa ex parte nostra; quinimo omnes habentes auxilium sufficiens recipient infallibiliter auxilium efficax; si gratiæ sufficienti non desint. Urgetur. Apostolus ad Philipens. 1. ait: *Qui incæpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu.* (In quo testimonio fundatur Concilium Tridentin. ubi supra) sed Deus vocando ad pœnitentiam incipit in nobis opus bonum; cum iuxta Tridentin. *Vocatio sit exordium iustificationis*: ergo si sic vocatus consentiat vocationi; quod est non deesse Deo vocanti; recipiet gratiam efficacem dantem velle: ergò quod homo careat gratia efficaci provenit, ut à causa, à dissensu, quo se impedit ad illam.

39 In stat. cont. dicta. Urgetur.

Respond. 1. Quod si Arguens solum contendat Deum donare gratiam efficacem omni habenti gratiam sufficientem ad velle, & benè operandum, sed cum hac restrictione: *Si homo non desit prædictæ gratiæ, nihil proficit: usque dum probet, quod non deesse liberè gratiæ Dei*, sive non peccare, & non ponere obstaculum; est aliquid præcedens gratiam efficacem, & non procedens ab illa, ut effectus. Scimus enim docente nos Angelic. Magist. ad Hebr. 12. lect. 5. *Non ponere obstaculum gratiæ procedere ex gratia.* Rursus. Idem prorsus est hominem non deesse gratiæ Dei, ac eam non recipere in vacuum; hoc autem iuxta Sanct. Doct. est idem, ac uti gratia, ad quod data est sibi. Sed uti gratia ad quod data est, provenit ex instinctu, & adiutorio Spiritus Sancti moventis voluntatem ad benè operandum, quod adiut. est gratia efficax, & cooperans: ergò non deesse gratiæ provenit ex ulteriori adiutorio. Discursus est legitimus. Maior, & minor sunt S. D. 1. ad Corinth. 15. lect. 1.

40 Resp. 1.

Quod urgeri potest ex Div. Anselm. ad Hebr. 12. ubi ad illa verba * contemplantes nè quis desit gratiæ Dei * ait: *Valdè pravum est deesse gratiæ Dei, sive se illi subtrahere, quod fit dum per peccatum delectationi consentit.* Cum autem dissensus purè negativus non sit huiusmodi iuxta Authorem illum propugnantem; talis loquutio, sive ab Apostolo, sive à Tridentin. prolata nequit accommodari prædicto dissensui. Memini alibi à me probatum esse per ly *non deesse gratiæ Dei* intelligi tum gratiam habitualem, tum etiam *deesse* quod sit grave peccatum. Sic S. D. ubi supra dicens: *Gratia enim per discordiam, & immunditiam amittitur, ut dicit. 1. ad Cor. 14. Gratia enim, etsi non habeatur ex meritis; alioquin gratia non esset gratia; tamen oportet, quod homo faciat, quod in se est; Deus autem voluntate sua liberalissima dat eam omni præparanti se* (vide, de qua gratia fit sermo) Apoc. 3. *Ecce sto ad ostium, si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum.* De hac gratia, ait, loqui Apost. & illam quantum est ex parte Dei paratam esse omnibus, qui vult omnes homines salvos fieri.

41 Secundo. Sic Anselibi.

Respond. 2. negando assumptum: Nam Concil. & testimon. adductum ex Apostol. ad Philipens. loquitur expressè de dono perseverantiæ, ut de se constat, & id ipsum continent verba Apostoli: *Perficiet*, scilicet, *usque in diem Christi Iesu.* Id est, *quo remunerabit singu-*

gulos, ut dicitur 2. ad Timoth. ultim. in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ &c. Quapropter ly *perficere* aliquando sumitur pro eodem, ac operari, prout hoc distinguitur, & imperatur ab ipso velle. Qua ratione Magn. Par. illud ad Philipens. 2. *Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate*, aliquando sic legit: *Deus est, qui operatur in nobis velle, & operari.* Qua ratione lib. de Grat. & lib. arb. c. 17.* gratiam operantem velle appellat gratiam, per quam Deus operatur incipiens. Gratiam vero, per quam facit ut operemur bonum, quod iam volumus, appellat gratiam perficientem. Unde sic ait: *Ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* * De quo plura tom. 4. Aliquando etiam significat perseverantiam in bonum, sive continuationem usque in finem vitæ. Sicque accipitur in prædicto testimonio, ut probatum relinquimus. Et quidem: sicuti ex authoritate Apostoli infert Concilium, quod licet donum perseverantiæ unicè possit haberi à Deo, potest tamen à iustis impetrari se exercendo in laboribus, in vigilijs, in orationibus &c. etiam potest dici, quod homo sufficienter excitatus, & vocatus ad quemcumque actum honestum, accipiet immediatè gratiam efficacem, & illius allicientiam, si per prius se exerceat per alia opera honesta, quod est oppositum intento argumenti suadentis posita vocatione, & solo consensu negativo ad benè velle, statim dari gratiam efficacem ad illud.

Ly perficere duplic. sumitur.

42

Sed omitti non debet quoddam dictum à prædicto Magistro loco citato, ubi referens solutionem datam ab Illust. Castell, hęc addit. Sic etiam Respondet Prim. Salmant. *Et regulis Sumulisticis solvitur ab utroque authoritas gravissima Tridentini, quæ est fundamentum nostræ spei.* In primis falsum est tradi àme pro solut. eam, quam tradit Ill. Castell; aliud nãque est iudicare solutionem datam à Viro Doctissimo, qualis est prædict. Ill. esse satis probabilem, aliud vero; me ea uti pro responsione;

Quoddã dictum refellitur.

Paimo.

ut de se est manifestum. Sicque à me gestum est; ut legenti solutionem à me traditam constabit. 2. Uti regulis Summulisticis ad solvenda aliqua argument. fundata (forte) in authoritate Sacræ Script. non est defectus reprehensione dignus in Viro Theologo. Ferè innumera sunt argumenta, quæ Hæretici formant ex testimon. Sacræ Scripturæ; quæ tamen ex regulis Dialecticis facilè, & efficacissimè à Theologis, & Angelic. Doct. Theolog. Principe, solvuntur. Huiusmodi sunt illa, in quibus variatur appellatio. Illa, in quibus à sensu specificativo fit transitus ad sensum reduplicativum. Illa, in quibus fit transitus de modali composita, ad modalem purè divisam. Illa, in quibus variatur *genus suppositionis.* Illa, in quibus *arguitur à propositione exclusiva ad propositionem de exclusso extremo.* Illa, in quibus ex veritate propositionis; si aliquod nomen in divinis sumatur adiectivè; arguitur ad probandam veritatem eiusdem propositionis, etiam si sumatur *substantivè.* Satis de hoc.

Secundo

43

Sed quid dicendum; si Responsio data iuxta Regulas Dialecticas, innitatur etiam Authoritat. Sacræ Scripturæ, & Angelic. Doctor. Vel ut melius dicam, ex prædictis Authoritat. probetur in tali modo arguendi committi defectum contra Dialecticæ Regulas. Sic se gerit Illust. Castell, cum directè probet propositionem Tridentin. esse purè conditionalem, absque ulla causalitate inter non deesse gratiæ Dei, & perseverantiæ donum; sed potius hoc esse causam illius. Pro hoc adducit duo testimon. Sanct. D. scil. 1. 2. quæst. 114. art. 9. & ad Hebræos c. 12. lect. 3. de quorum efficacia pro solutionis datæ probabilit. nemo dubitare valet. Satius ergò fuisset prædicta testimon. solvere, & postmodum intelligentiam propositionis Tridentin. probare. Fateor rem esse arduam. Tangit enim duplicem gravissimam difficultatem. 1. *An, & quæ perseverantia sit aliquomodo in nostra potestate; & qualiter?* 2. *An iudicium conditionatum*

Tertio.

sufficiat ad regulandum actum spei? De primo egi quantum potui, tomo 3. De 2. agitur Tractat. de Spe, & in eius decisione insudant Theologi. *

* De qua Aibendea disp. 2 q. 3

☞ ☞ Prudens Lector adverte num. 34. præsentis dub. inveniri solutionem cuiusdam test. S. Prosp. similiterque num. 35. solutionem alterius testim. M. P. quæ tamen testimonia ob negligentiam, sive oscitantiam, omissa sunt. Quare, ut solutio clarè percipiatur, utrumque hic apponimus. Testim. S. Prosp. huiusmodi est, lib. 2. de vita contempl. cap. 19. *Mihi quidem videtur, quod non ederent (scilicet primi Parentes) de ligno prohibito, nisi concupiscent: nec concupiscent, nisi tentati: nec tentarentur, nisi deserti: nec desererentur à Deo, nisi ipsi prius deserant Deum; nec desererent Deum, nisi superbirent. & similitudinem Dei miserabiliter appetissent, ad quam perventuri essent, si sub Deo suo viventes, præceptum, quod acceperant custodissent.* Ubi edocemur (ait Manso) desertionem nostrã præcedere illam, qua Deus nos deserit. Test. M. P. habetur de corrept. & grat. c. 9. ubi applicans D. Petro illud Psalm. 29. *Ego dixi in abundantia mea &c* hæc habet: *Dixerat quippè in abundantia sua animam meam pro te ponam, sibi festinando tribuens, quod ei fuerat à Domino postea largiendum. Avertit autem ab illo faciem Dominus, & factus est conturbatus; ita ut mori pro illo metuens ter illum negaret.* Ecce (infert Arg.) Dominus Petrum deseruit de suis viribus præsumentem; non autem, quia prius desertus fuerat, ille præsumpsit.

Nota.

☞ Vide Lector ex ipsa relectione cõstare desertionem, secundum quam Adamus superbivit, fuisse motivum, ut Deus permiserit ei alia peccata usque ad comestionem externam de ligno vetito. Attamen, si quæratur, Cur Deus permisit ei, ut superbiret? nullum verbum invenies, sed altum, & venerandum silentium. Idem constat circa peccatum D. Petri. Ponit enim M. P. post peccatum præsumptionis aversionem ex parte Dei, ex qua sequuta est logicè trina negatio; quòd vero ad illud 1. peccatũ præcesserit aliqua causa culpabilis in D. Petro, ob quam desertus præsumserit, nec dicitur, nec insinuatur à M.P. Unde illa proposit. Adv. *Dominus deseruit Petrum præsumentem*, vera est; quia sermo est de desertione, ex qua processit trina negatio, non vero ipsa præsumptio. Cum autem addit: *non autem: quia prius desertus fuerat ille præsumpsit*; est prorsus vera; quia esto præcedat negatio gratiæ efficacis, hæc non est causa præsumptionis, aut alterius peccati. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced.*

Solutio.

DUBIUM IX.

AN SIT DE MENTE MAG. PAR. gratiam prædeterminn. sive strictè adiuvantem, impediri á nobis per consensum negativum?

NOt sunt testim. quæ ex M.P. aliisque SS.PP. adduci possunt pro impedibilitate gratiæ efficacis, Deumque eam nulli denegare, nisi præcedente aliquo defectu culpabili ex parte liberi arbitrij; ut si omnia exa-

Innum. in Rip. tom. 3 disp. 13

mi-

minarentur fieret penè infinita disceptatio. Quam plurima affert Ripalda contra Baianos tuentes etiam iustificatos carere sæpè gratia vere sufficienti ad observationem mandatorum Dei; cum enim iuxta illos gratia efficax non distinguatur à gratia sufficienti dante potestatem ad velle, & operari bonum: quoties homines, etti iustificati pro priori, deserunt Deum peccando (pro quo casu deficit ipsis auxilium efficax ad vitationem peccati) ob identitatem inter utrumque auxilium, deficit etiam auxilium sufficiens. Pro confutatione huius erroris, ut diximus, plura adducit testim. ut probet dessertionem ex parte Dei sub sequi ad dessertionem creaturæ, & Deum nulli negare gratiam suam quantum est ex parte sui, sive deficere in necessarijs ad salutem, & alia huiusmodi, efficaciter probantia tum distinctionem, & separabilitatem inter gratiam sufficientem, & efficacem; tum etiam dari in iustificatis veram sufficientiam, potestatemque anteciad proficiendum in via Dei, & observatione mandatorum: Tum etiam in peccatoribus; loquendo de sufficientia mediata ad pœnitendum de illis, ut sic verificetur nullum esse extra statum salutis, dum est in statu viæ.

2 Hoc suppositoAlij contendunt ex prædictis testim. probare etiam Deum nulli denegare gratiam efficacem ad Secundo benè velle operari, nisi adhit impedimentum ex parte hominis; qua ratione in eius potestate saltim indirecta est talem gratiam à Deo accipere, si; scil. per ipsum non steterit apponendo aliquod obstaculum: quod iuxta Opinio- aliquos est ipsum peccatum in aliquo nes. genere causæ præcedēs carentiam grā tiæ efficacis ad illius vitationem; iuxta alios vero est solum inchoatio peccati, consistens in quodam dissensu purè negativo sanctæ vocationi moraliter excitanti, ad quem consequitur pro posteriori carentia gratiæ prædeterminantis, in qua consistit permissio peccati in rigore accepta. Et quamvis ex terminis loquendo aliud sit posse impedire receptionem alicuius doni, & aliud posse adhuc indirectè illud adquirere, ut pluribus exemplis demonstrari potest: Supposita tamen Dei promissione, aut ordinatione, quod nulli denegabit gratiam efficacem, nisi prius per ipsum steterit aliquo modo ex dictis; per libertatem, qua est potens non ponere impedimentum, est hic, & nunc potens indirectè illam acquirere. Plura testim. M. P. quibus SS. P. M. Manso conatur probare impedibilitatem gratiæ prædeterminantis; sive strictè adiuvantis, & purè differt à gratia excitanti; manent soluta tom. 4. & in hoc tract. & amplius constabit ex dicendis tract. seq. de vocat. congrua. Quapropter, nè nimis protrahamur, aut eadem repetendo fastidium legentibus inferamus, tantum selectiora in præsenti proponemus, & quæ à prædicto M. efficaciora videntur.

§. I.

Proponuntur testimonia M.P.

PRimum habetur lib. 2. de peccat. mer. c. 17. *Nolunt homines facere, quod iustum est sive quia latet; an iustum sit, sive quia non delectat. Quod autem innotescat, quod antea latebat, & suave fiat, quod non delectabat, gratiæ Dei est, quæ hominum adiuvat voluntatem, quia, ut non adiuventur, in ipsis itidem causa est, non in Deo.* Quam doctr. probat ex illo Hierem. 10. *Scio Domine, quia non est in homine via eius &c.* Quæ sic exponit: *Scio Dom. ad correptionem meam pertinere, quod minus abs te adiuvor, ut perfecte dirigantur gressus mei.* Ergò Deus non negat pro libitò suo gratiam adiuvantem; sed pro culpabili defectu nostro; alioquin ut homines non adiuventur, in ipsis non esset causa, sed in Deo. Cuius contrarium docet Aug. Ad idem S. Prosp. de vocat. gent. cap. 26. loquens de gratia opitulante: *Quod à multis refutatur ipsorum est nequitiæ; quod autem à multis suscipitur, & gratiæ est divinæ, & voluntatis humanæ.* 3 Primum testim.

Secundum testimonium habetur libr. de Spirit. & litter. cap. 34. ubi sic ait: *Visorum suasionibus agit nos Deus; ut velimus, & credamus, sive extrinsecus per Evangelicas exhortationes, sive intrinsecus, ubi nemo habet in sua potestate, quid ei veniat* 4 Secund. testim.

niat in mente: sed consentire, vel disentire propriæ voluntatis est. Cùm autem suasiones vitorum sint gratiæ morales, non sunt gratia effectiva, & efficax ad velle, & credere; proindeque non efficiunt consensum positivum Deo vocanti: ergò eatenùs vitorum suasionibus facit Deus, ut velimus, & credamus, quatenùs facit nos consentientes negativè, ut sic præstet gratiam effectivam nostri velle, quæ dependet à præsupposito consensu. Urgetur ex his, quæ immediatè subdit. *His ergò modis, quando Deus agit cum anima rationali, ut ei credat; nec enim credere potest, si nulla sit vocatio, cui credat: profectò & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia eius prævenit nos; consentire autem, vel disentire, ut dixi, propriæ voluntatis est. Quæ res non solùm non infirmat, quod dictum est, quid enim habes, quod non accepisti? verum etiam confirmat. Accipere quippè, & habere anima non potest hæc dona, de quibus hoc audit, nisi consentiendo: ac per hoc, quod habeat, & quod accipiat, Dei est; accipere autem, & habere, utique accipientis, & habentis est.*

Urgetur.

Quæ verba sic ponderat prædictus Magist. Iuxta Magn. Parent. hæc dona, scilicet, *velle*, & *credere*, de quibus dicit Apostolus: *Quid enim habes, quod non accepisti*, non potest anima habere, nisi consentiendo. Sed cui? Respondet August. *Consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, propriæ voluntatis est.* Ut quid iterùm quærimus, necessarius est consensus noster vocationi, *si ipsum velle credere Deus operatur in homine?* Respondet: *Nemo potest dona Dei accipere, nisi consentiendo*: ergò Deus non operatur velle credere, quod est donum Dei, nisi dependenter à consensu nostro præstito vocationi. Prosequitur Magnus Parens; *Nec ideò infirmatur, quod dictum est; quid enim habes &c. Nàm licèt dare, & dona data sint propria Dei; accipere autem, & habere utique accipientis, & habentis est.* Hæc eadem tradit Epist. 50. Sed non potest esse in libertate accipientis accipere, & habere, nisi consentiendo Deo vocanti: ergò operatio Dei, qua causat nostrum velle, & alia dona, pendet à consensu nostro præstito vocationi. Ad idem Serm. de verbis Apost. *Ut Deus velit dare gratiam, debes tu ad accipiendam accommodare voluntatem. Quomodò vis accipere gratiam divinæ bonitatis, qui sinum non aperis voluntatis?* Serm. est de gratia efficaci supponente vocationem; ad hanc enim nequit voluntas nostra se disponere, ut est certum: ergò, ut gratia efficax detur nobis, debemus accomodare voluntatem, & aperire sinum eius per consensum sanctæ vocationis: ergò gratia efficax pendet &c.

5 Ponderat testim.

Tertium testimonium habetur qaæst. 2. ad Simplician. ubi ait: *Noluit Esau, & non cucurrit: sed si voluisset, & cucurrisset, Dèi adiutorio pervenisset, qui etiam currere, & velle præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret*: ergò resistentia exhibita vocationi fuit causa, ut Deus Esau non donaret velle, & currere. Sed hoc datur à Deo per gratiam efficacem: ergò causa denegationis huius gratiæ est à nobis, & non à solo Deo. Quartum habetur Serm. 11. de verb. Apostol. ubi sic loquitur de Adamo innocente: *Regebat cum ipse, qui fecerat: Voluit deserere, à quo factus erat: permisit Deus tanquàm dicens; deserat me, & inveniat se, & miseria sua probet, quia nihil potest sine me.* Hic Sanct. Parens ponit ordinem primi peccati, quo innocentia deperdita est. Incepit peccatum eo defectu, quo Adam voluit deserere, à quo factus erat: Vidit hoc Deus, & permisit &c. Ecce ante permissionem Dei ponit August. in Adamo velle, quo voluit deserere Deum; sed hoc velle non potest esse actus positivus; quia iuxta Magn. Parent. 3. de Trinitat. cap. 3. *Voluntas Dei est causa omnium motionum &c.* Ergò fuit consensus negativus præstitus tentationi, per quem impedivit gratiam efficacem.

6 Tertium.

Qnartum

7

Quintum desumitur ex eodem Magno Parente libr. 11. de Genes. ad litt. cap. 5. ubi ait: *Nec ar-*

Quintum

arbitrandum est, quòd esset hominem deiecturus iste tentator, nisi præcessisset in anima hominis quædam elatio comprimenda, ut per humiliationem peccati, quam de se falsò præsumpserit, disceret. Quod testimonium, alijs omissis, urget ex Div. Thom. dicente quæst. 7. de Malo art. 9. ad 15. *Quòd elatio insurgens comprimenda dicitur, ne insurgeret: propositis enim verbis tentatoris debuit homo sic se habere, ut elationem subintrare non permitteret*: ergò ante signum elationis, & consensus positivi, qui est peccatū, præcessit in Adā consensus negativus verbis tentatoris, quo permisit elationem subintrare, & per quem se impedivit à gratia efficaci, Deusquè permisit deiectionem illius per peccatum. Ad idem facit, dùm Serm. 34. de diversis cap. 2. dicit de Adamo: *Aurem præbuit serpenti, & aurem clausit ad Deum; atque constitutus inter præceptorem, & seductorem, magis seductori, quàm præceptori obtemperare elegit*: ergò ante electionem, quæ fuit peccatum Adæ, præcessit in eo *autem præbere serpenti, & claudere Deo, per consensum negativum tentationi Diaboli, & impedientem motionem divinam. * Ne autem multitudine testimoniorum Lector gravetur, possunt reduci in compendium, tùm dictum à M.P. de correct. & grat. cap. 11. dicente: *Adam deseruit Deum, & desertus est.* Et rursùs illud generale de natura & gratia cap. 26. *Non deserit Deus, si non deseratur &c.* Et 4. de confession. cap. 9. & cap. 11. *Te nemo amittit, nisi qui te dimittit.*

§. II.

Primo testimonio adducto respondetur.

8 QUid intelligat Magn. Parens nomine delectationis, & illuminationis, ob cuius defectum homines nolunt facere quod iustum est: non est compertum etiam apud ipsum arguentem. Siquidèm aliquoties affirmat Magn. Par. ibi loqui de motibus indeliberatis ad gratiam excitantem spectantibus. Ita tom. 1. quæst. 5. num. 4. & quæst. 7. num. 34 in fin. quæst. 8. numer. 8. & quæst. 7. num. 26. Cui intelligentiæ suffragatur meo videri ratio satis efficax: Nam Magn. Parens loquitur de gratia illuminationis, & affectionis, quibus aliqualiter sanatur vulnus ignorantiæ in intellectu, & infirmitatis in voluntate. Sic enim subdit: *Infirmitas enim, & ignorantia duo sunt vitia, quæ impediunt voluntatem, ne moveatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum.* Gratia autem sanans vitia prædicta perprius convenit actibus indeliberatis, quàm gratiæ efficaci, per quam Deus operatur in nobis velle bonum. Nec quòd talis gratia apelletur à Magn. Parente *adiuvans*: oppositum convincit: Nàm gratia adiuvans communiter sumpta sub se continet etiam gratiam excitantem, ut est innegabile. Hoc supposito (ut satis consonum doctrinæ Magni Parentis) sensus illius est * homines ideo non adiuvari à Deo gratia illuminationis, & affectionis moventis eos, non utcumque, sed *fortiter*, & *vehementer*, sive *specialiter* ad velle bonum; quia in eis præcedit, vel præcedunt aliqua peccata, ideòque in ipsis esse causam, ut tali gratia à Deo non adiuventur. * Ita exponit prædictum testimonium Pater Suarez lib. 4. de auxilijs cap. 18. num. 23. dicens: * prædicta verba intelligi de auxilio sufficienti forti, intenso, & expedito, quod multotiès denegat Deus ob præcedentia peccata. * Idem meo videri sentit P. Ripalda, dùm disp. 23. ubi supra num. 72. Tradit hanc regulam pro expositione test. Mag. Parentis: *Interdùm est August. Sermo de gratia efficaci, interdùm verò de sufficienti, copiosa, & superabundanti, ultra quam necessaria est gratia efficax.* Huic expositioni addo sequentem ponderationem: Siquidèm doctrina Magni Parentis confirmatur ab ipso ex testimonio Hieremiæ supra relato. Atqui in illo expressè affirmatur, dari causam ex voluntate Prophetæ, *ut minus adiuvetur à Deo, & minus non perfectè dirigantur gressus illius.*

Ad 1. testim.

Fatetur Adv. M. Par. loqui de gratia excit.

Fundat. 1

Secundò.

Tertiò.

Nota 1.

Quod est idem, ac non adiuvari illuminatione, & affectione intensa, copiosa, & superante affectionem pravam, ortam ex vitio concupiscentiæ, ut perfectè dirigantur gressus eius: ergò non loquitur Magn. Par. in dicto testimon. de gratia prædeterminanti ad velle, & supponente gratiam illuminationis, & affectionis.

Advertendum tamen 1. Iuxta
9 hanc solut. in illis verbis: *Nolunt homines facere, quod iustum est*, non posse comprehendi 1. nolitionem culpabilem; cum ad illam nulla causa digna correptione præcedat; sed solum nolitiones subsequentes decursu temporis. 2. Magn. Par. ita designasse pro causa ut homines nolint facere, quod iustum est, defectum illuminationis, & delectationis; ut præmiserit *hoc dici ab ipso sine præiudicio diligentioris inquisitionis.* In quibus denotat dari aliam causam superiorem, quæ sine dubio est providentia Dei ob fines altissimos peccata permittentis. Dices. Offende testimon. ex M. Par. in quo ponat defectum illuminationis, & delectationis, & non ponat pro causa illius aliquam culpam ex parte hominis? Respondeo. Ex ipso ibidem cap. 19. *Ideò Dominum Deum bonum etiam Sanctis suis alicuius operis iustitiam aliquando non tribuere, vel certam scientiam, vel victricem delectationem, ut cognoscant, non à se ipsis, sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminentur tenebræ eorum, & suavitatem, qua det fructum suum terra eorum.* De quo plura Theologi circa motivum permissionis peccati in electis. Ex quo apparet, quod licet per victricem delectationem, & certam scientiam significetur additio gratiæ prædeterminantis, qua delectatio fit victrix adiectivè; defectus huius non supponit necessario aliquā culpam, aut causam in iustificatis; sed provenire à Deo ob finem humilitatis, & ut cautiores evadant. Sic D. Thom. 1. 2. q. 89. a. 4. refertque Magn. Par. lib. de nat. & grat. cap. 22. 23. & 28.

Sed quia præd. Mag. alibi asse-
10 rit per delectationem ponitam in testimonio adducto intelligi à Magn. P. delectationem inclusam in amore efficaci libero, & imperante facere: oportet 1. huius asserti veritatem examinare. Si enim ei opponas doctrinā ab ipso M. sæpe traditam, scil. ibi intelligi de motibus indeliberatis. Respond. Testimonia D. August. sub se continere plures sensus absque ulla contradictione. Hæc tamen Resp. licet absolutè sit vera, & tanto Doctori debita, non quadrat dictis ab ipso Arguente. Siquidem cum veritate huius conclusionis non stat asserere * esse contra mentem August. applicare verba superius relata delectationi indeliberatæ. **At qui sic loquitur Arguens tom. 2. quæst. 12 §. 3. Ad argum. Respond.* ergò. Sed hoc omisso sic arguo. 1. Quia sequeretur, quod dum dicto loco ait: *Nolunt homines facere quod bonum est, quia non delectat*, diceret, *nolunt, quia nolunt, sive quia non volunt.* Quod est probare idem per idem. Rursus, dum addit: *Tanto vehementius diligimus, quanto ardentius delectamur.* Esset idem, ac dicere: *Tanto vehementius diligimus, quanto ardentius diligimus.* Ex quibus mihi videtur probabilius ipsum loqui de delectatione indeliberata, excitante, & trahente moraliter voluntatem, ut liberè velit; quam Deus multoties aufert ob præcedentia peccata. Ex quo ulterius sequitur delectationem victricem, & facientem, ut voluntas liberè velit obiectum, in quo per gratiam excitantem delectatur: non esse affectum liberum, sed esse subiectum, cui si accedat gratia intrinsecè efficax, tunc denominatur *victrix*, hoc est eliciens liberum consensum. Et pariter cognitio alliciens ad bonum dicitur scientia *certa*, hoc est certitudine causalitatis, & ordinis ad velle bonum; ut loquitur M. P. supra citatus cap. 19. Et S. D. q. 6. de Ver. art. 6.

Adverte 1.

Secundo.

Aliud dictum eiusdem.

Impugnat

*** *** ***

§. III.

Occurritur secundo testim.

11 PRO solutione dico 1. Hæc consequentia nulla est: *Nequit voluntas accipere à Deo velle credere, nisi consentiendo Deo vocanti: ergò prius est consentire Deo vocanti, quàm quòd Deus donet homini velle credere.* Assumpt. prob. 1. Nàm ly *prius* voluntariè additur. 2. Nàm etiam est verum, quòd nemo venit ad Christum per fidem, nisi audiat, & discat à Patre; & tamen *audire, & discere à Patre non præsupponitur ad credere*; cùm discere dicat formaliter assensum fidei, ut exponit S. Doct. super Joann. 6. lect. 5. Tertiò: Nemo credit fide divina, nisi assentiatur Deo revelanti propter eius testimonium; & tamen non sequitur priorietas exercitij inter consensum revelationi, & ipsum actum credendi. * Similiter iuxta M. P. 2. de peccator. merit. cap. 5. *Neque adiuvari potest, nisi qui aliquid sponte conatur.* Pro quo etiam alia adducit arguens tom. 2. fol. 44. à num. 26. quin propter hoc conatus præcedat gratiam adiuvantem. Similiter hæc propositio est vera: *Graviter tentatus non peccat mortaliter, nisi liberè consentiat tentationi*; & tamen non datur talis præcedentia inter utrumque.

1. Assertum.

*S. D. 2. q. 2. art. 1.

12 Dico 2. *Si per* ly *consentiendo intelligitur aliquod exercitium, etsi negativum, præcedens velle*; & *credere, non solùm iuxta S. P. habere, & accipere esset propriè volunt: hominis, sed etiam donum acceptum à Deo per velle, & credere esset in illius potestate.* Assumptum probat. Quia gratia sanctificans non confertur homini à Deo, nisi priùs se liberè disponenti per actus supernaturales, non solùm verificatur, quòd habere gratiam est hominis, sed etiam quòd ipsa gratia est verè in aliquo sensu in illius libera potestate: ergò. Quapropter sensus Mag. P. non est causalis, sed formalis, quatenùs ipsum velle, & credere dicit formaliter consensum positivum vocationi Dei, vel eius suasioni. Licèt enim velle, & credere dicantur talia relata ad sua obiecta; explicant tamen munus consensus relatè ad vocationem, vel suasionem; consentire enim iuxta Div. Thom. est cum alio assentire, sicuti & assentire est ad aliud sentire: Motivum Magn. P. ut utatur his vocibus *assentire, & consentire, & dissentire*, est componere libertatem in nobis ad velle, & credere, cum eo, quod hæc sint dona Dei. Quod assumptum manifestè convincitur sequenti discursu: Donum, quod non habetur, nisi consentiendo, aut dissentiendo, liberè habetur; sed velle, & credere non habentur ab homine, nisi consentiendo divinæ vocationi, & suasioni: ergò estò sint dona Dei, sunt etiam exercitia nobis libera. Unde illa distinctio inter *id, quod habet*, & *quod accipit*, & inter *habere, & accipere* posita à Mag. P. non significat aliquam distinctionem ex parte obiecti, sed quòad modum significandi, quatenùs per ly *habere*, & *accipere* significatur libertas arbitrij per consentire: cùm sit verbum activum, quod non ita explicatur per id, quod *homo habet*: hoc est; melius explicatur libertas *per habere*, & *accipere*, quàm *per datum*, & *acceptum*. Sicut, quod aliquid sit Dei donum, melius explicatur *per datum*, & *acceptum*, quàm *per habere*, & *accipere*. Ex his constat ad ponderationes, in quibus fit transitus de sensu formali ad sensum causalem.

Secundò.

Non salvat discr. M. P.

Exponit.

Alit: velle esset liberum in causa solùm.

13 Sed audiri non debet arg: ita attribuere voluntati *apertionem cordis* (quod est habere, & accipere dona Dei consent:) ut asserat illud non fieri à Deo, ser à nobis. 1. Quia cùm iuxta ipsum per ly *habere*, & *accipere* dona, intelligatur consensus negativus, qui iuxta ipsum est dispositio intrinsecè supernaturalis ad gratiam adiuvantem, non nisi durissimè, & inconsequenter dicitur illum non esse à Deo. Rursùs: Quia ut dicitur Joan. cap. 3. *Non potest homo quidquam accipere, nisi ei fuerit datum de Cœlo*; sed hoc, quod est consentire vocationi, dicit accipere consensum, scilicet, à Deo vocante: ergò Deus vocans donat prædictum consensum. 3. Quod non convenit creaturæ rationali à Deo, convenit ei ex se ipsa; sed habere, & accipere dona Dei, non fit à te

Aliud assertum eiusdem tom. 4. fol. 278. col. 1.

Impug. 1.

Secundo.

Tertio.

te creata ex se ipsa: ergò ex se ipsa: non verò ex Deo se disponit ad gratiã prædeterminantem, & ad consensum salutarem: Quod est absurdum. In idem redolet, dum refert illa verba *sto ad ostium, & pulso*. Et postquam ponit expositionem S.D. dicentis, quod Deus postquam pulsat sua gratia excitanti expectat, ut aperiatur sibi, subdit, * certe non expectat Deus, quod est ipse facturus, sed quod à nobis; ut colligitur *ex ipso Sacro Texta*, * quod assertum magnam ingerit mihi difficultatem; certè enim verba illius redolent quod consensus negativus, qui iuxta Adv. est consensus salutaris, non sit à Deo, sed à nobis. Idem dico; dum asserit talem consens. incipere à Deo allic. & vocanti; sed consummari à volunt. nostra. Hic, rogo, est primatus grat: excit. in rat. grat. & causæ? Hæc insinuasse sufficiat. Ubi notandum qua ratione, & consequentia doctrinæ, asserat se cum M. Par. exaltare, maximèque apretiare gratias morales sanctæ cogitationis, & affectionis, licèt non pro meritis; secus tamen Thomistas, qui gratiam prædeterminantem tuentur esse inimpedibilem, aut inacquisibilẽ à voluntate creata; Quandoquidem tota illius exaltatio adhoc pervenit, ut consensus negativus, qui est immediatus effectus gratiæ Dei primo discernentis nostram voluntatem tandem non sit à Deo, sed à nobis; & à nobis consummate; ab illo inchoativè.

Tom. 4. fol. 305. col. 1.

§. IV.

Occurritur 3. 4. & 5. testim.

14 AD 3. testim. Respond. Illud non probare impeditionem per dissensum purè negativum.

Ad 3. Nàm iste, nec est contemptus gratiæ Dei, nec per illum homo fit reprobus, hoc est, maledictione, & damnatione dignus. Undè si probat impeditionem gratiæ efficacis, probat fieri per peccatum, cum diversitate prioritatis inter illud, & carentiam gratiæ, ut volunt alij AA. Quare alijs omissis, Respond. iuxta dicta in solut. ad 1. quod ly *nisi* non semper denotat priorit*a*tem, etiam in tempu Augustiniano, sed sensum formalem, vel connexivum. Quare cum ly *nisi* æquivaleat, & sit idem, *ac si non*, sensus est: *Quod si Saul non contempsisset Dei vocationem, Deus donasset velle, & currere*, cum hoc ipsum, quod est non contemnere vocationem, esset ex gratia Dei, ut vellet, & curreret. Imo, ut appareat inefficacia desumpta ex ly *nisi*, constat ex doct. M. P. illud facere aliquando sensum à posteriori. Ita lib. 1. contra duas epist. Pelag. cap. 18. *Nemo iuvatur à Deo, si nolit; & tamen ut velit, iuvatur à Deo.* Et Serm. 13. *Si non esses operator, Deus non esset cooperator, & tamen ut operemur bonum, Deus facit per gratiam suam cooperando perficiens.* Et S. Prosp. *Nemo iuvatur, nisi velit, & tamen adiuvatur, ut velit.* Alia refert Adv. tom. 2. fol. 404. n. 2. quæ ne queunt intellig. in sensu causali.

15 Ad 4. testim. Respond. Illud impropriè adaptari dissensui negativo; cum enim hic non sit intrinsecè malus, non apparet, qua ratione per illum verificetur Adamum voluisse deserere Deum. Talis enim voluntas, si aliunde sit libera, & à subiecto cum perfectissima cognitione instructo, est maximum peccatum, ut sæpe ponderavimus. Respond. 2. Falsum esse voluntatem deserendi Deum fuisse in Adamo pro priori ad omnem permissionem Dei, nisi dicatur illam non subiacere divinæ providentiæ. Cum enim hæc, si est aprobationis, requirat positivam ordinationem, & causal. Dei; si vero sit concessionis, dicat permissionem; * nequit concipi talis voluntas desertionis, nisi Deo pro priori disponente, aut permittente. Idem argum. fit relatè ad voluntatem divinam, non enim iuxta M. Par. *Aliquid fit, nisi ipse faciendo, vel sinendo, ut fiat*, quod est idem, ac permittere. Quod si fiat recursus ad permissionem in actu 1. hic manet in antecedentibus impugnatus.

Ad 4.

Resp. 2.

*Sic S.D. q. 5. de Veris. art. 4.

Idem in Enchirid. cap. 100.

16 Sine recursu ad locutiones impropriας; ut sunt dicere: *Velle deserere Deum* non significare actum voluntatis; sed consensum negativum in puro nihilo, & carentia nihili consistentem; surfusque, tale velle dese-

Vera expos. M. Par.

re-

rere non esse actu intrinsecè malum moraliter; sed dici tale ab effectu consens. posit. sequuto media negatione grat. prædeterm: sed proveniente ex iusto iudicio Dei; ideoque ab *effectu* nova, immediata, formali, & activa libertate proveniente à voluntate. In quibus manifestè loquutio figurata, & satis impropria continetur; proindequè parum utili ad arguendum; ut docet S. D. (His enim abundat præd. Mag. ut testim. Sacræ Scripturæ, & M. Par. adducat ad propriam opinionem: ex quo, ut dixi magna ex parte eneruantur ad probandum Doctrinam sanam, & impugnandam erroneam) Respond. in Adamo primum peccatum ordine intentivo fuisse peccatum superbiæ. Et ex illo fuisse imperatum peccatum comedendi de ligno vetito, tam quoad actum voluntatis, quam quoad exteriorem comestionem. Utrumque peccatum fuit desertio Dei; cum nihil aliud sit peccatum læthale; quam aversio, & recessus ab illo.

In 1. dist. 1. q 1. a. 5.

17

Hinc constat in illis verbis: *Adamus voluit deserere Deum*; contineri peccatum superbiæ conceptum ad verba serpentis: hoc enim fuit 1. peccatum. Quo concepto permisit Deus: *Dicens deserat me*; hoc est, desertione completa, & consummata per violationem præcepti de non comestione ligni vetiti. Ad hac enim consecuta est iuxta Doctr. M. P. *detectio illius*; & iuxta D. Thom. 1.p. quæst. 95. art. 1. privatio donorum iustitiæ originalis; scilicèt, rebellio carnis, mortalitas, & aliæ miseriæ. Tunc enim cognoverunt se esse nudos, & abscondere se voluerunt à facie Dei. Quam Doctrinam probat ibi ex M P. lib. 13. de Civit. cap. 13. Hinc clarè constat desertionem propter comestionē ligni vetiti supponere peccatū superbiæ; & adhoc sequutam fuisse, ut pœnā permissionem comestionis, *per quam sua miseria probavit, quod nihil potest sine Deo*. Attamen; si sermo sit de 1. permissione, ex qua sequutum fuit peccatum superbiæ volendo deserere Deum, quia illa est initium omnis peccati, & ante ruinam exaltatur cor; pro origine, vel causa illius nihil asserit M.Par. quia inscrutabilia sunt iudicia Dei.

Quæst. 7. de Malo, a. 7. ad 16.

5. Testim. Potius est in favorem nostrum. Ex illo enim probavi tom. 3. tract. de Necessit. grat. dub. 14. §. 8. a num. 32. illa verba M. Par. in quibus exprimit Deum *deseruisse Adamum, quia in eo præcessit tumor superbiæ, & nimia præsumptio*, qua de causa desertio ex parte Dei *fuit pœna superbæ elationis, secundumquam ipse prius peccando desseruit Deum*: immeritò adduci ad probandum 1. carentiam gratiæ efficacis ortum duxisse ex dissensu quodam negativo actu intrinsecè non habente rationem peccati, aut culpæ adhuc venialis. Rursus ex D. Thom. ibidem probavi Adamum peccasse mortaliter antequam consentiret tentationi comedendi de ligno vetito; propter cuius fractionem dejecit illum Diabolus, & in pœnam peccati superbiæ Deus desseruit ipsum; & privabit iustitia originali, & donis ipsam consequentibus.

Ad 5.

Quod convincitur ex D. Th. hac 1. 2. quæst. 89. art. 3. ubi cum sibi opponeretur idem argumentum, ut probaret ante deiectionem Adami factam per peccatum mortale præcessisse peccatum veniale elationi: Sic Respond. ad 2. *Dicendum, quod illa elatio, quæ præcesserit in animo hominem fuit primum hominis peccatum mortale. Dicitur autem præcessisse detectionem eius in exteriorem actum peccati: Huiusmodi autem elationem subsequuta est, & experiendi cupiditas in viro, & dubitatio in muliere; quæ ex hoc solo in quandam aliam elationem prorupit, quod præcepti mentionem à serpente audivit, quasi nollet sub præcepto contineri.* En claram intelligentiam mentis M.Par. distinguendo inter peccatum internæ elationis (quod fuit primum in intentione) & inter peccatum fractionis comedendo de ligno vetito; propter quod Deum illum privavit iustitia originali, ut experiretur passibilitatem, mortalitatem, & resistentiam appetitus, tanquam pœnam illius. Propter hoc enim peccatum intravit mors in mundum, & aliæ miseriæ &c. Si autem per ly *elationem comprimendam* intelligeretur consensus in peccatum superbiæ, etiam negativus; non dixisset absolutè *quod elatio comprimenda*

18

Roborat. exs. Doct.

fuit

fuit peccatum mortale ; & item; quia hoc positum indecisam relinqueret difficultatem, scilicèt: An talis consensus negativus aliunde liber, & qui debuit non existere in Adamo, esset peccatum veniale, aut mortale?

19 Arguit 1. Iuxta S. Doct. elatio erat comprimenda ab Adamo per dissensum; sed non in signo consensus positivi; ut patet: ergò in signo anteriori ad illum: sed in signo anteriori ad consensum positivum non est possibilis dissensus, nisi purè negativus: ergò. 2. Elatio insurgens *comprimenda erat, nè insurgeret*: ergò comprimenda in signo anteriori; sed in signo anteriori ad elationem, quod est signum consensus positivi, non est possibilis, nisi dissensus negativus: ergo. 3. In signo priori ad consensum positivum elationis fuit tentatio Dæmonis, & permissio libera voluntatis Adæ; sed hæc permissio est consensus negativus, iuxta illud Ambrosij: *Consentis, si non arguis*: ergò. Urgetur. Ante consensum positivum attendit Adamus tentationem Diaboli: ergò cum non se habuerit ut quodam inanimè; vel permisit; vel abjecit? non 2. ergò primum.

Contra hoc.

Secundo.

Tertio.

Urgetur.

Hæc tamen levissima sunt.

20 Fatemur enim elationem, quæ fuit peccatum superbiæ in Adamo, fuisse comprimendam, *nè insurgeret*, *nè subintraret*, hoc est compressione impediente illius existentiam subsequtam ad signum libertatis. Hæc autem compressio, sive impeditio; per quod exercitium aptius fieri poterat; quam per actum humilitatis prædictæ elationi contrarium, & ad quod tenebatur, dando honorem, & gloriam Deo? Sicuti fecerunt boni Angeli; qui tentati prava sugestione Lucifeti compresserunt, ne in eis insurgeret, aut subintraret elatio; se iterum, vel potius continuando conversionē 1. instantis in Deum: dicentes *quis sicut Deus*. Undè elatio debuit comprimi in signo anteriori ad illā, ut non existeret. Hinc illa min. in 2. prob. adducta. *Sed pro signo priori ad elationem non est possibilis, nisi dissensus negativus* (non venit ad rem) sed debet poni; *sed in signo priori impeditivo elationis, & non in surrectionis, sive non existentiæ illius*, non est possibilis nisi dissensus negativus: Sic enim est minor syllogismi; quia servatur idem medium. Sed sic arguendo min. est aperte falsa; cum enim actus humilitatis sit ratio à priori non existentiæ elationis; ille est possibilis in signo priori ad non esse elationis. Sicuti liber ad actum charitatis, vel odium: pro signo pro quo potest quis, & tenetur se exercere per actum charitatis, pro eodem signo est possibilis impeditio existentiæ odij. Si autem non utendo forma Syllogist. dicas: * in signo priori ad elationem non est possibilis &c. * neg. rotunde, usque dum probetur.

Resp.

Ad 2.

Ad 3. Dicimus in libertate Adami non fuisse non tentari à Dæmone, nec sic tentari potuisse ab illo impediri; sicuti non fuit liberum Angelis bonis tentari, & provocari à Lucifero ad peccandum. Hæc enim tentatio ortum habet ex propositione obiecti inordinate apetibilis denuntiata subiecto peccabili. Hoc idem accidit in nobis, quibus non est liberum sentire tentationem, sed ei consentire. Quare Adamus non permisit liberè se tentari, quoad 1. sui esse. Attamen sicut nos statim, ac sentimus tentationem ex concupiscentia, aut ex causa exteriori provenientem, tenemur ei positivè resistere, eamque comprimere (quantum possibile est) ut cesset, iuxta illud *Principijs obsta &c.* ita Adamus tenebatur statim, ac advertit tentationem, ei resistere per actum humilitatis, vel conversionis ad Deum, si forte perpendit fore periculum ex illa sub oriendum. Si inquiras: Unde ortum duxit peccatum superbiæ in Adamo? Resp. illud tanquam à causa exteriori provenisse à Dæmone at vero, ut à causa interiori provenisse ex iudicio inconsiderato, ex quo processit ad apertendam similitudinem cum Deo, sed non cum debito ordine, & mensura; ut dicitur etiam de primo peccato Angelorum iuxta doctrinam S. Doct. Nec ex hoc infertur prædictum defectum fuisse malum moraliter pro signo priori, sed pro signo sequenti per accep-

21

Ad 3.

ta-

tationem voluntatis procedentis ad apettendum obiectum de se bonum sine adhibitione regulæ, & mensuræ.

22 Ad urgent. Respond. Signum libertatis proximæ in Adamo ad peccatum coalescere ex cognitione proponente sibi ut conveniens se subijcere Deo, per humilitatem, obedient. &c. & ex cognitione proponente, non quidem aliquod obiectum malum; (quia ante peccatum nullus potuit esse in eo error, adhuc practicus) sed bonum; licèt non cum debito ordine. Pro hoc signo non intelligitur aliquod exercitium suæ libertatis, ut est per se notum, quia illud non est signum exercitij liberi, sed potestatis ad illud. Quare, nec pro illo signo restitit cognitioni sanctæ, nec consensit cognitioni proponenti inconsiderate bonum. Quin ex hoc sequatur in illo signo se habuisse, ut quoddam inanime; non quidem intellectus propter cognitionem practicam in illo signo; non voluntas; cum pro tunc esset excitata, ut pro signo sequenti, in eodem tamen instanti, benè, vel prave operaretur.

Ad id, quo urgetur.

Sidicas. Nec obstat quod iuxta D. Th. Adamus tenebatur, ut non permitteret elationem subintrare: ergò permisit illam subintrare. Sed hæc permissio non est ipsa elatio subintrans: ergò fuit aliquid præcedens: quod aliud esse nequit, nisi consensus quidam negativus. Respond. notando ly *permittere* non accipi ibi pro pura non impeditione elationis absque causalitate in illam; sed accipi communiter; prout etiam dicitur Aliquem *permittere*, id quod positivè causat; quia illud tenetur positivè repellere, & cõprimere, & non repellit. Hoc notato dicimus, quod sicut, dum voluntas eligit vult eligere, & quando consentit, eligit consentire; ita dum superbit, eligit superbire; & ex hoc permittit subintrare elationem; quod latè dicitur permissio illius, quia ipsam non prohibet, ad quod tenetur. Attamen, sicuti eodē actu, quo quis eligit, vult eligere, & consentit se eligere, eodemque præcepto, quo tenetur ad unum, tenetur ad aliud; ita dicendum in præsenti.

Respond.

Instabis: Prius est, quod creatura rationalis sit constituta in actu per formam aprehensam; quamquod illius voluntas operetur: appetitus enim rationalis sequitur formā aprehensam* ergò ante signum elationis, & consensus positivi, iam erat voluntas Adami constituta in actu per formam aprehensam determinantem ad consensum positivum. Nunc sic: Voluntas sic constituta per formam aprehensam, aut est consentiens negativè Verbis tentatoris; vel tantum audiens? Si 1. habetur intentum. Si 2. ergò etiam fuit voluntas eius constituta in actu ad humilitatem: Cum etiam Verba Dei intus ad monentis humilitatem audierit. Sed hoc est falsum 1. Quia repugnat voluntatem simul prædeterminari moraliter, & quoad specificationem, ad duos actus oppositos; sicut prædeterminari physicè ad eosdem. 2. Quia si sola auditio tentatoris præcessisset elationem, non prius deseruisset Adam, quam fuisset desertus à Deo; talis enim auditio sive consensu negativo non est desertio; cum non sit libera; quod asserere opponitur M.P. 3. Quia iuxta S. D. quæst. 3. de Malo, art. 2. motio Dei producit effectum iuxta dispositionem mobilis: quare si affectus sit pravus, supponit in voluntate dispositionem voluntariam, & imputabilem. Sed auditio tentatoris sola, & sine consensu negativo, talis non est: ergò ante elationem debet ponit voluntas Adæ constituta in actu per formam aprehensam simul cum consensu negativo.

23 Adhuc instat.

* S D. 1. p. q. 19. a. 1.

Hæc instantia, quantum attinet ad constitutionem libertatis contrarietatis ad actum bonum, & malum; & etiam contradictionis ad actum bonum, & illius omissionem; & etiam libertatis ad duplicem actum honestū cum incompatibilitate inter se; v.g. electionem Matrimonij, & cœlibatus; cuilibet mediocriter instructo apparebit inefficax. Cum enim cognitio practica saltim in actu 1. se teneat ex parte actus 1. ad exercitium liberè ponibile à voluntate; non erit libertas ad odium, & amorem, nec ad actum, & omissionem illius; nec ad dupliçem actum honestum seor-

24 Nota pro inefficac. instant.

sim

sim eligendum ; nisi à duplici cognitione invitetur, excitetur, alliciatur, & moraliter ex parte obiecti moveatur. Hinc evanescit probatio intēdēs non posse voluntatē simul moveri quoad specificationem (in hoc sensu dicitur formam aprehensam determinare voluntatem) ad actus oppositos; non quidem simul ponendos, sed disiunctivè; quod est ponere *simultatem potentiæ, non potentiam simultatis.* Hæc enim est constitutiva libertatis proximæ, & actu formaliter talis; scilicèt, *facultas voluntatis, & rationis ad utrumlibet*; super quæ notat S. Doct. 1. p. quæst. 83. art. 2. Eo dici *facultatem*; *quia importat potentiam expeditam.* Instantia de prædeterm. est nulla; quia connexa necessario cum actu; undè tunc esset potentia simultatis ad opposita.

25 Loquendo restrictè de libertate Adami ad superbiam, & humilitatem, si in prospectu habeantur Respond. ea, quæ dicuntur à Thom. ex Doctr. Ang. Mag. tract. de Angelis circa originem, aut viam, per quam irreplit peccatum in Angelis; facilis est solutioad 1. ponderationē. Nàm cum omnis defectus in voluntate supponat necessario defectum ex parte intellectus ipsam dirigentis; & hic, nec in Angelis ante peccatum, nec in Adamo potuerit esse error; ideòque non potuerint 1. peccare appetendo obiectum de se malum; sed bonum sine circunstantia debitæ subiectionis, & ordinis; ad eorum peccatum præcessit in consideratio debitæ regulæ, & mensuræ. De hac ait S. Doct. 1.2. quæst. 75. art. 1. & quæst. 1. de Malo art. 3. nec esse culpam, nec pœnam, sed puram negationem; quæ tamen redditur mala ex hoc quod voluntas procedit sine illius adhibitione ad operandum.

26 Hæc sunt Thomistis pervia, nec in eis licèt immorari, quia pluries coacti sumus illa referre. Hinc voluntas Adami, ut proximè ultimatè libera ad elationem non fuit præcisse, ut audiens, sive percipiens verba tentatoris; sed præventa cognitione proponente convenientiam in similitudine cum Deo, sine attentione practica, & matura consideratione hic, & nunc regulæ, & mensuræ, sub qua debebat appeti. Solum potest esse aliqualis difficultas: circa signum, in quo debet poni huiusmodi inconsideratio; an, scilicèt, ex parte actus 1. vel post illud; præcedens tamen peccatum? Sed hoc parum refert; cum eadem sit difficultas circa iudicium consideratum hic, & nunc pro actu bono. Pronunc dic talē defect. esse ante peccatum, & illum, ut possibilem pertinere ad actum 1. rigorosè; ut existentē vero non ita; sed solum *latè* propter in connexionem. *Illa, quę affert ex M.P. sunt probanda; loquendo de omni desertione, quæ accipi potest strictè ex parte Dei. Ad illud ex S. Doct. sæpius dictum est; & etiam, in his, quæ modo n. 25. retulimus.

De quo D. Rios: de iud. in 1. d. disp. 3 dub. 2. & 3.

Ad testim: in quo dicitur Adamum *clausisse aurem Deo.* Resp. Hoc probare talem consensum præcedentem peccatum superbiæ fuisse actu intrinsecè pravum; nàm aggravatio aurium iuxta D. Th. 1.2. q. 79. art. 3. est grave peccatum, si sumitur pro exercitio voluntatis, quemadmodum induratio, & excęcatio, ut ibi explicat S. D. Cui accedit illud Psalm. 57. *Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas*, in quo exprimitur Magnum facimus Judeorum iuxta exposit. M. Par. *Qui continentes aures suas sicut aspidis surdæ, lapidibus duriores lapidaverunt Sthephanum.* Quod facile percipietur dist. 2. acceptionem huius vocis *audire.* Aliquando enim accipitur pro eodem, ac purè *percipere verba, sive præcepta Dei.* *Aliquando vero pro eodem, ac *obedire Deo*, eiusque præcepta, & doctrinam servare. De 1. dicitur: *Audi Israel præcepta Dei, & ea in corde tuo, quasi in libro scribe.* De 2. dictum est: *Hic est filius meus dilectus ipsum audite.* Et rursùs de Maria Magdalena: *Quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius*, & alia huiusmodi. Ex quo sequitur; quod *Claudere aurem Deo* fiat etiam duplicitèr: vel non percipiendo eius suasionem, & Cœlestem Doctrinam; vel ei non obediendo. Cumque 1. nequeat dici de Adamo, qui scienter, & ex malitia peccavit; videtur dicendum 2. Quod magis con-

27 Ad aliud testim. ex M.P.

* Psalm. 80. & non audivit populus meus vocē meam.

congruit significationi illius vocis *Clausit aurem.* Cum autem hoc fuerit maximum peccatum, imo, & ipsa superbia, qua contra Deum se erexit: ex prædicto testim. nullatenus deducitur consensus purè negativus eius 1. peccatum præcedens. Quare illa verba: *Atque constitutus &c. elegit*, sunt maior expressio peccati, quo clausit aurem Deo. Hoc ipsum roborari potest ex doctrina M. Par. ubi supra, attribuentis cordi humano proprias aures, sicuti, & ipsi cordi
Ad Eph. 1 spirituales oculos: iuxta illud Pauli* illuminatos oculos cordis vestri: qua de causa asserit Iudeos obturasse aures cordis sui propter eorum duritiam. Iuxta hanc doctrinam facile percipitur Adamum per ipsum peccatum superbiæ clausisse Deo aurem cordis sui, eamque aperuisse serpenti, eius pravæ sugestioni consentiendo. Quod si fortasis per ly *claudere aurem Deo* intelligatur ab aliquo defectus actualis considerationis, qui præcesserit illius peccatum, sicuti etiam præcesserit ipsum peccatum Angelorum; hæc tamen expositio minimè favet consensui negativo, ut alibi duximus.

28 Ad illud, quod addit in 2. test. num. 5. in quo docemur à M. Par. nos debere *aperire sensum voluntatis, ut gratiam bonitatis Dei accipiamus.*
Ad aliud testim. Constat solutio ex his, que diximus tom. 4. tract. de Potent. grat. dub. 1. num. 8. & 37. & tract. de Impedim. dub. 3. a n. 17. de apertione cordis, ut Deus intret in illud per gratiam suam. Illam apertionem consistere in actu positivo supernaturali voluntatis, fundavimus in M. Par. & Angel. Præcept. quibus nihil restat addendum. Quare licèt ad gratiam habitualem inadultis requiratur dispositio supernaturalis ex auxilio Dei inspirantis, & moventis voluntatem ad bonum proveniens: similiterque ad dispositionem perfectam post receptionem talis gratiæ, requiratur alia dispositio prævia supernaturalis libera, esto imperfecta; deveniendo tandem ad receptionem gratiæ prædeterminantis ad 1. actum liberum, nulla requiritur dispositio libera positiva, aut negativa ex sola vocatione morali Dei proveniens. Tota hęc doctrina habetur in S. Doct. hic q. 109. art. 6. & quæst. 112. art. 2. & q. 113. art. 3.

Ad test. de Correct. & grat. cap. 11. Resp. ibi loqui M. P. de desertione ex parte Dei auferentis ab Adam propter peccatum adiutorium *sine quo* perseverantiæ. Constat hoc ex de his, que antea præmittit, *nec ipsum Deus esse voluit sine sua gratia, quam reliquit eius libero arbitrio, quoniam ad bonum nihil est, nisi adiuvetur ad omnipotenti bono. Quod adiutorium si homo ille per liberum non deseruisset arbitrium, semper esset bonus, sed deseruit, & desertus est.* Ubi ponit Adamum prius deseruisse, utique peccando, adiutorium gratiæ sufficientis, propter quod peccatum Deus abstulit tale adiutorium. Hac ratione dicitur quod Adamus per velle malum perdidit posse bonum. Attamen, si quæratur causa, cur permisit Deus, ut Adamus desereret adiutorium sine quo? dicimus quod cum talis desertio supponat carentiam gratiæ efficacis, ut vitaret peccatum; ad illam nulla præcessit causa, aut defectus culpabilis, ex parte Adami. Ratio huius est, nàm hoc est idem, ac inquirere; cur Deus non dedit Adamo perseverantiam? nàm ut arguit M. Par. cap. 10. *Non ergò habuit Adamus in illo bono, in quo fuit creatus, perseverantiam, & si non habuit: non utique accepit.* Postquæ inquirit, *ut quid ipse non perseverando peccavit, qui perseverantiam non accepit?* Cui quæstioni non respondet M. Par. ideo eam non accepisse, quia prius deseruerit Deum, aut quia prius dissensit Deo vocanti, & excitanti, quo se impedivit, ut acciperet donum efficax perseverantiæ; sed ita: *Quapropter saluberrime confitemur Deum, Dominumque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exoritura esse præscivit, & scivit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis benè facere, quam mala esse non sinere.* En motivum ex parte Dei ad permissionem primi peccati Adami, scilicèt, ostensionem suæ bonitatis; non quidem in ipsa permissione præcisse; sed in elicere

29 Ad aliud testim.

bo-

bona ex malis, quæ permittit, in cuius elicientia maximè reſplendet omnipotentiſsima bonitas Dei; dicente eodem M.Par. *Uſque adeo Deus Omnipotens eſt, ut non permitteret mala fieri, niſi inde aliquid melius eliceret.*

Ad aliud teſtim. M. Par. quæ adducitur num. 7. & refertur à Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. ad probandum iuſtificatis eſſe poſsibilem obſervantiam

30 præceptorum, eoſque poſſe cum Dei auxilio iuſtè, & pie vivendo in via iuſtitię proficere; diximus ſupra* ſequentes ſolutionem Illuſt. Godoy, & Caſtell, Concil. in illis verbis *Deus ſua gratia non deſerit &c.* loqui de deſertione per negationem gratiæ ſufficientis. Quibus nihil addendum reſtat, ſed ſolum ſolvere aliqua, quæ de novo adducit. Contra arg. 1. Concilium loquitur de deſertione, quam poſſunt timere iuſti, qui nequeunt adimplere mandata cum effectu ſine gratia conferenda à Deo; ſed ad hanc adimpletionem neceſſaria eſt gratia actualis; nec denegationem gratiæ ſufficientis, quæ eis ſemper adeſt, timere poſſunt: ergò loquitur de deſertione &c. 2. Deus certiſsimè deſerit quemcumque peccantem mortaliter, & de hac deſertione loquitur Concil. ſed non eſt certum, quod privet auxilijs ſufficientibus quemcumque peccantem lethaliter; cum illa habeat dum peccat; & ſi inſtet novum præceptum poſt peccatum, illa habet: ergò Concil. loquitur de deſertione &c. 3. Quia nihil proficit ad mitigandum timorem, & tremorem, cum quo debemus noſtram ſalutem operari, eſſe certos de auxilio ſufficienti. Siquidem adhuc cum ipſis ſumus ferè ſemper, cum peccamus: ergò dum Concil. nos conſolatur dicens Deum non deſerere ſua gratia, niſi prius deſeratur, loquitur de deſertione per gratiam efficacem.

Ad aliud teſtim. *Dub. an tec. à n. 32.

Inſtat. 1.

Secundo.

Tertio.

31 Ad 1. Omiſſo Conc. loqui de deſert. quā poſſumus timere: quia ibitalis vox non invenitur; Reſp. Loqui de deſert. quam poſſunt timere iuſti, non quidē abſolutè, & nulla facta ſuppoſitione; ſed quam timere poſſunt ex ſuppoſitione peccati, quo Deum deſerunt. Et licèt primo modo nequeant timere privati onem auxiliorum ſufficientium, *quia Deus impoſsibilia non præcipit, ſed iubendo monet, & facere quod poſsis, & petere quod non poſsis,* quapropter habent ſecuritatem de eo, quod non deerit eis ſufficientia, veraque poteſtas ad adimplenda divina præcepta; poſſunt tamen timere deſertionem ſecundo modo acceptam; quis enim ſcit, ſi ignoſcat, & convertatur Dominus? aut ſcit, ſi ſtatim finiet vitam, aut incidet in amentiam, aut ſubito, & ſine poteſtate recipiendi Sacramenta, morte violenta exibit de hac vita; ut ſæpè contingit? quæ motiva ſæpè proponuntur, & prædicantur hominibus, nè cadant in peccatum. Ad 2. neg. mai. Concil. ſolum aſſerit, quod non deſerit iuſtificatum auxilijs ſufficientibus, niſi prius ipſe deſerat Deum; Non autem, quod ſemper illum deſerentem ſic deſerat; illa enim negativa *non deſerit, niſi deſeratur*, non infert neceſſariā hanc: *Deſerit grat. ſufficiſi deſeratur*, quia licèt hanc deſertionem mereatur per peccatum, non ſemper Deus miſericorditer ſe gerendo infert illam.

Reſpond. ad 1.

Ad 2.

32 3. Probatio potius eſt contra arguentem. Pro quo prius ſciendum Apoſt. ad Philip. 2. intimare nobis, ut cum timore, & tremore ſalutem noſtram operemur; Dei, ſcilicèt, præcepta adimplendo, & alijs bonis operibus inhęrendo. Cauſam autem huius timoris, & tremoris aſsignat ipſe dicens: *Deus eſt enim, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate ſua.* Cumque in his verbis fatente Adverſario ſermo ſit de gratia efficaci effectiva operante velle, & perficere; infertur cauſam talis timoris provenire ex eo quod, nec poſſumus velle, nec perficere, niſi Deus adiuvet gratia ſua. Nunc ſic: ſi iuxta doctrinam Arguentis in poteſtate hominis vocati à Deo, & auxilio ſufficienti prævenți, eſt acquirere, licèt indirectè (quod parum refert) auxilium efficiens velle, & operari per conſenſum negativum nulla alia gratia ſuperaddita vocationi; ſimiliterque; ſi quilibet vocatus iuxta illius opinionem eſt certus, quod Deus

Ad 3.

Retorq.

non

non denegabit ei gratiam operantem velle, & simul perficere, nisi prius pro suo libito deserat Deum dissentiendo negativè vocationi; quomodo poterit operari salutem suam cum timore, & tremore, ex quo Deus sit, qui sua gratia effectiva operatur velle? Poterit enim dicere: quid refert talem gratiam esse requisitam; si eam possum consensu negativo acquirere? Si illam Deus non denegabit, nisi ego prius illum deseram, quod facilè vitare possum?

33 Adhuc instabis. Concil. loquitur de gratia, quam iusti non habent in re, sed in spe, ut patet ex cap.

Instat. 1. 13. ubi ait: *Quod omnes spem firmissimam in Dei auxilio collocare debent.* Atqui gratia est sufficiens, qua iustificati possunt implere divina mandata, adest eis, ut definitum est contra Jansenium: ergò non loquitur nisi de de-

Secundo. sertione per gratiã efficacem. 2. Quia loquitur de illa gratia, qua Deus operatur in nobis velle, & perficere, ut constat ex illo: *Sicut cepit opus bonum, ita perficietoperans velle &c.* Sed gratia operans velle est gratia efficax:

Resp. ad 1. inst. ergò de illa loquitur. Respond. Arguentem confundere duo capita Tridentin. diversam doctrinam Catholicam docentia, scilicet, caput 11. cuius titulus est: *De observatione mandatorum, de illius necessitate* (videlicet in iustis) *& possibilitate.* Ad quam probandam adducit illud Mag. Par. *Deus sua gratia iustificatos non deserit &c.* Confundit, inquam, cum cap. 13. in quo postquam cap. immediat. anteced. docuit: *Neminem in hac mortalitate viventem posse certo statuere se omninò esse in numero prædestinatorum.* In præsenti vero cap. agit de munere perseverantiæ usque in finem, dicens: *Quod nemo sibi certi aliquid polliceatur absoluta certitudine: tametsi in Dei auxilio firmissimam spem omnes collocare debent.* Post quæ subdit: *Deus enim nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cepit opus bonum &c.* Hanc diversitatem nemo negare valet. Quare asserere hanc propositionem capitis 11. *Deus sua gratia iustificatos non deserit &c.* esse eandem cum hac: *Deus enim nisi gratiæ defuerint &c. dans eis donum perseverantiæ usque in finem, quod aliunde haberi non potest, nisi à Deo,* est confundere duo inter se valdè distincta.

Hac ratione in cap. 11. posuit Concilium: *Quod Deus non deserit, nisi prius deseratur.* In capite vero 13. omittit ly *prius*, & tantum ponit ly *nisi*. Ob idem motivum canon. 16. & canon. 20. agit de munere perseverantiæ iuxta doctrinam datam cap. 13. Canone vero 18. agit de possibilitate ad observationem mandatorum in omni iustificato. Hanc eandem diversitatem invenimus in Aug. Doct. quæst. 109. ubi art. 9. asserit: *Hominem etiam iustificatum indigere gratia Dei ad rectè vivendum, quod non fit nisi per observationem mandatorum.* At vero a. 10. agit expressè *de auxilio gratiæ ad perseverandum usque ad finem vitæ.* Ex qua diversitate penès articulos, & rationes, constat etiam diversitas doctrinæ. Ex quibus constat ad 1. impugnationem, negando Concilium loqui de illa gratia, de qua asserit cap. 13. debere firmiter sperari à Deo. Præterquamquod licet iustis adsit gratia sufficiens absolutè ad observationem mandatorum, & profectum in via Dei, non tamen adest semper eis gratia immediatè sufficiens, ut constat ex illo Magn. Par. * oret gemitu voluntatis, ut impetret à Deo donum facultatis, * de quo plura alibi. Qua ratione, sicut potest, & tenetur multoties Deum pro illa exorare, ita etiam potest, & tenetur illam sperare, sicut sperare potest etiam auxilium efficax ad orandum &c. Ex his constat ad 2.

Ad 1. impugn.

Ad 2. inst.

Quia prædict. test. Trid. dub. præced. num. 31. exponitur à pluribus Authoribus de dissertione per privationem gratiæ habitualis in pœnam peccati, ut loquitur Mag. Par. lib. de Natura, & gratia capit. 22. dicens: *Prævaricatorem legis dignè deserit lux veritatis, qua desertus utique fit cæcus.* Et infra: *Utique ista obscuratio vindicta, & pœna fuit; & tamen per hanc pœnam, id est, per cordis cæcitatem, quæ fit deserente luce sapientiæ in plura peccata collapsi sunus;*

34 Defenditur solut. 1. data.

si quis voluerit illam sustinere, solvemus aliqua, quæ contra illam denuò proponuntur. Primum est eandem expositionem Tridentin. tradi à Jansenio tuente Deum hominibus iustificatis etiam volentibus, & conantibus servare divina præcepta, negare gratiam sufficientem, qua talis observatio eis possibilis fiat. Cum enim prædicta authoritas ad confutandum errorem ab Authoribus Catholicis opponeretur; Resp.* ibi sermonem esse de defertione per gratiam habitualem, quam necessario præcedit peccatum; secus autem de illa, quæ fit per privationem gratiæ sufficientis: * ergò talis expositio nequit admitti; aliàs ineffícax esset argum. ex prædicto testimonio desumptum. Secundum est; quia talia verba sunt desumpta ex Mag. Par. lib. de Natura, & gratia cap. 26. contra Pelag. cum quo nulla fuit controversia de gratia habituali, sed de gratia actuali, sive auxiliante. De hac asserit ibi Mag. Par. esse homini iustificato necessariam ad iustè, pièque vivendum. Quod confirmat sequenti exemplo dicens: * sicut oculus corporis quamvis plenissimè sanus non potest cernere nisi candore lucis adiutus, sic homo, etsi plenissimè iustificatus, non potest rectè vivere, nisi æternæ iustitiæ luce divinitus adiuvetur. * Ex quo testimonio probat Div. Thom. 1. 2. quæst. 109. art. 9. hominem etsi iustificatum indigere auxilio Dei moventis, & protegentis illum à malo ad observationem mandatorum. Quæ verba intelliguntur expressè de gratia actuali efficaci qua Deus movet ad bonum ut 1. movens. His etiam movetur Ill. Castell: Licet explicet M. P. de gratia sufficienti.

Primum arg. confutat. Thom.

Secundũ.

Roboratur ex D. Thom.

35

Sed tamen, etsi illa sint satis efficacia: pro veneratione Authorum; quos supra citavimus, qui sine dubio post Jansenium scripserunt, & verba Magn. Par. maturè considerarunt. Respond. potest ad 1. Idem argumentum fieri à P. Ripalda ubi supra disput. 23. numer. 70. ubi ait: * Bayanos negantes in statu naturæ lapsæ dari in hominibus iustificatis gratiam sufficientem distinctam ab efficaci, qua possint observare divina mandata, illamque negari, etiamsi homo prius peccando non deserat Deum: exponere verba Concil. de defertione consistente in privatione gratiæ habitualis. Quam responsionem ipse impugnat: ex quo mens Concilij capit. 11. citat. eo solum dirigitur, ut persuadeat iustificatis esse possibilem observationem mandatorum Dei; quia gratia auxilians divina, a qua tota possibilitas observationis pendet, iustificatos non deserit, nisi Deus prius deseratur. Ex quo constat argum. non esse novum quoad substantiam; cum à P. Ripalda sit pridem efformatum.

Resp. 1.

Impugn. ex P. Ripalda.

In quo progressu hic M. mihi displicet 1. quia cum esset Vir in opinione DD. Catholic. maximè versatus, non potuit latere Aliquos ex illis modo dicto exponere, & intelligere propositionem Tridentin. cum eam impugnet P. Suarez. Scopus, & methodus in Authoribus Controversistis est, salva probabilitate in his, quæ DD. Catholici tuentur, errores Aliorum expugnare. Quod si necesse sit, suadere etiam alio in sensu ab eisdem affirmari. Quod, ut clarè fiat: pone Baij Discipulos legentes impugnationem P. Ripalda (idem dico de Jansenistis) dicere talem expositionem tradi à pluribus DD. Catholicis, & gravissimæ notæ: cur ergò ita acriter refellitur? In hoc, inquam, casu, rogo, quid agendum, ut pro viribus retenta probabilitate illius, aliunde efficaciter impugnetur talis Responsio; vel quia inconsequentia doctrinæ à Bayanis, & Jansenistis data; vel quia positivè insufficiens, ut illa in aliqualem defensionem sui erroris deserviat. Huic accedit illud notissimum apud omnes, scil. non omnia, quæ Bayus dixit, idem de Jansenio, esse damnata. Quod maximè observat M. P. loquens de Hæreticis, ad quod adducit illud Psal. 54. *In multis erant mecum.*

36

Non placet ex to.

Confirm.

37

In primis ante prædicta verba Trident. in dicto cap. relinquit probatum * iustificatos posse servare præcepta Dei * 1. ex illo Deus impossibilia non

Resp. 2.

non iubet &c.2.ex illo* qui enim sunt filij Dei, Christum diligunt, qui autem diligunt eum servant sermones eius.* Deindè solutio tradita à Bayo sic convincitur inconsequentiæ. Si enim gratiam iustificantem non auferet Deus nisi in pœnam peccati; eo quod iuxta Apost. *Sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei*, & insuper, quia talis ablatio non stat cum perfecta dilectione ex parte Dei; cur non idem dicendum de gratia sufficienti, ut per illam possint iustificati, & Deo dilecti, se conservare in tali dilectione, & proficere in via iustitiæ? Confirm. Homo iustificatus est universaliter rectificatus in ordine supernaturali; scilicèt, secundum animam per gratiam habitualem, quæ est fons aquæ salientis in vitam æternam, & semen gloriæ; secundum intellectum per fidem, & dona supernaturalia intellectus, sapientiæ, & scientiæ; secundū voluntatem per spem, charitatem, & alias virtutes; secundum appetitum sensitivum per varias virtutes supernaturales morales, & dona subijciētes appetitum rationi. Ex quibus omnibus constat iustificatum habere omnia principia influentia saltim physicè in actus supernaturales, quibus non solum adimpleantur divina præcepta, sed etiam plures actus consilij, & supererogationis ad proficiendum in via Dei. Huic homini iustificato sic rectificato, sic potenti, & inclinato, conversoque ad Deum ut finem ultimum simpliciter, rectè dicitur illud Christi Domini: *Ecce totus sanus factus est, noli amplius peccare.* Cur ergò negabitur sufficientia, & potestas, ut præcepta Dei possit observare si velit?

Inconseq Doctr. in Bayo.

Ad Rom. 11.

Confirm.

Ioan. 5.

38 Nec dicas ultra dicta requiri sufficientiam moralem coalescentem ex sancta cogitatione, & affectione, quas Deus negare valet. Sine illis enim, habitus sunt quasi in dormiente. Sed contra hanc Resp. arg. 1. inconsequentiæ. Ad providentiam enim Dei spectat, ut non minus provideat creaturis, quas diligit ordinando eas ad finem supernaturalem, quam his, quas dirigit ad finem naturalem, sed his ita providet, ut sufficientiam completam in suo ordine, & iuxta modum suum præbeat: ergò idem dicendū de homine quoad sufficientiam completam, sive quoad sufficientiam moralem. 2. Quia ut communiter dicitur à Theolog. naturæ cum sufficientia, & inclinatione ad operandum rectè debetur nè sit frustranea, aliquando applicari ad operationem: ergò homini secundum intellectum, & voluntatem expedito ad cognitionem supernaturalem, & affectionem eiusdem ordinis debetur excitari per sanctam cogitationem fidei, & sanctam affectionem: ut medijs illis prorumpat in actus liberos adimpletivos divinæ legis. Cui enim debetur ex suppositione elevationis per gratiam, & dona supernaturalia aliquando applicari ad actus supernos; potiori ratione debetur sufficientia moralis ad illos, si prædicti motus subiti necessario requirantur ad salutar. &c.

Si dicas.

Contra est 1.

Secundo

39 3. Nihil frequentius apud M.P.* quā fidem orando impetrare gratiam ad faciendum, quod lex imperat, ideoque legem non evacuari per fidem, sed potius firmari, & stabiliri.* Propter quod dicitur etiam fidem esse initium, & radicem iustificationis, & bonorum operum salutarium. Qua de causa etiam Sacra Scriptura monet nos, ut ad adipiscenda bona superna, quibus indigemus, adhibeamus orationem postulantem in fide absque hæsitatione. Certum est neminē peccare, si non advertat obligationem præcepti, & ad illam adimplendam teneri: proindèque teneri ad conandum quantum possit pro illius adimpletione. His ergò stantibus, statim excitatur cognitio de malitia, & simul de potestate, qua gaudet. Cum enim malitia, aut in privatione rectitudinis consistat, aut eam includat; nequit dari cognitio practica illius, absque cognitione practica bonitatis, quam tenetur peccans prosequi. Si ergò fidem habet, & alia dona, & cognit. boni; quomodo deerit sufficientia moralis ad impetrandam gratiam, qua possit proximè, & expeditè mandata Dei servare?

Tertio,

Lib. de spir. & litt. c. 34.

40 Ad aliam instant. Resp. Principalem controversiam Magn. Par. cum Pelag. non fuisse circa gratiam ha-

Ad aliam inst.

habitualem ; attamen falsum est nullam circa illam extitisse. Negavit enim gratiam, qua iustificamur, esse adiutorium ad non peccandum, ut constat ex Concil. Milevit. cap. 3. his verbis : *Quicumque dixerit gratiam Dei, in qua iustificamur per Iesum Christum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam comissa sunt, non etiam in adiutorium, ut non committantur, anathema sit.* Cum enim, ut supra diximus, gratia sit natura elevans hominem ad esse divinum, & ex qua procedunt dona, virtutesque supernaturales, per quas est potens promptè, atque delectabiliter elicere actus supernaturales, nequit ei negari ratio adiutorij sufficientis. De quo videatur Mag. Gonet disp. 1. de Grat. a. 2. Quod confirm. ex M. P. loco cit. in argum. ubi sic concludit : *Sanat ergò Deus, non solum, ut deleat quod peccavimus, sed ut præstet etiam nè peccemus. Gratia autem sanans*, esto verificetur etiam *de gratia actuali*, propriè convenit *gratiæ habituali.*

41 Ad id quod adducit ex S D.

Ad ponderat. factam ex D. Thom. Respond. verum esse hominem quantumvis plenissimè iustificatum, indigere gratia actuali ad rectè vivendum, & non peccandum. Quod prob. tùm ex cap. subordinationis voluntatis creatæ ad Deum 1. motorem, à quo debet moveri, & applicari pro quacumque operatione honesta: tùm etiam ; quia licèt homo iustus sit sanus quantum ad mentem; propter rebellionem carnis ad spiritum, & obscuritatem ex parte intellectus circa eligibilia, indiget speciali protectione Dei, sive motione ipsum dirigenti ad rectè operandum : ideòque (concludit) etiam renatos in filios Dei teneri ad præceptum orationis, ut non inducantur in tentationem. Hæc adiutoria gratiæ actualis continentur in dictis à M. P. scilicèt, *sicut oculus corporis non potest &c.* Quod testim. adducit in argum. sed contra. Cæterum ex hoc non probatur M. Par. loqui de desertione per carentiam gratiæ actualis efficacis. In dicto enim capit. duo asserit SS. P. 1. Deum Medicum Spiritualem ita iustificare, & ad vitam perfectam hominem perducere, ut non deserat, nisi deseratur, ut iustè vivatur. Secundo, quod homo estò perfectissimè sanus, indiget ad rectè vivendum adiutorio, & auxilio gratiæ; & hoc probat exemplo lucis, qua oculus corporis indiget ad videndum. Quantum ad hoc adducitur à D. Thom. ut vidimus, assignans causam huius indigentiæ. Verumtamen quantum ad desertionem gratiæ, & propositionem illam continentem, nihil insinuatur ab Ang. Præc. quare ex Doctr. huius non probatur assumptum de desertione motionis efficac.

§. V.

Aliæ ponderationes solvuntur.

PRima est. Nihil frequentius in M. P. quam Deum non conferentem auxilium ad vitationem peccati, & consequutionem salutis æternæ, in quo includitur permissio peccati, iustè se gerere, & iusto iudicio illud denegare ; sed si nulla adhibita causa ex parte liberi arbitrij negaret auxilium efficax ad vitationem peccati, talis denegatio non esset ex iusto iudicio Dei ; ut de se constat : ergò. 2. & qua præcedens confirmatur. Quod unicè denegatur à Deo pro suo libito, & voluntate, non fit iusto iudicio Dei ; sed iuxta sententiam, quam propugnamus, sic contingit in denegatione gratiæ efficacis : ergò non fit iusto iudicio Dei. 3. Si Deus media gratia morali alliciens ad consensum salutarem pro suo libito, permitteret peccatum, non posset prædeterminad malum : quia talis suasio esset fraudulenta, & Deo indignissima : esset enim una manu allicere ad bonum, & altera manu in contrarium impellere : ergò denegatio gratiæ efficacis non fit sine aliqua causa ex parte creaturæ.

42 Prima. Secunda. Tertia.

Pro solutione 1. ponderationis notanda est doctrina D. Thom. 1. part. quæst. 21. art. 1. & 4. ubi inquirit : *An in omnibus operibus Dei sit misericordia, & iustitia ?* Cui Resp. affirmativè, & prob. ex illo Psalm. 24. *Omnis viæ Domini misericordia, & veritas.* Quod iustitia Dei in omnibus vijs suis appareat ; prob. duplici ex

43 Qualiter Deus sit iustus in omnibus vijs suis?

cap.

cap. 1. quia non potest Deus facere aliquid, quod non sit conveniens sapientiæ, & bonitati ipsius, secundum quem modum dictum est art. 1. aliquid esse debitum Deo. 2. Quia quidquid in rebus creatis facit, secundum convenientem, ordinem, & proportionem facit; in quo consistit ratio iustitiæ. Propterea solut. ad 4. ait: *Secundum hoc etiam in creatione salvatur ratio iustitiæ, in quantum res in esse producuntur; secundum quod convenit divinæ sapientiæ, & bonitati.* Audi rationem, quam tradit art. 1. ad 2. *Cum bonum intellectum sit obiectum voluntatis, impossibile est Deum velle, nisi quod ratio suæ sapientiæ habet; quæ quidem est sicut lex iustitiæ, secundum quam voluntas eius recta, & iusta est. Unde quod secundum suam voluntatem facit, iustè facit, sicut & nos, quod secundum legem facimus, iustè facimus. Sed nos quidem secundum legem alicuius Superioris, Deus autem sibi ipsi est lex.*

Secundo.

Roborat

44 Dices. Hæc Doctr. estò verissima, nequit acommodari dicto M. P. Nam cum tali iustitia stat Deum liberaliter agere, ut patet in creatione. 2. Nàm etiam, dum largitur gratiam efficacem nulla præcedente causa, modo explicato iuste agit, quia secundum ordinem suæ sapientiæ: ergò alia est iustitia, secundum quam Deus iuxta M. P. *Iusto iudicio* non auxiliatur efficaciter. Hæc instantia probat consensum negativum, propter quem Deus negat gratiam efficacem, esse intrinsecè malum moraliter. Siquidem si talis negatio est ex iustitia proprie vindicativa, erit verè pœna, proindequè supponens pro priori ali quam culpam actu intrinsecè talem. Quare dicimus præter illam rationem communem, qua Deus dicitur iustus in omnibus vijs suis operando conformiter ad legem æternam, & ordinem suæ sapientiæ; ad esse rationem specialem in permissione: quia nimirum terminus illius *est obiectum iustè dignum puniri à Deo, & ordinandum iustissima æquitate per pœnam. *Quare propter talem tendentiam, & ordinem ad Dei iustitiam, dicitur Deum iusto iudicio carere gratia efficaci. Exemplum huius habetur in D. Thom. hac 1. 2. quæst. 114, art. 7. ubi ait: *Orationem, qua iustus petit à Deo, nè illum derelinquat, si fortè peccaverit, dici iustam, & desiderium iustum; quia ex se ordinatur ad iustitiam.*

Instab. 1.

Secundo.

Resp.

*Qui est unicè à creatura.

*Sic Aug de Gen. lib 1. c. 4

45 Ad 2. ponder. Resp. Aliud esse non præcisisse in Adamo innocenti defectum imputab. pro negatione gratiæ efficacis; aliud vero illam fieri ex solo libito, & volunt. Dei. Hoc enim si excludat in Deo motivum rectissimum; est prorsus falsum; siquidem, cum voluntas divina reguletur secundum ordinem suæ sapientiæ, & omnia operetur secundum consilium suæ voluntatis, proindèque ex aliquo motivo; non debet concedi Deum hoc, vel illud facere pro solo libito, & pro sola voluntate. Unde S. D. in disp. q. 23. de volunt. Dei a. 6. postquã dixit Deum ostendere suam iustitiam distribuendo unicuique iuxta suam proportionem, & dignitatem, asserit: *Hanc iustitiam non provenire ex simplici voluntate Dei, sed ex ordine divinæ sapientiæ dirigentis divinam voluntatem.* Unde claritatis gratia talis propositio, sicuti & aliæ propositiones exprimentes discretionem Dei, secundum quam donat uni, quod alteri non donat, sunt veræ; si ly *sola* excludat motivum aliquod ex parte creaturæ; secus tamen motivum supremum, & rectissimum excogitatum à divina sapientia. Aliter enim voluntas non esset recta; cum non regularetur sapientiâ Dei. Ad 3. Resp. Illam procedere ex falsa impositione contra Thomistas. Quis enim concedit hanc propositionem? *Deus prædeterminat ad malum:* hoc enim concretum dicit de formali malitiam peccati, quam Deus non prædeterminat. Idem dic de hoc complexo: *Actum malum.* Hinc evanescit alia instantia, scilicet, ex nostra sententia sequi Deum una manu allicere ad bonum, & altera impellere ad contrarium. Siquidem actio peccati in quantum est, & entitas physica est, bona est, & actui bono non contrariatur. Imò hoc prob. etiam supposito consensu negativo Deum non prædeterminare ad entitatem peccati; siquidem quacumque occasione data ex parte creaturæ, nequit Deus una manu allicere

Ad 2. ponder.

Locutio recta circa permiss. ex S. D. 1. 2. q. 79. a. 1.

Ad 3. ponder.

Occurritur alteri iust.

ad bonum, & altera manu in contrarium impellere.

40 Alia ponderatio.

Alia ponderatio, quæ ferè convincit præf. Mag. est: sibi videri absurdum, ut naturæ innocenti qualis fuit natura Adami (idem de Angelis ante peccatum) nulla præcedente causa imputabili Deus negaverit gratiam efficacem, ex qua subsequuturum est gravissimum malum, quale est peccatum. Similiter dicendum de prædeterminatione ad entitatem peccati, nulla præhabita causa ex parte illorum perfecti, cum tamen essent, & expediti ad rectè operandum. Recursus autem ad suavitatem Providentiæ Dei non prodest; nec eius suavitas in tali desertione gratiæ, & permissione offendi potest, non data causa ex parte creaturæ. Si enim suavis Providentia Dei gratiam denegat pro libito, ut quid quæritur à SS. PP. causa denegationis gratiæ in Angelis, & Adam? certè ut eam ex SS. PP. quærerem non parum laboravi: tom. 3. quæst. 8. §. 3.

Sic q. 6 n. 16. to. 4.

41 De motivo sent. S. D. 1. 2. q. 165 a. 1.

Hæc tamen non urgent; nec ipsum urgerent, si legisset Beat. Egidium in 2. dist. 23. quæst. 1. art. 2. ubi, etsi extensius agat de causa, cur Deus permiserit Adamum tentari; agit etiam in solut. ad 3. de permissione peccati. Sed expressius de hac agit ibidem Angel. Doct. Resp. *Dicendum, quod ad providentiam divinam pertinet, ut unumquodque in sua natura relinquatur, ut ait Dionis. 4. de Div. Nom. Dico ergò, quod si peccatum omninò impediretur, per hoc multi gradus bonitatis tollerentur. Tolleretur enim natura illa, quæ potest peccare, & non peccare, quæ quidem bona est. Tolleretur etiam hoc, quod est de peccato posse resurgere, & multa huiusmodi, quibus ablatis, bonitati universi multum detraheretur, & ideò ad providentiam divinam pertinet, & hominem tentari permittere, & peccare, si vellet.* His adiungi debet permissionem peccati esse bonam, & à Deo volitam, licet enim Deus nequeat velle malum fieri; vult tamen illud permittere, & hoc est bonum. Rationem huius bonitatis assignat S.D. in 1. dist. 46. q. 1. a. 3. ad 1. *In permissione malorum* (loquitur expressè de malo culpæ) *apparet decor divinæ sapientiæ, & etiam in ordinatione ad pœnam, quorum utrumque vult Deus.* Ex quibus omnibus sic arg. Permissio illa, in qua apparet decor divinæ sapientiæ, & ordinatio ad pœnã, ut reintegrantem culpam, quorum utrumque amatur à Deo, & ex cuius defectu deficerent plura bona, & manifestatio attributorum Dei; est sufficiens motivum, ut à Deo sit volita, nullo alio motivo necessario prærequisito; sed talis est permissio peccati, ut vidimus ex S. D. ergò ad illam non prærequiritur aliquis defectus culpabilis. Et quidem incredibile videtur S.D. * probasse reprobationem aliquorum, in qua includitur voluntas permittendi aliquem cadere in culpam, & inferendi pœnam damnationis, ad quam consequentur innumerabilia peccata; ex ratione providentiæ ordinantis creaturam intellectualem modo defectibili ad vitam æternam, nulla facta mentione peccati præcedentis; & prædictam rationem quietasse mẽtem Doct. Ang. similẽ vero rationem cum ostensione attributorum Dei, scil. dominij in gratiam, speciales benefactoris erga alios; ostensionis misericordiæ, & potentiæ in parcendo &c. non quietare Alios pro prudenti, & permissione peccati?

* 1. p. q. 23. a. 3.

Sic 1. p. q. 22. a. 2. & alibi.

42 Instat.

Deus iuxta August. indurat corda, non impertiendo malitiam, sed negando gratiam: ergò dicere Deum pro suo libito, & ostensione dominij, & aliorum attributorum denegare gratiam efficacem, est dicere Deum ad ostensionem dominij indurare corda hominum; & hoc est incredibile. Fallax argum. Arguitur *à dicto secundum quid* in antec. *ad dictum simpliciter* in conclus. Quando enim aliqua propositio solum est vera in sensu illativo, & hoc purè logicè, hoc est *quasi causa sine qua non* (sic vocat S. D. permissionem peccati in 1. dist. 23. in divisione textus; quia nisi Deus permisisset, homo non peccasset) nequit fieri transitus ad sensum formalem, aut causalem: Aliàs variaretur suppositio de impropria in propriam. Hinc in forma disting. anteced. (Et hoc est improprijssime indurare, conc. ant. Indurar. cum aliqua proprietate, nego. *Et hæc de hoc dub. applicitis M. ubi præ-*

Resp.

DU-

DUBIUM X.

DE LIBERTATE VOLVNTATIS ad consensum, vel dissensum purè negativum?

N. 1 Licet ex cap. libertatis maneat in antecedentibus impugnata opinio de consensu, & dissensu

Supp. 1. sanctæ vocationi, qui sit purè negati-

*Dub. 1. vus; *eo quod omnis libertas propriè talis, aut præcipua pars libertatis, debet esse, aut libertas contradictionis, aut contrarietatis: quarum 1. versatur intet terminos, unum positivum, & alterum negativum: Alia vero inter terminos positivos, ex quibus manet excluſa libertas propriè dicta, aut quæ sit præcipua pars libertatis, cuius exercitia sint purè negativa: cum hæc nec contrariè, nec contradictoriè opponantur. Quia tamen SS. M. sæpè cit. addit huiusmodi libertatem esse purè passivam relatè ad gratias internas morales; ideò in præsenti examinandam proponimus præsentem difficultatem. An, scil. repugnet etiam ex tali addito, ita ut hoc complexum sit repugnans. Suppono ab ipso A. dicitalē libertatem esse illam, quam Trid. sess. 6. can. 4. (estò non unicam) definit contra Calv. & Luther. & P. August. docet pluribus in locis.

2 Pro quo etiam suppono prædictam libertatem importare indifferentiam, nedum obiectivam, sed etiam subiectivam ex parte voluntatis,

Secundo. licet oppositum huius doceat tom. 2. fol. 315. col. 2. Ratio est. Nam prædicta libertas non convenit intrinsecè obiectis, sed voluntati; ipsa enim est, quæ per consensum negativum in tali sententia potest recipere subiectivè divinam inspirationem, & per dissensum negativum illam abijcere, & contemnere. Quare licet indifferentia obiectiva sit radix illius; tamen voluntas est, quæ subiectivè dicitur libera; promdèque in eodem sensu subiectivè indifferens. Sic S. Doct. 1. 2. q. 6. a. 2. *radix libertatis sicut subiectum est voluntas, & sicut causa est ratio. Ex hoc enim voluntas ad diversa potest ferri, in quantum ratio potest habere diversas conceptiones boni. *Nec in præsenti inculcanda est doctrina circa modum prædictæ libertatis, scilicet, non esse formalem, sed dispositivam, & vialem, sive alijs terminis: non esse libertatem completam, sed incompletam. De hoc enim actum est in præced. & fortasis erit quoad præsens leve dissidium, si concedatur consensum, aut dissensum negativum vocationi esse exercitia formalia voluntatis ut à Deo excitatæ moraliter; licet non completa, sive ultimata, & principalia libertatis.

Rursus suppono. Quod licet voluntas etiam ut libera se habeat passivè relatè ad obiecta, à quibus quoad specificationem movetur; similiterque relatè ad cognitionem intellectus eam modo dicto moventem, & præcipuè in 1. actu libero, cuius iudicium regulativum, etsi sit obiectivè indifferens, non tamen subiectivè, hoc est, existens ex determinatione voluntatis, ut contigit in 1. actu libero voluntatis Angelorum (licet aliqui AA. recurrant ad mutuam causalitatem) similiterque; licet voluntas se habeat passivè ad exercitia sibi libera intrinsecè, quatenus hi actus immanentes in illa recipiuntur; hæc tamen non deserviunt ad minuendā difficultatem propositam; eo quod libertas circa consens. negat. vel dissensū adæquatè sumpta per ordinem ad talia exercitia, non est activa, cum illa sint purum nihil, & item est purè passiva, quia solū assignatur pro causa morali, sive finali consens. v. g. vocatio Dei, coalescens ex sancta cogit. & affect.

3 Tertio.

à quibus sinit, sive permitttit trahi per consensum, vel non trahi per dissensum. Plura adducit in sui favorem tom. 4. q. 8. de quibus omnibus breviter diferemus; unde principale assumptum erit probare repugnantiam huius complexi: *Vera libertas purè passiva.*

§. I.

Probatur talis repugnantia.

4 EST communis inter Theologos, ut docet Illustr. Castell tom. de lib. arb. disp. 1. q. 3. sect. 3. in qua refert AA. pro illa, & aliquos ex illis censuran tes oppositam. Prima ratio solida, & efficax desumitur ex definitione libertatis tradita à M. Sent. & à D. Thom. 1. p. q. 83. a. 2. & in 2. dist. 24. q. 2. a. 1. & 2. fusè explicata, & ab omnibus Theolog. inconcusse recepta; à quorum sentu non licet Viro indagandæ veritatis avido recedere: quæ talis est; *Facultas voluntatis, & rationis ad utrumlibet.* In quibus describitur, tum subiectum libertatis, tum causa illius, & insuper, quod conceptus libertatis ex genere suo dicat activitatem, & non purè passivè se habere, ut constat ex illa voce *facultas*, quæ iuxta S. D. potestatem expeditam designat. Nunc rogo: libertas ad consensum, aut dissensum purè negativum, quæ est proprie libertas, aut præcipua pars libertatis, & definita iuxta illù à Trid. contra Hæret. continetur sub tali definitione, vel non? Si 1. non erit purè passiva, ut dictum manet. Si 2. sine fundamento insignitur nomine libertatis: Cum non liceat cudere novas definitiones libertatis pro definitione alicuius particularis opinionis. Qui plura usque ad satietatem, sed magna eruditione collecta, & innumerabili Theolog. authoritate firmata, scire desiderat, videat P. Ripalda tom. 3. contra Bayanos lib. 2. disp. 18. per plures section. notionem veræ libertatis demonstrans. His accedit authoritas S. D. ubi supra explicantis sæpè proprium exercitium lib. arbit. per electionem, per determinationem voluntatis, & acceptationem unius obiecti præ alio. Quæ expressè indicant volùtatem ut liberam non purè passivè se habere. Id ipsum convincitur ex eodem Ang. Mag. q. 26. de Verit. a. 6. ubi prob. ex ipsa ratione libertatis in indifferentia voluntatis ad se movendum consistente, illam dividi adæquatè in libertatem quoad exercitium; quoad specificationē, & quoad finem. Quare inducere libertatem, quæ sit præcipua pars nostræ libertatis ab ipso S. D. nec leviter insinuata, & aliunde asserere esse valdè utilem ad confundendos errores Hæreticorum; eamque fuisse traditam in Concil. Trident. caret solido fundamento. Ad idem facit D. Bern. in lib. aureo de grat. & lib. arbit. ubi mira eruditione essentiam libertatis in sua abstractione formali describit, causas, & principia illius, eiusque divisiones in varios modos libertatis, propriaque exercitia unicuique sigillatim correspondentia, designat, quin libertatis puræ passivæ, nec leviter meminit; imò etiamsi eam sæpe per consensum, aut facultatem consentiendi explicet, nomine illius exercitium positivum exprimit.

Ripalda tom. 1. disp. 30. sect. 6.

Prob. ex D. Th.

Ex D. Bernardo.

5 Nec minus efficaciter deducitur ex M. Par. suppon. quod si libertas ad consensum, vel dissensum purè negativum est verè talis per illam sunt verè in nostra potestate, ut est certum, & expressè docet M. P. in testim. infra referendis, quæ in sui favorem adducit (alioquin quilibet poterit, ut sibi placuerit, ponere notionem libertatis, ut sic) sed iuxta M. Par. de Spirit. & litt. cap. 31. *Illud dicitur esse in nostra potestate, quod si volumus, facimus, si nolumus non facimus*, per quæ verba excluditur indifferentia purè passiva. Hinc Trident. Can. 6. definivit contra Luther. & alios Hæret. veram libertatem his verbis: *Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas bonas, vel malas facere.* Rursusque Can. 4. sic damnat eosdem Hæret. *Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti, atque vocanti.* Et cap. 5. ubi reijcit asserentes voluntatem recipientem Dei inspirationem (quod est assensum ei præbere) nihil omnino age-

Prob. ex M. P.

Ex Trid.

agere. Undè non percipio, cur positio talis libertatis sit de mente Trid. & illius disp. valdè utilis, & quasi necessaria ad destruendum Jansenij errorem.

6 1. Ratio. Repugnat exercitium verè liberum voluntati, quod non sit verè voluntarium; cum hoc dividatur in liberum, & necessarium. Sed repugnat exercitium verè voluntarium, quod non sit à voluntate, ut à principio intrinseco cum cognitione finis: ergò repugnat exercitium verè liberum, quod modo dicto non procedat à voluntate. Sed implicat procedere à voluntate, ut à principio intrinseco, & illam purè passivè se habere, ut constat ex ipsa notione principij intrinseci non *in quo*, sed *à quo*: ergò repugnat exercitium liberum purè passivum. Confirm. hoc ex S. Doct. hac 1.2. quæst. 6. art. 6. ubi inquirit, an possit esse voluntarium absque omni actu? Cui Resp.* quod voluntarium dicitur, quod est à voluntate: ab aliquo autem dicitur dupliciter esse aliquid; uno modo directè; quod, scilicet, procedit ab aliquo in quantū est agens, ut calefactio à calore alio modo indirectè ex hoc ipso quod non agit: sicut submersio Navis dicitur esse a gubernatore, in quantum desistit à gubernando.* Qua doctrina suppositâ resolvit dicens voluntarium primo modo requirere actum; secus vero voluntarium in 2. sensu. Undè non velle, & non agere dicuntur voluntaria, quando in potestate voluntatis est velle, & agere. Idemque resolvit de voluntarietate actualis non considerationis, dum modo sit in potestate hominis considerare. Ex quibus patet rationem voluntarij ut sic, sive in suo conceptu formali præscindentis à voluntario positivo, & negativo; à voluntario completo, aut incompleto, sive quod sit dispositio ad voluntarium perfectum, (ut utamur terminis præd. Mag. ut patet de voluntarietate considerationis, & non considerationis in ordine ad operandum; requirere necessario progressum) à voluntate tanquam à principio intrinseco suo modo influente, vel formaliter per positivam efficientiam, vel æquivalenter, aut moraliter eo modo, quo privationes, & negationes causam habere possunt.

1. Ratio.

Confirm

Hac ratione AA. negantes possibilitatem puræ omissionis voluntariæ v. g. casu quo Deus negaret suum concursum ad amorem, & omnem actum incompossibilem cum amore hic, & nunc; diligenter distinguunt inter hæc duo: *omissio* amoris esset in voluntate: Omissio amoris esset à voluntate. Ex quibus concedunt tunc casus 1. propositionem fore veram; non tamen 2. Nàm præpositio *A.* denotat voluntatem suo modo esse causam efficientem omissionis, & quasi se activè exercentem per illam, quod necessario requiritur ad voluntarietatem iuxta doctr. S. Doct. & à fortiori ad illius libertatem. Hanc eandem doctr. & distinctionem inter esse *à* voluntate, & esse *in* voluntate, invenies aprime explicatam, & fundatam in Beat. Egidio in 2. dist. 35. quæst. 2. a. 3. loquente de peccato commissionis respectu cuius, etsi voluntas se habeat, ut principium activum, & simul passivum, quatenus movetur à bono alliciente, asserit rationem peccati non consistere in actione peccati quatenus voluntas se habet, ut potentia passiva, & mota, sed quatenus se habet, ut agens, & movens, undè in solutione ad primum ait; quod nisi esset à voluntate, non esset in voluntate; propter quod prius intelligitur esse *A.* quam *in*. Eadem doctr. explicari solet casu, quo stante iuditio omnino determinato ad amorem Dei, & simul existente habitu charitatis in voluntate Deus negaret prædeterminationem ad amorem: tunc enim omissio amoris esset in voluntate, sed non à voluntate. Idem in casu possibili (uno vel altero reclamante) in quo B. Clarè videnti Deum negaret concursum ad amorem ipsius.

7 Roborat. exemplis.

Omissio sumitur pro carentia.

Huic rationi Respond. Doctr. D. Thom. & alia à nobis adducta in illius confirmationem; intelligenda esse de libertate formali, & completa; secus vero de libertate viali, & dispositiva, qualis est libertas conveniens voluntati in signo vocationis moralis, & pro priori ad gratiam effectivam. Hanc tamen solutionem impugnatam relinquimus Dub. 1. §. 1. & 2. per totum. Quare nihil ad-

8 Respons. Rejicitur.

deu-

dendum restat, nisi nomine libertatis vialis; & dispositivè intelligat dispositionem ad libertatem; quemadmodum actus charitatis dicitur sanctitas vialis, & dispositiva, quia disponit ad sanctitatem, non vero actu intrinsecè rationem sanctitatis participet. Quod roborari potest alijs similibus loquutionibus in quibus additur ly *vialiter*, & dispositivè. Hoc autem non congruit cum eo quod sit vera libertas definita à Trid. & simul præcipua pars nostræ libertatis.

9 2. Ratio. Voluntas, ut verè libera relatè ad consensum, vel dissensum, esto negativum, gaudet vero dominio supra talia exercitia; sed si purè passivè se haberet, non posset exercere verum dominium respectu illorum: ergò repugnat vera libertas purè passiva. Mai. videtur innegabilis:* Nam iuxta omnes indifferentia libertatis est indifferentia dominij; ex hoc enim dicitur aliquis liber, quia est sui iuris, & dominus eorum, quæ sunt in sua potestate. Tum quia de ratione libertatis est constituere hominem distinctum in modo se habendi à brutis, & ab hoc quod est operari, ut servum. Sed hæc distinctio non aliter explicatur, nisi per dominium supra exercitia propria suæ voluntatis:* ergò. Min. vero prob. 1. ex definitione dominij ab omnibus approbata, scilicet, *facultas utendi re sua absque iniuria alterius.* Sed facultas utendi dicit potestatem activitatis, ut de se constat, & ipsa definitio usus tradita à D. Thom. hac 1. 2. q. 10. a. 1. & 2. constat, scilicet: *Applicatio rei ad aliquam operationem in ordine ad finem præintentum.* Quam definitionem desumpsit ex doctrina Mag. Par. lib. de Doct. Christ. cap. 3. & 4. Et rursus lib. 10. de Trin. cap. 4. & 11. ergò 2. Voluntatem exercere verum dominium est se habere determinativè, & electivè respectu sui exercitij, & iuxta modum illius; Sed repugnat voluntatem se habere determinativè, & electivè respectu sui exercitij, & simul se habere purè passivè respectu illius: ergò repugnat &c. Urgetur hoc. Vera libertas est vera potestas, ut constat ex author. supra adductis, & infra adducendis ex M. Par. aliunde est potestas dominativa: ergò est vera potestas dominativa. Quis autem dicet, si propriè loquatur, veram potestatem dominativam convenire etiam potentiæ purè passivæ? sive, quod purè recipere consensum ab alio, aut purè trahi passivè per consensum, esse exercere potestatem dominativam supra ipsum consensum? Hinc; cum ratio significata per nomen sit definitio illius; videtur mihi ultra dicta non posse progredi, nisi hærendo principijs, aut significationes vocum immutando.

2. Ratio.
*S. D in Tabul. verbo libertas n. 1.
*ic S D. q. art.
Secundo.
Urgetur.

10 Nec valet dicere; quod cum voluntas moraliter excitata ita trahatur per consensum negativum quo subijcitur obiecto illam trahenti, ut possit non trahi, ideo dominatur subiectioni passivæ sui. Non, inquam, valet 1. Quia probationes supra adductæ in descriptionem, & essentiam dominij, manent intactæ, & insolutæ. 2. Voluntatem subijci tractioni passivæ à bono, ita ut possit non subijci, vel hoc habet ratione alicuius exercitij, quasi reflectentis supra tractionem, vel hoc habet indivisim, & indistinctè per ipsam tractionem? 1. non potest dici; cum tale exercitium reflexivum non detur, sed unicè pro illo signo detur consensus negat. 2. vero destruit voluntatem dominari in vero sensu supra tractionem passivam; siquidem implicat aliquem exercere verum dominium per id ipsum, per quod subijcitur alteri: sicuti, & esse superiorem respectu alterius per id ipsum, per quod est inferius illo: ergò talis solutio implicat.

Sidicas.
Impugn. 1.
Secundo.
Dominiũ ad omnia purè passivum!
res nova.

11 Confirm. ex D. Ambros. & alij SS. PP. asserente hoc nomen *Dominus* esse nomen potestatis, in quo, ut diximus, significatur potentia activa, secus vero principium purè passivum. Unde D. Thom. in 4. dist. 24. q. 1. a. 4. quæst. 2. ad 3. ait: *Potestas proprie nominat potentiam activam cum aliqua præeminentia.* Hac ratione iuxta D. Damasc. lib. 2. de Fide Orthodox. cap. 12. quem refert Sanct. Doct. 1. 2. in Prolog. *Homo dicitur factus ad imaginem Dei, secundum quod per imaginem significatur intellectuale, & arbi-*

Confirm.

bitrio liberum, & per se potestativum. Et tandem Magn. Par. de Spir. & litt. cap. 31. ubi quærit, quid sit potestas, & & post verba supra adducta ait: *Quid igitur ultra quærimus: quando quidem hanc dicimus potestatem, ubi voluntati adiacet facultas faciendi. Unde hoc quisque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit &c.* Hac ratione immediatè probat fidem esse in nostra potestate hoc discursu: *Credere est consentire verum esse quod dicitur; consensio autem utique volentis est: profectò fides in potestate est.* Si ergo libertas dicit dominiū, & dominium dicit potestatem, & hæc dicitur potentia activa faciendi, si vult &c. repugnat libertas in voluntate, ut purè passiva.

12 Urgetur: Nequit voluntas exercere dominium supra tractionem passivam, sive consensum negativum nisi possit illam impedire, aut cohibere; sed repugnat voluntatem posse impedire tractionem passivam &c. absque potentia activa supra illam: ergò. Prob. min. Estò videatur innegabilis: nàm impedire existentiam alicuius, est activè se habere ad non esse illius. Rursùs: Quia omne passivum dicitur relatè ad activum; sed impeditum qua tale se habet passivè ad impediens ipsum: ergò potestas impediendi exercitium passivum est potestas activa ad non esse illius.

Urgetur.

Illatio 1. ex dictis. Prob. 1. Hinc dicere voluntatem tunc casus se determinare; est aperte falsum: nàm se determinare non est purè determinari ab alio; sed si in consensu negativo voluntas pure passivè se habet, purè determinatur à bono moraliter ipsam alliciente; cum purè, & unicè ab illo moveatur: ergò nequit dici se ipsum determinare.

Explicat. Explicatur: Determinare est movere; quia est reducere aliquid de otio in actum: ergò quod non se movet, non se determinat. Sed voluntas se habens purè passivè ad consensum negativum non se movet: Tùm quia purè passivum est purè mobile. Tùm quia se movere dicit activitatem iuxta illud* unum quod movet in quantum est in actu; & movetur in quantum est in potentia: * ergò.

13 Hinc etiam difficile percipitur; qualiter per consensum negativum sanct. vocationi voluntas se discernat, estò secundo, à dissentiente: Nàm se discernere non est purè passivè se habere ad discretionem, sed activè iuxta modum exercitij (loquor de discretione per consensum negativum) qui enim purè trahitur ab alio, ab illo purè discernitur. Discernere est verbum activum; undè si additur ly *se discernere* à fortiori significat activitatem. Rursus prædictus consensus est iuxta *A.* dispositio libera supernaturalis: ergò per illum voluntas se disponit, se aptat, & præparat ad ulteriorem gratiam, & consensum positivum. Sed se disponere, se aptare activitatem erga exercitium dispositionis importat: ergò. Undè materia prima disponitur aptatur ad formas diversas, non tamen se disponit, aut præparatur ad illam. Quare libertas prædicta videtur dicenda libertas sapiens conditiones illius. Sed quia pro solutione rationum, quas pro posuimus; novam responsionem excogitavit ingeniosè SS. M. pro illius impugnatione alia motiva tunc proponemus.

Secunda Prob. 1.

Secundo.

§. II.

Solvuntur argumenta.

14 ARG. 1. ex Trident. sess. 6. Can. 4. definiente contra Luther. hominem à Deo motum, & excitatum posse dissentire, si velit, nec se habere veluti inanime quoddam. Ex quo sic: Gratia adiuvans adveniens voluntati nostræ excitatæ per gratias morales in signo priori, vel advenit voluntati positivè consentiēti, vel voluntati positivè repugnanti; vel voluntati non consentienti, aut dissentienti negativè; vel tandem voluntati consentienti negativè? non 1. quia cum consensus positivus vocationi Dei sit indistinctus à velle sancto, gratia adiuvans daretur nobis quia volumus, & non ut velimus; quod est sententia Pelagij; de quo M. Par. epist. 107. ad vitalem. Non 2. nam M. Par. conquæritur de Pelag. hanc calumniam sibi imponere; per hæc verba: *Hoc enim nobis objicendum*

1. Arg.

dum putarunt, quod invito, & reluctanti homini, Deum dicamus inspirare non quanti cunque boni, sed imperfecti ipsius cupiditatem. Non 3. Si enim gratia adiuvans adveniret voluntati modo dicto in signo priori excitatæ moraliter, voluntas in tali signo se habere, ut quoddam inanime; cum nullum exercitium appareat in illo signo: sed hic videtur error damnatus à Trid. supra: ergò. Explic. hoc. Pro signo, in quo præcedunt gratiæ morales: vel illas percipit voluntas, aut non? si non percipit; iam ponitur inanimis. Si percipit excitationem, & hæc non superfiue præcedit; assigna effectum quem causet in voluntate pro illo priori, qui effectus alter non appatet possibilis ante gratiam adiuvantem, nisi consensus purè negativus.

Explicat.

15 Confirmat. suppon. ex Apocal. cap. 3. & M. Par. Psalm. 141. & rursus Psalm. 90. * voluntatem nostram pro priori ad gratiam adiuvantem, aut motionem Dei ad actum liberum positivum, qui sit bonus, vel malus moraliter, excitari pulsatione Dei ad ostium cordis suadentis illi bonum, & pulsatione Diaboli suadentis malum. * Nunc sic: pro illo priori ad gratiam effectivam, aut motionem activam Dei, voluntas habet, & exercet aliquam libertatem circa pulsationes Dei, & Diaboli; sed pro priori ad motionem Dei effectivam, non potest voluntas se exercere activè liberè; cum sit secundum liberum, & secundum efficiens, supponens essentialiter determinationem 1. liberi, & efficientiam 1. efficientis: ergò exercet libertatem purè passivam. Maior prob. Voluntas sic pulsata à Deo, & Diabolo, habet potestatem, seu libertatem claudendi, aut aperiendi ostium cordis talibus pulsationibus; sed talis pulsationes fiunt pro priori ad gratiam effectivam, ut constat: ergò pro priori ad gratiam effectivam voluntas habet, & exercet; aliquam potestatem circa pulsationes Dei, & Diaboli.

Confirm.

16 Arg. 2. Ex illo sæpè adducto ex D. Thom. quæst. 3. de Mal. art. 2. asserente * motionem primi moventis recipi in uno quoque mobili, secundum proprium modum; ex quo provenit, quod si mobile sit indebita dispositione, consequitur actio perfecta secundum intentionē 1. moventis. Si vero non sit in debita dispositione, sequitur actio imperfecta. * Ex quo sic arg. Pro priori ad receptionem motionis Dei efficacis, creatura iuxta D. Thom. est culpabiliter benè, aut malè dispositа. Sed si culpabiliter est malè dispositа, est liberè malè dispositа: ergò ante receptionem motionis est liberè malè dispositа. Sed non potest liberè activè sic, se disponere ante motionem effectivam Dei; cum ante illam nulla sit in creatura actio, aut effectio: ergò est liberè dispositа libertate tantum passiva. Omnia constant, præter imputabilitatem indispositionis pro priori ad motionem Dei, quæ sic prob. Operatio defectuosa, quæ sequitur ex motione Dei, est vera culpa creaturæ, & ipsi tantum imputabilis, non Deo, quia, scilicet, imputatur ratione malæ dispositionis: sed si hæc mala dispositio esset tantum defectus naturalis, & non culpabilis, operatio inde proveniens non imputaretur creaturæ; sicuti operatio, quæ sequitur ex ignorantia invincibili, quæ est defectus purè naturalis, non imputatur creaturæ: ergò illa mala dispositio est culpabilis &c.

1. Argum

17 Explicatur hoc. Voluntas pro priori ad motionem effectivam Dei non potest exercere libertatem suam activam: ergò si aliquam exercet libertatem illa erit tantum passiva, Sed pro priori ad motionem Dei aliquam exercet libertatem; dum est benè, aut malè dispositа: ergò exercet libertatem passivam ante motionem Dei se malè, vel benè disponendo. Prob. min. Dum voluntas pro priori ad motionem Dei se malè disponit, ipsa se impedit, nè recipiat gratiam Dei; sed se impedit liberè: ergò pro priori ad motionem exercet libertatem &c. Maior, & minor suadentur ex D. Thom. 3. contra Gent. cap. 159. dicente: *Licet aliquis per motum liberi arbitrij divinam gratiam promereri, aut acquirere non possit; potest tamen se ipsum impe-*

Explicat.

pedire, nec recipiat. En libertatem, & impeditionem pro priori ad gratiam effectivam.

18 Arguit 3. Voluntas pro priori ad gratiam effectivam allecta contrarijs suasionibus ad bonum, & ad malum, tangitur diversis delectationi indeliberatis, sancta, & noxia, cum potestate ad consentiendum, & non consentiendum. Sed ista potestas pertinet ad libertatem passivam, quæ exercetur per consensum, aut dissensum negativum: ergò relatè ad motionem moralem datur libertas passiva. Mai. est Magn. Par. in Psalm. 91. *Non cessat Satanas suadere malum, sed nec Deus cessat ad monere bonum. In tua potestate est consentire, & non consentire.* Min. probat. Potestas consentiendi, aut non consentiendi delectationi indeliberatæ noxiæ, est potestas frænandi delectationem ab illicito. Sic Magn. Par. lib. 22. contra Faustum: *In eo genere ista rationalia facta sunt, ut esset in eis possibilitas frænandi delectationem ab illicito, quam non frænando peccaverunt.* Sed potestas frænandi delectationem noxiam ab illicito, est potestas se exercēdi passivè: Nàm hæc exercetur sinendo se trahi ab illo; & *sinere trahi* designat aliquid purè passivum: ergò.

3 Arg.

Loquitur de Ang. & homine.

19 Confirmat. hoc supponendo capitalem errorem Jansenij situm esse in eo quòd dixit *voluntatem nostram necessario ferri delectatione indeliberata præponderante (quælibet illa sit, sancta, aut noxia) quia iuxta Magn. Par. super Epistol. ad Galatas: *Quod amplius delectat, id operemur necesse est.* *Inde sponte fluunt alij errores circa libertatem, & meritum. Nam si actus voluntatis nostræ necessario procedit ex indeliberata delectatione, erga quam nullam habemus libertatem; colligitur, quod velle nostrum solum est liberum a coactione. Tenendum ergò est oppositum; unde debemus asserere voluntatem nostram esse indifferentem ad delectat. cōtrarias indeliberat. sive æqualis ponderis sint, sive inæqualis; ita ut pro sua libertate sinat se trahi ab una, & non ab alia. Hoc enim est frænare delectationem noxiam ab illicito; & est etiam abijcere inspirationem Dei, vel illam recipere, ut loquitur Trident. sess. 6. cap. 5. Ex quibus sic arguitur: Voluntatem sinere se trahi, & non sinere se trahi; *frænare delectationem ab illicito, & non frænare*, sunt termini significantes exercitia purè passiva. Idem de *abijcere, aut recipere Dei inspirationē*, scilicet, per *consensum, aut dissensum negativum*: ergò talis libertas relatè ad motiones morales admitti debet. Accipe similem discursum. Si voluntas nostra, non haberet libertatem, ut sineret, vel non sineret se trahi ab obiecto viso; ab eo semel tacta propelleretur; sed hoc est proprium irrationalis naturæ, & non habentis arbitrium; ut ait Magn. Par. de Gen. ad litt. lib. 9. cap. 14. ergò in illa est libertas ut tacta, & allecta visis, sinat se trahi, vel non. Quæ libertas est passiva, quia sinere non est agere, sed pati, & permittere obiectum visum trahere, & movere.

Arguit ex errore Jansenij.

Formalis Argum.

Urgetur.

20 Hæc doctrina confirmatur ex Magn. Par. de Spirit. & litter. cap. 34. dicente: *Accipere quipè, & habere hæc dona* (utique velle, & credere) *non potest anima, nisi consentiendo*: (scilicèt, *vocationi Dei*) & item: *recipere non potest hæc dona.* Sed accipere, recipere, & habere, sunt verba denotantia libertatem passivam per receptionem sanctæ inspirationis: ergò. Idem dicendum, dum lib. 3. de liber. arb. cap. 25. ait: *In potestate voluntatis esse sumere, vel respuere obiectum visum, ad quod sine libertate tangitur*; cum *sumere* vel *respuere* sit *sinere se trahi*, vel *non sinere*. Hoc insinuatur Ecclesiast. 15. *Aposui tibi ignem, & aquam; ad quod volueris porrige manum tuam.* Sic manum porrigit voluntas nostra tacta delectationibus contrarijs, cessans a bona delectatione, dum non finit se trahi ab ipsa; & perdurans in delectatione contraria, aqua finit se trahi. Sinere autem, vel non sinere se trahi, sunt exercitia libertatis passivæ voluntatis.

Confirm. Ex M. P.

Ex Sacra Script.

***

§. III.

Occurritur argum. adductis.

21 DE intelligentia testim. Trident. & illius inefficacia ad probandum dari in voluntate creata, ut purè excitata à Deo, consensum liberum, vel dissensum purè negativum sanctæ vocationi pro signo prioti ad gratiam efficacem, vel illius carentiam; egimus ex professo supra Dub. 7. ubi etiam aliqua, quæ poterant objici, tum in favorem consensus purè negativi; tùm etiam libertatis purè passivæ, diluimus. Quia igitur probationes hic adductæ, ibi etiam reponuntur; ad vitandum iacturam temporis, consumptionem virium, & fastidium in legentibus. Breviter Respond. Concil. ibi loqui, fatente Advers. de libero arbit. *Excitato, & moto à Deo*, per quam motionem, asserit ipse, intelligi gratiam effectivam prædetermin. Undè de illo in tali consideratione verificatur omnes sententiæ Canonis: Scilicèt, *ipsum cooperari assentiendo Deo vocanti: non se habere mere passivè, ac veluti inanimè quoddam.* Si ergo sermo est de libero arbitrio gratia etiam effectiva prævento; quo fundamento accipit Adv. gratiam excitantem seorsim ab adiuvante, & movente liber. arbit. ut ex sentent. Canonis probet pro priori ad hanc gratiam voluntatem se habere mere passivè ad aliqua exercitia? Et rursus; quod si hæc non præcedant; *liberum arbitrium se habebit, ut quoddam inanimè*; quod damnatur à Concil. Sed rogo: in ordine ad quid se habebit, ut inanimè, si non præcedit consensus negativus &c.? non in ordine ad assensum, quo cooperatur Deo excitanti: siquidem iuxta Advers. talis assensus esset necessario à volunt. procedens. Non in ordine ad assensum, vel dissensum purè negativum: Quia hoc non damnat Concil. sicuti nec damnat iuxta Arg. ad illum mere passivè se habere. Ad quid ergò tam gravissima Author. & cuius intelligentia, quantum attinet ad errores Lutheri, & Calvini, quos damnat, est omnibus plana?

Ad 1. arg. Resp.

Retorq. argum.

Si inquiras, potest nè concedi, quod voluntas in signo vocationis moralis, & pro priori ad gratiam adiuvantem, se habet veluti inanimè quoddam? Respond. 1. inquirendo: An possit concedi, quod se habeat purè passivè? Quod si hoc conceditur ab Auth. sine contradictione ad Concil. cum eadem censura damnet utrumque in illis verbis: *Mere passivè se habere, & veluti inanimè quoddam*; cur unum, & non alterum, dici potest? Respond. 2. inquirendo: Quid intelligat per ly *se habere, veluti inanimè quoddam*? Si enim sic se, habere præcisiè verificat. quia pro priori ad gratiam adiuvantem, vel illius carentiam, non datur aliquod exercitium liberum (rogo) ubi hoc asserere est damnatum? & loquendo de concursu simultaneo, est communis etiam apud AA. Societatis illius carentia. Si autem per ly *inanimè* intelligatur carentia omnis potestatis vitalis, ut liberè, & expedite possit in actu 2. vivere se determinando ad unam partem præ alia; determinatione autem ponenda pro signo sequenti ad libertatem, quæ est vita in actu 1. undè probatur sic se habere; si non præcedat consensus, vel dissensus purè negativus? Hinc eligimus 3. p. dilematis. Cui probatio adduct. non obstat. 22

Occurrit. cuidam quæsito.

Ad explicat. concedimus voluntatem percipere motionem moralem, hoc est, allici, & moveri, ut eam sequatur, vel ei dissentiat pro signo sequenti. Si enim eam honestè amplectatur; cum in hoc subordinetur Deo, ut primo moventi, præcedet pro priori gratia adiuvans; si vero ei dissentiat; cum in hoc prave operetur, præcedet pro priori logicè permissio peccati, & in carentia prædictæ gratiæ consistens. Ad illud de causalitate finali convenienti pro priori vocationi morali, proindeque debere ei assignari aliquem effectum pro priori ad gratiam adiuvantem dictum; est ubi supra Dub. 7. num. 36. ex commun. Philosophia. 23

Ad explicationem

Ad confirm. Respond. Voluntatem modo dicto pulsatam à Deo, & à Diabolo pro tali signo nullam exer- 24

Ad confirm.

ce-

cere libertatem circa pulsationem Dei, & Diaboli. Ratio est: Quia exercitium libertatis non debet poni pro signo libertatis, ut est notum; sed iuxta Magn. Par. pro tali signo voluntas est potens consentire, aut non consentire: iuxta illud: *In tua potestate est consentire, aut non consentire*: ergò in tali signo repugnat poni, aut consensum, aut carentiam consens. Quod si dicatur Arg. non intendere voluntatem debere exercere libertatem pro signo pulsationum Dei, & Diaboli, sed pro signo priori ad gratiam Dei effectivam. Respond. neg. possibilitatem talis exercitij; si enim aperit Deo ostium cordis, hoc provenit ex gratia speciali Dei donante hanc apertionem; cum sit exercitium sanctum, & honestum. * Qui autem liberè aperit cor suum pulsationi Diaboli, liberè dat locum Diabolo. Hoc autem esse peccatum, quis dubitet? dicente Apost. ad Ephes. 4. *Nolite locum dare Diabolo*, ubi S. Doct. *damus locum Diabolo per peccatum, & consensum.* Quare, si aperit cor pulsationi Diaboli, hoc est exercitium pravum, & nequissimum; utpotè contra præceptum Divinũ: ergò hoc contingit Deo permittente pro priori negando auxilium, quod si existeret, non esset talis apertio. Fatemur pulsationes dari pro priori ad gratiam effectivam; quia tamen dantur, ut constituentes libertatem ad benè, vel malè operandum; sicuti non datur exercitium bonum sine gratia efficaci, nec malum sine carentia illius; non exercetur libertas, estò illæ existant pro priori. Hinc Thom. ponunt tria signa usque ad consensum vocationi Dei inclusivè. 1. Spectat ad gratiam sufficientem, adæquatè includentem principium physicè influens, & etiam moraliter media cognitione. 2. Dicit gratiam prædeterminantem, applicantem, & determinantem voluntatem, sufficienter à Deo auxiliatam. 3. Dicit ipsum consensum liberum. Hæc tria signa non debent confundi. AA. Societat. solum ponunt duo signa, negantes ulteriorem determin. ante consensum. Arguens ponit 4. quia iuxta suam opinion. ante gratiam prædeterminantem ponit exercitium consensus vel dissensus purè negativus.

*Pro quo vide dicta locis relatis n. 28. dub. anteced.

Diversa signa iuxta varias opin.

De materia 2. argum. non semel dictum est, hic dub. 7. a n. 70. & tom. præc. dub. 2. §. 4. fol. 623. circa intelligentiam doctr. S D. Et quidem suppo nendo nomine dispositionis ad motionem Dei, pro actibus liberis nostræ voluntatis intelligi actualem considerat. & attentionem ad regulam rationis, & legis divinæ, vel huius defectum, ut est certum, & fatetur Bellarmin. ex quo desumptum est argutum. Libertas, sive potestas, quæ datur ad sic considerandum, vel non considerandum, non est purè passiva, sed activa, ut docet S. Doct. supra quæst. 6. art. 6. & 3. contra Gent. cap 100. Rursus talis libertas est libertas contradictionis, ut constat; libertas vero ad consensum, vel dissensum, non est huiusmodi. Item consideratio, aut non consideratio regulæ rationis, sunt exercitia intellectus, ut dirigentis voluntatem, quamvis sub potestate illius. Consensus vero, vel dissensus, sunt intrinseca exercitia voluntatis. Quare valdè diferunt hæc duo inter se comparata. Consequenter ad hanc doctrinam S. D. dicimus voluntatem exercere libertatem ad actu considerandum, vel non considerandum regulam rationis, pro priori ad motionem activam Dei, immediatè efficientem, & determinantem voluntatem, ut eligat hoc, vel illud obiectum propositum ab intellectu; non tamen pro priori ad motionem Dei, moventis intellectum, ut rectè consideret, vel ad defectum illius, si non consideret; sunt enim hæc exercitia distincta, licèt ordinata; ideoque quoad suum esse immediatè subdũtur dominio Dei. Sicut enim Deus immediatè movet intellectum effectivè, ut actu rectè consideret, & postea movet immediatè nova motione voluntatem, ut velit bonum; ita dicendum de defectu utriusque motionis. Pro defectu 2. potest assignari causa ex parte creaturæ; secus autem pro defectu primæ, estò sit in ordine ad exercitium liberum considerationis, ut dictum est. 25

Ad 2. argum.

Assignatur discrimen clarum.

Hæc

26

Hanc Doct. vocat Mediq. miſter recondi-tum q. 75 a. 1.

Hæc dicta ſunt pro veritate, & communi ſenſu Thomiſtarum circa defectum voluntarium conſiderationis regulæ rationis, & lēgis Divinæ, qui præceſsit primum peccatum Adami, & Angelorum. Ad huius probat. ſtabiliendam ſicuti, & ad libertatem activam conſiderandi, vel non conſiderandi ad regulam rationis, non conducit authoritas S. Doct. in argum. adducta; cum ibi loquatur de impeditione gratiæ habitualis, ut alibi probatum relinquimus. Rurſus prædicta authoritas non favet, ſed potius opponitur libertati purè paſsivæ. Qui enim ſe impedit ad receptionem alicuius formę, non ſe habet poſitvè ad impeditionem formæ, ſed activè, cum ſit cauſa, à qua provenit, ut à removente, non exiſtentia formæ. Aliud enim eſt rem impeditam immediatè eſſe quid paſsivum, ſcilicèt, receptionem. Aliud vero impedimētum huius paſsivi eſſe liberè ab aliquo, & ad illud ſe habere purè paſsivè. Res eſt mihi certa, & conſtat in humanis, quando quis ſe liberè impedit à collatione, vel receptione alicuius doni; eſtò impeditio ſit per omiſsionem alicuius exercitij indebiti, & abſque ullo demerito. Sed omitti non debet argumentum includere locutiones, quæ opponuntur doctrinę S. Doct. apellat enim illam diſpoſitionem præcedentem motionem activam Dei, quæ ſupponitur conſiſtere in conſideratione, aut non conſideratione, *pravam*, *malam*, & *culpabilem* pro ſigno priori ad motionem; quod expreſſe opponitur S. Doct. tùm hac 1. 2. quæſt. 75. art. 1. tùm quæſt. 1. de Mal. art. 3. tùm 3. contra Gent. cap. 100. ait ubique: *quod non conſiderare non habet rationem mali culpæ, aut pœnæ, ſed eſt pura negatio*, eo quod homo non tenetur conſiderare, *niſi ex ſuppoſitione quod voluntas applicetur ad operandum.*

27

Ad 3. argum.

Minor 3. argum. Continet implicationem in terminis, ſcilicèt, *poteſtas vera*, quæ ſit libertas paſsiva. Nàm ut vidimus ex Magn. Par. ex S. Damaſc. ex Div. Thom. *Poteſtas potentiam activam*, & *facultatem expeditam ſignificat.* Conceditur potentia purè paſsiva: poteſtas propriè, minimè. Et quid dicendum, ſi addatur *poteſtas dominativa Dominio proprietatis*, *aut iuriſdictionis* relatè ad id, ſupra quod eſt poteſtas? Novimus Dominium *rei*: Dominium *uſus*: *Completum*, & *in completum*: *in ſolidum*, & *aſſociatum*: non vero *purè paſsivum.* Rurſus purè *ſubijci* eſt purè dominari: ergò non eſt exercere Dominium. Hinc Auth. M. P. eſt in contra: tùm quia aſignat pro termino illius poteſtatis conſentire, & non conſentire, quæ ſunt extrema contradictoria. Tùm quia ut ipſe Magn. Par. ait ibi cap. 30. *Conſenſio utique volentis eſt.* Tùm quia D. Angel. 1. 2. quæſt. 15. per totam agens de conſenſu; & item quæſt. 74. ſæpè de conſenſu in delectat. pravam, ſemper intelligit nomine illius actum volunt. aut omiſ. reſiſt. Quod ſi etiam debet admitti conſenſus interpretativus hoc non conceditur niſi quando voluntas poteſt, & tenetur diſſentire poſitivè, & non facit, de quo S. Ambroſ. & Theologi tract. de Voluntario.* Idem dico *defrænare.* Quis enim dubitat *frænare* eſſe verbum activum? eſt enim *cohibere*, aut *impedire* detinendo, aut removendo. *Frænari* eſt pati. Si ergò delectatio ab illicito *frænatur* à voluntate; patitur ab illa: ergò voluntas ſe habet activè ad paſsivam frænationem. Aliter etiam poſſet dici *adhibere calcaria ſpiritualia appetitui*, nè conſentiat malo, eſſe quid purè paſsivum; quod non credam.

*S. D. ad Rom. 1. lect. 8. 1. 2. q. 74. a. 5. & 6.

28

Ad confirm.

Ad confirm. Reſpond. ad confutationem erroris Janſenij tuendum eſſe voluntatem tactam delectatione indeliberata, etſi præponderante, poſſe ei *reſiſtere*, eam *abijcere*, & *reſpuere.* Hæc autem ſignificant non purè pati, ſed agere contra illam. Sic enim docet D. Petrus epiſt. 1. c. 5. *Fratres vigilate, quia Adverſarius veſter Diabolus circuit quærens, quem devoret; cui reſiſtite fortes in fide.* Reſiſtere fortiter eſt fortiter agere, fortitudo autem eſt actus virtutis: quare reſiſtendum totis viribus. Sic M. Par. epiſt. 151. Hinc, qui ſic non conatur ad propulſandam delectationem noxiam ſtatim, ac eam advertit, ſive dubio pec-

peccat. Sic S.Doct. 1. 2. q.74. art.6. ad 3. ex M. Par. 12.de Trinit.cap.12. & q. 7. de Malo art. 6. ad 6. *Quando motus illicitus est in sensualitate, tripliciter potest se ad ipsum habere ratio; uno modo sicut resistens, & tunc nullum est peccatum : alio modo sicut imperans, & tunc si sit illicitus in genere peccati mortalis, erit peccatum mortale. Aliquando autem se habet, ut neque prohibens, neque imperans, seu consentiens; & tunc est peccatum veniale.* Pro quo videantur Theologi Morales circa modum, quo homo tenetur se gerere, dum advertit motus illicitos; inter quos Mag. Prado tomo 1. Theol. Moral. cap. 2. quæst. 9. per totam, ubi mira eruditione ex SS. PP. & Alijs sanam doctrinam tradit.

29 Hinc nunquam assentiam sequent. propositiones. *Potest voluntas libere, & cum advertentia rationis præventa, consentire negativè tentationi Diaboli ad peccatum etiam mortale provocanti, quin in tali consensu adhuc venialiter peccet* Nec sequenti: *Potest voluntas sic consentire, quin adhuc venialiter peccet, etiam si sciat ex tali consensu infallibiter sequendum esse peccatum mortale pro instanti sequenti; quia nimirum voluntariè se impedit à gratia efficaci, qua deficiente infallibiliter peccabit.* Idem de sequenti: *Homo cum advertentia rationis graviter tentatus potst aperire ianuam cordis sui Diabolo tentanti, si hæc apertio fiat per consensum liberum purè negativum, quin in hoc peccet venialiter* Item : *Stante advertentia rationis, quatenus advertit se ex una parte à Deo provocari ad bonum, & simul à diabolo vehementer provocari ad malum, non tenetur, imo nec potest, immediate ad hanc advertentiam, se exercere per positivum consensum Deo vocanti (imò nec per orationem auxilij efficacis ad non consentiendum Diabolo) nec per positivam displicentiam, aut resistentiam Diabolo provocanti ad malum.*

Illatio ex dictis.

Concedit plen. advert. & plen. Domin.

30 Ut his, quæ restant, respondeamus sine aliqua confusione, dicimus 1. *Voluntatem à Deo moraliter excitatam recipere Dei inspirationem significare actum positivum, quo eam amplectitur : proindèque libertatem activam.* Est communis intelligentia Doctorum : constatque ex Tridentin. * reprobante eum, qui dixerit hominem in tali receptione nihil omninò agere : consensus autem negativus est omninò *non actio*, quia est purum nihil, & carentia alterius nihili. Talis enim receptio inspirationis est moralis, in amplexu, & consensu positivo obedientiæ ei præstito consistens. Est communis loquutio in Sacra Scriptura exprimere actus salutares per similem *receptionem, aut acceptionem.* Pro quo adduximus plura testimonia addita expositi. M. P.& Ang. Doct. Tomo 4. dub.1. §.1. tract. de Potentia grat.& cuilibet ferè infinita occurrent. Sufficiat illud Ioannis 3. *Testimonium eius nemo accipit, qui autem acceperit testimonium eius, signavit, quia Deus verax est.* Ubi Sanct. D. *Accipere testimonium eius, est credere in illum.* Item : *Quid aliud est dicere in propria venit,* & sui, scilicet, Iudæi, *eum non receperunt* : nisi ei non crediderunt; sed spreverunt, reciterunt, nolentes credere dura cervice, & incircumciso corde. Quod rursus convincitur ex Sanct. Doct. 1. part. quæst. 83. art. 3. ubi ait : *Voluntas per electionem suscipit unum alio repulso.* Idem q. 24. de Ver. a.4. ad 7. & tamen hoc suscipere est à volunt. ut activè libera. Rursus, cum M. Par. expressè loquatur de velle, & credere, quæ sunt dona à Deo accepta, sequeretur ad illa purè passivè se habere, quod est hæreticũ. Sed omitti non debet hanc doctr. adeo certam iudicari M.P.lib.2.contra 2.ep. Pelag. c.3.ut ita loquatur: *Numquid si quæratur ab eis* (scil.Pelag.) *quid sit recte ceperunt eum, dicturi sunt aliud, nisi crediderunt in eum?* ex quib.probat, quod sicut credere est ex grat.Dei per quam donatur, ut credat; ita, & recipere eũ: quare, inquit, errant Pelag.* ponentes recipere esse merit. ut accipiant potestatem ad fieri filios Dei.*

Quænam loc. ut. significic. actum positivum.

Dicimus secundo. *Voluntatem liberè abijcere, respuere, contemnere, resistere, renuere Dei vocationi, significant actum positivum, & ex terminis pravum moraliter actu, &* 31 Dico 2.

* Sess. 6. cap 5.

formaliter. In huius probationem advoco communem ſenſum Expoſitorum Sacræ Scripturæ, & Aliorum, ſi ſignificatio vocum non immutetur ad impropriam. Nec ob hoc negatur dari etiam *contemptum, reſiſtentiam, & abiectionem interpretativam*. Sed quando? Quoties voluntas tenetur, poteſt, & non elicit actum poſitivum conſentiendi, & amplectendi Deum vocantem, & ſuadentem bonum. Attamen hic contemptus etiam eſt pravus moraliter; ut patet in eo, qui ex negligentia peccat. Dico 3. *Reprimere, comprimere, cohibere, frænare, repellere, impedire* pravam ſugeſtionem Diaboli ſignificant actum poſitivum, qui dicitur *Nolitio, aut fuga, aut motus averſivus voluntatis*. Si ergò puiſante Diabolo tenetur homo, dum advertit illius tentationem, ad exercitia prædictis terminis contenta, abſdubiò peccat; quia omittit actum debitum. Dico 4. Impropriè dicitur voluntatem porrigere manum ſuam ad ignem, vel aquam, *hoc eſt, ad refrigerium gloriæ promiſſum, vel pœnam gehennæ comminatam* (ait Lyra) ad bonum, & malum; etiam ſi ſe habeat purè paſsivè. Ratio eſt (& mihi efficaciſsima). Nam ſive nomine *manus* ſignificetur poteſtas agendi, * ſive affectio voluntatis: *porrectio manus* eſt poteſtatis extenſio, vel motus appetitus ad aliquid conſequendum. Hoc autem quid poſitivum eſt: Nam qui nihil agit, ſed purè paſsivè ſe habet, non ſe extendit, quia extra ſe non tendit. Alioquin; dum de muliere forti dicitur *extendiſſe manum ſuam ad pauperem*; & *de Apoſt.* ad priora ſe ipſum extendere: nihil magnum, nihil poſitivum miſericordiæ ſignificaretur. Rurſus, hæc porrectio eſt ad quod voluntas velit ex illis: ergò ſupponit velle, & placitum illius. Sed hoc non exprimit pati, ut eſt evidens: ergò.

Circa 3.

Circa 4.

*SicM.P

Prov. 31.

32 De permiſsione.

Si ſermo ſit de permiſsione: dicimus illam eſſe à voluntate, ut à principio activo; licet enim ad rem permiſſam non ſe habeat activè; ſecus ad permiſsionem activam, ſive ſe habentem ut exercitium. Sic Deus poſitivè vult ſe permittere; quia hoc eſt bonum; unde illam approbat, & ex ſua determinatione exiſtit. Idem in humanis. Nam Prælatus permittens in ſubdito ſuo peccata, quæ prohibere poteſt, ſe habet activè ad talem permiſsionem, eſtque ipſi imputabilis ad culpam. Imò etiam ſi non ſit debitum impediendi effectum ſequutum per accidens ad permiſsionem; hæc etiam eſt voluntaria; ut tuentur frequenter Theologi, caſu quo quis omittat gubernationem Navis, ad quam non tenetur, ex qua omiſsione ſequitur ſubmerſio; licet enim ſubmerſio, qui eſt effectus per accidens, voluntaria cauſaliter non ſit, non impeditio eſt poſitivè voluntaria. * Similiter Martyres ſinentes ſe occidi à Tyrannis; quàmvis ad occiſsionem ſe habeant paſsivè, ad permiſsionem ſe habent activè, & meritoriè. Et hoc quidem, quia ſinunt voluntariè acceptando, & ſuſtinendo pati à Tyranis. Quare eſto *trahi* ſit pati, & *trahi invitus* ſit purè pati: acceptare tamen ipſum trahi dicit activitatem ſupra voluntariè trahi. Ex quibus illa propoſitio: *Permittere ſe trahi eſt pati*, ſic diſtingui debet. Permiſsione impedibili, & quam non impedit voluntas, nego. Permiſsione inimpedibili, permitto. Idem de hac: *Sinere voluntariè trahi ab alio non eſt agere*: diſtinguo. Non eſt agere tractionem paſsivam, concedo. Actum, quo voluntariè ſinit ſe trahi, nego. Totum hoc complexus eſt Magn. Par. dum in Enchirid. cap. 100. loquens de Deo permittente peccata, quia ſinit, ut fiant, ait: *Nec tamen nolens ſinit, ſed volens*. Qua de cauſa, dum Theologi Morales agunt de caſibus, in quibus homo ſe habet paſsivè ad motus illicitos, ex quo provenit illum non peccare; ly *paſsivè* ſumitur relate ad motus appetitus; non tamen relatè ad omnem actum voluntatis: Nam eos vult permittere; ſed quia non tenetur eos vitare; eſto ſit cauſa activa permiſsionis, & non impeditionis; non eſt cauſa moralis illorum, ob idque ad culpam non im-

*SicBoli var tract. de Vol. dub. 3. n. 67.

Circa ſinere.

Matth. 3. dixit Ieſus Ioanni: ſine modo, & dimiſit.

imputatur. Vel si vis distingue hoc modo * trahi ab alio est pati; si trahitur, ut simul se determinet, & se moveat, nego. Si hoc modo non trahitur, concedo. Solutio constat ex terminis, & constat in eo, qui agitur à Spir. Sancto, ut agat.

33 Hinc, etsi voluntas ut libera, & perfectè libera possit se habere purè passivè ad id, quod respectu ipsius comparatur ut terminus, vel obiectum, non tamen relatè ad id, quod ponitur ut exercitium illius in esse liberæ. Primum constat in amore visionis, & fruitionis Dei in Patria: & in alijs obiectis. Secundum const. ex dictis. In cuius illustrationem placet adducere doctrinam Eminentissimi Cayetani in summa Ientaculo 5. quæst. 5. ad illud Ioann. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, ubi sic ponit 3. difficult. *Quomodo consonant ad invicem hæc duo, scilicet, potestas, & fieri. Nam potestas activum significat principium; fieri vero passionem. Dissonant ergo ad invicem, quod sit potestas fieri, tanquam si diceretur potestas fiendi: quod videtur implicare: potestas enim est potestas faciendi, & non patiendi.* Vidisti ingeniosum argumentum, audi *non minus* eruditam responsionem.

Illustratur hoc ex Dom. Cayet.

Arguit.

34 Postquam autem ait huiusmodi potestatem posse homini convenire per fidem præscindendo ab illius formatione per charitatem, vel ut formatam per charitatem, penès diversitatem cum solo ordine naturæ, vel ordine etiam temporis, subdit: *Recipiendo Deum per fidem possumus fieri filij Dei per charitatem. Et licet huiusmodi potestas sit potestas agendi, quia est potestas operandi, referendo illam ad opera nostra: est tamen, cum hoc, & per hoc, potestas patiendi, referendo illam ad fieri, & esse filium Dei. Nam per opera fidei præparamur ad hoc, ut fiamus filij Dei ab ipso Deo, & non ad hoc, ut faciamus nos filios Dei. Propterea non dixit: dedit eis potestatem filios Dei se facere, sed filios Dei fieri: ut potestas relate ad ultimum terminum, scilicet *, esse filium Dei demostraretur potestas, non agendi, sed patiendi, relatè vero ad opus propinquum, quo præparamur ad hoc ut fiamus filij Dei, intelligatur activa in libertate posita.* Quo nihil luculentius pro motione potestatis, & libertatis, & qualiter se habeat supra sua exercitia.

Resp. eiusdem.

Si autem inquiras, quando voluntas possit se habere etiam aliquomodo activè ad terminum, vel obiectum sui exercitij. Respond. (Supponendo circa actus imperatos à voluntate nullam esse difficultatem) Illud contingere, quando est terminus productus per tale exercitium, verbi gratia, impulsus per actum amoris, & iuxta plures habitus virtutis acquisitus per actus liberos dicitur etiam terminativè voluntarius. Rursus. Qui per exercitia directè libera se disponit ad receptionem formæ, etiam se habet activè ad illam. Ita Sanct. Doct. 3. part. quæstion. 34. art. 3. probans Christum Dominum fuisse sanctificatum per gratiam habitualem more adultorum se disponendo ad illam, quia perfectius est habere aliquid per se, quam purè ab alio.

35 Ad quæ se extendat voluntarietas.

36 Hac eadem ratione ait Tridentin. sessio. 6. cap. 7. *Adultos iustificari per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum.* Si enim nomine *susceptionis voluntariæ* intelligatur acceptatio, & consensus, voluntarius in gratiam, & amicitiam Dei, quæ dicitur susceptio moralis; sic est exercitium formale voluntatis in ipso actu dilectionis consistens, ut docet Sanct. Doct. 1. 2. quæst. 113. art. 3. Si autem nomine susceptionis intelligatur susceptio physica gratiæ, sive gratia ut recepta, etiam se habet voluntas, & anima aliqualiter activè ad ipsam, hoc est, liberè vitaliter se disponendo ad illam. Rursus. Qui voluntariè meretur, aut demeretur, & maximè cum prævisione rei se habet activè in genere causæ moralis relatè ad pœnam, vel præmium saltim quod illius adeptionem, vel inflictionem; esto ad rationem pœnæ requiratur adesse repugnantiam in voluntate, transacto peccato. Tandem. Ille qui voluntariè se impedit, vel positivè, à consecutione

Circa hoc fallitur Manso.

alicuius doni, vel quia voluntariè omittit conditionem aliquam, sub qua aliquod bonum est promissum, etiam se habet quasi activè respectu carentiæ illius, & imputabiliter quoad culpam, si omittens tenebatur non omittere; imputabiliter vero solum quoad non esse, si non tenebatur.

37 Doctrin. Ægidij.

Quia Sapientiss. Magist. sæpè adducit in sui favorem B. Ægidium opportunum duxi, etsi breviter, doctrinam illius referre. Et quidem in his, quæ legi pro consensu negativo prælato sanctæ vocationi, vel Diaboli suggestioni, quantum spectat ad eius libertatem, nunquam inveni hoc complexum, *libertas purè passiva*, aut quod voluntas se habeat relatè ad illam voluntariè, sed tamen purè passivè. Non dico, quod propter hoc asserat se habere cum libertate activa relatè ad illum; hoc enim dicit actum positivum in sensu proprio, qui actus non invenitur in consensu negativo. Illa enim duo inter se sunt inconnexa, & ideo ex negatione unius non sequitur positio alterius. Hoc patet in pura omissione, respectu cuius voluntas non se habet liberè libertate activa (nisi ad summum interpretativè, aut virtualiter) ex quo non infertur se habere relatè ad illam liberè pure passivè. Imò potius contrarium infertur ex illius doctrina; cum in 2. distinct. 25. art. 3. dub. 2. asserat * voluntatem se determinare consentiendo negativè. Et rursus, per illam voluntatem se movere, non quidem se activando; cum solum activetur ab obiecto, sed determinando se ad activationem, & non contradicendo, & permittendo se activari.* Rursus: eadem dist. art. 6. dub. 1. aterali ait, * voluntatem esse voluntariè se determinantem per seipsam, voluntarièque non contradicentem motui, & voluntarie se subijcientem motui, quia hæc omnia voluntariè facit; omnibus his modis potest dici voluntariè movere seipsam. * Hæc omnia denotant propriè loquendo, ut decet tantum Doct. illum sentire voluntatem non purè passivè se habere; hoc enim est purè moveri.

Quia tanti Doct. fecimus mentionem, oportet hic ponere doctrinam illius circa exercitia præcedentia ad velle, & eligere, in quibus voluntas positivè, & cum vera activitate se exercet.* Dum voluntas excitatur moraliter duplici cognitione ipsam allicienre ad, oppositа, scilicet, à Deo vocante illam, ut sequatur bonum virtutis, & à Diabolo, ut sequatur bonum delectabile, sive prohibitum: potest voluntas desistere ab uno, & sic desistendo determinat se ad alterum. Dum autem voluntas sic se determinat, non contradicit illi alteri, & hoc est negativè consentire. Rursus: Amat illud alterum, & illud eligit.* Ex qua doctrina ponit quatuor exercitia ex parte voluntatis. 1. *Determinationem voluntatis desistendo ab uno.* 2. *Consensum.* 3. *Amorem.* 4. *Electionem. Determinatio, & consensus se habent negativè ad voluntatem*: hic autem exprimitur per hoc, quod est *non contraditere ei bono, ad quod se determinat.* Determinatio vero ex eo *quod desistit ab uno.* Attamen pro consensu negativo requirit, quod voluntas possit contradicere bono, ad quod est determinata. Iuxta Ambr. *consentire est tacere, cum possis redarguere*: quæ verba significant potestatem ad actum positivum. Hanc non ponit Mag. Manso; cum extrema libertatis sint purè negativa, nec sit possibilis actus positivus. De his tamen asserit Ægid. voluntatem, sive permittentem se moveri, & trahi à bono, qui vocatur consensus affirmativus, aut quasi affirmativus; sive etiam se determinantem, sive non contradicentem motui ab obiecto, à quo activatur semper se mover, & se determinat. Hæc doctr. est frequentissima apud ipsum, sed ex illa nihil meo videri in favorem libertatis purè passivæ. Unde remanet oppositum discutiendum probandum.

38 Prosecq. assumpt. Quot sint exerc. voluntatis.

***

§. IV.

Alia responsio reijcitur.

39 PRædictus Mag. ut salvet voluntatem excitatam à Deo moraliter per sanct. affect. & simul à Diabolo per illicitam delectationem non se habere purè passivè, dum consentit, aliter respondet rationibus supra propositis, advertendo prius, quod voluntas consentiens negativè vocationi sanctæ v. g. id est, sinens se trahi à Deo vocante, est perdurans in delectatione sancta indeliberata, quam potuit abijcere. Dum sic perdurat, se exercet positivè per illam; & se exercet negativè sinèdo se trahi, aut ei negative consentiendo. Unde hoc exercitium voluntatis positivum est, & negativum. Quidquid positivum est, indeliberatum est, & est à voluntate, ut natura. Quidquid negativum est, est à voluntate, ut indifferenti, & libera liberè sinente se trahi ab obiecto, nec compescente, aut abijciente tractionem indeliberatam, quam poterat abijcere. Hinc fit, quod voluntas in signo consensus negativi non est potentia purè passiva, sed etiam activa: cæterum ut potentia purè libera est, est potentia purè passiva; quia eius libertatem exercet sinendo se trahi ab obiecto, & sinendo perdurare delectationem sanctam, permittendo obiectum trahere voluntatem. Quidquid ergò libertatis est in illa tractione, est passivum. Hanc doctrinam in compendium redigit distinguendo delectationes indeliberatas quoad primum esse, & quoad secundum esse illarum, qua distinctione asserit illas quoad 1. esse non contineri in nostra potestate, quoad secundum esse, sive sui durationem pendere à nostra libertate, licet purè passiva.

Sic nu. 6.

Duplex exerc. Adæq. diver. qualiter est in eodem signo unius?

40 Sed antequam hæc responsio impugnetur tanquam insufficiens (& meo videri punctum difficultatis non attingens: quia fatetur voluntatem ut liberam se habere purè passivè relatè ad suum exercit) placet hoc purè passiv. impugnare. Consensus negativus præstitus vocationi morali, existit liberè contingenter: ergò habet causam efficientem suo modo, hoc est, in eo sensu, quo negationi, & privationi causa effectiva assignari potest. Conseq. constat, quia nihil potest contingenter existere in rerum natura, sive positivum, sive negativum, sine causa efficiente, influente suo modo effectivè, & oppos. est implicatorium Explicatur hoc. Licet consensus negativus sit pura negatio, petit ad sui verificationem causam finalem suo modo influentem: ergò etiam petit causam effectivam contingenter causantem illum suo modo. Constat hoc; Nam causa finalis exercet suâ causalitatè, quęcumque sit, relatè ad causam efficientem, ut patet ex definitione finis, & ex ratione causæ efficientis necessario agentis propter finem, vel non agentis, actu propter illum, si purè omittat.

Reijcit. 1.

Explic.

41 Tum quia repugnat effectus necessario requirens causam materialem, hoc est, passivam, & causam finalem, estò negativè influentem, & non requirens causam effectivam cum simili influxu. Cum ab hac incipiant res primo in sui executione, licet intentive incipiant à fine. Tum quia omni effectui debent assignari quatuor genera causarum. Quod si quando est quid negativum; possunt ab hac regula excipi causa efficiens, cur non etiam ab hac excipitur omissio pura? Rursus. Voluntas excitata diversis delectationibus est in potentia ad consensum, vel dissensum purè negativum, non solum quoad specificationem, sed qnoad exercitium: ergò indiget moveri suo modo quoad utrumque. Sed à fine ut trahente negativè media cogitatione solum movetur quoad specificationem; cum sit motio obiectiva: ergò indiget moveri ab alio quoad exercitium. Sed hæc est motio per modum agentis, & efficientis: ergò sic movetur voluntas ad exercitium consensus, vel dissensus. Totus discursus est S. D. 1.2.q.9.a.1. *

Secundo.

Tertio.

* Motio quoad exerc. ex parte agentis.

42 Nec valet dicere, ad contingentiam consensus negativi sufficere habere causam finalem contingentem, hoc est, sic trahentem voluntatem, ut possit eam non tra-

Resp.

here. Ut enim effectus sit contingens, sufficit pendere à causa contingenti. Non, inquam, valet 1. Quia divisio causæ in contingentem, & necessariam propriè, & iuxtà doctrinam D. Thom. & Phil. adaptatur causæ efficienti; ut patet legendo Sanct. Doct. tum quæst. de volunt. tum de scient. & provident. Dei, ubi salvat necessitatem, & contingentiam effectuum (idemque de existentia negationum suo modo) penès causas proximas contingentes, & necessarias; & idem tanquam per primam radicem; per divinam voluntatem, non ex necessitate naturæ, sed libere moventem, & operantem in omnibus: propter quod etsi aliqui effectus sint necessarij relativè ad causas secundas, contingenter tamen à Deo procedunt. Verum quidem est obiectum bonum, quandoque necessario trahere voluntatem ad se; quandoque vero non necessario, sed tamen hoc est idem, ac movere voluntatem ex necessitate, aut contingenter. Neque ob hoc valet dici illud esse causam necessariam, aut contingentem, multoque minus, aut actum, aut carentiam actus voluntatis ab illo solum, ut causa activa provenire; cum potius hoc ipsũ, quod est non trahere necess. voluntat: proveniat ut à causa ab illa, ex eo * quod quando mobile non adæquatur à virtute moventis, potest à voluntate repudiari * in quo illius potestas, & activitas, manifestè resplendent, sic S. D. 1. 2. q. 10. a. 2. ergò necesse est illam esse causam suo modo &c.

Reficitur 1.

Urgetur ex doctrina Angel. 43 Doct. supra quæst. 75. art. 1. ubi agit de causa inordinationis peccati. Ait enim, * quod licet pro simplici negatione non sit necessaria causa illius, sed sufficere defectum causæ; sicuti, ut verificetur dari obscuritatem sufficiat absentia Solis; attamen pro privatione rei; hoc est, quando res aliqua debet in esse; requiritur causa agens, saltim per accidens; non enim esset privatio, nisi esset aliquid impediẽs. Nunc sic: dum volunt. dissentit sanctæ vocat. privat se consensu negativo; cum sit carentia consensus, qui debet in esse voluntati, & in illa intrinsecè passivè moraliter recepta: ergò huius carentiæ volunt. est causa quasi activa, & reductivè efficiens; quia se impedit à consensu.

Urgetur.

Denique: dissensus negativus sanctæ vocationi est à voluntate creata ut 1. causa, estque Author illius; cum in illo non subordinetur, aut subjiciatur Deo; sed potius iuxta SS. Mag. contemnit Deum, illum deserit, eique rebellis existit; sed ratio primæ causæ, & Authoris non ad causam purè receptivam spectat, sed ad efficientem; ut mihi videtur evidens: ergò cum finis non sit Auth. &c. nec Deus, erit voluntas primo efficiens deficiens. Idem constat ex his, quæ asserit, ut probet consensum negativum sanctæ vocationi esse primum bonum usum gratiæ sufficientis, & dissensum primum abusum. Nunc sic 1. Quis dicet purè pati esse benè uti gratia; aut purè pati esse illa abuti? Præsertim cum gratia sufficiens, qua talis, sit principium activum. 2. Cum Deus sit causa 1. efficiens, & Auth. boni usus gratiæ; assigna causam 2. efficientem? Non finem honestum, hic enim non efficit: Non gratiã; quia hæc non est causa *ut quod*; sed *ut quo*: ergò hæc erit voluntas ut per illam elevata.

Denique

Ad homin.

Hoc supposito responsio data non occurrit sufficienter motivis supra adductis. 1. Nam difficultas non est, An voluntas, quæ liberè exercetur per consensum, vel dissensum negativum, se habeat purè passivè relatè ad alia, quæ non sunt exercitium proprium illius; sed in sensu formali, & relatè ad talia exercitia? Ego enim, qui assero voluntatem, ut liberam, se habere activè ad propria exercitia iuxta modum libertatis; assero etiam illam se habere purè passivè ad gratiam prædeterminantem, & similiter ad cognitionem indeliberatam ipsam moventem moraliter, & pariter ad ipsum bonum, à quo directè movetur. Quod sic urgeo, ut solutio clarè percipiatur. Dum asserit delectationem indeliberatã, quoad 2. esse sui, hoc est quoad sui durationem, dependere à libertate voluntatis consentientis negativè; vel intendit continuationem talis delectatio-

44

Impugn. 1.

Urgetur.

tionis esse in nostra potestate, vel non? Si 1. ergò cum talis continuatio, utpotè quid positivum, necessario requirat influxum activum voluntatis, libertas huius erit simul passiva, & activa, quod negat solutio. Si 2. ergò licet consensus negativus, qui est quasi acceptatio delectationis durantis, sit libera, minimè tamen ipsa duratio in se. Sed id, quod non est nobis liberum, non est in nostra potestate: ergò duratio delectationis per consensum negativum &c.

45 Secundo impugn.

Obstat 2. Rectè percipitur aliquem actum quoad primum sui esse, non esse in libertate voluntatis; benè tamen quoad sui continuationem; sicuti, & percipitur actum voluntatis supernaturalem quoad primum sui esse, non procedere à ratione ut deliberante, & quoad sui continuationem sic procedere. Constat 1. in iudicio supernaturali infuso Angelo in primo instanti, quo voluntas eius mota, & quoad specificationem determinata prorupit in dilectionem Dei super omnia; tale enim iudicium non extitit ex determinatione voluntatis. Attamen, illud quoad sui continuationem sic extitit; siquidem liberè voluerunt continuare tale iudicium pro secundo instanti. Hac de causa Angeli peccantes liberè illud abijcierunt. Idem constat in ipso actu dilectionis continuato in secundo instanti; cuius perseverantia fuit ex deliberatione per verum influxum positivum voluntatis; è contra vero Angeli peccantes, & se avertentes liberè voluntariè à Deo, non perstiterunt in dilectione libera primo elicita.

46 Formatur impugn.

Hac doct. supposita arguo. Dum solutio asserit per consensum negativum durationem delectationis esse in nostra potestate; vel hoc asseritur de duratione illius quoad sui intrinseca movendo, & excitando voluntatem ad malum, & tunc casus talis libertas non erit purè passiva, ut patet; sed aliunde peccabit positivè conservando illam. Sicuti continuatio sanctæ delectationis, dummodo sit in, & à nostra potestate, est laudabilis, & meritoria. Si vero talis duratio solum dicitur esse in nostra potestate quoad aliquid sibi pure extrinsecum, hoc non verificat illam in sui duratione dependere à nostra libertate. Quemadmodum obiecta ad extra acceptari, vel non acceptari à voluntate, non dici illa quoad sui esse, vel non esse ab illa dependere. Quare istæ locutiones plus deserviunt ad confusionem, quam ad veritatis manifestationem: quod tandem concluditur sequenti discursu.

Idem de præcepto in Christo.

Certum enim est multoties contingere, ut voluntas excitata delectatione sancta, & Diabolica, committante etiam tentatione in appetitu concupiscentiæ, & adveniente advertentia rationis, Deoque auxiliante efficaciter; quod positivè resistat, positivèque displiceat, nolitque ei consentire: & tamen hoc non obstante illa perseveret Deo permittente ad maiorem coronam, & Diabolo illam fugerente: ut est innegabile, sic accidisse in Viris Sanctis; propter cuius pugnam heroicè se exercuerunt. Ex quo constat de illa perseverantia delectationis, quam ponit voluntas per cōsensum negat. solum dici dependere ab illo quoad sui acceptationem extrinsecā; sicuti, & quod non consentiat negativè delectationi contrariæ non tollit, quod hæc non perseveret; aliàs in eodem instanti esset, & non esset. Solum ergò ponit in illa aliquam denominationem extrinsecam, scil. esse, vel non esse acceptatam, de quo, supposito consensu negativo nullus dubitat; sicuti nec posito consensu positivo.

47 Confirm.

Qui alia desiderat, adeat M. Zumel opusc. de voluntate hominis à fol. 23. prop. 3. ubi §. *alij Theologi* supresso nomine citat aliquos asserentes libertatem in voluntate solum ponere in illa indifferentiam passivam. Quem modum dicendi fol. 27. propos. 5. expressè reijcit addens *oppositum dicere non posse unquam placere Viro Theologo, neque esse ferendum.* Et quia pro opinione oppolita potest referri Card. Bellarminus tom. 3. de grat. & lib. arbit. cap. 2. ad 7. his terminis loquitur de illo: *à qua sententia non aborret omnino Bellarmin.* Et fol. 29. quamvis asserat illum *plurimum favere*

48 Nota circa libert. passivam.

contrariæ opinioni; postea subdit: *Scio tamen posse illum interpetari. 1. Quia voluntatem finere se moveri ab una ratione, & non ab altera, non est tantum passive se habere. 2. Quia ipse antea dixerat libertatem voluntatis esse activam.* Et rursus probat cap. 10. Unde concludit difficultatem circa illius mentem ortam fuisse, ex quo dixit: *Libertatem voluntatis in eo proprie sitam esse* (ponit hanc restrict. **videtur*) *quod positis variis rationibus sinat se moveri ab una, & non ab alia; nam finere dicit ordinem ad passionem.* Vide cum quo moderamine loquatur Zumel. Quibus addo, quòd cum iuxta eundem loco citato, & lib. 4. cap. 15. talis determinatio negativa voluntatis ad unam, vel alteram partem sit, ex doctr. D. Thom. q. 1. de malo a. 3. non attentio ad regulam rationis; vel attentio, & usus illius; cum potestate ad attendendum, vel non attendendum, ad uti, vel non uti, adhibendo regulam rationis; & hęc sit libertas activa, & veræ contradictionis; ex his omnibus colligitur *libertatem purè passivam* non esse de mente illius.

* Nota.

Propter hæc, & alia, quæ dum ex sugestu dictarem, erant mihi in prospectu (non enim omnia dictata Discipulis sunt impressa) dixi, libertatem ad consensum, aut dissensum purè passivam esse noviter inventam. De quo valdè conquæritur prædict. Mag. sed sine causa. 1. Quia tale dictum non est verbum offensivum, ut à pluribus audivi respicientibus talem quærelam. 2. Nam quotidie videmus excogitari novas vias à Theologis, ut difficultatibus emergentibus facilius occurri possit? Quid enim detrimenti infertur Durando, quia novam Theolog. in Scholas invexerit? Tandem: quia admisso dici ab aliquibus antiquis *dari in voluntate veram libertatem etsi purè passivam*; cum tamen hæc positio exciderit è memoria Theologorum, & quasi iam perdita, & abscondita esset propter oblivionem in Scholis; meritò, si de novo proferatur in lucem, dicetur *noviter inventa.* Hac de causa de quodam thesauro, cui assimilatur Regnum Cœlorum, dicitur Matth. 13. fuisse inventum ab homine; quia nimirum erat thesaurus, sed in agro absconditus. Idem de illa drachma, quæ, quia perdita erat, dicitur Lucæ 15. *Inventa fuisse à quadam muliere accendente lucernam, ut eam diligenter quæreret. Et hæc de hoc dub. applic. litter. Mag. ubi præced.*

Satis fit cuidam querimoni

49

DUBIUM MISCELLANEUM.

IN QVO ALIQVA CONTRA DOCtrinam à nobis traditam solvuntur.

§. I.

PRIMA DIFFICULTAS.

N. 1 TOt, & toties, proponit motiva prædictus Mag. contra frequentem sensum Thomistar. agentium de gratia excitanti, sufficienti, efficaci, operanti, & cooperanti, ut sic omnia illa examinarentur, tempus, & cartha deficerent. De illis enim egi Tomo 4. per totum, sequendo sensum communem Angelicæ Scholæ illam firmando varijs testim. Script. SS. PP. & Ang. Doct. Plura ex illis displicent, & impugnantur à prædicto Mag. tom. 4. in lucem edito. Quapropter, ut à nobis dicta

Circa gratias excitantes.

dicta in suo robore persistant; aliquibus, etsi breviter occurremus. 1. asserit, & repetit q. 3. n. 21. *Ob id Thom. admittentes motiones morales, sed motionem physicam non pendere à consensu nostro præstito moralibus, dicunt eas tantum deservire, ut suavius operemur, quod Deus vult.* De falsitate huius dicti egi in præsenti dub. 6. à num. 53. & tom. 4. dub. 4. fol. 48. & dub. 5. loquendo specialiter in statu naturæ lapsæ, & maximè; dum homo denuò convertitur ad fidem, & vocatur à Deo, ut per actus fidei, spei, charitatis &c. se præparet, ut ei iustificationis gratia conferatur. Nè autem in hoc asserto, aut in illius impugnatione sit confusio, distinguendum est inter hæc tria. 1. *Necessario, & essentialiter prærequiritur in homine, & etian in Angelis motus subitus sanctæ cogitationis, & sanctæ affectionis, ut liberè eliciant actum positivum supernaturalem.* 2. *Huiusmodi præcedentia requiritur per se loquendo, & attenta, tum debilitate, & infirmitate lib. arbit. post lapsum, tum etiam attento modo proprio operandi in illo, scilicet, procedendo de imperfecto ad perfectum.* 3. *Prædicti motus subiti etiam his omnibus attentis, solum requiruntur ad suavius operandum in ordine supernaturali.* 1. negamus, & probatum relinquimus dub. 5. citato. 2. concedimus, & 3. negamus.

Reijcit. 1

2 Nec aliud requiritur, quam 2. ad salvandas locut. SS. PP. Constat enim ex eorum doctr. & D. Thom. hac 1. 2. q. 113. per aliquos articulos ad iustificationem impij habentis usum rationis requiri per se loquendo ultra actum fidei, actum charitatis, contritionis de singulis, timoris, spei &c. Et rursus, ad huiusmodi conversionem actualem in Deum perfectam præcedere alias dispositiones, esto liberas, imperfectas, ita q. 112. a. 2. quin tamen per hoc quod possit oppositum accidere sine præcedentia formali dispositionis liberæ, etiam imperfectæ, possit dici illas solum requiri ad suavius. Idem potest confirmari pluribus doctrinis Ang. Doct. agentis de necessitate gratiæ ad aliqua opera, quin ex hoc inferatur illum loqui de necessitate omnino simpliciter tali; aut quod si hæc non datur; hæc tantum erit necessitas secundum quid; & ad melius; sicut equus est necessarius ad iter agendum. 3. Quia unde probat ly *Ob id*, scil. illos hoc tueri, ut salvent prædetermin. ita non pendere à consensu negativo, ut si necessario præcedant illæ gratiæ ab illo pendere, de quo est litigium, & quod ex eorum dictis, aut ratione non probatur.

Secundo.

3 Sed contra hæc obijcit 1. dictum ab Illust. Manrique lib. 4. in 1. part. controv. 39. cap. 1. num. 66. asserente: * Se discriminari à Thom. huius sæculi tuentibus auxilium morale non esse simpliciter necessarium ad actum liberum, sed solum ad melius, & ut effectus prædeterminationis suaviori, & connaturaliori modo sequatur. * Sed hoc parum urget. 1. Quia talia scripta huius Illustr. sunt quasi abscõdita in scrinijs; quare fides stabit apud transferentem illa. 2. Quia nescimus, qui sunt isti Thom. quos proprio nomine non refert. Scimus enim antiquos, quos ut MM. veneramur, scilicet, Alvarez, Lemos, Zumel, Albelda, & alios necessitatem per se gratiæ excitantis in motibus subitis consistentis tueri, quos sequuntur Thom. RR. 2. Opponit sent. M. Bolivar tract. de grat. Dei dub. 11. § 6. ubi de gratijs moralibus, quæ tollunt impotentiam moralem resistendi, & vincendi graves tentationes ait non esse simpliciter necessarias; si aditur specialis gratia prædeterminans. Unde solum requiruntur ad facilitatem vincendi. In primis hæc ponderatio est contra Arguentem: Nam M. Bolivar expresse loquitur de victoria tentationis purè ex motivo honesto naturali. At qui iuxta Arguentem gratia excitans adhuc naturalis honestæ cogitationis, & delectationis, non requiritur necessario ad actus liberos honestos naturales: Iratom. 3. q. 3. ergò hoc argument. est contra ipsum, & nihil concludit de actibus supernis.

Instat.

Respon.

Instat. 2.

Respon. 1.

4 2. Prob. ex verbis adductis non probari assumptum. Gratia enim excitans subitæ affectionis potest dupliciter immitti à Deo in homine graviter tentato cum iudicio etiam proponenti victoriam tentationis, ut hic, & nunc convenientem. 1. Ut sit

Secundo.

ita intensa, & vigorosa, ut auferat in expeditionem voluntatis provenientem ex motu delectationis subitę, tam in voluntate, quam in appetitu sensitivo, qua serenatur illius tempestas, & repugnantia, propter motionem ad oppositum. Alio modo, ut prædictam renitentiam, esto subitam, & in expeditionem non auferat. Idem dicendum de illustratione morali intellectus. Hac distinctione suppositа doct. Mag. Bolivar expressè loquitur de gratia morali auferente gravitatem tentationis, quantum attinet ad obscuritatem intellectus, & in expeditionem voluntatis propter renitentiam ad oppositum. De hac enim gratia asserit solum requiri ad vincendum tentationem cum facilitate, ut ex verbis illius constat. At vero de gratia illustrationis, & affectionis non auferente huiusmodi gravitatem, & difficultatem, nil affirmat, aut negat; sed hoc decidendum relinquitur alio ex capite: An, scilicet, cum homo tentatur ex interiori fugestione, & cognitione subita ad malum, & simul voluntas illius excitatur subita aprehensione boni, ex qua subito sequitur in voluntate affectus indeliberatus, necessario requiratur ad victoriam liberam. Ex his patet ad aliud, quod refert ex eodem dub. ult. num. 70. Nam expressè loquitur de gratia dante facilitatem, & expeditionem, quæ non erat necessaria in statu integritatis. Imò addit, sine hac gratia auxilium efficax non dari frequenter iuxta naturam rerum, & quod si detur sine illa; erit gratia specialissima pro statu corruptionis.

Duplex grat. excitans.

Sensus M. Bolivar.

De quo Rios de iudic. indifferent.

Idem dub 8. de dilect. naturali.

§. II.

Circa prædeterminationem ad facere imperatum ex velle.

5 TOm. antec. tract. de gratia cooperante dub. 3. probavi, quod esto volitio efficax sit auxilium ad facere; attamen, cum illa suppositа, Deus immediatè, physicèque moveat potentiam executivam ad elicientiam proprij actus; & hoc sit prævię illam physicè movere; probavi, inquam, concursum Dei cooperantis cum potentia executiva esse gratiam, & concursum prævium agentem in causam, quod est munus gratiæ prædeterminantis. Contra hoc arguit me (cum admiratione) de conseq. & contradictione in dictis; quia cum totis lacertis propugnaverim prædeterm. non consistere in actione increata Dei; modo munus concursus physic. prævij, sive prædetermin. eidem attribuo. Ad hæc tamen facilè Resp. Litigium inter AA. circa constitutionem prædeterminat. non esse de illa utcumque, sed de illa accepta, quatenus ultimo, & immediatissimè ad signum causæ elicientis proprium actum applicatur, & determinatur à Deo. Unde conceditur Deum decreto suo prædefinitivo prædeterminare, sive illud esse decretum prędeterm. ad actus liberos, & imperatos. Rursus: ipsis rationibus idæalibus, ut practicè influentibus in omnes effectus creatos ex intentione Dei determinantis eorum productionem attribuit S. Dionisius cap. 5. de Divinis Nom. munus causæ exemplari prædeterminantis, qua de causa in 1. dist. 36. quæst. 2. art. 3. definit eam Sanct. Doct. sic: *Ratio rei fiendæ in mente divina existens, secundum quod est productiva rei, & prædeterminativa.*

Tom. 4. q. 5. §. 4.

1. Objectio.

Resp. 1.

Confirm. 1. exemplis.

Rursus: Providentia Dei tam secundum ordinem intentivum, quam executivum, scilicet, ordinando res in finem, & illas gubernando, concurrit concursu prædeterminativo in omnes effectus creatos. Hinc de ipsa prædestinat. consistente essentialiter in actu imperij præparantis, & ordinantis homines per media efficacia ad vitam æternam, etiam quatenus immediatè illa exequitur; ut frequenter Thomistæ defendunt ex Magn. Par. August. dicitur per illam Deum prædeterminare merita electorum. Ex quibus clarè sequitur operationem increatam Dei productivam tam actus voluntatis, quam cuiusvis alterius causæ esse prædeterminationem, sive concursum prævium respectu illorum. Quare difficultas est circa prædeterm. sive concursum Dei prævium in omnem actum, ultimatè, & completè dictum; An, scilicet, sit aliqua motio creata recepta in causa sc-

6

Secundo.

Tertio.

Difficultas circa prędeter.

secunda, & immediatè illam determinans ad operandum; sive An ultrà decretum prædeterminativum; ultra rationes idæales, omnium existentium prædeterminativas; ultra dispositionem providentiæ omnia prædeterminantis, & præordinantis ad proprios fines; ultra imperium divini intellectus ab æterno ordinantis executionem mediorum, & in tempore prædeterminantis illam, imperando imperio Regali, & Monarchico, ut hoc fiat etiam liberè à voluntate, & sine ulla possibili resistentia factum est (ex quibus nihil ponitur physicè, aut obiectivè ex determinatione libera creaturæ, absolutè, aut conditionatè prævisa, vi cuius, aut contingenter, aut impedibiliter existant in Deo) detur in tempore, quando omnia relata debent propriam causalitatem exercere, & iam in rerum natura existunt, tam causæ naturales, & purè contingentes, quam causæ liberæ cum potestate, & facultate expedita ad exeundum in proprias operationes, adiunctis omnibus, quæ requiruntur ex parte actus primi; & requiratur aliqua motio efficax ab intrinseco, intrinsecèque inhærens, & immediatè potentijs, aut alijs principijs, à qua applicentur, & moveantur ad suas operationes? Hæc est difficultas, & quam affirmativè quantum potui, ibi propugnavi, cui à me aliquando dicta minimè opponuntur appellando actionem Dei concursum prævium, prædeterminantem. Nec huius responsionis ibi penitus oblitus sum: nam nè alicui daretur occasio similia dicendi num. 23. solut. ad 2. dedi 1. responsionem insistendo constitutioni concursus prævij per motionem intrinsecam. 2. dedi responsionem, ut inefficacia argumenti appareret, admittendo prædeterminationem consistere in actione immanenti Dei extrinseca creaturis.

Vide circa hoc ibi Dub. 8. Dub. 9. Dub. 10. & 11.

7 Secundo

Rursus: cum præcipuum assumpt. ibi sit probare falsitatem huius propositionis: *Prædeterminatio ad facere unicè consistit in ipso velle, à quo imperatur*: & hoc obtineatur, dummodo probetur illam consistere, vel in motione intrinseca, vel in actione Dei immediatè moventis, & determinantis omnino infallibiliter causam secundam ad operandum. Qua de causa non debeat præscindere protunc à constitutione illius; in aliquo ex dictis; cum ei adversentur etiam AA. negantes in aliqua motione intrinseca inhærenti causæ executivæ consistere? Hæc dicta sunt casu, quo ex à me dictis possit cum fundamento inferri aliqua contradictio materialis circa constitutionem prædeterminationis *ad facere*.

8 Tertio

Accuratè legi ea, quæ in prædicto dubio prælo mandavi, ut certo scirem, an solido fundamento possit quis contradict. supra dictis mihi opponere. Sed num. 5. §. 3. ut probarem hanc conclusionem: *Concursus, quo Deus influit immediatè in actum externum, est prævius respectu illius* (non dixi est prævius etiam respectu causæ ut efficientis illum (hoc enim relinquitur conclusioni sequenti.) Assumpsi hoc medium: *Omnis causa præcedit ordine naturæ ad suum effectum; sed actio Dei influens immediatè in actum externum se habet, ut causa, vel saltim est causalitas Dei in esse operantis illum: ergò est concursus prævius ad ipsum facere.* Ex his autem quis inferet, me sentire actionem Dei ratione sui, esse concursum prævium Thomisticum, non solum præcedentem actum, sed præcedentem ipsam causam, eam movendo, & applicando prævie, ut faciat? Idem dixi num. 6. ad idem intentum, & confirmavi exemplo præf. M. attribuentis actioni Dei, quam ponit gratiã cooperantẽ ad facere, munus concursum prævium, estò non relatè ad causam 2. illud producentem. Quod mihi est certissim. supposito Deum omnia operari effectivè per actionem secum identificatam. Rursus concluf. 3. probavi: *Gratia cooperantem ad facere esse gratiam intrinsece efficacem* hoc discursu: *Gratiam cooperans * iuxta M. praelaudatum * est actio Dei immanes, ut causans in nobis facere, sed actio Dei &c. connectitur cum ipso: ergò est ab intrinseco efficax.* Rogo, an ex his, quæ alteri attribuo, sentiam ego, quod gratia cooperans consistat in actione Dei immanenti.

9

Postquam autem probavi illam

lam movere causam executivam, intuli num. 8. probando: *Talem gratiam physicè movere potentiam executivam ad actu facere; quia motio moralis solùm exercetur suadendo, seu alliciendo voluntatẽ &c. Cum igitur gratia Dei non sic moveat, non est motio moralis, sed physica.* In hoc discursu solum potest esse difficultas circa mai. in qua dixi *gratiam cooperantem esse actionem Dei.* Et idẽ n. 10. Sed hoc nil refert ut ita sentirem. Tum quia debet intelligi; sicut dixi supra, *ut ipse M. existimat*; ut hoc modo ex his, quæ ipse tuetur, efficacius redargueretur, & nè excitaretur dub. de const. grat. coop. Tũ quia talis propositio habet sensum conformen ant. dict. 1. Quia gratia efficax est quasi virtus, & causalitas illius, à qua haurit suam efficaciam; propter quod non ponit in numero cum actione increata Dei; imò nec cum divina voluntate; ut millies repetit V. Lemos. Tum quia sic appellatur gratia efficax, qua Deus convertit ad se Angelos per dilectionem supernatur. Ita S.D. 1. p. q. 62. a. 20. & alijs innumeris testim. SS. PP. & Conc. esto dissentiant Theol. quid per actionem, & Deioperationem ab eis intelligatur. Hinc evanescit objciuncula supra adducta. Nunc redeo ad ea, quæ protuli supra fol. 4. num. 8. scilicet, præmature impugnasse præd. Mag. ea quę ex sugestu ut dictata à me circumferuntur, sciens illa esse in procinctu, ut lucem aspicerent: quia nimirum illa, vel pluribus mendis abundant; vel quia pro hoc eventu sunt limanda. Hac eadem de causa, qui legendo præd. Mag. dubia, & paragraphos in meis scriptis quæsierit, prout ab illo referuntur; invenietur desiderio frustratus, & plura, quæ ex me refert, nec per umbram inveniet. Sic enim oportet; imò & necesse est agere.

20 Ad præcip. assumptum descendens, ut probem prædetermin. ad actum externum liberè imperatum à voluntate creata non esse ipsam volitionem: suppono iuxta illius opinion. actionem Dei cum ipso identificatam dici *gratiam operantem*, quatenus efficit *velle liberum*; cooperantem vero, ut efficit actum imperatum. Cum autem omnis causa, aut causalitas efficiens sit prævia ordine naturę ad suum effectum; actio Dei ut cooperantis est *prævia*, & *præoperans* relatè ad actum imperatum: cooperans vero relatè ad voluntatem nostram, quam supponit, & cum qua operatur. Sed tamen, esto sit gratia *præoperans* actum externum, non tamen *prædeterminans*, nec *auxilium quoad illum*, nec *præmotio physica*: quia ad hoc requiritur præcedentia ad nostram determinationem, quæ habetur per velle. Cumque concursus Dei cooperantis supponat nos determinatos ad actum externum per nostrum velle; talis concursus erit gratia efficax, & præoperans *facere*, non tamen *prædeterm. præmovens &c.* nec *gratia faciens* potentiam executivam facere. Si autem quæras, An concursus talis gratiæ sit simultaneus? Respond: affirmativè relatè ad voluntatem, cui cooperatur, & solum esse prævium relatè ad ipsum actum imperatum. Hæc est summa totius doct. ingeniosè traditæ. *Sic q. 81 §. 3.*

II Illa supposita sic arg. dub. 3. prob. quod actio Dei cooperantis (quæ iuxta illum est gratia cooperans) producens effectivè actum imperatum est gratia prædeterminans, & præmovens ad illum, & ideò gratia faciens potentiam executivam facere. Assumpt. probo. Nam ita præoperatur actum, ut simul *moveat*, & *applicet* potentiam ad eliciendum illum; ita explicat influxum gratiæ cooperantis, P. Aug. Sanct. Doct. & S. Bernard. ibi citati. Et item; quia cum non solum actus imperatus sit quid bonum, sed etiam hoc quòd est potentiam executivam illum producere; necesse est, quod hoc habeat ex actione Dei immediatè illud efficientis, & donantis: quod unicè ab actione Dei cooperantis provenire valet; gratia enim operans qua talis solum attingit effectivè nostrum primum velle. *Prob. in compend ex dictis tom. 4.*

12 His, & alijs, quæ mihi videntur efficacia, ut probent non solũ volitionem nostram, ut imperantem esse *auxilium* ad actum imperatum; verum & simpliciter loquendo, tale auxilium prædeterm. præmotionem &c. esse actionem, per quam Deus cooperando voluntati illum efficit, ideò-

Sensus præd. M.

Solutio novissima.

ideòque, etsi teneatur in tali actione consistere gratiam cooperantem, non vero in aliqua motione creata; dicendum esse gratiam cooperantem stricte acceptam esse prædetermin. novam, etsi subtilem Resp. tradit à n. 42. quæ ferè omnibus probat: in contra occurrit. 1. Corrigit id quod dixerat de actione Dei cooperantis esse *præoperantem* actus externos; dicens modo illū esse concursum purè simultaneum, & cooperantem. Non enim dixit P. Aug. de grat. & lib. arb. c. 17. nos dependere à Deo *præoperante* cum volumus, sed *cooperante*: ergò contra illum est dicere actionem Dei efficientem motum manus v. g. esse *præoperantem*. Quare subdit: *Expressio mea prius data, corrigenda est & etiam Primarij doctr. ut plenè sinus Augustiniani, & loquamur cum Sanct. Par.*

Sic tenuit tom. 1. q. 5 §. 4. & q. 8. § 3.

13 Sed cum negari nequeat actionem Dei efficientem motum externum illum præcedere; cum omnis vera causa efficiens, aut causalitas sit prior suo effectu. Respondet distinguendo *in motu* (idem in quolibet nostro facere) & rationem termini, sive effectus: & rationem causalitatis, & actualis productionis, qualiter habet respectu potentiæ executivæ: (relatè enim ad Deum non se habet ut eius causalitas, aut operatio; sed ut effectus, & quid operatum) hac distinctione supposita ait: actionem Dei se habere ut efficientem illum sub ratione termini, & effectus; non vero sub ratione causalitatis potentiæ executivæ. Sub hac etiam ratione provenit à velle imperante facere, ideòque Deus solum per talem volitionem agit, movet, & prædeterminat potentiam executivam ad proprium actum.

Si dicas.

Resp.

14 In primis 1. pars distinctionis, scilicet, actionem Dei cooperantis producere actum externum, & illum præcedere; sub ratione term. & effectus nihil dicit ex parte obiecti; quia si illum producit sub tali consideratione ipsum producit. Nec potest Resp. ly *sub &c.* significare rationem formalem sub qua. Non, inquam, potest. Nam formalitas, sive expressio termini, & effectus, non sunt ratio *sub qua*, sed illa spectat ad aliquam lineam entis, cognoscibilis, corporis, animalis &c. ideo enim aliquid dicitur terminus, & effectus, quia sub aliqua ratione formali ab alio dependet. Quis enim dicet intellectum producere cum lumine gloriæ visionem beatam sub ratione effectus, tanquam sub ratione formali: hoc enim est nihil dicere; ideòque recurrunt ad rationem vitalitatis cognoscitivæ ad rationem supernaturalis. Deindè, ea parte, qua asserit actionem Dei non efficere immediatè ratione sui motum extrinsecum, ut est causalitas suæ potentiæ, mihi apparet omninò falsum. 1. Quia sub hac formalitate est ens, & quid bonum per participationem: ergò est verè immediatè à Deo ut primo efficienti, & per quem omnia facta sunt. Urgeo 1. Id, quod secundum suum conceptum differentialem, & specificum est à Deo ut causa immediata illum producente, est hoc modo à Deo secundum rationem causalitatis, aut operationis; si ratio causalitatis, & operationis est de conceptu specifico illius; sed sic se habet motus respectu virtutis motivæ manus, & vilio corporea respectu potentiæ visivæ, & sic de alijs: ergò cum negari nequeat essentiam horum esse immediate effective à Deo &c. Ulterius. Munus causalitatis in visione corporea v. g. est constituere actu videntem ipsam potentiam; & si velis, cum egressu ab ipsa potentia, ut à principio se movente per illam. Nunc rogo: est ne aliquid in visione, quod verè, & cum omni rigore non sit immediatè productum à Deo? Neutiquam. Quia cum terminus formalis actionis divinæ sit ratio entis realis eodem rigore, & ea extensione, qua transcendit omnia ratio entis, transcendit illius causalitas.

Reijcitur quoad 2.

Urg. 1.

Secundo.

Nec valet dicere. Hæc omnia solum probare de efficientia causalitatis potentiæ executivæ ex parte rationis *quæ*, non vero ex parte rationis *sub qua*. Non, inquam, valet. 1. Nam ad verā præced. actionis ordine causalitatis, & naturæ, sufficit aliquam rationem esse ab ea propriè productam *ut quod*, & non in sensu purè mater. & comitanti; esto non se habeat ut ra-

15 Si dicatur

Cont. est 1.

Reijcitur quoad 1. dictum.

ratio formalis *ſub qua*, ut eſt innegabile. Sole enim producente corpus ſublunare ſub ratione corporis, non ſolum concurſus activus illius eſt prævius ordine cauſalitatis ad rationem communem corporis, ſed ad omnia, quæ re ipſa effectivè ab illo dependent. Idem in omnibus alijs cauſis, & in ipſo Deo, quibus, & unicuique aſsignatur ratio *ſub qua* propriæ activitatis. Deniquè. Quod viſio egrediatur à viſu, & quod denominet illum actu videntem; convenit ei a Deo effectivè ut cauſa univerſaliſsima. Hæc autem iuxta Sanct. Doct. *intimius*, *immediatius*, & *principalius* influit, quam 2. ergò ratio cauſalitatis &c. Et quidem ſi res attentè conſideremus, nec *ipſum velle* imperans, in quo A. ponit prædeterm. poteſt reſpicere pro ratione formali *ſub qua* munus cauſalitatis propriæ potentiæ. Si enim conſideretur talis volitio ratione ſui ſolum reſpicit pro ratione formali *ſub qua* rationem boni appetibilis. Si conſideretur ut quaſi cauſalitas, aut motio Dei, ut 1. cauſæ, reſpicit pro termino formali rationem entis: ergò nunquam ſalvatur diſcrimen &c. Quare ratio adducta probat concurſum prævium ad actionem imperatam. Quibus ſi adiungatur, quòd actioni divinæ illum efficienti attribuit præd. Mag. munus gratiæ cooperantis, quod eſt movere potentiam ad efficiendum id quod volumus; ex hoc ipſo eſt verè concurſus prævius.

Ultimo.

Reſtat ſolvere fundamentum,

16 quo intendit probare concurſum effectivum Dei immediatum in operationem imperatam ita eſſe ſimultaneum, ut nec ſit prævius ad ipſam potentiam operativam, nec illius operationem in ſenſu formali, hoc eſt, ad hoc complexum *potentia operans*. Arguit. Potentia creata iuxta vos ſolum eſt operans in ſigno operationis; ſed ſignum actionis Dei iuxta vos eſt prius ſigno operat: creatæ; cum illa ſit cauſalitas: ergò eſt prius etiam ipſa potentia operante: ergò nec eſt ſimul relatè ad operationem, nec ad potentiam, cui cooperari vult. Reſp. negando mai. Nam hoc *ſignum*, *aut ſignatum*, *potentia operans* dicit potentiam ut dantem eſſe operationi; & ex hoc dicit operation. ab illa dependere: ergò potentia eſt in ſigno priori; & operatio ſignificata per ly *operans* eſt in ſigno poſteriori: ergò ex quo actio Dei præcedat operationem, quam cauſat, non tamen præcedit potentiam dantem eſſe actioni; hoc enim non habet, nec à concurſu ſimultaneo Dei, nec ab operatione, quam cauſat. Quòd non obſtat, ut totum hoc *potentia operans* ſint in eodem ſigno; ſed hoc tantum erit verum relatè ad aliquem terminum ab utroque productum, ſi ſit actio tranſiens, vel ſi ſit actio immanens, relatè ad aliquod obiectum. Sic *calor calefaciens ſe habet in eodem ſigno relatè ad calorem productum, ut cauſa, & cauſalitas; ſimiliter voluntas volens relatè ad volitum. Idem ſi velis de eodem complexo, prout denominatur ſubiectum illius ab operatione, ut forma conſtituente illud in eſſe operantis.

Obijc 1.

Reſp.

*Duo exempla.

17

Nec authoritas Magn. Par. obſtat. Licet enim facere noſtrum ſit dependens tanquam à vera cauſa à concurſu Dei ut cooperantis, cum iſte non ſit niſi poſt actionem Dei producentem velle, non dicitur dependere ab illo, ut præoperante in ſenſu ſtricto. Eſt enim expreſſum in D. Thom. * exponente Magn. Par. non quemcumque Dei concurſum, eſto prævium ad actionem cauſæ creatæ, & etiam faciendo eam facere, dici ſtrictè operantem, niſi ſit ad actum primum internum; unde ſi non ſit operans, multo minus erit præoperans. Quando M. P. affirmat facere noſtrum dependere à Deo *cooperante cum volumus*, ly *cooperante* non excludit cooperationem, vel ſimultatem cum voluntate, licet excludat ſimultatem relatè ad actum imperatum. Hinc iuxta doctr. à nobis tradi-tam loco citato de gratia cooperante conſiſtente in gratuita motione Dei moventis ad actum externum: prædicta motio eſt gratia prædeterminans potentiam executivam, vi cuius immediatè, & cum ſubordinatione ad Deum elicit proprium actum. Sed tamen, cum nihil ſit, quod non ſit immediatè productum a Deo, & cuius non ſit author; ultra motionem præ-

* 1. 2. q. 111. a. 2.

prædeterminantem, & concursum cum illa, sua actione secum identificata producit etiam immediatè eandem operationem simul cum eadem causa creata prædeterminata; licet talis actio Dei sit prior ipsa actione creaturæ, quam respicit ut effectum per ipsam productum.

18 Arguit 2. instando contra me iuxta dicta in solutione. Ideò
Obijc. 2. actio Dei causans motum manus v. g. non est præoperans respectu voluntatis imperantis, quia pro eodem signo, in quo actio Dei precedit motū, adest velle voluntatis. Sed etiam in eodem signo adest actio potentiæ manus efficiens suum motum: ergò actio Dei est concursus simultaneus respectu voluntatis, & respectu potentiæ ut exequentis motum, imò & respectu ipsius motus, ut est realis causalitas sui ipsius. Prob. min. Motus manus quia vitalis, fit vitaliter, & egreditur à potentia motiva illius; sed non per aliam actionem, aut motum, nè detur processus in infinitum: ergò ille motus est realis causalitas sui ipsius. Sed omnis causalitas realiter præcedit effectum iuxta solutionem: ergò pro priori ad motum in esse termini præcedit motus, ut realis causalitas, & ipsa manus efficiens motum: ergò pro signo, in quo actio Dei operatur motum, præcedit etiam motus operans eundem motum: ergò est simultaneus respectu voluntatis, respectu potentiæ, & respectu ipsius motus, ut est causalitas sui.

19 In primis admisso actionem
Resp. Dei operantis motum v. g. manus esse etiam concursum simultaneum relatè ad voluntatem, ut imperativè influentem in illum, & respectu manus, ut illum exequentis, non infertur esse etiam relatè ad ipsum motum, prout est realis causalitas, & productio sui. Hoc enim assertum iuxta principia Philosophiæ est mihi apertè falsum. Aliud enim est illum non indigere alia actione distinct. aliud esse causalitatem effectivam sui. Ad hoc enim requiritur realis dependentia, proindeque realis prioritas, & distinctio: pro quo adducantur omnia, quibus probatur in Philosophia motum distingui realiter à termino; & similiter actionē. Sunt enim aliquæ denominationes, quæ non exiguut realem distinctionem inter formam denominantem, & rem denominatam: ideòque rationes formales alia subiecta denominantes, etiam seipsas denominant. Sic in luce relatè ad denominationem visibilis, & in revelatione divina se ipsam revelante, in existentia per se ipsam existente, & in quantitate se ipsam extendente &c. At vero efficientia realis, & realis dependentia ex parte rei effectæ dicunt distinctionem realem, ideòque eiusdem ad se ipsum non datur similis denominatio. De quo latè tom. 4. de grat. adiuv. dub. 11. §. 3. à num. 14. usque ad 21. contra Ill. Palanco. Deindè falsò supponit me negare talem actionem Dei, ut causantem immediatè motum manus, esse etiam concursum simultaneum relatè ad potentiam, ut illum exequentem, vel illum producentem; cum hoc expressè asseram. Licet enim actio Dei ut per prius præmovens potentiam manus sit concursus prævius, & in causam; attamen sub alia terminatione, sub qua simul cum potentia executiva immediatè per suam substantiam efficit motum, est simul cum illa influens influxu tantum prævio ad ipsum motum.

Ex dictis manet excluſſa re- 20
sponsio, qua se protegit, ut salvet nullam actionem Dei supponentis velle imperans in creatura, & cooperantis cum potentia executiva, prædeterminare illam: quia nimirum esto Deus Compen-
immediatè efficiat operationem po- dium.
tentiæ executivæ, non tamen illam efficit, ut est operatio, & realis productio; quia tamen sub hac ratione fit mediante velle, ideò velle est prædeterminatio ad talem operationem. Manet, inquam, excluſſa. 1. ex dictis, 2. quia repugnat, quod volitio creata faciat potentiam executivam facere, & illa supposita, non remaneat locus actioni divinæ, ut hoc ipsum faciat; cum in hoc quod est potentiam executivam elicere suam operationem, cum sit 2. efficiens, debeat subordinari immediatè Deo, ut 1. efficienti. Hinc dicere prædictum velle eundem influxum, & eodem modo se habere, ac se habet qualitas præ-

de-

determinans eſt falſum. 1. Quia potentia executiva eſt mobilis à voluntate creata intra proprium ordinem, & à Deo ut 1. motore, proindèque immediatius, & intimius mobilis ab illo; ſicuti cauſa prima vehementius, & intimius influit, quam cauſa ſecunda. Quare licet hæc motio prævia, quia ex ſua eſſentia eſt participatio efficaciæ voluntatis, & omnipotentiæ, ſit ratione cuius Deus facit eam facere concurſu excedente ferè in infinitum motionem voluntatis: per illam Deus facit verè, ut faciamus. 2. Quia in ſententia oppoſita poſt efficientiam Dei producentem velle, nulla remanet efficientia in Deo, qua verè effectivè faciat potentiam executivam operari. 1. Quia volitio non effectivè ſtricte movet potentiam, donans ei reipſa facere ſuum actum. 2. Quia in hoc quod eſt illam exire in actum 2. efficiendo illum, Deus iuxta ſolutionem, non exercet tunc munus motoris phyſici, & phyſicè reducentis potentiam de otio in actum; operatio enim Dei producentis velle, & volitio ipſa ſunt in 1. ſigno. At verò poſita motione intrinſeca ſuccedit virtualiter poſt noſtrum velle actio Dei produceus 1. talem motionem, qua phyſicè applicatur, & determinatur, & ſimul cum ipſa potentia creata determinata facit eandem actionem. Quare, ſicut ipſa motio determinando facit eam facere, ita Deus vi actionis illam cauſantis, & donantis efficaciam applicandi ad actum, verè facit eam facere.

Quia prædict. Mag. num. 46. ait: *ex meis prob. non ſuaderi, quod actio Dei agat in potentiam executivam faciendo illam facere; quod erat neceſſarium, ut probaret, volitionem imperantem non eſſe predeterminationē ad facere; *ſciendum in hoc dicto plura confundi, ita ut niſi diſtinctè loquamur, neſcimus quid ſit prędeterminatio Dei ad facere. Cum enim expreſsè propugnaverim actionem increatam Dei per hoc præciſsè quod ſit realis productio operationis cuiuſvis creaturæ, tam volunt. quā alterius non eſſe prædeterm. eo quod prædict. titulo ſolum ſit concurſus prævius ad action. non vero ad elicient. actionis;

21 Inſtant. occurrit.

Si hoc modo, nullo alio intellecto, id probare contenderem; ſine dubio ultra inconſequentiam, inefficaciter procederem. Igitur actioni Dei immediate efficienti operationem potentię executivæ, aliunde imperatam ex velle, adiūgi debet, & adiungitur id, quod prædictus Mag. tuetur, ut quæſtio quæ in præſenti deciditur ſit de grat. cooperante ad facere (ſub hoc enim titulo proponitur,) & quæritur ſupponendo cum ipſo, quod actio Dei prout terminatur ad facere dicitur, & eſt gratia cooperans: An, ſcilicet, illa ſit prædetermin. ad facere, non præciſſe quia immed. productiva huius, ſed quia productiva modo proprio gratiæ cooperantis iuxta ſenſum M. P. aliorum PP. & S. Bernardi, & Ang. Doct. munera propria gratiæ operantis expon: Per *movere potentiam executivam ad actum externum; applicare illam, & eſſe ita prævenientem ad facere ſubſequutum ad noſtrū velle*, ſicuti gratia operans prævenit ipſum velle. Ex his, & alijs muneribus convenientibus gratiæ cooperanti (quæ iuxta Adv. eſt actio increata Dei) probamus actionem Dei cooperantis eſſe concurſum prævium moventem, & facientem potentiam executivam operari; ſecus autem velle cauſatum ex gratia operanti (quæ iuxta ipſum conſiſtit in actione increata Dei) & eſt iuxta ipſum prædeterminatio ad velle. Hac ratione ferè ſemper loquor de actione Dei, prout ab ipſo ponitur, ſcilicet, prout eſt gratia *cooperans*, & prout eſt *præoperans* in potentiam executivam actum externum, ut videre eſt num. 10.

Sensus dub.

Locutiones de quibus predict. dub. & ſequenti.

12

Sed omitti non debet Reſp. quam præbet authorit. D. Thom. dicenti *gratiam cooperantem eſſe gratuitam Dei motionem, ſecundum quam Deus movet potentiam ad actum externum, & iuxta D. Bern. applicat voluntatem operi, & opus explicat voluntati: *in quibus continetur concurſus in cauſam. Ait enim: * huiuſmodi gratuitam motionem eſſe ipſum velle, ideòque etiā eſſe gratiam cooperantem. *In quo dicto deſcribit aliam conſtitutionem gratiæ cooperantis; ſiquidem prius illam conſtituerat in actione Dei, ut producente

Quædam expol. gratiæ coop. reijcitur.

in

in nobis facere modo in ipso velle. Rursus, ubi invenitur dictum in M. P. aut D. Thom. explicante divisionem gratiæ in operantem &c. unam consistere in actione immanenti Dei; aliam in nostro velle. Scio in eadem Respons. distinguere 2. gratiam cooperantem: unam quę est motus concursus simultaneus, nec adhuc prævius ad actionem potentiæ executivæ; aliam vero, quæ est præcedens actus imperatos, & prædeterminat ad illos, & huiusmodi gratiam, ait, consistere in velle: & de illa verificari esse gratuitam Dei motionem. Sed contra est 1. Nam gratia cooperans ex terminis, prout differt ab operanti in divisione tradita à Magn. Par. sic definitur à D. Thom. *Gratuita motio, per quam Deus movet ad actum externum*: ergò voluntariè, & præter illius doctrin. ponitur alia definitio illius. 2. Gratia cooperans iuxta Magn. Par. est qua Deus cooperando, est causa perficiens; sed velle nostrum non est causa perficiens actum externum, nec per illum cooperando perficit. Tolle actionem Dei immediatissimè efficientem actum externum, & vide, si iam perfectum est opus externum: ergò. 3 Causa, cui Deus cooperatur, non est id qua dicitur cooperans; sed Deus volentibus cooperatur perficiens iuxta M. P. ergò hoc velle non est cooperatio Dei.

§. III.

Circa gratiam, qua homo trahitur à Patre; intus audit, & qua doçetur ab illo.

23 PRælaud. M. tom. 1. q. 6. hæc habet: *P. Aug. tract. 26. in Ioann solum meminit gratiæ moralis, quia ibi exponit illa verba Ioan. 3. Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum*, Ex quo infertur illum sentire in prædicto testimonio non contineri iuxta mentem P. Aug. gratiam effectivam, sive strictè adiuvantem, & quæ iuxta eundem est prædeterm. ad velle, & credere. Hoc dictum (quod nescio an ab aliquo A. prædeterm. proferatur) reijcitur 1. prob. alijs in locis, ubi refert idem testim. loqui de gratia effectiva, sive donante reipsa velle, & credere. 2. etiam ex tract. cit. satis efficaciter probari eandem gratiam contineri; quamvis negari nequeat fieri etiã sermonem de gratia moraliter alliciente sanctis affectionibus, & inspirationibus; ut ex ipsa littera patet, & D. Th. affirmat in eiusdem text. expos.

Sensus M Manso.

24 Hinc constat præsens dissidium solum habere locum supposita gratia prædeterm. effectiva nostrorum actuum. Lib. de præd. SS. c. 8. postquam probavit ex Apost. ad Rom. 1. fidem esse donum Dei, & provenire ex gratia illius; quia Ecclesia orat pro non credentibus, ut fides ipsa donetur, hęc habet: *Cum igitur Evangelium prædicatur, quidam credunt*: hoc est, *illis datur, ut credant; quia nemo*, inquit, *venit ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit.* Nunc sic: Gratia per quam datur à Deo hominibus, ut credant, necessario dicit gratiam efficientem, sive operantem in eis credere; de qua enim gratia verificatur maiori cum proprietate per illam dari credere; quam de gratia id operante physice, & efficiente illud? Ut videtur innegabile. Sed iuxta Magn. Par. *Ideo per gratiam Dei datur hominibus ut credant; quia nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum, ut dicitur Ioann. 6.* ergò gratia qua Pater trahit homines, ut veniant ad Christum, contenta in verbis Evangel. est gratia reipsa operativa, sive effectiva fidei. Urg. 1. iuxta sententiam Adversariorum hæc propositio Magn. Par. *Per gratiam Dei datur hominibus ut credant, quia trahuntur à Patre, ut dicitur Ioann. 6.* facit tantum sensum dispositivum per modum causæ moralis, quia, scil. si consentiant negativè vocationi, Deus donabit gratiam effectivam, per quam datur hominibus ut credant; in sententia autem Thomistarum, quam ego sequor, esto præcedat gratia moralis; ly *quia* facit sensum formalem; & significat causam intrinsecam, ut fides ipsa per gratiam donetur; quis ergò maiori cum proprietate exponet Magn. Par? Abidubiò intelligentes ipsum detractione media gratia effectiva.

Impug.

Urg. 1.

Etenim si pro causa, ut hominibus detur ex gratia Dei, ut credant, tantum ponitur tractio moralis; adhuc restat difficultas, An hæc sufficiat: & præsertim apud AA. tuentes requiri necessario gratiam prædeterminantem, sive effectivam. Unde sensus M. P. maneret pendulus, & ex illo non posset argui efficaciter contra eum qui diceret, *illam sufficere, ut Deus donet fidem, sive ut hominibus detur, quod credant* nulla alia superaddita gratia; quod neutiquam credam.

25 Confirm. 1.

Confirm. ex his, quæ immediatè subdit: referens alia verba Evang. ibi. *Sciebat enim, inquit, ab initio Iesus, qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat: propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me &c.* Ex quibus infert M. P. *Ergò trahi à Patre ad Christum, & audire, & discere à Patre, ut veniat ad Christum, nihil aliud est, quam donum accipere à Patre, quo credat in Christum.* Et postquam adducit illud Ioan. 3. *Nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Iterum infert: *Fides igitur, & inchoata, & perfecta donum Dei est.* Si ergò *trahi à Patre, nihil est aliud, quam accipere donum, quo quis credat in Christum*, & hoc ipsum significatur etiam in illis verbis, nisi fuerit ei donatum a Patre meo; cum hæc omnia proprijssimè verificentur per gratiam efficacem, per gratiam vero moralem impropriè, & in sensu conexivo; dicendum gratiam contentam in illis verbis: *Nemo venit &c.* includere gratiam effectivam.

26 Secundo:

Lib. 1. contra 2. Epist. Pelag. cap. 3. hoc ipsum docet. Ibi enim probat fidem esse donum Dei triplici testim. 1. ad Ephes. 6. *Vobis donatum est pro Christo ut credatis in Deum. 2. Pax fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre, & Iesu Christo* 3. Ioan. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater &c.* De quo ait, *nihil significari per venire ad me, quàm credere in me.* Nunc sic arguo. Si hæc tria adducit Magn. Par. ut probet hoc systema: *Fides est donum Dei* (sic ponitur in margine) & ad hoc ultra gratiam moraliter moventem necessaria est gratia effectiva, per quam operatur Deus velle, & credere, in prædict. test. continetur hæc gratia: Aliàs ad quid adduceret 3. testim. Imò defectivè procederet Magn. Par. si post testimon. probantia fidem provenire à gratia effectiva, sive prædetermin. adderet testim. probans concursum, & motionem purè moralem. Arg. 2. Si eadem sententia sola verborum distinctione continetur in duplici testimon. adducto, scilicet: *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Et: *Nemo potest &c. nisi Pater, qui misit me traxerit eum.* Si in 1. docetur fidem provenire à gratia Dei effectiva, & physicè operante fidem; hoc idem docetur in 2. Sed sic evenit iuxta Magn. Par. ergò si 1. testimon. loquitur de gratia effectiva &c. Prob. min. Magn. Par. sic ait: *Ubi nè quisquam putaret aliud esse dictum venire ad me, quam credere in me. Propterea* (ait Evang.) *dixi vobis, quia nemo venit ad me, nisi ei fuerit datum à Patre meo. Sententiam, scilicet, iteravit qua dixerat nisi Pater, qui misit me traxerit eum.* Et item: *Id ipsum repetendo alijs verbis in eo quod ait, nisi ei fuerit datum à Patre meo. Ille quippe trahitur ad Christum, cui datur, ut credat in Christum.* Hæc si sincerè, & attentè pensentur, assertum nostrum ferè convincunt ex suppositione necessitatis gratiæ effectivæ, sive prædetermin. ad credere.

Ponderat 1.

Secundo:

27 Prob. ex posit. in Ioann.

Quod autem in posit. super Ioann. ultra tractionem per gratias morales etiam describat S.P. tractionem per gratiam effectivam. Suadetur 1. ex ipso exordio, dum ait: *Magna gratiæ commendatio: quare hunc trahat, & alium non trahat, noli velle iudicare, si non vis errare.* Commendatio est magna; quia de magna gratia. Gratia re ipsa, & effectivè non trahens homines ad Christum credendo in eum, non est talis, quia illa nihil cum effectu prodest, si actu non credimus in Christum: *Melius,* 2. Petri cap. 2. ait S. Petrus, *erat eis viam veritatis non agnoscere, quam post cognitionem retrorsum abire.* Scio prædict. Mag. dicere; ex hoc ipso suaderi, quod solum loquatur ibi de gratia morali; cum quæst. de tractione ad fidem per gratiam effectivam non sit insolubilis in sensu comparativo huius, & non alterius; cum pendeat à consensu nega-

negativo. Solùm igitur quæst. circa gratiam moralem prævissam congruam ad talem cõsensum erit insolubilis. Ex quo sequit. M.P. aientem difficult. concordandi necessitatem, & efficaciã gratiæ cum libero arbitrio non posse solvi per *velle*, & *nolle liberi arbitrij*, quæ significant exercitia positivè; ipsum sentire illam esse solubilem *per consentire*, & *dissentire negativè*. Res mihi miranda! Cur SS. P. feciſti nobis sic? Dic tantùm unum verbum; *sed per consensum purè negativum*, & *disensum liberi arbitrij*, & sanabitur Puerilis ignorantia nostra.

28 Isaiæ 54: Secundo:

2. Gratia illa, secundùm quam, & per quam verificatur: *Et erunt omnes doctibiles Dei*, est gratia, quæ continetur in illis: *Nisi Pater meus traxerit eum*; sed gratia illa est iuxta M. P. gratia effectiva: ergò & gratia, per quam trahit Pater ad Filium &c. Mai. est S.P. ibi: Nàm postquàm dixit, quòd neque qui plantat, neque qui irigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus, subdit: *Hoc est erunt omnes docibiles Dei. Qui omnes? Omnis qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me. Videte quomodò trahit Pater. Docendo delectat. Ecce quomodò trahit. Erunt omnes docibiles Dei. Trahere Dei est. Omnis qui audivit, & didicit, venit ad me: trahere Dei est. Quid est autem vobis trahi à Patre, nisi discere à Patre.* Ergò iuxta M.P. in tractione Patris descripta à Joan. continetur etiam gratia, per quã verificatur, quod omnis qui didicit, venit, sive credit in Filium. Atqui hæc gratia dicit gratiam etiam effectivam, per quam datur fides: ergò in gratia trahente continetur &c.

Concedit Addiscere provenire à grat. effectiva:

Urgeo:

Quod urgetur, dùm subdit: *Quid est vobis* (scilicet credentibus) *trahi à Patre, nisi discere à Patre?* Ergò datur, & continetur iuxta M. P. in illis verbis *traxerit* duplex tractio, alia moralis, & quòad sufficientiam, alia quòad efficaciam, quæ est donatio Fidei: ergò dicere solùm loqui de motione morali, aut hanc solùm contineri in verbis relatis, opponitur

Magn. Par.

***

§. IV.

Circa gratiam, qua Deus docet hominem; An sit effectiva?

29 Refertur doct: M. P.

PRO quo notanda est doctrina M. P. quam tradidimus tom. præc. de potentia gratiæ dub. 1. n. 11. lib. de Gratia Christi cap. 12. 13. & 14. ubi ponit duplicem modum, quo Deus docet hominem. 1. *ostẽdendo veritatem, & donando scire quid agant. 2. ita ut non tantum ostendat veritatem, sed donando ut quid agant scire, & agere quod sciunt. Qui autem 1. modo docentur: solum docentur secundum legem, non vero secundum spiritum. Qui autem 2. modo docentur, docentur secundum spir. quia ita docet, ut non tantum cognoscendo videãt, sed etiam volendo appetant, & agendo perficiant. Et isto divino docendi modo etiam ipsa voluntas, & operatio, non sola volendi, & operandi possibilitas adiuvatur. * Ex quibus Resp. affirm. & prob. loquendo circa doctrinam Dei, quæ est secundum spiritum. Gratia donans scire quid est agendũ, & simul donans agere, quod sciunt, est gratia effectiva; non purè moralis; sed iuxta M.P. datur gratia, per quã Deus his, quos docet secundum spiritum, donat scire quid agant, & agere quod sciunt: ergò gratia docens modo dicto est gratia effectiva. Urg. Gratia, quę est adiutorium voluntatis, & actionis, est gratia effectiva, ut constat ex M.P. ubi sup. sed dum Deus docet secundũ spiritum, per talem modum docendi adiuvat Deus adiutorio voluntatis, & actionis: ergò est gratia effectiva.

Resp. affirm. & prob.

Urgetur:

Omnia sunt M.P.

30 Negat: M Manso:

Renuit concedere: Præd. M. gratiam effectivam, scil. donantem velle, & perficere bonum esse doctrin. per quã Pater docet; hoc enim, ait, solum fit per gratiam excitantem, illuminantem, & inspirantem. Et quia gratia inspirationis in his, qui vocati sunt secundum propositum Dei, conectitur cum gratia effectiva dante illis ut appetant bonum, & illud perficiant; propterea prædicto modo docendi attribuit M. P. supra recensita. Sed hæc expolitio est volunt. & meo videri violenta textui S. P. Sic ait: *Quando*

Exposit testim: M P: reijcit

Deus docet per spiritus gratiam, donat ut quod quisque didicerit, volendo appetat, & perficiat. Item: *Hoc divino dicendi modo non solum possibilitas, sed voluntas & actio adiuvatur.* Solutio dicit non ita; sed, dum sic docet: *Donat consensum negativum, ad quem consequatur ratione divinæ promissionis, sive ordinationis, gratia effectiva, & ad quam sequetur ut effectus velle bonum, & illud perficere, & simul dabitur in illa gratia adiutorium voluntatis, & actionis.* Qui enim ponit aliquid, ad quòd supposito aliquo exercitio libero, & solum extrinsecè connexo cum aliquo dono; non dicitur propriè tunc illud donare. Et quidem si propositiones quibus M. expugnat fœliciter hæreticos mille cavillationibus, & præstigijs pro solutione utentes, exponuntur per sensum illativũ, & ex Dei ordinatione (uti necesse est dicere propugnando consensum negativum) videtur mihi non multum consuli cœlesti sapientiæ M.P. atque divinitus triumphatrici, nisi necessitas clarè urgeat, & ex doctrina illius deducatur.

31 Sed arguit. S.P. concedit gratiam Dei dicendam esse doctrinam,* ita ut altius, & interius eam Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere.* Sed gratia infusa à Deo interius cum ineffabili suavitate solum convenit sanctæ inspirationi intrinsecæ voluntati, & alijs affectionibus allicientibus voluntatem ad bonum; gratia enim prædeterm. non cum hac suavitate infunditur, ut de se patet: ergò gratia cui M. P. concedit munus doctrinæ, non est gratia effectiva. Resp. S. P. ibidem explicare, in quo talis suavitas consistat. Sic enim prosequitur:* ita ut non ostendat tantummodo veritatem, sed impertiat charit.* & hoc verific. de prædeterm. fortiter, & suaviter trahenti voluntatem præventam, tum iudicio indifferenti, tum affectibus indeliberatis præcedentibus. Sed dicit nomine charitatis impertitæ à Deo intelligi sanctam inspirationem. Sed fallitur 1. quia loquitur in verbis immediatè antecedentibus sub his terminis de eadem gratia,* qua agitur non solum ut facienda noverimus, sed etiam ut cognita faciamus, nec solum ut diligenda credamus, verumetiam ut credita diligamus.* Nunc sic:* in his verbis ut credita diligamus* quid significari valet, nisi dilectio charitatis libera, à qua supponente actum fidei alij actus virtutum imperantur? 2. quia post verba adducta subdit: Sic enim docet Deus, qui secundum propositum vocati sunt, simul donans, & quod agant scire, & quod sciunt agere. Unde ad Thesal. sic Apostol. loquitur *de charitate autem fraternitatis, non opus habetis vobis scribi; ipsi vos à Deo didicistis, ut diligatis invicem.* Sed per charitatem hic nequit aliud intelligi, nisi dilectio libera proximi, & imperans, à qua imperari possunt alij actus virtutum: ergò si impertitio charitatis datur per gratiam, quæ dicitur doctrina, hæc est gratia effectiva.

Sic M:P:

Replic.

Resp.

§. V.

Quid sit audire à Patre, & à qua gratia proveniat?

32 Circa hoc tenet prædict. Auth. *audire à Patre* non dicere actum positivum in suis principijs, sed recipere vocationem, & inspirationem Dei, & illam non abijcere cum possit. Pro hoc sufficit ipsa gtatia inspirationis, si sit congrua vocatio, & secundum propositum. Quare ly audire idem significat in suis principijs, ac consentire negativè Dei vocationi. Sed stando doctrinæ Magn. Par. cum distinctione loquendum. Est enim duplex modus audiendi à Patre, scilicet, audire intus, & intus non audire: *Ex his quibus prædicatur Evangelium, quidam credunt, quidam non credunt: sed qui credunt prædicatore foris insonante, intus à Patre audiunt, atque discunt, qui autem non credunt, foris audiunt, intus non audiunt, neque discunt: hoc est: illis datur, ut credant; illis non datur: quia nemo, inquit, venit, ad me nisi Pater, qui misit me &c.* Ita de Prædestinat Sanct. cap. 8. ubi in illis verbis *hoc est &c.* compendiosè exprimit, quid sit intus audire à Patre, & *non audire*, scilicet, *dari eis fidem, & non dari eis fidem.* Sed hoc est idem, ut ipse Sanct. ait ibi, *ac accippere donum, quo credant in Christum*, quod sine dubio provenit à gratia effectiva: ergò

Quid sentiat Mag. Manso.

Sentio opposita & prob:

sic

ſic audire eſt effectus huius gratiæ. Id convincitur ex Sanct. D. in Ioann. cap. 3. cum enim auditus ſit ſenſus diſciplinæ, ipſummet aſſentire Deo revelanti aſſenſu præſtito ab ipſo Deo eſt intus audire. Hac ratione ait * viſionem, qua Chriſtus Dominus prænovit omnia myſteria gratiæ, & plura ex illis ſua prædicatione revelavit, dici auditionem à Patre, quia ſcientiam comprehenſivam ab illo per æternam generationem accepit, ſcientiam vero quidditativam Dei, & myſteriorum ab illo accepit, ut homo, per glorificationem. Sicut ergò in Chriſto Domino ipſa viſio eſt interna auditio; ita in his, qui credunt, & addiſcunt in Schola Patris ipſum credere Deo docenti, & revelanti, eſt intus audire, quia eſt credere ab illo acceptum, ut Magiſtro interius docente. De quo magiſterio plura ſatis opportuna invenientur in D. Thom. quæſt. 11. de Verit. art. 1° & 1. part. q. 117. a. 1. deſumpta ex Magn. Par. in lib. ſub eodem titulo.

Prob. ex S. D.

Quod vidit, & audivit &c.

33 Præter *audite intus*, quod eſt idem ac *diſcere*, & dicitur relativè ad docere ſecundum ſpiritum; & non *audire iutus, ſed foris*, quod eſt non addiſcere, & dicitur relativè ad docere tantum per litteram legis; datur aliud audire, quia datur alius modus docendi. Hic enim conſiſtit in revelatione divina, prout dicit propoſitionem myſterij revelati modo ſufficienti, ut poſsit ei aſſenſus fidei præſtari. Hæc eſt motivum formale fidei Theologicæ credentis myſteria, quia teſtificata, & revelata à Deo. Quod enim ſit doctrina; patet, quia eſt manifeſtatio veritatis ad illuminationem. Quod autem per illam Deus nos non doceat ullo ex modis dictis, ſed præſcindat; patet. Nam de ſe eſt coniungibilis cum aſſenſu fidei, & diſſenſu: eidem enim revelationi propoſitæ unus credit, alter non; ideòque requiritur, & principium ſupernaturale intrinſecè elevans per modum virtutis, & rurſus pia affectio voluntatis determinans intellectum ad credendum: illa enim ſe tenet ex parte obiecti indigentis pia affectione, quæ etiam movet quo ad ſpecificationem ad aſſenſum. De quo tract. de Fide. Si ergò revelatio eſt coniungibilis cum aſſenſu, & diſſenſu, per illam Deus, nec docet ſecundum ſpiritum, nec docet præciſè ſecundum legis litteram; ſed ab utroque præſcindit.

Alius modus audiendi.

Hæc revelatio, & illius manifeſtatio in perceptione conſiſtens, eſto donum gratuitum, non eſt gratia illa, quæ vires præbet ad credendum, nec quæ determinat, aut applicat donando credere; eſt enim gratia exterior, hoc eſt ex parte obiecti motivi ſe tenens. Unde Pelagius adſtruens ad fidem ſolam revelationem exteriorem, ut neceſſariam, convincitur erroris. Quare adhuc poſita hac revelatione ſimul cum principijs ſupernaturalibus, quæ ſunt propriè gratiæ interiores, remanet modus docendi ſecundum litteram tantum; ſi non addat Deus gratiam efficacem dantem credere, & addat modū docendi ſecund. ſpiritum, ſi conferat talem gratiam; & hæc eſt quæ diſcernit credentes à non credentibus, etſi conveniant inſufficientia, & libertate ad credendum. Hinc dum Sanct. Doct. exponens Ioann. cap. 6. lect. 5. ait, quod dum dicitur *omnis, qui audit à Patre &c.* per ly *audit* ponitur donum revelationis, & per ly *didicit* aſſenſus liberi arbitrij; ſumit revelationem, ut eſt motivum quo fidei noſtræ. Cum hoc tamen ſtat, quod etiam per ly *audit*, ſi addatur ly *intus* ſignificet aſſenſum fidei ut receptum à Deo. Propterea dixit, quod in attractione Patris ponuntur duo; ſcil. revelatio, & illius perceptio requiſita ex parte obiecti ad credendum, & *ipſum credere*, quod, ut dixi, non differt, nec *à diſcere*, nec *ab intus audire*.

34 Explica

Exponit S. D.

35 Hoc *audire*, & hoc *diſcere* ſunt effectus requirentes duplicem gratiam, ſcil. revelationem myſterij cum ſufficienti propoſit. ſe tenentē ex parte obiecti motivi, & gratiam donantē credere, ſive diſcere à Patre. Conſequenter dicendum, adhuc ſuppoſito conſenſu negativo pro priori ad poſitivam affectionem piam determinantem ad credere, nō verificari *audire* Deum revelantē, per illum: nam hoc ſpectat ad intellectum aprehen-

dentem revelationem ut credibilem; licet quia obſcura cum poteſtate ad ei diſſentiendum. Notandum, quòd dum Thomiſtæ probant varijs teſtim. Script. & SS.PP. gratiam prædeterm. dicentes* in his verbis, ſolum ponitur talis gratia, quia per illam fit, ut homo *velit, credat, & diſcernatur &c.** non intendunt, quod ſimilia opera ſolum à gratia effectiva proveniant; ſi enim illa eſt determinatio virtutis, & poteſtatis liberæ, qualiter poteſt excludi ab actuali influxu virtus, poteſtas, gratia ſufficiens tam phyſica, quam moralis? Solum enim intendũt talia opera ab illa provenire ut à 1. determinante, & applicante, ſive ab illa ut indeclinabiliter, & invictiſsimè movente; licet in hoc in importetur obliquo gratia ſufficiens, quæ movetur, & determinatur. Sic ergò duplex gratia neceſſaria eſt pro omni actu ſalutari; una, ut virtus ſufficientiam præbens, alia ut determinatio illius.

36 Dices. Iuxta Tridentin. ſeſſ. 6. cap. 5. duplex gratia neceſſaria eſt, ut homo liberè conſentiat; ſcilicet, excitans in illuminatione, & inſpiratione conſiſtens, & adiuvans, quæ iuxta nos eſt prædeterminat. Sed iuxta D. Thom. addiſcere eſt liberè conſentire: ergò qui audit à Patre, & diſcit ab illo, venit ad Chriſtum per duplicem gratiam, non per unicam, ut ſupponit Arguens. Sed hoc eſt nihil. Nam diſting. maior. Duplex gratia, quarum una det poſſe, & altera donet conſenſum determinando efficaciter ad illum, concedo maior. Duplex gratia ſine hac diſcretione concurrens, nego maior. & conceſſa minor. diſting. conſeq. eodem modo. Hinc ſi quæras; An hominem trahi ad Chriſtum credendo in eum; dicat duplicem gratiam? Reſp. affirmativè; ſcilicet, unam per modum virtutis, alteram per modum determinantis voluntatem præventam cum virtute, & poteſtate ad credendum.

Inſtab. 1.

Reſp.

Reſp.

Si quæras Reſp.

37 Quod ſi inferas: ergò venire, & credere in Chriſtum non provenit unicè à gratia prædeterminanti. Reſpond. eodem modo. Quis enim negare poteſt diligere Deum ſuper omnia provenire à gratia, & ab habitu charitatis; cum ſit proprius actus illius; imò etiam à cognitione fidei illũ dirigente, cum nihil volitum, quin præcognitum? Et tamen etiam provenit à gratia prædeterminanti, ſecundum quam reducitur voluntas de potentia in actum: ſed cum diverſitate dicta. Quare ſicut poſſe diligere provenit ab unica gratia; ita, quod hoc poſſe determinetur indeclinabiliter, provenit unicè à prædeterminatione: ipſum vero actu diligere, cum procedat à voluntate potente, & ſimul determinata, requirit duplicem gratiam cum diverſitate explicata. Satis de hoc, quia adeò clara, ut Tyronibus ſint manifeſta.

Si dicas. Reſp.

38 Itidem inſtat: *Quando Deus docet ſecundum ſpiritum eos, qui ſecundum propoſitum ſunt vocati, donat, & quid agant ſcire, & quod ſciunt agere: hoc eſt (iuxta Magn. Par. ibi) nec ſolum ut diligenda credamus, verum etiam, ut credita diligamus.* Sed hæc indicant quatuor gratias, duas pro ſcire, & binas pro fide, charitate, & quocumque actu ſalutari, ad quem iuxta Tridentin. requiritur gratia excitans, & adiuvans: ergo non indicãt unicam gratiam. Reſpondeo. Quis negat ad actum fidei requiri primo gratiam Divinæ revelationis cum ſufficienti propoſitione; & rurſus, requiri perceptionem illius, per aprehenſiones ſupernaturales; & iterum iudicium regulativum ſupernum piæ affectionis proponens honeſtatem in credendo. Quòd ſi (ut frequenter tuetur) ad omnem actum liberum ultra iudicium indifferens, requiritur iudicium determinatum; cum pia affectio ſit libera, & ab ipſa ipſe actus fidei denom. liber: En 5. vel 6. gratias. 1. ex parte propoſitionis revelationis myſterij. 2. ex parte interioris perceptionis veritatis eiuſdem. 3. ex parte iudicij indifferentis. 4. ex parte iudicij determinati. 5. ex parte voluntatis, qua determinatur ad piam affectionem. 6. ex parte intellectus, quo intrinſecè applicatur ad actum fidei, qui elicitivè ab illo procedit. Quod ſi ex actu fidei dirigatur ad diligendũ Deum, ſuperſunt duæ gratiæ; una qua

Secundo.

Reſp. notando.

Sex gratiæ.

qua practicè proponat Deum, ut hic, & nunc diligendum; alia, qua voluntas potens diligere, & præventa simul tali cognitione, determinetur à Deo, & moveatur quoad exercitium ad ipsam dilectionem.

39 His notatis, quæ videntur addere maius robur instantiæ; si quæratur de actu fidei, quo diligenda credimus, quem præcedunt 4. gratiæ (gratia enim donans piam affection. imper: & ipsum actum fidei moraliter reputatur eadem) quando Deus docet hominem secundum spiritum, sive doctrina superaddita, tum ad doctrinam secundum legem suadentem, & hortantem (quæ iuxta M. P. à gratia legis in munere non differt) tum ad libertatem, sive sufficientiam adæquatam ad credendum? Respond. Quod quando donat credere determinando, & adiuvando adiutorio voluntatis, & actionis; id est, ut velint credere, & credant. Hanc gratiam dico esse unicam; quia talis modus donandi determinando, & *ut quo* adiuvando unicè provenit à gratia prædeterminanti, cui S. P. tribuit *modum divinum docendi*. Idem dicendum: dum Deus docet secundum spiritum donans, ut credita diligamus; hic enim modus docendi supponit totam libertatem, & actu donat dilectionem, movendo, & determinando ad illam. Quare meritò dixi esse unicam gratiam.

Resp. directè.

De grat. Christ. c. 10.

§. VI.

Circa gratiam requisitam per modum principij ad 1. sanctam cogitationem, & affectionem.

40 TOm. præced. dub. 2. & 5. probavimus primos motus gratiæ excitantis in subita cogitatione, & affectione consistentes, requirere pro principio *quo* elevante per modum virtutis tam intellectum, quã voluntatem, auxilium quoddam fluidum transeunter communicatum utrique potentiæ. Cum enim nequeat potentia aliqua supernaturaliter operari, & vitaliter se exercere sine præcontinentia intrinseca virtuali operationis ab ipsa elicitæ, & hæc præcontinentia intrinseca non habeatur ratione propriæ, vel innatæ virtutis, necesse est ponere in intellectu, & in voluntate ad primos motus supernaturales ab eis elicitos aliquod principium intrinsecũ supernaturale, quod aliud esse nequit, nisi auxilium quoddam fluidum supernaturale; cum sermo sit ante infusionem habituum, & virtutum supernaturalium. Sic sentiunt communiter Thomist. cum suo Ang. Doct. sæpè asserente necessitatem huiusmodi elevationis intrinsecæ ad quemcumque actum entitativè supernaturalem. De quibus tract. de visione. Et quidem quantum attinet etiam ad cognitionem supernam de se transeuntem; qualis est cognitio prophetica; requiri aliquod lumen intrinsecum per modum virtutis elevantis docet Sanct. Doct. q. 12. de Verit. a. 1. & alijs locis relatis dub. 2. §. 4. de quo ex professo ibi.

Motivũ.

41 Ultra opinionem asserentem prædictos motus fieri per elevationem extrinsecam omnipotentiæ, ut communiter tuentur AA. Societ. refert Mag. Manso tom. 2. q. 11. §. 3. alium modum opinandi, quem ipse conatur roborare aliquibus ponderationibus. Convenit ille cum doctrina Thomist. quatenus requirit principium supernaturale intrinsecè elevans intellectum, vel voluntatem ad eliciẽtiam talium actuum; asserit tamẽ (in hoc discriminatur ab eis) quod tale principium non est aliquod auxilium realiter distinctum ab actu elicito, sed est ipsemet actus infusus à Deo sub ratione qualitatis. Pro quo distinguit in actibus indeliberatis v. g. in 1. subita affectione supernaturali duas formalitates, aut conceptus. Nam illa affectio est qualitas supernaturalis de linea affectiva, & volitiva, sicut 1. illustratio est qualitas de linea intellectiva. Rursus: affectio illa est actus vitalis, cum oriatur à potentia vitali, & in ea recipiatur, & sic est vita actualis, aut actus vitalis: ergò in affectione illa distinguenda est 2. formalitas, nempè qualitatis supernaturalis de linea volitiva, & actus vitalis de linea affectiva. Deus enim producit in voluntate nostra actum illum sub ratione qualitatis su-

Explicatur hic modus.

pernaturalis, & per illum intrinsecè elevat voluntatem ad elicientiam eiusdem sub ratione vitalis. In primo signo voluntas nostra se habet merè passivè, recipiens talem actum sub ratione qualitatis, & ideò in illo signo dicitur *actus inspiratus*. Pro posteriori signo voluntas se habet activè, eliciendo illum sub ratione vitalis, & ideò in hoc signo vocatur *actus elicitus*. Quare actus ipse, ut inspiratus, est auxilium, & gratia sufficiens ad actum ipsum, ut elicitum.

§. VII.

Reijcitur 1. *hic modus dicendi, solvendo eius fundamenta.*

42 Primum arg. ex D. Thom.

Arg. 1. ut probet lumen Prophet. non distingui realiter ab ipsa cognitione, ex S. D. 2. 2. q. 101. a. 4. ubi ait: *Elevationem mentis Prophetæ ad prophetandum fieri à Spiritu S. movente.* Sed Spiritus S. iuxta D. Thom. 1. 2. q. 110. a. 2. *Non movet nos ad cognoscendum, volendum &c. per qualitatem*, sed per nostros actus *cum talis motio sit motus animæ*: ergò. Confirm. 1. iuxta D. Thom. supra: *Motio, qua Deus movet mentem Prophetæ, est inspiratio*, sic igitur ait: *Ad prophetiam requiritur inspiratio quantum ad mentis elevationem, secundum illud Iob* 31. *Inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.* Sed inspiratio est actus noster, ut à Deo inspiratus, & infusus sub ratione qualitatis: ergò mens Prophetæ elevatur per motionem, quæ est inspiratio, & actus noster inspiratus. 2. Lumen propheticum dicitur à PP. *inspiratio*, & *illuminatio*, & *tactus cordis*. 1. Quia non non manet in mente, nisi quando actualiter divinitus inspiratur. 2. Quia datur per modum passionis. Sed cognitio ipsa prophetica producta à Deo sub ratione qualitatis, non manet in mente, nisi quando actualiter divinitus inspiratur: & est in mente per modum *passionis*; cum respectu illius infusionis mens Prophetæ se habeat merè passivè: ergò.

Confir. 1.

Secundo.

43 Secundò ex SS. PP.

Arg. 2. Gratia 1. sufficiens, & excitãs consistit in actibus indeliberatis intellectus, & voluntatis; sed non consistit in eis, ut sunt actus vitales: ergò consistit in eis, prout infunduntur à Deo sub ratione qualitatis. Mai. constat ex locutionibus SS. PP. explicantibus gratiam 1. prævenientem, & dantem posse intrinsecum ad operandum in ordine superno, per sanctam cogitationem, affectionem &c. Min. prob. Iuxta PP. & Concilia. huiusmodi gratia infunditur nobis, sine nobis; sed actus nostri sub ratione *vitalis*, sunt à nobis; at vero sub ratione qualitatis fiunt à solo Deo infundente sine nobis: ergò. Urgetur hoc. Ecclesia petit sibi infundi dilectionem Dei, ut patet ex illo Domin. 5. post Pentecost. *Deus, qui diligentibus te bona invisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum.* Idem in oratione S. Bernard. & alibi. Sed si gratia sufficiens ad diligendum esset distincta à dilectione, non peteret hanc sibi infundi, sed infundi talem gratiam elevantem per modum virtutis; cum dilectio effectivè produceretur ab illa.

Urgetur.

44 Ostendit. ineffic. ex S. D. 1.

Argum. est inefficax. 1. Quia est expressum in S. D. Deum, quando confert intellectui virtutem, sive formam, quæ sit principium operationis; à qua realiter differt, illum movere. Ita 1. p. q. 105. a. 3. ubi probat Deum immediatè movere intellectum creatum ad cognoscendum; *ex eo quod, sicut in corporalibus movens dicitur, quod dat formam, quæ est principium motus, ita dicitur movere intellectum, quod causat formam, quæ est principium operationis. Hoc autem principium est duplex, unum quod est ipsa virtus intellectualis; aliud, scilicet, similitudo rei intellectæ.** Et quia utrumque est à Deo, unoque modo movet intellectum creatum. * Similiter 1. 2. q. 110. a. 4. ad 1. *Sicuti ab essentia animæ effluunt potentiæ, ita etiam ab ipsa gratia effluunt virtutes in potentias animæ, per quas potentiæ moventur ad actus: & secundum hoc gratia comparatur ad voluntatem, ut movens ad motum.* Et q. 113. a. 7. *Iustificatio impij originaliter consistit in gratiæ infusione: per eam enim liberum arbitrium movetur, & culpa remittitur.* Ergò quamvis lumen propheticum sit realiter distinctum à cognitione, Deus illud infundens est ve-

verè movens ad cognoscendum. Rursus: licet probatio posset habere aliquam vim, si tale lumen non esset motio virtuosa, & ex natura rei connexa cum cognitione, sed habitualis perfectio: cum tamen non sit eiusmodi, propter quod dicitur quædam impressio, & per modum passionis communicata, verè dicitur illius infusio motio ad cognoscendum. Nec obstat Auth. S. D. ibi enim nomine qualitatis intelligit donum habituale ab intrinseco permanens; ut clarè constat ex illius doctrina. Quare licet lumen proph. sit qualitas, modum illius non habet. Rursus: per ly *motus animæ* non intelligit actum vitalem, qui est motus animæ, id est, *ab anima*, sed motionem afficientem animam, de quo alibi.*

Secundo.

*Tom. 4. dub. 2. n. 44.

45

Ad confirm. neg. min. Inspiratio enim est motio Spir. S. Item est infusio, sive interior communicatio Spiritus; sed si Deus communicaret menti Profetę lumen realitèr adæquatè distinctum à cognitione, interius moveret, dando ei spiritum cognoscendi: ergò talis communicatio esset vera inspiratio. De quo plura alibi. Ad 2. dicatur: Lumen propheticum non dici dari per modum passionis, quia recipitur in intellectu; sed quia transeunter ab intrinseco, & solùm quandiù durat actus; ideoque oportet iterari lumen; quando actus iteratur. Ita S. D. 3. cont. Gent. cap. 154. Nihil enim frequentius apud S.D. * Lumen intellectuale, imò, & ipsum lumen gloriæ posse communicari, vel per modū formę permanentis, vel per modū passionis transeuntis, ut cōtigit in D. Paul. patetque à paritate luminis corporalis. Hoc autem non est dictum propter illius receptionem, sed propter transitum. In hoc enim differt passio à qualitate passibili; de quo in Logica; nec in hoc amplius immorari licet. Rursus: Prob: est insufficiens. Admisso enim cognitionem proph. esse in mente per modum passionis, & à Deo productam sub ratione qualitatis, restat probare habere activitatem ad producendam se ipsam sub alia formalitate. Posset enim habere effectum denominandi intellectum qualificatum, ut dicitur de gratia infusa lapidi; & de visione Dei à solo ipso producta sub ratione qualitatis, & ut aliqui possibile sentiunt, denominare videntem.

Ad 1. confirm.

Ad 2.

* Sic q. 12. de verit. a. 1. & q. 13. a. 2.

Si S. D. ubi supra explicat cur sit insp. tactus &c. ad quid alius recurrus?

2. Argum. supponit falsum loquendo de gratia sufficienti prima, de quo dub. cit. ubi assignavimus pro prima gratia sufficienti intrinseca auxilium fluidum realiter præcedens actus indeliberatos. Hinc falso ait num. 26. *Apud omnes DD. vocatio Dei, & gratia excitans consistit in actibus indeliberatis.* Apponeret aliquam restrictionem. Rursus: admisso antecedent. Resp. freq. motus illos dici fieri sine nobis; quia non fiunt ex determinatione arbitrij, ad quod sufficeret fieri ex omnipotentia extrinsecè elevante. Nec quod prædicti actus dicantur actus inspirati à Deo, probat illos sub ratione qualitatis v. g. à solo Deo produci; actus enim, qui fiunt à Deo inspirante, sive movente specialiter, dicuntur actus inspirati, ut ex ipsa significatione constat. Inspiratio enim, teste D. Thom. 1. 2. q. 68. a. 1. *Significat motum à principio exteriori.* Ad urgent. quæ probat de affectibus liberis, scilicet, amore supernaturali, Resp. Illos, etsi effectivè procedant ab alio principio supernaturali distincto adęquatè, rectè dici infundi à Deo: primo propter principium à quo procedunt. 2. Quia esto non sint purè infusi, & in sensu ita stricto, sicuti virtutes, & dona; quia tamen à Deo intus dantur, & intus coruscant, dicuntur infundi, quasi à Deo intus effusi. Sic D. Thom. 1. p. q. 21. a. 4. ad 1. de quo ex professò Ill. Alvarez lib. 2. Resp. cap. 20.

46

Ad 2. arg.

Ad probā

Ad urgā

47

Arguit à ratione insistendo parit. in divinis, ubi principium quo actionis non differt realiter ab illa: ut constat in potentia generativa, quæ est intellectus divinus, qui non differt realiter à generatione; idem de natura divina, quæ est principium *quo* radicale, nec adhuc ab ipso termino petit distingui: licet verum sit, quod principium *quod*, & terminus *qui* realiter distinguantur. Signum ergò est, quod ex terminis principium *quo*, & ut præscindit à creato, & increato, non petit realem distinctionem. Sed hoc ipso nulla est ratio specialis, ut actus voluntatis non possit elevare ip-

Fundam. à ratione.

ipsam potentiam, ut producat illum sub alia ratione: ergò eodem fundamento, & forma arguendi, poterit quis probare posse dari in creatis potentiã intellectivam identificatam cum intelligere; vel cum ipso verbo se habente per modum termini intellectionis. Idem de natura intellectiva identificata cum intellectione actuali: nàm in divinis ita contingit, proindeque potentia intellectiva, & natura, ut præscindit à creata, & increata, non petit distinctionem realem ab illis: quare probatio est insufficiens. Ut enim aliquid sit possibile, requiritur, quòd ex nullo capite repugnet. Unde debet probari, quòd principium *quo* per modũ virtutis limitatæ influẽtis in operationem, non petit realem distinctionem ab illa. Sed instat: quòd si iuxta ferè omnes stat, quòd idem actus producatur ab una causa sub una formalitate, & non sub alia: ergò etiam poterit &c. Sed hoc quid conducit, ut illa formalitas distincta per rationem ab altera præbeat vires, sitque priacipiũ *quo* verè activum alterius formalitatis, cum qua realiter identificatur?

Replicat.

Resp.

48

Ut autem paritati in divinis occurratur præter instantiam posita, distingue inter principium *quo* actionis, quod est purè principium, & inter principium, quod est causa efectiva *ut quo*, aut virtus causativa. 1. verificatur in divinis. 2. necessariò in creatis. Ubi autem est vera ratio causæ, sive *ut quo*, sive *ut quod*, est realis distinctio, 1. quia realis dependentia, 2. quia vera ratio facti; cùmque hæc subsistere nequeant in eadem operatione relatè ad se ipsam, ideò paritas nihil probat. Ita S. D. 1. p. q. 33. ar. 1. *In omnibus enim causis generibus semper inveniturdistantia inter causam, & id, cuius est causa secundùm aliquam perfectionem, aut virtutem; unde hoc nomen causa videtur importare diversitatem substantiæ, & dependentiam unius ab altero.* Quæ verba non solùm de causa *ut quod* verificantur, sed de causa *ut quo*, dummodò verè, & propriè influat in effectum. Hæc dicta sunt admisso, quòd intellectus divinus virtualiter influat in intellectionem absolutam, vel etiam intentionalem pro recto. Aliud enim est quòd intellectus divinus habeat verã rationem potentiæ intellectivæ, sicuti & veram rationem actus primi; aliud verò, quòd verè, & realiter influat in actionem, eamque realiter principiet. 1. tuentur Ill. Godoy, & alij. 2. verò negant; cùm qualitas influxus sit iuxta modum distinctionis, quæ inter intellectum, & ipsum intelligere, solùm est virtualis, & per rationem.

Proseq. idem assumpt.

In divinis omnia sunt unũ &c. causa vero ut quo refertur transcendent. ad ope

Hoc explicant à paritate naturæ divinæ, quæ verè, & realiter invenitur in Deo, quòad rationem naturæ, sicuti, & quòad rationem essentiæ; cùm tamen radicatio, & influxus in operationẽ Dei tantùm sit virtualitèr, & per rationem. Sic enim salvant doctrinam D. Th. 1. p. q. 25. art. 1. & q. 41. ar. 4, dicentis: *In Deo salvari rationem potentiæ, in quantùm est principium effectus, non verò in quantùm potentia est principium actionis, nisi secundùm modum intelligendi; & hoc quia nihil est realiter principium sui ipsius.* Idem 2. contr. Gent. cap. 10. Ex qua doctrina inquiro: Actus voluntatis a Deo sub ratione qualitatis infusus; aut influit verè, & realiter in effectum, id est in se ipsum; aut non? Si 1. ergò realiter differt iuxta doctrinam D. Th. nàm etiam potentia solùm est principium *quo*. Si 2. est nihil dicere; sed attribuere influxum realem solùm voluntati. Urgeo: In tali casu ipse amor esset actus primus in ordine supremo, licèt sola voluntas esset agens *quod*. De ratione autem actus primi creati est posse compleri, & perfici per actum secundum, qui est operatio: ergò si verè, & realiter est actus primus per modum formæ, est realiter complebilis per se ipsum &c.

49

Realis potentia influxus virtualis.

Ex his arguo.

Urgetur.

Instabis: Voluntas non agit actus indeliberatos, nisi ut mota intrinsecè à Deo: ergò agit supponendo motum à Deo causatum. Sed motus causatus est actus voluntatis: ergò voluntas agens talem motum supponit illum causatum à Deo sub ratione qualitatis. In sententia Thomist. anteced. est verum per auxilium fluidum, quod est quasi motio virtuosa voluntatis. Deinde in sententia AA. Societat. voluntas agit motum indeliberatum, ut mota à Deo extrinsecè formaliter; & intrinsecè virtualitèr quòad equivalentiam, per virtutem omnipotentiæ.

50

Instabis

Resp.

Rur-

Rursùs: Si quia voluntas agit, ut mota, debet supponi actus voluntatis, restat, quòd etiam in naturalibus omnis causa agens ut mota, agat per actionem causatam à Deo, à quo movetur, ita, ut actio hæc sit causa, vel virtus productiva tui ipsius. Aliud argum. scilicet, iuxta M.P. nos dùm petimus à Deo gratiam sufficientem, ut possimus benè operari; non aliud petimus, nisi actus intellectus, & voluntatis, *per quos appareat, quod antea latebat, & suave fiat, quod non delectabat*, ita 2. de peccat. merit. cap. 17. Sed si gratia sufficiens consistit in aliquo prævio realiter distincto, illud deprecaremur orantes divinum adiutorium sufficiens ad alios actus gratiæ: ergò. Manet solutum dub. 8. de grat. adiuv. n. 22. tom. præced. ubi videri possunt plura ad illius inefficaciam. Aliàs, dùm petimus, quòd Deus donet nobis Regnum æternum in vita æterna consistens non oraremus lumen gloriæ &c.

Aliud argum.

Resp.

§. VIII.

Motiva pro impugnatione talis asserti.

51 PRimò ex his, quæ adduximus ex Div. Th. ubi supr. quæ non nisi violenter accommodantur ipsi cognitioni propheticæ, sub diversa ratione tantùm per considerationem nostram; cùm expressè distingnat inter lumen, & intet cognitionem; appellans illud virtutem gratuitam, & similem lumini fidei, quòd necessariò requiritur per modum virtutis gratuitæ ad cognoscenda supernaturalia. Quod prob. S.D. ex quo * unaquæque forma indita rebus creatis habet efficaciam respectu alicuius actus determinati, ultra autem non potest, nisi per aliquam formam superaditam, sic ergò ad cognoscendum altiora intelligibilia &c. * Cùmque loquatur de principio necessario ad cognitionem supernam; quomodò potest per illud intelligere ipsam cognitionem? Opponitur doctrinæ eiusdem S.D. 3. contr. Gent. cap. 53. *Nihil potest ad altiorem operationem elevari, nisi per hoc, quod eius virtus fortificetur: quod dupliciter contingit; uno modo per simplicem intensionem eiusdem formæ; alio modo per novæ formæ appositionem.* Et 1. p. q. 62. ar. 2. & 1. 2. q. 109. a. 1. & 6. & omnibus locis, ubi agit de necessitate principij superni ad actum charitatis, & ad causalitatem activam in sacram.

Primam

Rursùs reijcitur ratione. 1. Aliud enim est actum supernum S. cogit: v.g. 52
produci à solo Deo sub ratione qualitatis supernaturalis; aliud hanc formalitatem esse solùm productam. 1. est verum. 2. falsum; cùm vitalitas actualis cognoscit. sit de essentia illius in specie. Qnare tota essentia à supremo genere, usque ad ultimam differentiã, est à Deo verè producta; quidquid sit de ratione sub qua. In quo apparet 1. implicatio: Quòd enim actus vitales possit Deus de potentia absoluta se solo producere, à pluribus tuetur; quòd autem de factò, & infinitiès, sic contingat, non est dictum. Quapropter admissa tali productione, poterit consequenter admiti (etsi non à Thomistis iuxta sensum communem) posse intellectum denominati intelligentem per illum. At verò activè per modum virtutis se ipsam producentem; addit novam difficultatem mihi imperceptibilem. Huius ratio est: Si enim talis actus sub ratione vitalis egreditur à voluntate elevata per ipsum, egreditur ab illa per illum elevata sub ratione vitalis; vita enim in actu 2. supponit necessariò vitam in actu 1. & intra eundem ordinem. Sed si non communicatur voluntati sub ratione vitalis, nequit voluntatem sic viventem vita supernaturali denominare: ergò. Explic. Vitalitas prædicti actus à solo Deo inspirati voluntati; se habet protunc de materiali, vel de formali? Si 1. ergò non elevat voluntatem, ut producat ipsum sub ratione vitalis: quę enim sic se habent ex parte principij, non resplendent in operatione illius. Si 2. ergò non est ulterius producibilis à se ipso *ut quo*, & *ut quod*, à voluntate sub ratione vitalis. Nec potest recurri ad aliquam vitalitatem de linea actus 1. Nam esto detur in illo vitalitas præscindens à vitalitate de linea actus 2. vi cuius genericè convenit cum 1. non tamen positivè potest huiusmodi vitalitas ei convenire. Aliàs non differrent specie inter se. Sed nulla res potest positivè causare, nisi per id

Prima ratio.

Explicat.

Præclud. evasio.

id, quod ipſi poſitivè convenit; non verò per id, quod illi non repugnat ex aliquo conceptu generico: ergò. Quod
Urgetur. ſic urg. Si talis actus elevat voluntatē, elevat illius vitalitatem affectivam, v. g. tùm quia elevat, ut agat vitaliter in actu 2. tùm quia elevat illam, ut affectivam. Sed in voluntate pro priori ad actum egredientem ab ipſa nulla datur vitalitas affectiva, quæ ſit elevabilis, niſi de linea actus 1. ergò hæc in eſſe talis elevatur per ipſum actum inſpiratum à Deo: ergò tranſit per talem actum de vitalitate affectiva in actu 1. obedientiali, ad vitalitatem affectivam in actu 1. ſupernaturalem; & hoc in genere cauſæ formalis. Sed hanc non præhabet actus inſpiratus; cùm ſecundùm ſuam ſpeciem ſolùm ſit vitalis in actu 2. per modum actus: ergò.

53 Alia ratio eſt: Voluntas ſic elevata, & producens ipſum actum ſub ratione vitalis, vel mutatur verè, &
2. Ratio. realiter, vel non? Si 1. ergò verè, & in ſenſu reali eſt in potentia paſſiva ad aliquid, verèque, & in ſenſu reali aliquid intrinſecè ei ſuperadditur, quod antea non habebat; ſed hoc eſt falſum; cum tantùm denuò addatur aliqua expreſsio ex parte actus: ergò. Si 2. ſequitur poſſe dari in creaturis veram productionem paſſivam abſque mutatione vera, & reali; productio, inquam, quæ ſit non penès intentionem, ſed quoad eſſe, & per eductionem, ſive generationem accidentalem: quod repugnat, & ſolùm in Deo titulo actus puriſſimi admittitur: unde erit creata æquare divinis.
Urgetur. Urg. Si voluntas producit ipſum ſub ratione vitalis, verè agit, & recipit, hoc enim eſt vivere; ſe movere. Si autem verè recipit, eſt verè in potentia ad illud; ſed hoc eſt falſum, cum omnia habeat pro priori in actu inſpirato: ergò.

Rurſus. Parùm conſequenter
54 patrocinatur ab A. relato hæc cogitatio: etenim tom. 1. q. 4. §. 1. à num.
Tertia. 3. & §. 2. acriter impugnat aliquos DD. Societ. ponentes adiutorium quo perſeverantiæ eſſe ipſam actualem perſeverantiam, ut à Deo donatam; quia nimirum, hoc non cohæret cum definitione, aut deſcriptione M. P. ſcilicet: *Per illud agi, effici, ut homo perſeveret*; cum iſtæ expreſsiones veram cauſalitatem, & efficientiam, proindèque veram diſtinctionem ab ipſa perſeverantia, importent. Sed iſtæ probationes redduntur ineffaces admiſſo hoc dicendi modo; cum ratione actus inſpirati à Deo voluntas verè agat, & illum effectivè producat, cum ſola diſtinctione penès rationem: ergò. Urg. hoc. DD. Societ. Nolunt concedere ly *agere*, & *efficere* in adiutorio *quo* ſignificare ſenſum effectivum reſpectu perſeverantiæ; quia hoc eſſet ponere realem præcedentiam, atque diſtinctionem inter adiutorium, & ipſam perſeverantiam. Quapropter cum hanc expreſsè negent, ly *effici*, & *fieri perſeverantes* explicant in ſenſu cauſæ formalis. Unde quidquid ſit de veritate aſſerti; conſequenter tamen loquuntur. Hos impugnat prædict. Magiſt. probans ly *agi*, & *effici* ſignificare cauſam effectivam. Sed modo deſidero conſequentiam doctrinæ; cum hæc omnia poſsint iuxta ab ipſo elucidata ſtare abſque reali diſtinctione. In ſumma, ſi adiutorium ſine *quo* ad actus immediate ab illo procedentes, quales ſunt actus indeliberati (cum nequeat affirmare illos produci ab intellect. aut voluntate creata ſine adiutorio Dei *ſine quo*, ſive *quoad ſufficientiam*) non petit realem diſtinctionem, niſi ad ſummum ex parte ſubiecti, ſcilicet, intellectus, vel voluntatis; cur hæc diſtinctio requiritur de mente M. P. inter adiutorium *quo*, & terminum illius (adiutorij); & non ſufficiet diſtinctio ex parte ſubiecti, quam ipſe conotativam appellat?

Hanc diſtinctionem conotativam, ſive ex parte conotati, ſic ex-
55 plicat: Amor indeliberatus v. g. poteſt conſiderari *ſubſtantivè*, *& in abſtracto*, *vel adiectivè*, *& ut conſtituens cum voluntate*, *quam elevat principium quod*. 1. modo non differt realiter à ſe ipſo; ſecus vero ſi ſumatur adiectivè, & in concreto: nam hoc complexum: *Voluntas actuata*, *aut elevata per amorem*, *non eſt ipſe amor*. Sufficit ergò diſtinctio ex parte principij *quod*, licet principium *quo*, & ipſe terminus productus ſint realiter idē. Ratio eſt. Nam principium *quo* for-
Explic. diſtinct. & argum.

ma-

maliter non est principium distinguendi, sed identificandi; quia est ratio conveniendi, & assimilandi terminum cum principio *quod*: ergò licèt tale principium illativè, aut de conotato distinguat, non tamen formaliter.

56 Hæc tamen explic. deficit. 1 Nam estò in divinis principium *quo*, ut conotans Paternitatem, & prout sic constituens simul cum illa principium *quod*, Reijcit. 1 importet aliquid distinctum realiter distinctum à Filio, sicque hic sit terminus *qui* genitus; in hoc tantummodo designatur aliquid requisitum pro generatione, scilicet, realis distinctio inter genitum, & generantem; secus tamen ratio per se, scilicet, fœcunditas ad se communicandum ad intra penes diversos modos existendi. Hæc enim à nobis, ut supremum mysterium creditur, & ex summa bonitate per essentiam aliqualiter explicatur. In Spiritu S. adest per summam identitatem eadem numero Dei incomprehensibilis essentiæ divinæ bonitas; attamen etiam ut conotans relationem non est principium *quod*, nec potest esse, alterius personæ. In huius investigatione ratio deficit, sed fide roborata stabilis permanet. Quid ergò prodest distinctio ex parte alicuius conotati, si in recto non adest fœcunditas? Secundo. 2. Fœcunditas hęc, quę adest in principio *quo* Deitatis, est; ut illa termino *qui* communicetur per summam identitatem; secus tamen ut ipsa essentia dicatur terminus genitus. Imo ne productus etiam *ut quo*, ut satis solidè propugnant plures Theol. Terminus enim formalis in divinis communicatur, nullo modo tamē producitur. At verò in præs. fœcunditas amoris non est ut se cōmunicet ut term. *qui* sibi ipsi per solam identitatem, sed per veram causalitatem effectivam, egrediendo effectivè à voluntate causante *ut quod*. Causa autem efficiens est extrinseca adæquatè effectui; ut dicitur in physica: Nàm causa formalis etiam est extrinseca per realem distinctionem à subiecto, cui communicatur; quod est quidesse extrinf. & distinctum à suo effectu formali adiectivè.

57 Ex dictis Resp. Falsum esse principium *quo* agens creatum agit, esse rationem se identificandi cum termino producto. Hoc enim est chymera, & proprium, soli Patri Æterno conveniens relatè ad generationem Verbi, & ei simul cum Filio relatè ad processionem Spirit. S. & hoc sola fide firmiter tenetur. Quare solùm agēti creato conceditur intendere sibi strictè assimilare termi. in principio quo, vel in forma, secundùm quam agit, iuxta modum causæ. Similitudo, vel convenientia latius patet, quam identitas: imò si sumatur relativè, requirit necessario distinctionem realem etiam ex parte fundamenti inter extrema similia, de quo Illust. Godoy de Trin. disp. 7. §. 4. à n. 84. Ratio data est supra: quia intendit assimilare terminum in principio *quo* cum vera dependentia ab illo; hoc enim est de ratione causæ, prout differt à principio ut sic. Ratio autem causæ primo, & per se convenit formæ, quæ est ratio agendi. Tum quia intendit assimilare agendo per veram mutationem tam ex parte termini transeundo de non esse ad esse, quàm ex parte causæ agentis immanenter per veram receptionem, ut actu habeat; quod ante non habebat. Hanc cogitation. etsi subtilem, iudico assimilari opinioni Antiq. asserentium * formas latitare in materia existendo in actu, ideòque per generationem apparere, non produci: & insuper formam non distingui à materia, sed esse quandam maiorem expressionem ipsius.* Si enim producitur à Deo S. cogit. tota est iā in intellectu existens: solumque addatur pro signo sequent. aliqua expressio; quod est non produci, sed latitantem apparere.

Resp. dic. recte.

Aliter assimil. causa univ. aliter æquiv.

Hæc facit 4 mod. dicendi per se.

§. IX.

De gratia ad persever. pro statu innocentiæ.

58 TOm. 3. dub. 16. agens de necess. auxilij efficacis in Adamo ad perseverantiam pro statu innocentiæ: tetuli sequentem propositionem, prolatam à M. Manso tom. 1. q. 3. §. 2. n. 6. *Discrimen Thomist. de auxilio quo necessario in statu innocentiæ ad perseverandum, & in statu lapso necessario non solum ad perseverandum, sed etiam, ut sanetur ab infirmitate &c.* Motivū.

Si

Si sermo sit de necessarijs ad perseverandum in statu innocentiæ, tale discrimen est expresè contra Mag. Par. Ang. Præc. & planè evertit doctrinam de gratia traditam ab eisdem ex Sacris litt. De hac dixi: *Hæc propositio, ut iacet, est falsa, inconseq. dicta, & contra utrumque S. D.* Tom. 4. q. 10. §. 1. Super quæ ℣. *Observa* ait: *Non est cur immoremur &c.* Nàm ipse Magist. ex meis scriptis respondet pro me sequentibus verbis: *Sed dices: Sententia communis Thomist. ponit necessaria duo adiutoria gratiæ, ut Adamus perseveret in statu innocentiæ, unũ donans immediatè velle perseverare, alterum donans immediatè ipsam perseverantiam.* Refert replicam, quam contra me obijcio Hoc autem asserere opponitur doctrinæ Mag. Par. & Div. Thom. qui solùm requirunt ad actualem perseverantiam in Adamo unicum auxilium efficax donans velle perseverare, & mediatè actualem perseverantiam. In hoc enim sensu accepta, & explicata sententia Thomist. circa necessitatem gratiæ efficacis ad perseverandum in statu innocentiæ,* videtur *habere veritatem dictum prædicti Mag. absque eò, quòd illam notam falsitatis, aut inconsequentiæ incurrat. Ita deducitur ex ipso q. 5. §. 4.* *sic ad verbum Primarius: *Qui in numero præceptorum Decalogi cõtinet præceptum, non occides, dextera manu sanans, quæ sinistra infirmavit.* *Nota ly videtur positum in concl. *Hui. usq replica. *Hæc addit Mag: Manso.

Aliqua sunt annotatione digna in hoc dicto. 1. Quia existimat me favere propositioni ab ipso prolatæ; dum propono contra me ipsum argumentum, ut constat ex ly *sed dices*; si enim ita sentirem, nec contra me arguerem, sed loco illius apposuissem, *sed dico.* 2. Si ita sentirem; non solverem replicam contra propositionem à me prolatam, sed dicerem illam esse convincentem. Atqui oppositum à me gestum est, ut constat ex solutione quæ huiusmodi est.* In primis primum assertum à prædict. Mag. q. 3. §. 2. n. 6. prout ab ipso proponitur, & adeò rigidè describitur, est penitus falsum, ut ex dictis manifestè convincitur; quod fuit assumptum à nobis probandum. Sed admisso in sensu dicto debere intelligi sententiam Thomistarum: & in eodem ab eo impugnari; de quo ferè nihil invenitur in eis, dico prædict. Mag. non debuisse asserere: *Adamo non fuisse necessarium iuxta M. P. adiutorium gratiæ ut perseveraret, quia potius oppositum debebat affirmare.* Quod probo 4. Rat. 59 Resp. 1. Secundo. *Solut: à me data replicæ supra posita: 60

Prosequitur dicens me dub. 17. num. 8. verè, & sincerè proponentem sententiam suam circa auxilium ad perseverandũ sic affirmare.* Cum autem iuxta stabilita ab ipso Mag. q. 5. n. 43. & q. 8. §. 3. *Velle* liberum sit auxilium *quo* ad facere. Consequenter affirmat prædictum velle etiam in Adamo esse auxilium *quo* immediatè donans facere, & *perseverare.** Ex quibus subdit: *Si fatente Primario* nostro sententia docet necessarium auxilium *quo* immediatè donans actualem perseverantiam in utroque statu, & donans immediatè actus virtutum; cur contra me instituit integrum dub. 16. ut probet perseverantiam actualem à Deo immediatè donari, & per auxilium *quo* donari etiam immediatè à Deo exercitia harum virtutum in utroque statu? Hoc non est probare contra me, sed pro me, qui teneo &c. Refert alia à me dicta: Ex his arguit contra me:

Hæc redargutio petit, ut in hoc puncto sensum, & animum ingenuè exprimam. 1. sic arguo. Si iuxta illius sententiam, ut Adamus perseveraret, indigebat duplici auxilio *quo*, uno quo Deus operaretur in illo velle perseverare; & altero consistente in ipso *velle*, quod est prædeterminatio ad perseverare, & ad cætera opera virtutum; cur protulit illam propositionem supra relatam, adeò rigidam, & præter omnium spem Doctor. tam benemeritus apud Thom. q. 3. n. 6. & cur iæpè infert hanc conseq: *Ergò contra Aug. asseritur auxilium quo necessariũ ad perseverandum in natura etiam innocente.* Item num. 7. *Ergò cum Adam innocens non sit tractus efficaci gratia, sequitur clarè iuxta D. Thom. gratiam illam in statu innocentiæ non fuisse ad perseverandum necessariam.* Et item de mente S. D. *Hæc duo distinguenda sunt: agere, & perseverare, ut licet in utroque statu necessarium sit auxilium quoad opera salutaria, non tamen sit necessarium ad perseverandum in natura innocente?* Quasi persever. in bono esset aliud, nisi continuare actus virtutum? Qua locutione sæpissimè 61 Retor. queo argumentum.

uti-

utitur. Huic accedit, quòd cùm sibi opponeret Concil. Arausic. asserens* Adamum indiguisse adiutorio Dei ad perseverandum. * Resp. Vera solutio est de mente P. Aug. Adamum innocentem indiguisse efficaci gratia, & auxilio *quo*, non ad perseverandum, sed ad volendum perseverare. Tandē assignans discrimen à sententia aliorum DD. ait in fine q. 3. *Nos dicimus pro actuali perseverantia non dari in sententia Augustin. nisi unicum auxilium requisitum ad velle: Thomist. ponunt duo auxilia necessaria: unum ad electionem, alterum ad executionem. Hoc verum est in natura lapsa, sed falsum in natura innocente, maximè de mente Aug. & D. Th.*

Persistit in eodem dicto.

Si primo scripta sunt falsa: cur nō impugnabo?

62 Ratio est clara incipiendo ab hoc ult: Si discr: à Thom. stat in alio auxilio *quo* dante immediatè perseverare, (utique per actus salutares) vel tantùm mediatè (quasi non donarentur immediatè à Deo) cùr hoc discrimen non refert ante impugnationem illius, ut sciamus *quid, de quo, & cum quibus* disputatur? Rursus: Hæc positio immediata auxilij ad ipsam actualem perseverantiam est adeò extranea à M. P. à S. D. à doctrina gratiæ, ut ita sentiatur contra illā? *Deus enim est largitor immediatus omnium bonorum. Neque enim homo habere potest aliquod bonum, quod à Deo non acceperit; & ab ipso faciente, ut nos faciamus &c.* Nunquid stat magis pro gratia Dei, qui magnum bonum, qualis est perseverantia in statu innocentiæ, tantùm mediatè tribuit auxilio *quo* gratiæ, an qui immediatè? O quam plura satis efficacia se offererebant!

Impug. 1.

63 Ulteriùs: Nàm sentire Adamum indigere duplici auxilio *quo* ad perseverandum, scilicet, *operatione Dei* operantis velle, & ipso *velle*, quod est auxilium *quo* Augustinianum ad perseverare; apertè contradicitur huic propositioni totiès illatæ q. 3. *contra Aug. & D. Th. Est asserere, Adamo fuisse necessarium auxilium quo ad actualem perseverantiam; & in hoc asserto planè evertitur doctrina gratiæ &c.* Si dicatur 1. Hæc dicta fuisse ab A. postea in alijs q. ubi iam erat doctior factus. Obstat 1. Quòd etsi admittam successionem in dictando, & prælo dictata tradendo; non tamen in præscientia huius SS. M. Non enim quasi raptim cogitando de qualitate status innocentiæ iudicium formavit, sed assidua meditatione, & indefesso labore. 2. Si res ita se habet, cur talem propositionem non delevit, aut eam explicavit? Quòd si hoc fecit quasi obiter in fine quæst. *3. iudicet 1 quicumque: An ponere duplex auxilium *quo* requisitum in Adamo innocenti; unum ad velle, alterum ad actu perseverare (perseverantia sine dubio habenda per varios actus salutares) opponatur adeò menti M. P. & Aug. D. ut evertat doctrinam gratiæ ab ipsis traditæ? 2. An ponere duplex auxilium *quo*, unum donans immediatè *velle*, alterum donans immediatè perseverare, scilicet, *ipsum velle*, ut à Deo (ut tenet Præs: Mag.) ita sit certum, ut qui neget hoc, & illa duo auxilia collocet in duplici gratia prædetermin. distincta ab actione Dei, & à velle creato; planè evertat &c. & adversetur doctrinæ utriusque S. D?

*Semper addit mediatè.

64 Fateor me exposuisse sententiam præd. Mag. ex his, quæ tradit quæst. 5. &c. illum conseq. affirmare esse necessarium duplex auxilium *quo* immediatè donans facere, & perseverare in utroque statu. Attamen hoc dixi inferendo pro eo ex his, quæ docet q. 8. Nā reverà q. 5. §. 4. per tot. non ponit 2 auxilium *quo* immediatè donans perseverare; quin potiùs persistit in eadem propositione, ut cuilibet videnti constabit. Solùmque addit *nostra sententia negans auxilium *quo* requisitum ad facere, ponit auxilium *quo* requisitum ad velle etiam in statu innocentiæ. Hinc duo sequuntur, in quibus sententia nostra discriminatur à sententia DD. 1. Quòd nostra non excludit plenè auxilium *quo* à statu innocentiæ, sed illud admittit necessariū pro 1. velle deliberato. 2. Quòd hoc auxilium mediatè est requisitum pro operatione, & perseverantia naturæ innocentis. *Unde ly *consequenter affirmat à me prolatum* dictum est in obsequium illius, ad hūc sensum *debet affirmare* eò, quòd iuxta alibi ab illo dicta, *velle* est auxilium *quo* ad facere, quamvis q. 8. nihil affirm. deco quod velle in Adamo esset auxilium *quo* ad perseverant.

Ad argū, form, ex his, quæ dixi.

Exposui in obsequ ut tempo locutionem.

Sibi contradicit.

Dub. 15. tom. 3. §. 3. statui hanc conclusionem: *Falsum est, & alie-*

Aliud à me asser-tum.

alienum à mente D. Aug. dicere, Adamum non indiguisse auxilio efficaci gratiæ ad perseverandum in bono. Pro qua retuli plures, atque gravis. AA. ex quibus aliqui iudicant continere doctr. in Ecclesia Dei definitam. Monui tamen veritatem huius conclusionis, non depe-

Castell de lege, & grat. à n. 720:

dere ab eò, quòd hoc auxilium sit efficax ab intrins. vel ab extrins. & an sit gratia specialis; aut non relatè ad illũ statum. Unde conclusio reducitur ad hos terminos: *Auxilium efficax gratiæ.* De illa sub hac præcisione agens M. Serna Oraculum sapientiæ, & in doct. M.P. & SS. PP. maximè versatum ar. 10. de necessit. grat. asserit: *Oppositum non esse probabile, sed erroneum coincidens cum errore Pelagij.* Quod probat pluribus satis efficacibus, refertque pro illa Cornelium Jansenium, & alios Theolog. Lovanienses; in quo communiter conveniunt.

65 Sed ex antea à me dictis infert M. Manso *disputationem meam neminẽ tangere: Nàm Jansenius pro statu innocentiæ sæpissimè profitetur se ibi propugnare gratiam versatilem, quæ ex determinatione voluntatis prævisa per scientiam mediam redditur extrinsecè efficax. M. Lafosse, licèt pro statu innocentiæ solùm admittat gratiã sufficientem; attamen asserit illam reddi extrinsecè efficacem vi decreti efficacis ab intrinseco conotantis integritatẽ naturæ innocentis: ergò Jansen. Lafos. &c. assignant pro actuali persev. in statu innocentiæ gratiam extrinsecè efficacem; quare non apparet, quis teneat oppositum conclusionis, prout à *Primar.* propugnatur.*

Arguit contra Primar.

66 Duo in præsenti sunt stabilienda. 1. Hanc propositionem (idem de Ang. Adam non indigebat adiutorio *quo*, sive auxilio *quo* ad persever. in bono: esse propos. expressè traditam à Janse-

Resp.

nio. Ita lib. de grat. primi hominis c. 10. 12. 13. & 14. in quo nulla est dubitatio apud AA. 2. Efficaciam illam extrinsecam, quam Jansen. attribuit gratiæ intrinsecè indifferenti ex deter-

Non conguit excusare Jansen. & accusare Primar:

min. lib. arb. minimè sufficere, ut liberetur ab unanimi impugnatione Theolog. quos supra retuli, imò nec à censura, quam aliqui contra ipsum palàm proferunt. Quod prob. seq. ratione: Modus dicendi ita ponens gratiam efficacem ab extrinseco, ut requisitam pro perseverantia Adami (idem de Angel.) ut asserat: *Merita in tali statu non fore gratuita Dei liberalitate donata, sed ex propria Adami libertate, quamvis non sine Dei gratia promanantia; qua ratione talia merita non sunt dicenda gratuita, aut gratia. Nec adiutorium illud influendo faciebat, ut arbitrium vellet, sed arbitrium volendo, ut adiutorium influeret.* Non est auxilium efficax gratiæ, quam DD. Catholici propugnant; pro perseverantia Adami, & Angelorum; sed talis erat gratia posita à Jansenio, quæ ex alijs ab ipso dictis colligitur dici gratiam extrinsecè efficacem: ergò nihil deservit doctrina adducta. Mai. est certa ex testim. Sacræ Script. 1. rationibus Theologicis à nobis ubi supr. num. 18. insinuatis. Min. traditur expressè à Jansenio tom. 2. de gratia primi hominis, & Angelor. cap. 14. cap. 16. De quo videri possunt AA. & modò sufficiat sequentia ex ipso referre: **Nos hic asserimus, tamque sine dubitatione verissimum iuxta doctrinam S. August. & Ecclesiæ omnia eiusmodi opera, adeoque & ipsam fidem, & dilectionem ab eo potuisse per libertatem arbitrij fieri, sic, ut ea non donaret gratia.* Quo quid clarius, & solo nomine ab illo dici gratiam Dei; etsi fortè eam extrinsecè efficacem appellarit, solùm dici talem efficacia conexionis, non causalitatis, & effectionis. Vide quantùm distet à verit. & Schola Societatis. *Quod attinet ad M. Lafosse*, dixi n. 24. his, & alijs motiv. tuetur, *Adamum non indigere auxilio efficaci ad persever. In hoc dixi verum, ut constat.* Addidi discrimin. à Jansen: *Quia ponit decretum ab intrinseco efficax. Hoc etiam est verum. De hac efficacia extrinseca gratiæ indiff. audi* quid sentiat *M. Manso* q. 5. fol. 249. ut Deus ratione illius sit 1. causa, & 1. Dominus perseverantiæ. Hæc doctrina, inquit, expressè opponitur Magn. Par. quæst. 2. ad Simplic. *Ex qua infert:* * *Convinci falsitatis: dicere vocationem reddi efficacem extrinsecè ex Dei proposito.* * Ergò iuxta illum Lafosse non ponit efficaciam effectionis, ut requiritur, ut Deus sit 1. causa, & 1. Dominus suorum bonorum.

Castell nu: 749;

*Vide M Benitez in suo erudito tom. fol: 134. à n: 7.

M Lafos à me explicatum

Et hæc de hoc dub.

&c.

TRAC-

TRACTATVS SECUNDUS DE CONGRUITATE VOCATIONIS,

IN QUO SENTENT. THOMIST. EX DOCTINA M. P. ET Angel. Præcept. deprompta, ab aliquibus impugnat: libera ſtabilitur, & elucidatur.

DUBIUM I.

AN VOCATIO DEI SIT CONgrua ratione gratiæ prædeterminantis?

§. I.

PRÆNOTANTUR ALIQUA.

N. 1 Primo. CERTUM Eſt, ut homo infidelis convertatur ad fidem, neceſſario requiri Dei vocationem internam, per quam, & accipiat poteſtatem ad ſe convertendum, & ſimul accipiat actù converti credendo in Deum. Idem prorſus dicendum pro elicientia actuum ſalutarium ſubſequentium fidem, quibus ad iuſtificationem diſponitur: quos enumeratos invenies in Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. & de eis agit S. Doct. 1. 2. quæſt. 113. ab art. 3. Nec ſolum hanc certitudinem adſtruimus ſub his nominibus *inſpiratio, excitatio, gratia, operatio Spiritus Sancti. Adiutorium illius* ſed etiam ſub nomine *vocationis.* Sic traditur à Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. ubi neceſsitatem prævenientis gratiæ Dei per Ieſum-Chriſtum; undè ſumit exordium noſtra iuſtificatio; explicat per vocationem dicens, *hoc eſt ab eius vocatione, ut qui per peccata à Deo aver-*

si erant, per eius adiuvantem atque excitantem gratiam &c. M.Par. id ipsum sæpissimè docet præsertim quæst.2. ad Simplic. ubi ait: *Quia nemo potest credere, nisi velit, nemo velle, nisi vocetur: Vocando Deus præstat fidem.* * Et Rursùs: *Ideò potius dictum est non est volentis, nec currentis &c. quia nisi eius vocatione non volumus.* Vocatio adæquatè sumpta spectat in homine ad intellectum, & voluntatem, prout attinet ad intellectum includit gratiam cœlestis illuminationis; prout vero spectat ad voluntatem, gratiam sanctæ affectionis, sive delectationis. In sententia Thomistarum; ad elicientiam horum actum præcedit necessario auxilium supernaturale fluidum (in casu abientiæ habitus) elevans intrinsecè tùm intellectum, tùm voluntatem; cum iuxta ipsos repugnet elevatio per auxilium extrinsecum ad actus supernos. Quapropter si vocatio integrè, & complete accipiatur, etiam auxilia fluida immediatè recensita complectitur. Sed quia intellectus noster non statim prorrumpit in cognitionem perfectam adhuc intra ordinem naturalem; & hoc ob eius potentialitatem, & imperfectionem; cui adiungitur vulnus ignorantiæ, in quo manſit post peccatum originale; ideò auxilium fluidum primo causat subitam, & imperfectam illuminationem circa supernaturalia; qua disponitur ut eadem bona perfectius cognoscat, & magis penetret, non solum speculative, sed etiam practicè quantum ad excitationem affectuum in voluntate. Hinc provenit, quod cum voluntas in suis actibus sequatur modum intellectus eam excitantis; prius prorumpit in affectus subitos, quam in affectus liberos; prius in affectus simplicis complacentiæ, quam in affectus procurativos boni ipsi placentis, & similiter prius in affectus inefficaces, estò liberos, quam in affectus absolutos, & verè efficaces. Similis ordo servata propositione contingit in progressu peccati, sive illud ex Diaboli suggestione proveniat; sive ex interna concupiscentia appetitus excitantis saltem mediatè intellectum, ut sua cognitione paulatim excitet voluntatem ad liberum consensum.

* Hæc explicat. M. Manso de præstare innitiat. medio nihilo consens.

De his latè tom. 4. de Grat. excit.

Supponimus etiam ex M.P. q.2. ad Simpl. Dei internam vocationem; per quam allicit, suadet, hortatur, & vocat homines ad fidem, pœnitentiam, alioſque actus supernos, esse duplicem; unam congruam, aliam vero non congruam. Per 1. efficit reipsa Deus ut homines credant, diligant &c. Per 2. vero donat potestatem, & sufficientiam ad credere, diligere &c. si velint. Non tamen in actu 2. elicit, & operatur ut velint, & credant. Huius vocationis congruæ facit mentionem Epist. 107. ad Vital. eam appellans *vocationem altam, atque secretam*; quia alto, & sancto Dei iudicio quibusdam misericordialiter confertur; quibusdam vero iustè negatur. Et lib. de Prædest. Ss. cap. 3. & 19. illam nominat vocationem secundum propositum Dei, propriam prædestinatorum, discretivamque ipsorum à reprobis.

2 Assa suppositio ex M.P.

Sufficiat audire ipsum cap. 16. per hæc verba: *Vocat Deus prædestinatos, ut eos faciat membra unigeniti filij sui; non ea vocatione, qua vocati sunt, qui noluerunt venire ad nuptias, quam distinxit* Apost. dicens: *Ipsis autem vocatis Iudeis: Sciens esse quandam certam vocationem eorum, qui secundum propositum vocati sunt, quos præscivit, & prædestinavit: qua vocatione homo fit credens.* Et cap. 17. *Intelligamus ergò vocationem, qua fiunt electi, non qui eliguntur, qula crediderunt, sed qui eliguntur, ut credant.* Et cap. 19. Illa vocatione, quæ *sine pœnitentia est, id prorsus agitur, & peragitur, ut credamus.* Videat. de Correct. & Gratia, cap. 7. & lib. 83. quæst. quæst. 68. Horum testim. Authoritate suffulti.. Omnes Theologi tuentur divisionem gratiæ in gratiam sufficientem, & efficacem, esse optimam, & in M.P. expressam. Prima dat nobis posse velle, & rectè operari. 2. dat nobis ut benè velimus, & operemur. Quapropter etiam asserunt præiactam divisionem esse eandem cum divisione vocationis internæ in-

3 Divisio vocat.

S Prosp. lib de Vocat. gent.

Srpè in Sacra Script. In Esaya: & Epistol. Pauli.

in congruam, & in non congruam; cum ex doctrina M. Par. supra relata vocatio congrua sit, qua homo fit credens, & per quam prorsus agitur, & peragitur, ut homo veniat ad Christum per fidei cognitionem. Undè quæst. 2. ad Simplic. loquens de vocatione congrua sic habet: *Sed si vocatio ista effectrix est bonæ voluntatis, ut omnis vocatus eam sequatur &c.* Et Rursùs: *Quis dicat Deo defuisse modum vocandi, quo Esau mentem applicaret ad fidem, atque coniungeret voluntatem?* Quo nihil clarius pro efficacia dictæ vocationis. Nec omnino reijcimus asserentes omnē vocationem Dei posse dici congruam ex se, & prout descendit à Deo. Siquidem in hac locutione tantum attribunt omni vocationi congruitatem in actu 1. sive signatam; non vero exercitam, & in actu 2. quæ acceptio est propria vocationis congruæ, prout de illa agit M. P. & omnes Theologi cum ipso.

4 Hanc duplicem vocationem tradit expresse D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 1. art. 1. ad 2. quæst. dicens: *Vocatio est duplex; quædam exterior* * ut quæ fit per prædicatorem: quædam vero interior, quæ nihil aliud est, quam aliquis instinctus, vel motus ad bonum à Deo immissus. Et hæc quandoque non pertingit ad finem suum ex defectu vocati; quandoque autem pertingit ad finem; quando, scilicèt, aliquis audit vocantem, & venit ad Christum iuxta illud Ioan. 6. Omnis, qui audit, & didicit à Patre, venit ad me. * Ubi expresse habetur vocationē interiorem quandoque esse purè sufficientem ut homines veniant ad Christum, quandoque vero efficacem. Videatur 1. 2. quæst. 113. art. 1. ad 3. & ad Rom. 8. lect. 6. & ad Galat. 1. lect. 4. ubi quiditatem vocationes internæ, simulque illius divisionem in purè sufficientem, & efficacem tradit.

Ex D. Th.

5 Si quæras: *In quo consistat gratia internæ vocationis quoad sufficientiam talis.* Respond. 1. Huius difficultatis decisionem parum ad præsens referre, cum solum sit litigium deforma, à qua proveniat illius congruitas, sive efficacia. Respond. 2. In homine, qui vocatur ad fidem, vel ad alium actum supernaturalem, ad cuius elicientiam caret virtute infusa: Gratia internæ vocationis iuxta Thomistarum sententiam coalescit integrè ex auxilio fluido se habenti per modum principium effectivi, & ex cognitione supernaturali directivè influenti in actum virtutis, & ex motibus indeliberatis, tùm intellectus, tùm voluntatis dispositivè, & moraliter concurrentibus, ut homo liberè Deo vocanti consentiat. Si autem homo sit præditus gratia, & virtutibus infusis, vocatio interior ultra virtutes effectivè influentes in actum salutarem, includit cognitionem practicam suasivam boni supernaturalem, & insuper iuxta regularem modum per se operādi in voluntate humana includit etiam subitas illustrationes, & cœlestes affectiones, quibus excitatur, allicitur, & disponitur ad consensum liberum absolutum, & efficacem. Ex his constat, in quo consistat difficultas titulo dubij proposita, scilicet, quænam sit forma, à qua proveniat, quod potestas, & sufficientia virtutis, qua homo vocatus à Deo gaudet, ut rectè, & salutariter consentiat credendo, sperando, &c. reducatur de otio in actum, ut iam non solum sit potens credere &c. sed sit actu credens, & diligens Deum super omnia?

Cuidam quæsito sit satis.

6 Communis Thomist. sensus tuetur congruitatem vocationis provenire à gratia prædeterminanti; sicuti ab eadem provenit delectationem cœlestem allicientem ad consensum salutarem esse victricem, & terrenæ delectationi dominantem. Undè commun. asserunt hoc complexū *vocat. congrua* duo includere; scilicèt, gratiam excitantem, in qua consistit essentia vocationis, & gratiam prædeterminantem, à qua provenit, quod gratia excitans sit efficax, sive in actu 2. effectrix bonæ voluntatis. Cum enim congruitas in vocatione sit idem, ac illius efficacia, & coniunctio cum consensu libero salutari, si in Thomist. principijs à gratia

Sent. Th.

prædeterminanti provenit gratiam sufficientem denominari efficacem, hoc est in actu 2. efficientem consensum, ab eadem provenit esse, & denominari congruam, non quidem substantivè, sed adiectivè: pro quo videatur inter alios SS.M.Lemos lib. 4. part.2. tract.2. à cap.2. & tract. 4. à cap.28. & fere per totum librum.

7 Sed quia præcipuus finis huius tract.præsertim eo tendit, ut gratiam prędeterminantem ab obiectionibus novissime excogitatis immunem reddamus; ideò brevissimè proponemus rationes, quibus Thomist. probant vocationem esse congruam, sive efficacem per additionem gratiæ prædeterminantis, ut maiori extensione argum. in contra plenè satisfaciamus. Consequenter maximè advertendum pro efficacia harum rationum prælaudatum SS. M. Quem in præsenti Adverſ. habemus, tueri omnem actum positivum liberum honestumque moraliter necessario prærequirere ad sui elicientiam gratiam prædeterminantem; proindequè libenter fatetur congruitat.exerc.vocationis in ordine ad talem actum, seu consensum positivum non dari sine gratia prædeterminanti. Quia tamen tuetur prædeterminationem destruere libertatem, si non sit acquisibilis à voluntate creata per quendam consensum negativum existentem pro signo priori, quem in anteced. impugnavimus; ideò asserit congruitatem vocationis in ordine ad talem consensum, quam appellat præcipuam, & primariam congruitatem, haberi sine, & ante gratiam prædeterminantem.

§. II.

Congruitas vocationis provenit à gratia prædeterm. maximè si hæc gratia prærequiratur ad omnem actum salutarem.

8 CUm iuxta superius dicta vocatio, ut congrua, sit vocatio efficax, omnes illæ rationes, quibus Thom. probant necessitatem physicæ prædeterminationis, ut vocatio sit, & denominetur efficax, probant formalissime eiusdem congruitatem ab eadem gratia provenire. Meminimè tom.4. dub.3. §.3.f.304. tenuisse grat.prædet. obtinere rationem vocat. congruæ, sive efficacis etiã intrinſ.sive substantivè. Assump. probaviA.& ratione. Hoc assert. impugn.prę.M.t.4.sed parum efficacit. Quare ut non sit novum litigium freq.modum sentiendi pronunc se q. Enimvero ut assumptũ expressius, & magis ad mentem M.P. etiam quoad terminos, quibus congruitatẽ vocationis describit, probetur; necesse erit notas vocationis congruæ præfigere, ut ex illis rationes probativæ deducantur. Igitur M. Par. de Præd. SS. cap. 19. loquens de vocatione congrua, asserit esse illam, per quam *prorsus agitur, & peragitur, ut credamus*; quæ verba maximè consonant cum his, quæ tradit quæst.2.adSimp. dicens * illam esse effectricem bonæ voluntatis; ita ut omnis vocatus eam sequatur, eique obtemperet.*Ex his sic arguo. Gratia, per quam prorsus agitur, & peragitur, ut credamus, est gratia per modum causæ perficientis in nobis fidem; sed quod vocatio sit causa perficiens in nobis fidem, provenit à gratia prædetermin. ergò vocationem esse congruam &c. Mai. constat ex significatione huius verbi *perago*, ut distinctum à verbo *ago*. Nàm idem significat, ac perfectè, & completè facio. Minor vero probat. 1. ex Doctrina præfati Mag: iuxta quam tuetur omnem actum positivum honestum, tam naturalem, quam supernaturalem, dependere necessario à gratia prædeterminans; undè consequenter dicendum Dei vocationem non esse causam *perfectè, & complete* efficientem in nobis fidem, nisi adiuncta gratia prædeterminanti. Secundo probat. ex D. Thom. quæst.3. de Malo, art. 3. & alibi probanti. *Diabolum suadentem, aut etiam imperantem* commissionem peccati his, qui se illi subdiderunt, non esse propriè directè, & per se causam peccati, sed tantum indirectè, & dispositivè; quia videlicèt præd.causalitas *soluꝫ convenit causæ perficienti, ad quam ex necessi-*

De hoc alibi.

Prob. ex M.P.

tate

tate sequitur effectu. Ex qua doctrina habetur 1. causam perficientem actus voluntatis humanæ contradistinguí à causa moraliter influenti, & tantum objectivè concurrenti. Atqui gratia excitans in sancta illuminatione, & affectione consistens, solum modo antea dicto influit in cõsensum salutarem, & in actum fidei: ergò talis gratia antecedenter ad gratiam prædeterminantem nequit dici causa perficiens ad actum salutarem.

Illat. 1.

Secunda. Habetur 2. causam perficientem dicere necessariam connexionem cum actu, cuius est causa; connexionem, inquam, convenientemper se, & ab intrinseco; siquidem causa moraliter suad. & etiam imperans, potest connecti ab extrinseco, ex determinatione, scil. liberi arbitrij cum actu quem imperat, & suadet. Sed gratia per se, & ab intrinseco connexa cum actu voluntatis, est gratia prædeterminans: ergò quod vocatio Dei sit, qua prorsus agitur, & peragitur, ut homo credat, convenit ipsi ratione gratiæ physicè determinantis ab intrinseco, & connexa cum actu fidei, & quolibet alio actu salutari.

9

Si dicas.

Nec efficaciam huius rationis minuit dicere Dei vocationem esse principium physicè influens in actum salutarem, saltim ratione subitæ affectionis, & insuper esse determinationem physicam intrinsecam, & subiectivam voluntatis ad actum liberum. Ob quam causam dici potest esse causam agentem, & peragentem actum fidei. Non, inquam, minuit; quia estò vocatio physicè influat; relinquit tamen voluntatem indifferenter coniungibilem cum actu salutari, & illius omissione; proindeque nequit esse causa verè perficiens: cum de ratione huius sit necessaria connexio cum effectu. Neque enim D. Th. loco cit. & 1. 2. q. 80. a. 1. contraponit causam directam, per se talem, & perficientem actus voluntatis, causæ suadenti, proponenti; & imperanti; quia istæ influunt purè moraliter; sed quia voluntatem indeterminatam relinquunt, nec connexam cum proprio actu; sic enim habet Sanctus Doctor: *Suasio enim iuxta Augustinum non cogit invitum*: ergo quod vocatio ratione subitæ affectionis sit virtus elevans voluntatem, ut physicè influat in actum salutarem, non sufficit, ut sit causa perficiens respectu illius. Nec id, quod additur de determinatione physica aliquid iuvat. 1. Quia talis modus determinandi reiectus manet dub. 12. tom. 4. fol. 234. 2. Quia cum talis determinatio physica sit resistibilis à voluntate creata iuxta Authorem eam propugnantem, nequit dici causa peragens, sive perfectè agens actum salutarem; cum de ratione huius, ut vidimus, sit necessaria connexio cum effectu. Quod expressè conceditur ab eodem Authore, dum asserit, * subitam affectionem ratione determinationis physicæ ad actum salutarem posse dici causam directam, sed dispositivam, sive initiativam consensus; non vero causam directam perfectè, & complerè effectivam illius, nisi adiuncta gratia prædeterminanti. *

Reijcitur

10

Secunda ratio.

Secunda ratio desumitur ex Magn. Par. Epistol. 107. ubi vocationem congruam appellat *vocationem altam, atque secretam, per quam Deus sic agit sensum liber. arbitr. ut legi, ac doctrinæ accommodet assensum.* Per quæ probat id, quod ante dixerat, scilicet,* gratiam Dei, ita prævenire hominis voluntatem bonam, ut eam non inveniat in corde; sed faciat illam,* ex quibus arguo: Vocatio Dei congrua dicitur, quatenus prævenit hominis bonam voluntatem per modum causæ ipsam operantis; sed quod vocatio ita præveniat hominis bonam voluntatem, ut illam operetur, & faciat, habet ratione gratiæ prædeterminantis: ergò congruitas vocationis provenit à gratia prædeterminanti. Mai. constat ex dictis à M.P. & min. prob. Vocationem ita prævenire hominis voluntatem, ut illam operetur, non convenit illi ab intrinseco sui; aliunde non convenit ex determin. lib. arb. ergò solũ ei convenit ratione gratiæ prædetermin. Mai. quoad 1. part. const. cum vocat. quoad sui intrinseca sit coniungibilis cum

bona voluntate ; & illius carentia; & quoad 2. probatur. Si ex determinatione lib. arb. proveniret Dei vocationem operari in nobis bonam voluntatem ; gratia Dei non esset præveniens in esse actù operantis bonam voluntatem ; sed tantum in esse excitantis ipsam. Nam cum determinatio lib. arb. sit indistincta à bona voluntate, idem est provenire ex tali determinatione Dei vocationem esse prævenientem ; faciendo bonam voluntatem ; ac dicere : per bonam voluntatem gratiam facere in nobis bonam voluntatem : quod est absurdum , vel ad minus ridiculum. Consequentia vero ex eo constat : Nam Dei vocationem ita prævenire hominis voluntatem , ut illam causet, & operetur , debet provenire ex gratia Dei : ergò si ut probatum relinquimus,hoc non provenit à gratia vocanti , sive excitanti secundum sibi intrinseca , debet provenire à gratia prædeterminanti.

11 3. Ratio , quæ est præcedentis confirmatio, desumitur ex eodem M. P. de Prædest. SS. cap. 8. appellante *gratiam vocationis secundum quam homo audit, & didicit à Patre credendo in Christum (quod est proprium vocationis congruæ) asserit esse gratiam secretam , quæ occultè humanis cordibus divina largitate tribuitur , & à nullo duro corde respuitur: ideo quippè tribuitur ,ut cordis duritia primitus auferatur.* Ex quibus constat vocationem congruam , quam S. P. appellat vocationem altam , ac secretam in præsenti appellare *gratiam secretam , & occultam , infusam in cordibus nostris.* Imò etiam per huiusmodi gratiam homines versari in schola Dei Patris *intus audiendo, & docendo, quæ quidem schola valdè occulta , & remota est à sensibus carnis.* Ex qua doctrina sic formatur argumentum. Gratia vocationis congruæ eo dicitur talis , quia à nullo duro corde respuitur ; sed hoc convenit ipsi ratione gratiæ prædeterminantis : ergò vocatio est congrua &c. Mai. constat ex supra relatis ex M. P. Minor vero prob. Gratia , quæ à nullo duro corde respuitur ; quia per ipsam duritia cordis prius auferitur,est gratia efficax ab intrinseco : ergò. Prob. ans.Gratia quæ ex determinatione lib. arb. est efficax , est gratia, quæ si non respuitur à duro corde, hoc habet quia liberum arbitrium vult illam acceptare;sed iuxta doctrinam supra traditam talis gratia eo nō respuitur,quia illa perprius aufert duritiam cordis : ergò &c. Confirm. Quādo Deus infundit humanis cordibus huiusmodi gratiam ocultam , ac secretā,aufert à nobis cor lapideum, & dat cor carneum,ut dicitur Ezech. 11.* sed Deus sine gratia prædeterminanti nequit dare nobis cor carneū,& auferre à nobis cor lapideum: ergò gratia vocationis congruæ,quæ dicitur alta , atque secreta , talis est ratione gratiæ prædeterminantis. Pr. min. Gratia catenus aufert à nobis cor lapideum,& donat cor carneum, *quatenus præbet cor obediens,ut mandata Dei faciamus.* Ita M.P. de gratia , & lib.arb.cap.16.Sed Deum donare nobis cor obediens provenit à gratia efficaci ab intrinseco,ut alibi probatum est:ergò.

Confirm.

Hæc ad hom.contra Manso

*Sic M. P. supra.

12 4. Ratio est.Vocatio congrua est gratia,per quam homo audit , & addiscit à Patre;sed huiusmodi gratia non est gratia solius sanctæ illustrationis , & affectionis : ergò vocatio congrua includit efficacē ex se, & ab intrinseco. Maior est D. August. ubi supra.Min.vero prob. Gratia illa, per quam homo audit, & didicit à Patre, est illa,per quam venit ad Christum; sed gratia,qua homo venit ad Christum, est gratia efficax;cum venire ad Christum iuxta Mag. P. nil aliud sit, quam credere in ipsum : ergò.Maior traditur à M. P. his verbis : *Homines trahi ad Christum , & audire , ac discere à Patre , ut veniant ad Christum, nil aliud est quam donum accipere à Patre, quo credant in Christum.* Sed donum, quo homo fit credens in Christum, est gratia adiuvans : ergò &c. Quod confirm.potest ex D.Th. Tum super Ioann.6.lect.6.Tum 2.2.q. 2. a.3. Et 1. 2. q. 113. a. 3. dicente : *Hominem adiscere à Deo,importare assensum fidei, quo liberè credidit in ipsum.*

4. Ratio.

Sic Mag. Manso.

Confirm.

13 Sed pro maiori confirmarioni huius rationis placet probare : *Hominem non audire , aut discer*

re à Patre, nisi per gratiam donantem velle, & credere ex Magn. Par. de Gratia Christi cap. 13. dicente: *Hæc gratia, qua agitur, ut faciamus cognita, & ut diligamus credita, si doctrina dicenda est; certe sic dicatur ut altius, & interius eam Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere; ita ut non solum ostendat veritatem, sed impertiat cur charitatem*: ergò gratia secundum quam quis didicit à Deo, est gratia donans, & scire quid agant, & diligere, & agere quod sciunt; quæ consequentia, est M. Par. Sed agere, & dilligere importat actus positivos: ergò. Rursùs. Nàm cap. seq. asserit per *huiusmodi gratiam, qua Deus docet hominē, & homo addiscit à Deo, non adiuvari adiutorio possibilitatis sed adiutorio voluntatis, & actionis*; sed tale adiutorium est gratia efficax, per quam nobis donat velle liberè bonum, & illud operari: ergò. Ex quibus colligo A. asserentem gratiam Dei secundum quam Deus docet interius, esse gratiam solum excitantem; non vero gratiam efficacem per quam donat, & velle, & operari bonum; aperte contradicere M. Par. cap. 13. & 14. citatis, ubi sic concludit: *Qui didicit à Patre, non solum potest venire ad Christum, sed venit*; *ubi* iam possibilitatis *profectus*, *& voluntatis affectus*, *& effectus actionis est*: quod est dicere: qui venit ad Christum, *& habet à Deo bonam voluntatem*, *& simul bonam operationem*.

Illatio.

Nec potest dici D. Aug. solum dicere gratiam occultam infusam cordibus nostris auferre primitus duritiam cordis nostri; quod propriè convenit gratiæ excitanti, quia est dispositio ad consensum positivum. Non inquam potest. Siquidem ita gratia iuxta M. Par. primitus aufert duritiam cordis, ut propter hoc à nullo duro corde reputatur; sed si tantum illam dispositivè auferret, hæc ratio esset nulla; cum stet lib. arb. esse dispositum ad non resistendum, & de facto resistere: ergò. Ulterius: nàm per tralem gratiam M. Par. asserit loc. cit. verificari illud Ezech. *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum*; sed hoc non verificatur præcisse per dispositionem ad bonam voluntatē, & ad actum nudei; sed unicè per infusionem cordis obedientis, & positivè volentis credere: ergò. Denique. Nàm D. Thom. opusc. 17. cap. 9. column. 3. probat. ex hoc testim. divinam inspiratione sæpè esse efficacem, ut homo perveniat ad gradum perfectionis: gratia autem efficaciter ducens hominem ad perfectionem includit utramque gratiam excitantem, & adiuvantē. Insuper: quia ubi frequenter nos *legimus primitus, auferri duritiam cordis* hic legit S. Doct. *pènitus aufertur duritia cordis*, per quę verba aperte manet reiecta expositio de ablatione duritiæ cordis tantum dispositiva, sive initiativa.

14

Sdicas.

Reijcit. 1.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

§. II.

Solvuntur argumenta contra Conclusionem.

15

OBijcies 1. Si vocatio congrua includit gratiam prædeterminantem, confunditur gratia excitans cum gratia adiuvanti, hoc non potest dici iuxta Trident. sess. 6. cap. 5. ubi illam distinguit ab adiuvanti, quod etiam unanimiter admittunt omnes Thomistæ: ergò prob. sequela. Vocatio congrua est gratia excitans, & consistit in sancta illuminatione, & inspiratione; gratia vero prædeterminans est gratia adiuvans, & re ipsa efficiens opus salutare: ergò si vocatio congrua includit gratiam prædeterminantem, ex gratia adiuvanti, & excitanti fit, & resultat gratia vocationis congruæ: ergò gratia excitans, & adiuvans confunduntur in una gratia, scilicèt, vocationis. Confirm. Vocatio congrua est materia orationis distincta à gratia prædeterminante: ergò vocatio congrua non includit talem gratiam. Consequentia patet, & añs. probat. ex illa oratione, quam Ecclesia Hispaniæ præmittebat in Concilijs: *Veni ad nos Sancte Spiritus, esto nobis suggestor, & effector*. Certum est iuxta Thomistas per ly *suggestor* pòstulari sanctas inspirationes ad opera pietatis, proindequè gratiam excitantem, & vocantem: similiter certum

Arguit. 15

Confirm.

est iuxta illos per ly *effector* postulari gratiam prædeterminantem efficientem in nobis homine opus bonum. Nunc sic: dum Concilium orat Dei suggestionem absdubio petit suggestionem congruam, sive efficacem; nàm suggestio præscindens à congrua, & incongrua, non est digna oratione facta a tanto Concilio: ergò si per ly *effector* intelligitur gratia prædetermin. hæc est materia orationis distincta à vocatione congrua, vel si suggestio congrua illam includeret, Ecclesia bis oraret gratiam prædeterminantem.

16 Argumentum est inefficax, siquidem duplicem gratiam concurrere simul in ordine ad aliquem effectum, si diverso modo concurrant, non est confusio: ut videre est in denominatione albi, ad quam esto necessario concurrant, corpus, & albedo; non propter hoc hæc duo inter se confunduntur. Siquidem unum concurrit per modum subiecti, alterum per modum formæ denominantis. Confusio igitur tunc contingere potest, si munus proprium unius gratiæ alteri attribuitur. Hoc autem minimè accidit in præsenti: siquidem munus gratiæ excitantis est influere moraliter, vel si mavis, per modum principij elevantis voluntat. ad actum salutarem; munus vero gratiæ adiuvantis, est determinare physicè, irresistibiliter voluntat. ad eliciendam talis actus: Vel aliter, & brevius: gratia excitans se tenet ex parte actus primi, ut possimus liberè, & physicè bene operari; gratia vero adiuvans se tenet ex parte actus secundi, faciens ut velimus, & agamus.

Respond. In grat. excit. ad unantur illum. & affect.

17 Hinc illa propositio: *Gratia adiuvans, & excitans adunantur iuxta Thomistas in una gratia vocationis* est satis confusa, & sic opportet illam distinguere. Nàm ly *vocationis* vel accipitur pro vocatione quoad sui essentiam, vel pro vocatione quatenus cõgrua seu efficaci? si primum falsum dicit; cum ante gratiam prædeterminantem salvetur conceptus proprius vocationis, ut supra vidimus ex D. Thom. si secundum: propositio supponit falsum; cum vocatio ut congrua non sit unica gratia; sed duplex realiter distinct. & ad summum una unitate coordinationis. Undè in forma respondetur, neg. mai. Ad illius probat. dist. mai. vocatio congrua est gratia excitans præcisse, neg. mai. est gratia excitans simul cum gratia adiuvanti, conc. mai. Vocatio ut congrua, ut vidimus ex M. P. est vocatio, per quam Deus prorsus agit, efficit, & per agit, ut velimus, & credamus; cumque velle, & credere non fiant à vocatione sine gratia adiuvanti iuxta sententiam arguentis: vocatio, ut congrua utramque gratiam includit. Quam doctrinam tuetur admittere præfactus Author asserens quæst. 8. num. 4. tom. 1. * auxilium *quoad* velle esse physico morale, * quia complectitur utramque gratiam, scil. excitantem, & operationem divinam, in qua iuxta ipsum consistit gratia prædeterminans ad velle. Si ergò; quamvis utraque gratia concurrat ad constitutionem adiutorij adæquati *quoad* velle non adest confusio, nec similiter illa aderit, ex quo concurrant ad constitutionẽ vocationis congruæ, quæ iuxta nos est gratia, ut donans, tum posse, tum etiam efficaciter velle.

Prosecq. solutio.

Confirm. facilimè solvitur: Nàm rogo 1. Concilium orans pro suggestione congrua, vel orat pro illa ut exercitè congrua tantum ad consensum negativum, vel etiam ut exercite ult. congrua ad consensum positivum? 1. est prorsus voluntarium, & indignum tanto Concilio: secundum probat, quod bis petitur gratia prædeterminans: nàm vocatio non est exercitè congrua ad consens. positivum, nisi ratione prædeterminationis iuxta arguent: ergò quod ipse respondeat, nos respondebimus. Urgeo hoc; dum Ecclesia sic *orat, largire nobis Domine Spiritum cogitandi, quæ recta sunt, & Spiritum agendi*) in prioribus verbis orat pro spiriru cogitandi recta præscindenti ab spiritu agendi illa, vel ut coniuncto cum tali spiritu? Si primum: ergò si ita orare non opponitur Ecclesiæ tanta sapientia, & sanctitate præditæ; cur orare pro vocatione sanctæ illuminationis, & inspirationis, cum eadem præciss. opponitur tan-

18 Ad confirm.

tanto Concilio? Si 2. ergo Ecclesia bis petit spiritum agendi, scilicet, in primis, & in secundis verbis. Advertendum tamen hanc secundam instantiam esse efficaciſsimam; cum hæc oratio eundem sensum, & fere eandem verba contineat, ac oratio fieri solita à Concilio.

19 Solutio. Quapropter aliud est quod petit Concilium in illa oratione, & aliud (distinctione inadequata) id quod petit in qualibet parte orationis. In tota oratione petit gratiam sugerentem coniunctam cum prædeterminatione. In qualibet parte petit gratiam distinctam: in prima enim petit gratiam excitantem, & ibi non petit gratiam adiuvantem; & similiter dicendum in 2. parte orationis. Ex quibus dist. illam propotionem: *Petere gratiam suggestionis* præscindentem à congrua, in petitione completè sumpta est indignum permitto añs. in petitione incõpleta subdist, ut sola maneat, conc. añs. ut reddatur congrua cõgruitate, quam petit in alia parte orationis, ne y. añs. Hoc explicari potest in homine deprecante à Deo gratiam, & perseverant in illa; si enim accipiatur tota oratio, utrumque donũ adęq. petitur in illa. Si vero partes illius inspiciantur, petitur unum donum præcisſum negativè ab alio; quia, cum quodlibet illorum sit bonum, est materia partialis orationis. Similiter dum Ecclesia diffinit. *Deus est unus in essentia, & Trinus in Personis*; in 1. part. diffinit *unitatem essentiæ*, in 2. vero *Trinitatem*; in tota vero copulativa Trinitatem simul cum unitate. Quod si dicatur in 1. cathegorica diffiniri unitatem cum ordine ad Trinitatem diffinitam in altera: Idem dicimus, & nos de obiecto orationis. Quod si supra asseruimus in 1. parte orationis, solum exorari gratiam cogitationis, & sanctæ inspirationis ut negativè præscindentem à gratia prædeterminationis: locuti sumus de petitione; attenta expresione vocum; non vero attenta intentione orationis; nàm finis præ conceptus est consequi à Deo totum coniunctum.

20 Qbijc. 2. Si vocatio est congrua ratione physicæ prædeterminationis, gratia excitans non esset necessaria ad salutarem operationem; hoc est contra PP. & Concilia: ergò. Prob. sequela. Si vocatio esset congrua ratione prædeterminationis gratia excitans per se, & ratione sui nullum haberet effectum independenter à prædeterminatione, sed gratia ratione sui nullum habens effectum, non apparet ad quid sit necessaria: ergò. Confirm. Effectus proprius vocationis congruæ est determinare intrinsecè physicè voluntat. ad bonum, & illam trahere, sive inclinare, ad benè operandum; sed gratia illuminationis, sive sanctæ affectionis ratione sui habet hæc omnia; cum sit *impetus*, sive *impulsus* Spirit. Sancti, & iuxta illud Ezechiel, primo *ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur*: ergò gratia excitans ratione sui, & in signo añti. ad prædeterminationem, est vocatio congrua. Arguit. 2. Confirm.

21 Solutio. Resp. neg. assumptum ad probationem illius. Respond. etiam in sententia arguentis, (si cum proprietate loquatur) eam esse ineffi-cacem; siquidem consensus pure negativus possibilis ante prædeterminationẽ; cum ille sit purum nihil, non est propriè effectus. Deindè nàm in eo, qui dissentit negativè, gratia excitans nullum habet effectum; & tamen est necessaria saltim ut liberè dissentiat, & possit consentire negativè. Ulterius Respond. directè, quod si nomine gratiæ excitantis intelligatur auxilium fluidum; licèt nullum habeat effectum liberum ante prædeterminationem, habet tamen varios affectus indeliberatos, quibus disponitur voluntas ad actus liberos. Quod si sermo sit de gratia excitante sumpta pro actibus indeliberatis intellectus, & voluntatis: talis gratia requiritur, Tum ad sanandam infirmitatem ignorantiæ, & malitiæ contractam ex peccato originali: Tùm adhoc, ut voluntas obiervet modum connaturalem operandi procedendo de imperfecto ad perfectum. Tùm denique, ut affectus indeliberatus moveat intellectum, ut cum maiori advertentia proponat consensum positivum, & absolutum circ-

ca bonum supernaturale. Quod si arguens contendat prædictos affectus esse omnino simpliciter requisitos, etiam in omni subiecto; falsum profert, ut alibi probatum relinquimus.*

*Tom. 4. dub. 4.

Ad confirm. Resp. gratiam excitantē iuxta dicta Dub. 12. f. 230. tom. 4. non determinare physice voluntatem ad bonum; sed ad summum illam inclinare ad consensum salutarem. Deindè adhuc admisso illam esse determinationem physicam ad actum salutarem; solum potest dici talis, quatenus se tenet ex parte actus primi complentis libertatem ad illum; non vero ut actu donans præfatum consensum. Vocatio autem congrua non est quæcumque determinatio, etiam physica ad actum; sed qua agitur, & per agitur ut salutariter operemur iuxta superius adducta ex M. Par. Ad id, quod dicitur de vocatione congrua, quod est tractio. Resp. esse tractionem non ut cumque, *sed efficacissimam* ut expressis verbis exponit S. D. Ioannis 6. lect. 5. huiusmodi autem tractio, ita efficacissima nequit intelligi sine gratia ab intrinseco efficaci. Rursùs nam iuxta D. Thom. ibi: *Hæc tractio fit instinctu Dei operantis in nobis velle*; instinctus autem divinæ operationis includit gratiam prædeterminantem, cum iuxta præfatum Mag. prædeterminatio consistat in operatione Dei. Quapropter sequens discursus: *Vocatio ut congrua est vocatio, qua homo trahitur ad Christum; sed gratia illuminationis, & affectionis ratione sui trahit hominem ad Christum: ergò ratione sui est congrua.* Sic distingui debet:* qua homo trahitur quoad efficaciam, & per instinctum divinæ operationi donantis credere in Christum, conced. mai. qua homo trahitur quoad sufficientiam, & media suasione, delectatione præcisse, neg. mai. & cum eadem min. distinctione, neg. conseq. *M. Par. de Prædest. SS. sic ait cap. 8. *Homines trahi ad Christum, est accipere à Patre donum, quo credant in Christum*; quod sine gratia prædeterminanti nequit haberi; etiam iuxta opinionem Arg. requirentis illam ad omnem actum bonum positivum. Undè solum concedere valet gratiæ excitanti ratione sui causare consensum quendam negativum, disponentem ad actum fidei. Quis autem dicet homines trahi efficaciter ad Christum, per hoc quod accipiant à Deo quandam dispositionem negativam, ut credant in ipsum?

22

Ad aliam instant.

Solutio in forma.

Obijcies 3. Vocatio congrua est illa, qua bona voluntas præparatur à Domino; sed gratia, qua bona voluntas præparatur à Domino, non includit gratiam prædeterminantem: ergò mai. traditur à M. P. de Prædest. Sanct. cap. 6. dicente: *Multis audiunt verbū veritatis, & alij credunt, alij contradicunt: volunt ergò isti credere; nollunt autem illi, sed cum præparetur voluntas à Domino, discernendum est, quid veniat de eius misericordia, & quid de iudicio.* Min. etiam est M. Par. in Enchirid. cap. 32. *ubi gratiam præparantem bonam voluntas distinguit à gratia adiuvante*, quæ iuxta Thomistas est gratia prædeterminans. Ratio etiam id suadet. Nàm præparare bonam voluntatem, est ad illam disponere, gratia vero prædeterminans non disponit, sed reipsa causat, & efficit bonam voluntatem.

23

Arguit. 3.

Plura de hoc dixi tom. 4. dub. 11. f. 213. quibus probavi Deū præparare dona supernaturalia esse illa operari ea ordinando in finem præ intentū. Sed ut assumptum clarius demonstretur aliqua superaddemus in præsenti. Primum est: Deum disponere aliquid sæpè significare idē, ac illud imperare, præordinare, & operari illud. Constat hoc ex M. Par. de Bono perseverantiæ cap. 17. dicente: *In illa sua quæ fallī, mutarique non potest præscientia, Deum opera sua futura disponere, id omnino, nec aliud quidquam est, quam ea prædestinare.* Cum ergo Deum prædestinare sua dona, sit eum illa imperare, præordinare, & causare, manifestè infertur Deum per gratiam suam disponere bonam hominis voluntas, esse idem, ac imperare, præordinare, & secundum ordinem suæ sapientiæ illa in tempore causare. Hoc suadet illud sapientiæ 8. ubi dicitur illā: *Attingere à fine usque ad finem fortiter; & omnia disponere suaviter*: cū tamen sit certum per huiusmodi dispo-

24

Respond.

positionem divinæ Sapientiæ significari concursum, quo Deus omnia operatur, movet, & efficacit. imperat omnium bonorum existentiam.* Qua de causa communis praxis fidelium, & omnium, quibus adest aliqua Dei notitia, volentes significare omnia tàm prospera, quàm adversa, à Deo illa providenti, & operanti provenire; hac utitur loquutione.* Deus hoc ita disposuit.*

* Sic S. Bern de Grat. & lib.arb.

§. III.

Reliqua argumenta solvuntur.

25

Arg.4. OBijcies 4. Vocatio congtua est, à qua sumitur initium nostræ Fidei, & omnis operis salutaris; ita Arausic. Can. 25. & Trident. Sess. 6. cap.5. Sed si vocatio congrua includeret gratiam prædeterminantem; ab illa sumeretur non solùm initium operis salutaris; sed etiam perfectio, & consummatio illius: ergò. Prob. min. Ad perfectionem, & consummationem cuiuscumque operis non requiritur alia gratia præter excitantem, & adiuvantem, quæ iuxta Thomist. est prædeterminans: ergò.

Urgetur. Urgetur. Aliud est initium operis salutaris; aliud ipsum opus salutare: ergò initium operis salutaris debet consistere in aliqua dispositione ad salutariter operandum. Sed vocatio congrua includens predeterminationem non solùm donat dispositionem, sed etiam ipsum opus: ergò vocatio est congrua in signo antecedenti ad prædeterminationem; & quatenùs causat consensum negativum dispo. nentem ad salùtariter operandum.

Confirm. Confirm. hoc ex M.P.lib. de Prædestinatione, & gratia cap. 9. dicente: *Deus ordinavit, ut vocatione ipsius bonorum principia sumeremus. Vocati autem, atque illuminati vias mandatorum eius nosceremus; atque eas libero eligeremus, vel relinqueremus arbitrio.* Ex his sic arguo. Vocatio congrua ita initiat in nobis bona opera, ut illa posita sit in nostro arbitrio eligere, vel relinquere vias Dei. Sed si vocatio congrua includit gratiam prædeterminantem, hoc non verificatur; siquidèm cum prædeterminatione solùm est nobis liberum eligere vias Dei; cùm solùm ad hoc determinet: ergo.

26 Plura satis opportuna poterant dici pro ostendenda argumenti inefficacia. Concernit enim errorem Semipelagianorum adstruentium initia operis salutaris non provenire ex Dei gratia; sed hanc solùm requiri ad perfectionem, & consummationem operis salutaris; quem errorem expresè damnant Concil. & PP. asserentes, quodcumque initium operis salutaris, & fidei, haberi, non ex viribus naturæ, sed ex Dei gratia. Videatur Mag. Lemos tom. 1. fol. 44. ubi plura tradit pro intelligentia prę-fati erroris. Error igitur Semipelagianorum erat,* gratiam Dei ad credendum, & ad alia opera salutaria exercenda, ita requiri, ut volentibus, quærentibus, desiderantibus, & petentibus, talis gratia à Deo conferretur: proindeque petere, desiderare, gratiam Dei non provenire ex Dei munere, sed vnicè ex viribus liberi arbitr. Huiusmodi autem affectus desiderij petitionis, & pulsationis appellabantur ab ipsis initia quędam fidei, & cuiusvis operis salutaris.* Hæc omnia expresè constant ex Concilio Arausic. cap. 1. damnante eum, qui dixerit: *Gratiam Dei conferri invocatione humana, non autem ipsam gratiam facere, ut invocetur à nobis.* Et cap. 4. similiter damnante eum, qui dixerit: *Voluntatem nostram, qua purgari volumus, non haberi per inspirationem Spiritus Sancti.* Et cap. 5. damnante: *Initium fidei, & affectum credendi non provenire ex Dei gratia.* Et tandèm c. 6. sic definienti: *Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, & pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri; aut humilitati, & obedientiæ humanæ, gratiæ subiungit adiutorium; non autem, ut hæc omnia, sicut oportet agere valeamus, fieri confitetur per inspirationem Spiritus Sancti, anathema sit.*

Solutio.

Error Semi-Pelag.

27 Prædictus error apertissimè confutatur à Concil. & PP. pluribus testimonijs Sacr. Scripturæ ubi supra subiunctis, & latissimè à M. P. Aug. Epist. 107. ad Viralem, & de Prædestinatione SS. ferè per totum, & quæst.

quæst. 2. ad Simplic. & alibi. Motivum præcipuum pro confutatione prædicti erroris sistebat in eo, quod exillo sequeretur gratiam Dei dari ex meritis, proindeque non esse gratiam iuxta proloquium Apost. *Si gratia, non ex operibus &c.* Quapropter S. Prosp. contra Collatorem Semipelagianissimum tuentem sic loquitur: *Velis nollis, convinceris, gratiam Dei secundùm merita dari, nec enim nullius meriti esse potest, quærentis pietas, petentis fides, & pulsantis instantia.*

28 Qui ergò dixerit, hominem sine gratia Dei non posse cogitare, desiderare, aut velle aliquid proùt oportet ad vitæ æternæ consecutionem, sine gratia facienti, ut cogitet, velit, pulset, & desideret; ex diametro opponitur errori Semipelagianorum; nullumque initium fidei, aut operis salutaris adstruit præveniens gratiam Dei. Hoc autem plenè, & rectissimè tuetur sententia Thomistarum asserentium vocationem reddi congruam ratione gratiæ prædeterminantis. Nã sive homo rectè cogitet, sive velit, desideret, & quęrat Deum sicut oportet, totum hoc habetur per vocationem, ut dantem posse, aut allicientem moraliter, & simul per gratiã prædeterminantem, ut facientem hominem illa facere: & rursùs: Si homo postquam vult, desiderat, & amat rectè operari servando Dei præcepta; hæc omnia opere perficit, & complet; hæc omnia habet per gratiam Dei cooperantem; sicuti & prima recensita per Dei gratiam operantem. Deus enim iuxta M.P. de Grat. & lib. arb. cap. 17. *ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* De quo Div. Thom. 1. 2. q. 111. a. 2. ubi utramque gratiam adiuvantem appellat, scilicet, & ut velimus, & ut id, quod volumus, opere compleamus.

Prosequit assumpt.

29 Duplici ex capite deficit argum. & illius probationes. 1. Quia solùm admittit Dei vocationem congruam ad velle, ad conari, & desiderare, quæ dicuntur initia ad salutariter operandum Hoc autem esse falsum, constat, siquidèm vocatio iuxta Div. Thom. 1. 2. q. 113. art. 1. ad 3. est *auxilium Dei moventis animam ad desistendum peccatum*: in qua desertione plures actus virtutum includuntur. Et ad Rom. 8. lect. 6. & ad Galat. 1. lect. 4. ubi pro effectu vocationis ponit non solùm actum fidei, sed etiam actus aliarum virtutum. Similiter super Ioan. cap. 6. lect. 5. asserit attractionem, qua Pater trahit homines, ut veniant ad Christum, habere pro termino, tùm fidem, tùm dilectionem, tùm denique alia virtutum opera. *Homo enim*, exponit Ang. Præcep. *audiens, & addiscens à Patre, tripliciter venit ad Christum, per cognitionem veritatis, per amoris affectum, & per operis imitationem, & in quolibet oportet, quòd audiat, & discat.*

Ostendit. arg. inefficacia 1.

30 Deficit 2. Quia existimat per omnem gratiam adiuvantem, sive prædeterminantem haberi, non solùm initium, sed etiam perfectionem, & consummationem operis salutaris. Quòd esse falsum constat. 1. Nã pluribus hominibus confert Deus ut liberè velint, conentur, & desiderent adimplere mandata Dei, quibus non confert gratiam prædeterminantem, ut re ipsa opere adimpleant. 2. Nàm gratia operans, & cooperans sunt inter se realiter distinctæ, & separabiles; quarum prima dat nobis velle; secunda verò operari, seu perficere. Nec huic doctrinæ obstat: quòd gratia prædeterminans sit gratia adiuvans, & quòd sit connexa ab intrinseco cum existentia actus prædeterminati. Siquidèm gratia adiuvans à Deo dispensatur, tùm ad velle, tùm etiã ad facere, ut imperatum ex velle, ut pluriès docet M. P. Deindè cùm actus prædeterminatus, & libere elicitus à voluntate creata, possit esse desiderium, cupiditas boni, studium virtutis, & bonum propositum, quæ sunt initia ad rectè operandum; ex eò, quòd gratia prædeterminans faciat volũtatem elicere huiusmodi affectus, non sequitur ex vi illius poni consummationem, & perfectionem operis; cùm opus bonum, quod tantùm habetur in desiderio, & in studio, non sit opus perfectum, & consummatum.

Secundò.

Distinguo inter velle, operari, & perfic. opus cæptum, & omnia sunt clara

Rationi prob. occurritur.

31 Ex his claritatis gratia dist. mai. à qua sumitur initium Fidei, & operis salutaris: initium consistens in affec-

Solut. in forma.

fectu libero, & conatu, sive desiderio salutariter operandi, conced. mai. Initium, quod sit exercitium liberum distinctum ab affectibus recensitis, neg. mai. & neg. min. vel illam dist. Si includeret gratiam prædeterminantem ad facere, conced. min. Gratiam prædeterminantem ad velle, conari, & desiderare, nego min. & conseq. Solutio constat ex dictis: estque conformis Conc. Trid. describenti pro exordio nostræ iustificationis solum actus fidei, spei, & aliarum virtutum, quibus homo excitatus, & adiuvatus Dei gratia, ad iustificationem disponitur. Ad prob. min. in contra dist. anteced. Ad perfectionem operis non requiritur alia gratia præter adiuvantem ad facere, & perficere, conc. antec. Ad velle, conari, & desiderare, neg. antec. & conseq. Unde solùm prob. Vocationem ad velle rectè operari, & ad fidem inchoatam, non constitui congruam per gratiam donantem rectè operari, & perfectè credere; secùs tamen donantem velle, & imperfectè credere. Per quæ constat ad urg. non distinguentem inter gratiam adiuvantem, ut velimus, & desideremus, & inter gratiam adiuvantem, ut opere perficiamus id, quod volumus, & desideramus. Ad authorit. M. P. Resp. 1. Prædictum librum non reputari proprium M. P. sed suspecti Authoris, *ut videre licet in Censura Lovanienſum in proemio præfixa. Resp. 2. Vocationem constitutam in ratione congruæ, solum tollere, quòd in sensu composito prædictę vocationis non stet actù relinquere vias mandatorum Dei, benè tamen stat potestas ad talem derelictionem. Nec authotas M. P. oppositum probat, nec potest probari in eiusdem doctrina; cùm hæc duo: *Homo est congruentèr vocatus à Deo, & eius mandata derelinquit,* nequeant simul inter se coexistere. Quod est certum etiam apud arguentem: siquidèm ad consensum negativum, qui est proprius effectus vocationis congruæ, infallibiliter sequitur gratia prædeterminans ad velle.

Ad min. prob.

Ad urg.

Ad test. M.P.

* Mirandus recursus.

32 Obijcies 5. ex M. P. Aug. q. 2. ad Simplic. ubi explicat congruentiam vocationis exemplo locutionis humanæ his verbis: *Res uno modo dicta movet; alio modo dicta non movet. unum movet, alium non movet &c.* Nunc sic: Si congruitas vocationis proveniret ex prędeterminatione adiuncta, supervacaneum esset recurrere pro congruitate ad varios modos dicendi eandem rem; & inutilis esset recursus ad varia subiecta; nàm adiuncta prædeterminatione vocatio erit congrua respectu cuiuscumque subiecti, & pariter erit, sive res dicatur hoc modo, sive alio: quandoquidem prædeterminatio infallibiliter connectitur cum actu prædeterminato: ergò iuxta doctrinam M. P. Aug. dicendum, congruitatem &c. Arg. 5.

33 Confirm. 1. ex eodem M. P. ibid. dicente: *Quamvis multi uno modo vocati sint, quia tamen non omnes uno modo affecti sunt, illi soli sequuntur vocationem, qui huic capiendę reperiuntur idonei.* Sed si vocatio esset congrua ratione prędeterminationis, non vocarentur omnes, scilicet, consentientes, & dissentientes uno modo, sed diversis; siquidèm, qui vocatur congruenter, vocatur, & simul prædeterminatur; qui verò incongruenter, vocatur, sed non prædeterminatur: ergò si cum eadem vocatione, & eodem modo vocationis, stat iuxta P. Aug. illam esse in uno congruam, in alio verò non; congruitas non consistit in prædeterminatione. Confir. 1.

34 Confirm. 2. Ideò iuxta M. P. non omnes sequuntur vocationem, (in cuius sequela ostēditur illius congruitas) *quia non omnes uno modo affecti sunt.* Sed si congruitas proveniret ex prædeterminatione, talis causalis esset falsa, siquidem in sententia prędeterminantium: ideò non omnes sequuntur Dei vocationem, quia non sunt prædeterminati ad illam sequendam: ergò congruitas &c. Denique. Iuxta M. P. *Soli sequuntur vocationem, qui ei capiendæ reperiuntur idonei.* Sed si congruitas proveniret ex prædeterm. sic vocati iam proprio ri ad sequel. non essent idonei; cū prædeterm. non dependeat ab idoneitate subiecti, sed omnes prædeterminatos faciat idoneos: ergò &c. Vel aliter: Idoneitas, quam petit vocatio congrua, Secundo.

Ultim.

grua, ſupponitur ex parte ſubiecti ad illam, iuxa illud: *Qui ei capiendæ reperiuntur idonei.* Atqui prædeterminatio non ſic ſe habet, ſed unicè ſe tenet ex parte Dei moventis, & facientis voluntatem facere: ergò ante prædeterminationem ſalvatur congruitas vocationis.

35 Hoc argumentum, quo muniuntur AA. Soc. & alij, ut per illud impugnent gratiam prædeterminantem ad omnem actum liberum, & ſalutarem; eſt prorsus inefficax ad probandum vocationem Dei eſſe congruam independenter ab illa, reſpectu conſenſus negativi exiſtentis in ſigno anteriori ad prædeterminationem, quamvis pro conſenſu poſitivo elicito pro ſigno ſubſequenti indigeat gratia prædeterminanti, per quam Deus facit, ut voluntas ſalutariter poſitivè conſentiat. Quod eſt dicere: Aut omnino debet negari phyſica prædeterminatio; aut illa conceſſa pro elicientia omnis actus poſitivi, inefficaciter proatur ex M. P. vocationem dici congruam ante phyſicam prædeterminationem. Ratio eſt: Nàm vocatio congrua dicitur talis, *quia eſt affectio bonæ voluntatis, & quia omnis ſic vocatus eam ſequitur, & illi obtemperat.* Et in ſuper, *quia Deus ſic vocat, ut per illam mentem, & voluntatem applicet ad fidem*; iuxta illud eiuſdem P. *Quis audeat dicere defuiſſe Deo modum vocandi, quo etiam Eſaù mentem ad eam fidem applicaret, in qua Jacob iuſtificatus eſt.* Sed in his omnibus deſcribitur pro termino congruitatis actus poſitivus bonæ voluntatis, obedientiæ, fidei, aliorum actuum, quibus homo iuſtificatur: ergò ſi vocatio eſt congrna ante ſignum prædeterminationis; hæc minimè requiritur ad actum poſitivum. Vel oſtendat nobis arguens ubi M.P. facit mentionem conſenſus purè negativi ſe habentis per modum effectus immediati vocat, onis in eſſe congruæ.

Argum. Jeſuit. non favet Manſo.

36 De vera intelligentia huius teſtimonij, & totius quæſtionis 2. ad Simplic. latè, & eruditè agunt S. M. Lemos tom. 1. tract. 5. cap. 32. & & tom. 4. p. 2. tract. 4. cap. 28. Mag. Ferre tract. 6. de Scientia media q. 3. §. 10. & alij probantes Mag. P. in dicta quæſt. minimè favere ſententiæ Societatis ponenti, gratiam reddi inefficacem, ſive congruam ex determinatione liberi arbitrij; quorum doctrinam ſatis ingeniosè illuſtrat D. Caſtell tom. de lib.arb.diſp. 3. quæſt. 4. ſect. 11. §. 2. per totum.

Reſp. 1.

Prima ſolutio, & communis eſt: Quòd licèt S. D. aſſerat, *ſolùm ſequi vocationem, qui ita affecti ſunt, ut reperiantur idonei; vel quos Deus ita vocat; quomodò eis vocare aptum eſt, ut ſequantur.* Reſtat tamen ſcire, undè hic *affectus, idoneitas*, vel *aptitudo* ad ſequendam vocationem proveniat? Cùm enim iuxta P. Aug. ex voluntate humana non proveniat; iuxta illud: *Si ergò Jacob credidit, quia voluit, non ei Deus donavit fidem &c.* Dicimus omnia hæc provenire ex gratia, & prædeſtinatione divina. Audiamus S. P. lib. de Prædeſt. SS. cap. 10. ubi fatetur, *ſe aliquando dixiſſe ſalutem Religionis digno non defuiſſe*; attamen; *quòd ſi diſcutiatur, & quæratur undè quiſque ſit dignus; non deſunt, qui dicunt voluntate humana; nos autem dicimus gratia, vel prædeſtinatione divina.* Idem aſſereret M. P. ſi quæreretur: *Undequiſque ſit affectus, idoneus, vel aptus ad ſequendam vocationem Dei.* Hucuſque SS.M. Lemos. 37

Reſp. 2.

Secunda ſolutio: quam dilucidè, & ingeniosè, nec minùs ſolidè tradit Illuſtr- Caſtel. ubi ſupra cum M. Ferre. conſiſtit in eò, quòd licèt M. P. aſſertivè, & reſolutoriè probet in prioribus partibus prædictæ quæſtionis, bonam voluntatem, & initium fidei eſſe ex gratia Dei; ſimulque vocationem congruam eſſe illam, qua Deus efficit, ut velimus, ſeu credamus: hancque vocationem non omnibus impertiri, ſed ſolis electis; attamen dùm procedit inveſtigando, cùr aliqui ſequantur, & obtemperent Dei vocationi, proindeque in eis vocatio ſit congrua, in alijs verò non; non procedit aſſertivè; ſed diſputando, & laborando pro libero arbitrio, ut ipſe Sanctus expreſsè fatetur. Quapropter dùm in dicto progreſſu recurrit ad diverſam affectionem, in qua reperiunrur ilii, qui vocantur; & ſimiliter; dum re- 38

cur-

currit ad dispositionem, vel idoneitatem vocati, ut propter hoc unus obtemperet vocationi; ille vero qui non est sic idoneus, & dispositus, eidem non obtemperet: huiusmodi recursu tantum tradit disputative, non vero aprobando. Imo potius: quod antea dixerat quasi dubitando, scilicèt, *eos sequi Dei vocationem, quia sunt diverso modo affecti, & quia sunt idonei, & apti ad eam sequendam*: impugnat, ex mirabili conversione S. Pauli, cum ait: * *Quid volebat Saulus; nisi ut invaderet, & traheret, vinciret, & necaret Christianos?* (quasi dicat; *quomodo erat idoneus, & aptus ad sequendam vocationem*) quam rabida voluntas, quam furiosa, quam cœca? (quæ hic congruitas, quæ affectus proportio?) *qui tamen una de super voce prostratus occurrente utique tali viso, quo mens illa, & voluntas refracta sævitia retorqueretur, & corrigeretur ad fidem, repente ex mirabili persequutore, Evangelij mirabilior prædicator effectus est.* Omnia certè erant incongrua, contraria, nulla erat opportunitas, sive idoneitas: ergò vocatio non est congrua, efficax, seu effectrix bonæ voluntatis, quia arbitrio congruit, aut ex aptitudine, & affectione vocati, sed ex virtute efficac. misericordiæ Dei, secundum propositum vocantis, & eligentis. Ita prædictus Illust. à num. 1499.

* Prope finem.

39 Iuxta hanc 2. solutionem opus non est solvere in forma argument. propositum, & eius probationes. Si tamen 1. solut. teneatur Respond. neg. M. P. recurrere ad explicandam congruitatem, & efficaciam vocationis ad diversos modos vocandi præcedentes gratiam ab intrinseco efficacem. Ibi enim expresse inquirit; *Cur Esau non sic est vocatus, ut vellet obedire, (quod est idem acquirere) cur Deus non vocavit Esau vocatione congrua, sive effectrice bonæ voluntatis?* Rationem dubitandi sic proponit: *Videmus enim alios aliter eisdem rebus demonstratis, & significatis ad credendum moveri,* & post pauca: *Cum ergò alius sic, alius autem sic moveatur ad fidem, eademque res sæpè &c. sic concludit: quis audeat dicere defuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret &c.* Ex quibus constat illam propositionem *res uno modo dicta movet, alio modo non movet; unum movet, & alium non movet*; non assumi à M. P. pro explic. quiddit. congruitatis Divinæ vocationis; sed pro medio ad probandum ab exemplo non defuisse Deo modum vocandi Esau, vocatione congrua, & efficaci, per quam mentem, & eius voluntatem applicaret, ut vellet credere, & crederet. Ubi congruitatem vocationis exprimit per virtutem applicandi voluntatē creatam ad velle credere, qui modus applicationis, & coniunctionis cum fide est determinare voluntatē ad credendum; in quo resplendet munus proprium gratiæ prædeterminantis.* Neque dum M. Par. asserit* eandem rem uno modo dictam alium movere ad fidem, alium non movere:* per ly *modum* significandi aut dicendi eandem rem, non denotat modum vocationis consistentem in efficacia applicationis, sed modum tantum obiectivum in modo proponendi, & ostendendi, eandem rem consistentē.* Constat hoc exemplo ibidem adducto, scilicèt, Jesu-Christi crucifixi, in quem aliqui videntes eius miracula non crediderunt, alij vero discipulis eum prædicantibus, in ipsum crediderunt iuxta illud Paul. *Nos quidem prædicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, ipsis autem vocatis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Quæ doctrina solum est vera de unitate modi obiectivi in prædicatione, & ostensione eiusdem misterij consistentis: cum tamen sit certum eos, qui visis miraculis Christi in ipsum non crediderunt, non fuisse datum donum gratiæ, qua crederent, eis vero, qui crediderunt, datum fuisse donum gratiæ, qua crederent, in quo relucet magna diversitas, in modo vocationis subiectivè tali, & ex parte Dei vocantis se tenenti.

* Sic ex S. D. q. 6. de pot. art. 7.

* Discretio Dei non est obiectiva, & effectiva specialit.

Resp. ad obiecta iuxta solut. M. Lemos.

40 Ad 1. confirm. Respond. propositionem M. Par. duo continere; primum: *Posse duos homines uno eodemque modo vocari ad fidem*; 2. *ex his unum posse credere, alterum vero non credere* propter diversitatem affectionis, in qua inveniuntur. Primum dic-

Ad 1. confirm.

dictum intelligitur iuxta superius dicta de unitate vocationis quoad modum obiectivum, siquidem eisdem miraculis visis, & æquali credibilitate propositis potest unus credere, alius vero non credere ut contingit, dum Paulo Athenienſibus prædicanti, D. Dionysius, & alij ei crediderunt, alij vero ei restiterunt. Secundum autem dictum intelligitur de diversitate affectionis provenienti ex gratia prædeterminanti; cum enim nemo suscipiat verbum Dei credendo in illum, nisi velit credere, neque homo possit velle credere, nisi Deo faciente, & operanti in illo, ut velit credere: *illa diversitas affectionis, à qua provenit hominem consentire, & obedire Dei vocationi, desumitur ex gratia prædeterminanti voluntatē, ut pia affectione determinet intellectum ad assensum fidei. Ex quibus informa, disting. min. non vocaretur eodem modo ex parte obiecti excitantis ad assensum fidei, neg. min. eodem modo ex parte subiecti, sive agentis applicantis ad illum, conced. min. Vel alijs terminis non vocaretur eodem modo * prout vocatio movet obiectivè aut moraliter, neg. min. prout vocatio movet physicè, & subiectivè, neg. min. & conseq.* de hac duplici motione vide S. Doct. 1.2. quæst. 9. art. 1. & art. 6. & quæst. 10. art. 4.

Ad Philip cap. 2.

41

Ad 2. & ultimam.

Ad 2. constat ex immediatè dictis. Ad ultimum explico M. Par. qui ei capiendæ reperiuntur idonei; idoneitate, quam facit gratia prædeterminans, conced. mai. quæ habeatur sine illa, neg. mai. Recolantur dicta ex M. Par. supra in anteced. Nec dicas: aliud esse idoneitatem ad sequendam vocationem; aliud determinationem infallibilem ad eius sequelam. Hoc 2. habetur ex ex vi prædeterminationis, non autem primum; quod solum dicit aptitudinem, & sufficientiam habilitatis ad obediendum vocationi. Respond. negando talem diversitatem universim acceptam; licèt aliquando, qui est idoneus ad aliquod ministerium, ad illud non eligatur. Nam innegabile videtur eum, qui ultra habilitatem ad rectè operandum, accipit à Deo gratiam efficacem, qua rectè vellit, & operetur esse magis idoneum, quam si solum libertatem adhoc ut benè operetur, accipiat. Hoc enim constat ex vocis significatione; cum idoneum idem sit ac aptum, aut conveniens, aut dignum sive decens; qui autem accipit à Deo gratiam efficientem ipsum consentire vocationi, profecto habet completam aptitudinem, & convenientiam ut obediat vocationi. Hæc doctrina admitti debet ab Arguente asserente, & propugnante voluntaem creatam aptari, ad faciendum bona per volitionem efficacem imperantem facere, & tamen talis volitio supponens posse operari bonum, prædeterminat efficaciter volunt. ad operandum bonum. Doctrina data confirm. valet ex illo M. P. *Deus non dat gratiam nisi dignis.* Non quia *prius digni sint* (exponit S. Doct.) *sed quia gratia sua dignos facit.* Si ergò hæc intelligentia rectè traditur pro dignitate; cur similis non aprobabitur pro idoneitate ad aliquod ministerium?

Si instes.

Respond.

Ex Apost. ad Hebr. cap. ult.

1. 2. q. 114. art 5

42

Ad candé sub alia formam.

Ad eandem inst. sub alia forma Respond. dist. mai. supponitur ex parte subiecti ad illam, ut congruam, neg. mai. ad illam quoad essentiam vocationis, conced. mai. & dist. min. prædeterminatio non se tenet ex parte subiecti, sive voluntatis ut mobilis à Deo, neg. min. absolutè, conced. min. & neg. conseq. Sicut enim qui dicit: *Soli benè utuntur libertate ad operandum, qui accipiunt à Deo gratiam efficacem, qua rectè operentur*, non intendit gratiam efficacem præsupponi ex parte subiecti ad libertatem benè operandi, ut coniunctam cum bono usu; sed præcisse quoad constitutionem libertatis; ita dum asserit M. P. *quod Soli sequuntur, sive obediunt vocationi, qui ad eius obedientiam sunt idonei*, non intendit asserere hanc idoneitatem præsupponi ad vocationem, ut coniunctam cum obedientia, sed præcisse ad illam ut dantem posse obedire. Undè restat locus ut talis vocatio reddatur efficax, & congrua ratione idoneitatis à gratia prædeterminanti provenienis: quod sequenti-

tibus verbis exprimit S.Prosp.Ep. ad Ruffin.dicens : *Tunc lib. arb. cohortationi Dei,& vocationi obedire, cum eius gratia in illo affectum credendi,obediendique generaverit* : ubi distinguit duplicem gratiam; unam , scil. gratiam vocat.quam sequimur, & cui obedimus;alteram per quam fit,ut credendo,& obediendo , eam sequamur. 1. dat sufficientiam , 2. vero dat efficaciam. Nec est verum prędeterm. non se tenere ullatenus ex parte voluntatis ; siquidem per illam movetur à Deo,& intrinsecè subijcitur ei ut 1. agenti. Quapropter ettò non se teneat ex parte voluntatis ut activa est; eò quod non se habet ut causalitas illius,sed potius Dei ; benè tamen se tenet ex parte illius ,ut est passivè movilis à Deo iuxta illud Philos. relatum à D.Th. hac 1.2. q. 110.a. 1. *Actus enim moventis in moto est motus.*

43 Arg.6. Objc.6.iuxta D.Th. in 4.dist.17. q.1.a.1. *Quod vocàtio interior aliquando non pertingat ad effectum , provenit ex defectu ipsius vocati.* Sed si vocatio redderetur congrua rationc prædeterm.àDeo proveniret,quod vocatio non pertingeret ad effectum ; cum à Deo proveniat nō superaddere prædeterm:ergò.Urg.Si vocatio est congrua ratione prædeterm. erit incongrua ratione defectus illius : ergò cū talis defectus proveniat à Deo non donante prædeterm. ab ipso proveniet incongruitas vocationis , quod nequit concedi.

Urgetur.

44 Confir.1. Confir.1.iuxta M.P. lib. cont. 2. Ep.Pelag.c.20.& alibi:*Deus varijs, & mtris modis trahit voluntatem ut velit, credat &c.* Sed si vocatio Dei esset congrua propter prædeterm. in Deo non essent varij ,& miri modi vocandi voluntatem eam trahendo ut vellet,sed esset tantum unicus,scilic. prædeterm. & hic modus non esset mirabilis; cum ex ipso ,nomine prædeterm.sit omnibus notum illam infallibiliter causare actum prędeterm. ergò.Confir. 2. Vocatio ut congrua iuxta Aug. Ep. 107. est vocatio alta, atque secreta; sed si eius congruitas venit ex prædeterm.non esset huiusmodi,sed patens, & omnibus pervia; ergò.

Secundo.

Ad hoc arg.quod directè probat, si quid probat, prædetermin. debere poni impedibilem à nostra voluutate,ut ei imputetur omissio actus (de quo alibi)Resp.duo sequentia: *Scilic. gratiam sufficientem non coniungi cum gratia efficaci ab intrinseco:& hominem non ponere actum , ad quem habet gratiam sufficientem*,esse valdè diversa, licet inter se connexa.Prima enim coniunctio spectat unicè ad Dei dominium , qui cuius vult miseretur , & quem vult indurat ; secunda vero etiam spectat ad libertatem creaturæ,quæ hoc ipso, quod sit potens ad bonum,& teneatur ad illud , imputatur ad culpam omissio illius. Un de quemadmodum , licet non sit in potestate voluntatis , quod prædestinetur à Deo,aut quod Deus ab æterno decreverit donare ipsi actum salutarem;provenit tamen ex defectu hominis non consequi , & non eluere actum salutarem ; ita quamvis non sit in eius potestate vocari congruenter àDeo;ex defectu illius provenit , quod vocatio sufficiens non sortiatur suum effectum. Videat. M. P.lib.3.de lib.arb.cap.16.

45 Respond.

Ad urg. Resp.Incongruitatem vocationis sumptam negativè ; hoc est pro carentia congruitatis ex additione gratiæ prædetermin. provenientis , attribui Deo pro suo libito eam conferenti , vel neganti. In quo nullum apparet absurdum : sicuti non apparet in eo , quod à Deo proveniat, ut non superaddat voluntati antec. de actu salutari volunt. conseq. Quando vero dicitur * incongruitatem , sive inefficaciam vocationis debere attribui voluntati creatæ , non tamen Deo; * hoc dictum intelligitur de incongruitate , & inefficacia , sumpta extrinsecè , & terminativè;quatenus etiā existentia actus salutaris hoc modo complet,& quasi consummativè perficit efficaciam auxilij.

46 Ad urg.

Ad 1.confir.Resp.1.Quærendo ab Arg.qui fatetur requiri gratiam prędeterm.ut Deus trahat effectivè hominem ad seipsum , operando in eo velle,& credere.In hac tractione trahit illum varijs , & miris modis , vel non?Si 1. arg.est contra producentē.

47 Ad 1.confirm. Resp.1.

Si 2. ergò tractio facta media prædeterm. non opponitur sent. M. P. Quod si pro solut. recurrat ad varios, & mirabilesque affectus indelib. præcedentes gratiam prædeterm. Hoc ipsum nos pro solut. dabimus.

48 Resp. 2. Resp. 2. Sent. M. P. verificari propter affectus subitos, & illustrationes disponentes homines ad consens. salut. Nam licet omnes, qui trahuntur ab ipso, accipiant gratiâ prædeterm. ut in Christum credant, & super omnia diligant; adest tamen diversitas ex parte eorum, quæ huiusmodi efficacem tractionem præcedunt. Alij enim terrore pœnarum, varijsque affectionibus territi tortiuntur ad fidē, & pœnitentiam. Alij vero cœlestibus delectat. & dulcedine allecti; ideòque verum est Deum varijs, mirisque modis trahere homines ad seipsum. Patet hoc in iustific. & gloriæ consecutione: siquidem etiam verum est Deū miris, varijsque modis trahere homines ad se, eos iustific. & varijs modis disponere eorum salutem; cum tamē omnes iustificētur formaliter, unomodo, scil. per infusionem gratiæ habit. & actu salventur per infusionem lumin. gloriæ pr. incipiantis beatitud.

49 Ad 2. Ad 2. neg. min. ut planè falsam. Quis enim cognovit pro illo signo se prædeterm. à Deo ut vellet, & credat? Experitur enim homo se velle, se credere: experitur etiam in se affectiones, illustrationesque subitas ad salutariter operandum; non vero intrinsecè prædeterm. à Deo. Quare argum. est contra producentem; cum subitæ affect. & illust. in quibus Adv. ponit congruit. vocat. cadant sub experientia in his, qui eas à Deo accipiunt. Quia autem solus Deus operatur intra volunt. eam prædetermin. congruitas vocat. est *alta*; quia à solo Deo descendit; estque *secreta*, quia nec ab intellectu, neque à voluntate adhuc exercitè percipitur.

§. IV.

In quo dicta elucidantur in vocatione efficacissima D. Pauli.

50 UNum ex motivis, quibus Thom. ingeniosè, & eruditè à diebus antiquis, ad imitationem sui Angel. Præc. lectioni, & meditationi Doctr. M. P. sine intermissione intenti, probant existentiam gratiæ ab intrinseco efficacis, sive congruitatē divinæ vocationis ab illa provenire; est mirabilis conversio S. Pauli verbis M. P. infra referendis depicta, & descripta. Qua de causa non ignobilis noræ AA. (quasi media via incedentes) tuentur gratiam ab intrinseco efficacem non destruere libertatem: quamvis non sit necessario requisita pro actibus liberis salutaribus; sed alijs auxilijs possit Deus homines, tum ad fidem, tum ad pœnitentiam convertere. Quia tamen varia sunt hominum ingenia præd. M. cui ferè omnis doctr. tradita à Thom. tract. de Grat. displicet, tom. 3. fol. 410. ut probet vocationem non esse congruam, sive efficacem ratione gratiæ prædeterminantis, ut volunt Thom. affert in sui favorem exemplum vocationis Div. Paul. quæ iuxta M. P. fuit efficacissima: probatque huiusmodi congruitatem provenisse à graria excitanti subitæ illuminationis, & affectionis prævisæ efficacis ante omnem prædeterm. In hoc modo dicendi, ut negante prædetermin. dare congruitatem vocationi sequitur ut Patronos Author. Societat. estò in alijs dissideat. Motivum defign.

51 Prob. 1ª Assumpt. suadet 1. ex M. P. de Præd. SS. c. 2. sic loquente: *Aversus quippè a fide, quam vastabat, eique vehementer aversus, repentè est ad illā potentiore gratia conversus, ut non solum ex nolente fieret volens credere; verumetiam in fidei defensionem persecutionem pateretur.* Sed in his verbis non includitur gratia prædeterm. ut vocatio esset congrua, sed solum gratia subitæ affectionis: ergò vocatio non est congrua &c. Prob. min. Gratia illa, qua Paulus fuit conversus, est illa, per quam iuxta eundem Sanct. Par. quæst. 2. ad Simplic. prop. fin. *Mens illius, & voluntas refracta sævitia correcta fuit ad fidem, & per quam Deus aufert cor lapideum, sive per quam duritia cordis primitus aufertur*; sed hoc totum verificatur propter sanctam affectionem indeliberatam: ergò. Pr. min. In primis sancta affectio, utpotè ac-

actus voluntatis,per quam efficitur à divina,frangit duritiam cordis ob ipsius dulcedinē spiritalem ; deinde est correctio ab infidelitate ad fidem, & etiam Deus donans huiusmodi sanctam affectionem, aufert cor lapideū, datque nobis cor carneum, sive molle:& tandem per illam *primitus*, hoc est,primordialiter,& initiative abstulit à Paulo duritiam cordis: ergò omnia illa,quæ asserit M.P.pro congruitate vocationis D.Paul.sunt à gratia subitæ affectionis, & pro priori ad gratiam prædetermin.

52 Confir.idem assumpt.iuxta M.P. lib.de Grat.& lib.arb.c. 5. *Ut de Cœlo Paulus vocaretur à Deo,& tam magna,*

Confirm. *& efficacissima vocatione converteretur: gratia Dei erat sola.*Ex quibus sic arg. Gratia sola est gratia, circa quā nullam libertatem habuit Paul. & quæ non fuit associata eius lib. arb. sed huiusmodi gratia est affectio solum indeliberata, non prædetermin.cum enim hęc detur ad consensum liberū positivū,est gratia associata lib. arb. volenti consentire : ergò vocatio illa fuit efficacissima ante prædetermin: cum solum de subita affectione possit verificari ante conversionē voluntatis esse grat.Dei.Hucusque tantus M.

§. V.

Motiva adducta falsitatis convincuntur, & inefficaciæ.

53 MIrari non desinam facilitatem in exponendo ad sensum suum testim.gravissima M.P. à Theol.exa-

Reijcit.1 minata pro tradenda eorum vera intelligentia. Ut autem probationis inefficacia magis appareat; sciendum est,præd. M.tueri necessitatem gratiæ prædatermin. & adiuvantis realiter dictæ ab excitanti, ad hoc ut Deus operetur in nobis omnem actum positivum salutarem. Hoc supposito sic argum. contra eius prob. nisi aliunde accipiat præd. M. verba M.P.in sensu improprio.In 1.testim. loquitur M.P.de gratia, per quam S. Paul.conversus est ad fidem Christi volens credere;sed huiusmodi vocat. efficax necessario includit gratiā prędetermin.ergò vocatio Paul. fuit cō-grua ad sui conversionem propter gratiam prædeterminantem. Prob. min. Gratia, qua S. Paul. conversus est ad fidem Christi volens in ipsum credere, est gratia ad actum positivum salutarem,scil.velle, & credere, sed iuxta opinionem præf. M. omnis actus positivus salutaris requirit pro priori gratiam prædetermin: ergo.

Confir. 1. Gratia subitæ affectionis in signo añri. ad prædeterminationem solum habet pro effectu in his, qui congruè vocantur, consen- Confir. 1.

54 sum purè negativum, per quem disponitur voluntas ad gratiam prædeterminantem, ut ratione illius eliciat consensum positivum ; ita præd. M. ergò cum M.P.asserit D. Paul. fuisse à Deo efficacissimè vocatum,& conversum ad fidem,ut ex nolente fieret volens credere, per ly conversum,& per ly volens, intelligit conversionem purè negativam, & voluntatem credendi pure negativam in carentia dissensus consistentem Dei vocationi ; sed hoc est impropriè accipere conversionem ad fidem, vocationem credendi in Christum, & correctionem de incredulitate ad fidem,ut ex ipsis terminis patet : ergò si loquitur M.P.de gratia vocationis, non includēte gratiam prædetermin. loquitur satis impropriè, quod dici neqnit. Confir. 2. D. Paul. fuit con- Secundo.
versus gratia Dei ad fidem Christi: quam prius vastabat, & ipsum credidisse inChristum,qua fide fuit dispositus ad iustificationis gratiam consequendam. Sed hoc ipso talis gratia includit actu tum gratiam excitantē, tum etiam gratiam adiuvantem, quæ iuxta præd.M.est gratia prædeterminans:ergò gratia,qua D.Paul. fuit efficacissimè vocatus, est gratia includens prædeterminationem. Min. pr. ex Trid.sess.6.can.4.definienti *hominem sine gratia inspiratiouis,&sine gratia adiuvante, non posse credere, sperare &c. ad iustificationis gratiam consequendam. * Idē docet cap. 5. & 6. ubi pro actu fidei, spei &c. necessario requirit in homine gratiam Dei excitantem,atque adiuvantem.

Nec valet dicere, quod licet ad 55
actum fidei,quo D.Paul. fuit conver- Dices.

sus, & in Christum credidit, prærequirat pro sui elicientia gratiam Dei prædeterm. secundum quam operatur in nobis velle,&credere.Quia tamen collatio huiusmodi gratiæ prædeterminantis, & simul elicientia actus fidei, ortum ducit ex vocatione Dei congrua operanti in illo consensum negativum, ad cuius positionem infallibiliter consequitur gratia physicè efficiens, & prædeterm. omnem actum positivum salutarem: ideò cōgruitas vocationis habetur antecedenter ad gratiam prædeterminantem. Quod est dicere: * distinguere oportet inter congruitatem vocationis ad actum positivum salutarem, & inter efficientiam physicam eiusdem actus,licet ergò hæc proveniat à gratia prædeterminanti;non tamen congruitas ,quæ solum requirit connexionem infallibilem cum gratia prædeterminanti, & actu salutari, licet pro alio instanti,vel signo.*

56 Impug. 1

Non,inquam,valet.1.Nam effectus,qui propriè,immediatè, & per se procedit ab aliqua causa,maiori cum proprietate attribuitur illi, quā causæ,quæ mediatè, & dispositive influit in ipsum; sed conversio positiva per fidem in Christum procedit propriè per se, & immediatè à gratia prædeterminanti, & solum mediatè, & dispositivè à gratia excitanti, & suo modo operanti consensum negat. ergò huiusmodi conversio maiori cum proprietate tribuitur gratię prędeterm.quam gratiæ inspirationis,sive excitanti: ergò dum M. P. asserit potentiori gratia Dei D. Paul. fuisse conversum ad fidem Christi,nomine potentioris gratiæ intelligit gratiam prædetermin.& non tantum gratiam excitantem. Prob. hæc conseq. Nomine potentioris gratiæ, per quam fuit conversus D.Paul.ad fidē Christi, intelligit M. P. gratiam, quæ fuit causa talis conversionis:ergò si ad huiusmodi causalitatem concurrit gratia prædeterminans propriè,per se,& immediatè nequit non includi in ipsa conversione, prout hæc est effectus gratiæ Dei.

57 Secundo.

2.Congruitas vocationis est efficacia eiusdem,qua prorsus agitur, & peragitur,ut homo credat in Christum.Ita M.P.Vocationem autem esse ita efficacē,ut per illam prorsus agitur,& peragitur fides, qua homo credit in Christum, est illam esse causam perficientem actum fidei.Sed hęc perfectio nequit haberi sine gratia prædeterm.iuxta præd. Mag. cum huiusmodi gratia sit causa immediatè physicè effectiva actus fidei, & cuiusvis actus salutaris: ergò inconsequenter attribuit vocationi ad fidem congruitatem ante prædetermin.&negat ei efficaciam physicam effectivam actus fidei.Deniquè: falsum est in his verbis M.P.*D.Paul.potētiori gratia Dei fuit conversus ad fidem Christi, ut de *Evangelij persecutore fieret mirabilis prædicator*,*non intelligi gratiam prædeterminantem, si aliunde prærequiritur pro omni actu positivo salutari.Ratio est mihi evidens evidentia conseq. doctr. Nam implicat intelligi D. Paul. fuisse conversum ad Deum credendo in ipsum, nisi Deo donanti, ut crederet in ipsum, ut est certum de fide: nequit autem Deus donare fidem, qua in ipsum credimus,nisi operanti in nobis fidem: & hoc nisi prædeterm. ipsum;imò iuxta præd. M. prædetermin. non in motione creata;sed in operatione,qua operatur omnia,consistente:ergò de 1. ad ultimum infertur, si servetur conseq.doct.in his verbis*D.Paul.potētiori gratiaDei fuit vocatus ad fidē,* includi necessario gratiā prædeterm. Ultimo.

58 Si dicas.

Solum potest occurri argum.sup. adductis dicendo:M.P. non loqui de conversione positiva ad fidem, per quam positive credidit in Christum; hæc enim necessario includit pro causa immediata gratiam prędeterm. sed solum loqui de conversione negativa, quatenus negativè consensit Deo vocanti ipsum ad fidem.Sed hic occursus & est purè voluntarius, utpotè nullum habens fundamentum in verbis relatis M. P.quin potius ei attenta sui significatioue contradicit;istæ enim voces*converti ad fidem,velle, credere,*quid positivum important. Deindè: Nam in dicto cap. intendit probare contra Pelag. non solum fidem perfectam, & illius incrementum esse ex gratia Dei, sed etiam fidem inchoatam,& imperfectam Reijcit.1 Secundo.

tam quoad ſui initium, & inceptionem. Sic enim habet; dicunt* enim Pelag. nos ex nobis habere fidem, ſed incrementum eſſe à Deo, tanquã fides non detur nobis à Deo, ſed ab ipſo augeatur à nobis. Hunc errorem impugn. 1. Quia ex illo ſequitur grat. Dei, per quam fit, ut perfectè credamus, ſecundum merita noſtra dari; quis enim dicat, eum, qui iam cæpit credere ab illo, in quem credidit, nihil mereri? 2. Quia ipſe Paulus ad Philipenſ. 1. ait: *Vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo.* Super quæ notat ingeniosè M. Par. *Apoſtolum non dixiſſe vobis donatum eſt pro Chriſto, ut plenius, & perfectius credatis in eum, ſed ut credatis; ſicut ad Timoth. 1. non dixit: Miſericordiam ſum conſecutus, ut fidelior, ſed ut fidelis eſſem;* quia ſciebat à Deo ſe factum eſſe fidelem, à quo, & Apoſt. factus eſt. Ex quibus manifeſtè conſtat aſſumptum M. Par. eſſe probare, fidem eſſe ex gratia Dei, non ſolum quoad ſui perfectionem, & incrementum, ſed etiam quoad ſui initium, & inceptionem. Cum igitur per probationes adductas appareat verba, cit. in argum. ſcilic: *Averſus quippè fide, quam vaſtabat &c.* hoc intendere manifeſtè ſequitur loqui de converſ. ad fidem poſitiva. Ita enim concludit: *donatum quippè erat à Chriſto illi, non ſolum, ut in eum crederet, verum etiam, ut pateretur pro eo.* *

M.P. impugn. Pelag. 1.

Secundo.

Tertio.

59 Ad aliud de vocat. Pauli.

Ad id, quod addit, ſcilicèt, vocationem D. Pauli eatenus fuiſſe congruam; quatenus ab illo abſtulit læviam cordis, & huiuſmodi duritiam auferri per ſubitam affectionem antecedenter ad prædeterminationem. Reſpond. falſo inniti principio; nam licèt ſubita affectio aliquatenus diſpenat ad ablationem duritiæ cordis; non tamen illam aufert, nec formaliter; nec cauſaliter in actu 2. Primum conſtat: Nàm nolle credere aufertur formaliter per velle credere; ſicuti duritia, vel obſtinatio, in peccato aufertur formaliter per contritionem de illo. Secundum etiam conſtat: Nàm illa gratia aufert cauſaliter duritiam cordis, quæ cauſat id, per quod aufertur talis duritia, ſed duritia cordis conſiſtens in nolle credere, repugnando ipſi fidei, aufertur formaliter per velle credere, amplectendo ipſam fidem: ergò gratia illa, quæ eſt cauſa propriè per ſe, & immediatè faciens in nobis velle credere, & amplecti fidem Chriſti, eſt gratia auferens formaliter in actu 2. duritiam cordis. Atqui talis gratia eſt gratia adiuvans, ſive prædeterminans, per quam iuxta præd. Mag. Deus facit immediatè in nobis credere, & velle: ergò per gratiam prædeterminantem aufertur &c. Nec obſtat quod gratia, de qua loquitur M. Par. aufert duritiam cordis primitus quod ſolum poteſt convenire gratiæ excitanti. Non, inquam, obſtat: Nàm Adverb. primitus idem ſignificat, ac primordialiter, ſive pro priori; & hic modus auferendi duritiam cordis convenit propriſsimè gratiæ prædeterminanti propter infallibilem connexionem per modum cauſæ facientis, ut homo vellit credere, & actu credat. Undè primitus auferre duritiam duo dicit, & illam auferre in actu 2. per modum cauſæ efficientis id, quod formaliter ei opponitur, & ſimul præcedentiam pro ligno priori; cumque licèt gratia excitans ratione ſui habeat præcedentiam, non tamen rationem cauſæ auferentis in actu 2. talem duritiam ſine gratia prædeterminanti; ideo non verificatur de illa, eſſe gratiam *primitus* ſive primordialiter auferentem duritiam.

60 Ad teſtim. M.P.

Nec ullo modo favet authoritas M. Par. dum aſſerit Deum auferre à nobis per gratiam ſuam cor lapideum, & donare nobis cor carneum; ut ex hoc probetur talem gratiam eſſe ſolum excitantem. Siquidem M. Par. lib. de Grat. & lib. arb. cap. 16. poſtquam ſtatuit *Deum facere, ut vellimus, operando in nobis velle agit expreſſè de gratia, per quam facit Deus, ut faciamus, & impleamus eius mandata.* Sicque Reſpond. *Deum hoc facere præbendo vires efficaciſsimas voluntati, per quas aufert à nobis cor lapideum, & donat nobis cor carneum*, ut dicitur Ezech. 36. Ex quo conſtat

iuxta mentem M. Par. gratiam auferentem à nobis cor lapideum, esse gratiam supponentem in nobis velle, & donantem nobis efficacissimè facere quod volumus; sed gratia sanctæ affectionis est gratia præcedens velle iuxta opinionem Aug. Mag. ergò hæc gratia non continetur in præcedentibus verbis. 2. Nàm ipse M. P. sic explicat ibi verba Ezech. *Quid est auferam à vobis cor lapideum &c. nisi auferam cor durum, unde non facietis, & dabo cor obediens, unde faciatis.* Sed obedientia cordis imperans facere mandata Dei; cum sit actus positivus salutaris, non est affectus solius sanctæ inspirationis, sed gratiæ prædeterminantis, per quam iuxta ipsum Mag. operatur in nobis velle efficacissimum: ergò inconsequenter asseritur in testimonio ex aliquibus adductis iuxta expositi. M. P. solum contineri gratiam sanctæ inspirationis.

Ad confir. Resp. Quærendo ab arguente; An quando M. P asserit vocationem D. Paul. *fuisse opus solius gratiæ*; vel solum intendit excludere liberum arbitrium circa gratiam, qua fuit vocatus, hoc est, quod independenter ab usu, & exercitio illius, existeret gratia efficacissima, vel etiam intendit, quod conversio Pauli fuerit opus solius gratiæ, & non liberi arbitrij? Si 1. hoc etiam verificatur de gratia prædeterminante reddenti eius vocationem congruam, & efficacissimam; cum huiusmodi gratia non dependeat à libero arbitrio, sed à Deo, qui quando vult, & cui vult, pro sua voluntate eam confert. Si 2. est penitùs falsum: cum conversio D. Pauli ad fidem, per quam ex nolente credere factus est volens credere, fuerit libera, ut est certum, & expressè docetur à D. Thom. 1.2.q.112.a.2. ergò ex præd. testim. nihil infertur contra congruitatem provenientem ex prædeterminatione. Deindè præd. M. duo inter se valdè distincta confundit, dum asserit 1. *Gratiam vocationis Pauli, per quam fuit efficacissime vocatus, fuisse gratiam solam; hoc est, circa quam nullam libertatem habuit Paulus, 2. vel quia non fuit associata eius libero aabitrio,* 1. est verum: quia in libertate Pauli non fuit congruitas, sive efficacia vocationis, maximè si hæc proveniant à prædeterm. ut sentiunt Thom. 2. est falsum. Nam gratia, quæ datur ad actum liberum, est gratia associata libero arbitrio, non quidem perprius liberè volenti, sed faciens ut liberum arbitrium salutariter velit; & huiusmodi se habet gratia prædeterm.

61 Ad confirm.

Si dicas. Si gratia prædeterminans facit conversionem in consortio liberi arbitrij, nequit dici solam gratiam operari conversionem. Resp. Ly solam solum denotare primatum, quem exercet gratia prædeterminans in ordine ad conversionem, non vero solitudinem in ratione causæ. Ad modù quo illud Apost. *Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis.* Communiter exponitur à SS. PP. de principalitate, quam exercet Deus circa nostrum velle, & currere, quamvis etiam homo activè concurrat ad currere, & ad velle. * In eodem sensu exponitur illud eiusdem Apostoli: *Gratia Dei sum id, quod sum.* Et illud D. Prosp. carmine de ingratis: Paulo aliter dicens, *ut auditor prædicanti, & hortanti obediat, gratia sola efficit.*

62 Instab. Resp. Ad Rom. 9. Sic D Th ibi lect 3. Et 3. contra Gent. cap. 149.

Hæc licet efficacissima ad ostendendum inefficaciam argumenti, attamen intelligentia testimonij M. P. est longè diversa; & ex se satis clara. Ibi enim intendit probare contra Pelagium gratiam Dei non dari secundum merita nostra, ad quod adducit exemplum conversionis Pauli. Unde postquam dixit solius gratiæ Dei fuisse vocationem, & conversionem Pauli, sic prosequitur: *Quia merita eius erant magna, sed mala.* Ex quibus clarus est sensus, & quid velit dicere in conversione D. Pauli gratiam Dei fuisse solam: quia videlicet tam vocatio, quam illius conversio, estò à libero arbitrio per gratiam Dei procedens, fuit sine meritis, & à Deo misericorditer ipsum vocante, & convertente. Hac ratione cap. sequenti sic format initium illius: * his testimonijs divinis probatur gratiam Dei non secundum merita nostra dari. * *Et hæc de hoc dub applic. litt. M. in 2. à dist. 26. usq. 29.*

93 Alia Resp

DU-

DUBIUM II.

AN IVXTA MAG. PAR. AVGVST. congruitas vocationis proveniat à sancta affectione, á qua causatur consensus negativus pro priori ad gratiam prædeterminantem?

§. I.

NOTANTUR ALIQUA PRO INTELLIGENTIA QUÆSITI.

N.1 UT solidè, & Theologicè in puncto adeò gravi procedam, prius consulendus est M. P. & simul exorandus est Deus,* ut eandem gratiam illuminationis legendo adipiscamur, quam ille adeptus est, ut doceret.* Postquam præd. M. tom. 3. q. 7. impugnavit Thomist. tuentes vocationem reddi congruam ex consortio prædeterminationis; & etiam Auth. Societ. tuentes esse congruam, vel ab effectu, vel à prævisione consensus per scientiam mediam: propriam mentem explicat asserendo talem congruitatem consistere in attemperatione vocationis cum subiecto vocato. Quam attemperationem facit Dei gratia, non quidem prædetermin. sed gratia subitæ affectionis, & inspirationis, quæ est gratia excitans, & existens in signo priori ad prædetermin. Pro quo advertit Dei vocationem incipere à sancta cogitatione immissa à Deo pro priori ad omne exercitium liberum nostræ voluntatis. Post hanc cogitationem Deus immittit, sive infundit nobis sanctam affectionem indeliberatam, per quam voluntas redditur passivè affecta circa bonum propositum per sanctam cogitationem. Utraque gratia, scilicet, illuminationis, & affectionis, est donum Dei præcedens omnem nutum, & industriam arbitrij; ideòque non est in nostra potestate, ut docet P. August. q. 2. ad Simplic. ubi ait: *Quis habet in sua potestate, ut vel occurrat, quod eum delectare possit, vel delectet, cum occurrerit &c.*

S. Fulg. 2. de verit. præd. cap. 18.

Modus dicendi refertur.

Notat. 1.

Huiusmodi affectio indeliberata deservit, ut voluntas attemperetur obiecto proposito per sanctam cogitationem; & è converso: hoc est, ut voluntas suscipiat, & prosequatur illud. Nam voluntas nequit prosequi aliquod bonum, nisi illud sit ei proportionatum, eique consonum. Si autem aliquod obiectum est supernaturale, tunc redditur proportionata voluntas ad illud per affectionem supernaturalem indeliberatam, & ratione eiusdem dicit quandam consonantiam cum illo. Sic infert ex M. P. lib. de Spir. & litt. cap. 7. dicente: *Cum id, quod agendum est, ceperit non latere, nisi etiam delectet, & ametur, non capitur, non suscipitur, non benè vivitur.* 2

Prosequitur.

Hinc infert omnem vocat. prout venit à Deo, esse congruam in omnibus vocatis, non solum in actu primo, sed etiam in actu secundo. Ratio est. Nam congruitas consistit in attemperatione voluntatis cum obiecto proposito sancta cogitatione: ergo eam esse congruam in actu 2. est illam reddere voluntatem in actu secundo attemperatam cum tali obiecto. Sed per sanctam affectio- 3

Illatio ex doct. data

nem redditur voluntas in actu secundo proportionata, & dicens actualem consonantiam cum illo: ergò omnis vocatio ratione sanctæ affectionis est congrua &c. Sed quia iuxta Doctrin. M. P., vocatio congrua est propria electorum, & descendens ex proposito efficaci Dei misetentis; ideò non omnis vocatio est absolutè, & simpliciter, sive exercitè congrua; hoc enim solum habet in his, qui obediunt, & consentiunt vocationi.

Si autem inquiras, per quid
4 constituatur hæc congruitas exercita? Resp. *cum D. Aug. *constitui per
Cuidam quæsit. Respond. sanctam delectationem virtute superantem contrariam voluntatem, aut dolorem retardantem consensum voluntatis.* Ita de Spir. & litt. à cap. 3. usque ad 5. & cap. 36. & lib. 2. de Peccat. merit. c. 17. per hæc verba: *Nolunt homin. facere quod iustum est, sive quia latet, an iustum sit, sive quia non delectat. Tanto enim quidquam vehementius volumus, quanto certius, quam bonum sit, novimus, eoque delectamur ardentius.* Ex quibus constat, quod nisi sancta cogitatio secum afferat delectationem victricem, & superantem contrariam cupiditatem, aut dolorem retrahentem, nunquam delectatio sancta habet congruitatem exercitam. Observandum tamen quamcumque delectationem, sive sanctam, sive noxiam, non rapere voluntatem, sed ei posse resistere: ut definitum est contra Jansenium; constatque ex doctrina Tridentini sess. 6. cap. 5. statuentis voluntatem nostram posse abijcere quamcumque sanctam inspirationem. Hinc infert congruitatem exercitam vocationis dependere saltim indirectè à nostra voluntate; quatenus ei non dissentit negative.
Nota contradict. Sed egò statim infero, & observo inconsequentiam indictis; siquidem præcitatus Mag. tom. 2. q. 1. §. 4. asserit esse prorsus alienum à mente M. P. verbis immediatè adductis ex cap. 17. de Peccat. merit. ipsum loqui de delectatione indeliberata.

5 Cum hoc componitur, quod etsi multotiès sancta affectio sit intensior terrena cupiditate, non propter hoc excusatur homo, si terrenæ delectationi consentiat. Tum quia in dicto casu potest, & debet homo minuere, & cohibere pondus illius, ut præponderet sancta delectatio, & sic ratione illius consentiat Dei vocationi. Ita docetur à M. P. de Prædest. SS. cap. 8. Tum quia delectatio sancta, quantumvis remissa, dat posse ad deprecandum à Deo, ut donet sanctam delectationem præponderantem, iuxta illud P. August. super Ptalm. 106. *Conatur, & non potest, ligatum se sentit, & exclamat ad Dominum.* Unde relinquitur carentiam sanctæ delectationis præponderantis esse ei voluntariam. Notandum etiam, quod non semper vocatio congrua affert secum cœlestem delectationem, sed voluntium sanctum timorem, aut alium similem affectum. Ita D. Prosp. lib. 2. de Vocat. gent. cap. 26. ubi ponit varios modos, quibus Deus excitat homines ad gloriam, scilicet, *moverdo exemplo, suadendo exhortationibus, terrendo periculis &c.* Quod etiam traditur iuxta M. P. lib. 1. cont. duas Epist. Pelag. cap. 20. ubi ait: *Voluntatem nostram miris, & varijs modis trahi, ut velit.* Nam sicut ad faciendum bonum conduci delectatio, sic ad declinandum à malo utilis est timor, & terror; sed quia amor inter omnes affectiones eminet, & est notior delectatio indeliberata, ideò frequentius hæc invenitur expressa à M. P. pro explicanda congruitate vocationis.

Advert. pro libertate.

Tandem advertit voluntatem præventã sancta cogitatione, &
6 delectatione, & insuper cognitione proponente bonum supernaturale cum indifferentia, non se exercere immediatè per consensum positilem salutarem, vel dissensum positivum, & oppositum: sed per consensum negativum consistentem in eo, quod voluntas sinat se moveri. Licet ergò ut vocatio causet in voluntate creata consensum positilem salutarem, requirat gratiam prædeterminantem (quæ necessario exigitur pro omni actu positivo) non tamen illam requirit pro consensu negativo, qui est effectus immedia

Duplex consens.

tus

sus illius. Hinc provenit, quòd licet congruitas exercita vocationis ad consensum positivum etiam includat gratiam prædeterminantem, secus tamen congruitas eiusdem, etsi exercita, in ordine ad consensum negativum. Nàm estò huiusmodi congruitas numquam detur sine prædeterminatione adiuncta; eo quod Deus decrevit prædeterminare ad consensum positivum, omnes, qui negativè consenserint divinæ vocationi, quia tamem prædeterm. existit pro signo sequenti; congruitas vocationis non constituitur per prædeterm. Propter hæc animadvertit quæstionem non procedere de congruitate exerc. vocat. ad consens. positivum; sed ad consensum negativum præparantem voluntatem ad positivum.

7 Concluſ. præſ.M.

His suppositis sequent. proponit concluſ. *Congruitas vocationis consistit in attemperatione cum subiecto proveniente à gratia sanctæ affectionis excitantis voluntatem ad consensum.* Prima pars probatur ex doctrina M. Par. quæst. 2. ad Simplic. explicantis congruitatem vocationis* per hoc, quod subiectum sit aptum, idoneum, & convenienrer affectum, ut illam sequatur* sed hoc est prorsus idē, ac vocationem esse attemperatam subiecto, & econverso: ergò. Secunda vero pars sic probat: A gratia illa provenit aptitudo, idoneitas &c. sine qua voluntas nequit liberè amplecti bonum, & illa posita voluntas amplectitur bonum; sed sine gratia sanctæ affectionis, sive cœlestis delectationis, nequit voluntas amplecti bonum; & illa posita tanto vehementius illud diligit, & prosequitur; quanto vehementius delectatur: ergò. Minor quoad 1. partem traditur à M. Par. quæst. 2. ad Simplic. & de Spiritu, & littera, cap. 3. & quoad 2. partem docetur ad eodem lib. de Peccat. meritis, cap. 17.

***

§. II.

Testimonia M. P. in favorem opinionis relatæ.

8 Primum testim.

MAgn. Par. lib. de Prædest. Sanct. cap. 8. loquens de vocatione efficaci, & congrua, qua vocati à Patre reipsa infallibiliter veniunt ad Christum, ait *esse gratiam secretam, quæ à nullo duro corde respuitur, sed per illam duritia cordis primitus aufertur*: atqui huiusmodi gratia est gratia sanctæ affectionis, & inspirationis: Quia hæc est, quæ primitus, hoc est dat initium, ut auferatur duritia cordis: Et tractio, qua Pater trahit homines ad Christum sit efficax, & congrua per sanctam affectionem. Urget. Iuxta eundem Parentem ibidem; hæc gratia est illa, per quam Deus aufert à nobis cor lapideum, & dat cor carneum; sed huiusmodi est gratia sanctæ affectionis; nàm voluntatem aversam reddit affectam, & inclinatam ad bonum, quod est habere cor carneum: ergò gratia August. reddens vocationem congruam est gratia sanctæ affectionis.

9 2. Testim.

2. Vocatio, qua Pater trahit homines ad Filium, fit efficax, & congrua, quatenus Deus operatur in cordibus eorum, ut ex nolentibus fiant volentes; ita M. Par. & S. Prosper. pluries: sed hæc gratia est sancta affectio; cum pro priori ad illam voluntas sit nolens, & per ipsam cum sit volitio indeliberata, fiunt homines volentes: ergò vocatio redditur efficax ratione sanctæ affectionis. Urgetur. Gratia prædeterminans iuxta Thomistas non facit ex nolentibus volentes, sed ex volentibus indeliberatè volentes deliberatè: ergò talis gratia non est gratia prædeterminans.

Urgetur.

10 Tertium.

3. Vocatio, per quam Deus traxit Bellatores Israël, ut eligerent David in Regem, fuit vocatio efficax, & congrua; sed gratia, qua eos efficaciter traxit, fuit gratia subitæ affectionis: ergò vocatio redditur congrua ratione subitæ affectionis. Probat. min. Ex M. Par. de Correct. &

Grat.

Grat.c.14. sic aiente: *Intus egit, corda tenuit, corda movit, eosque voluntatibus, quas in illis operatus est, traxit.* Sed huiusmodi voluntates sunt subitæ affectiones, quibus eorũ corda movit: ergò. Urget. hoc ipsum ex eodem M. P. de Grat. Christi c.24. dicenti: *Deum convertisse cor Regis Assueri transferendo eius voluntatem de indignatione ad lenitatem*, & de voluntate puniendi *ad voluntatem benè faciendi*: Ex quibus constat vocationem *Assueri* fuisse congruam, & efficacem per subitam affectionem benè faciendi Iudęis. Siquidem gratia prędeterminans non potest esse, per quam transfert voluntatem ab indignatione ad lenitatem; cum supponat lenitatem saltim indeliberatam: ergò.

Urgetur.

II

4. Vocatio, qua Christus Dominus noster hora suæ Passionis vocavit D. Petrum ad pœnitentiam, fuit efficax, & congrua, ut rem probavit eventus; sed fuit efficax, & congrua per subitam affectionem cordi eius infusam: ut docet M. Par. lib. de Gratia Christi cap. 43. dicens: *Fuisse efficacem per affectum productum in corde illius, quo eum ad lachrymas perduxit*: ergò. 5. Per illam gratiam vocatio Dei redditur congrua, per quam verificatur Deum magis habere in sua potestate voluntates hominum, quam ipsemet suas; sed hoc solũ verificatur de Deo propter gratiam sanctæ illuminationis, & affectionis: ergò. Maior constat: Nàm id, per quod Deus exprimit suam efficacissimam potestatem, reddit vocationem congruam, seu efficacem. Atqui efficacissima potestas Dei exprimitur à M. Par. de Correct. & Grat. cap.14. per hoc, scil.* quod magis habeat in sua potestate voluntates hominum, quam ipsemet suas: * ergò. Minor vero probat. Gratia illa, quæ est in potestate Dei, non vero in potestate creaturæ, magis est in potestate Dei, quam creaturæ; sed non solum sancta illuminatio, sed etiam sancta affectio, seu voluntas indeliberata, ita est in potestate Dei, ut non sit in potestate hominis iuxta M. Par. quæst. 2. ad Simplic. in illis verbis: *Quis habet in sua potestate, ut occurrat, quod eum possit delectare, vel delectet eum occurrerit?* ergò.

Quartum

Quintum

6. Vocatio D. Pauli fuit congrua, & efficacissima; sed eius efficacia ortum duxit à sancta affectione: ergò vocatio redditur congrua &c. Probat. min. Illa vocatio fuit congrua per gratiam potentiorem, per quam refracta lævitia, & aversione à fide, quam vastabat, correctus est ad fidem. Ita M. Par. de Prædestin. Sanct. cap.2. & quæst.1. ad Simplic. Sed hæc omnia verificantur de gratia sanctæ inspirationis; siquidem illa fuit gratia potentior; utpotè superans priorem contrariã voluntatem; deinde per ipsam fuit refracta lævitia in ipso præcedens; ac tandem Deus donans prædictam sanctam affectionem abstulit à Saulo cor lapideum, deditque ipsi cor carneum, quo correctus est ad fidem: ergò.

12

Sextum.

7. Gratia vocationis, qua Deus reipsa suscitat sepultos in peccatis, & illos peccati compede vinctos solvit, est vocatio congrua; sed hoc totum facit Deus per grat. sanctæ affectionis adiunctam gratia illuminationis: ergò. Probat. min. Ex D. Prosp. Carmine de ingratis capit. 16. ubi post verba relata in maiori sic prosequitur: *Ille (scilicet, Deus) obscuratis dat cordibus intellectum; indit amorem, quo redametur amans, per hunc affectum &c.* in quibus expresse ponit gratiam illuminationis simul cum sancta affectione pro causa, ut vocatio Dei sit congrua in his, quos liberat à peccatis. Urgetur hoc ex eodem lib. contrà Collatorem, cap. 6. per hæc verba: *Deus ex invito volentem facit, ut cor audientis delectatione obediendi in se generata, ibi furgat unde præmebatur, inde velit, unde nolebat.* Ex his sic arguo. Ab illa gratia provenit vocationem Dei esse congruam, à quo provenit, quod homo, qui prius nolebat, furgat ubi præmebatur, & velit bonum, quod antea nolebat; sed hoc totum convenit homini iuxta D. Prosp. à sancta delectatione generata in corde audientis; ergò per illam constituitur vocatio congrua.

13

Septimũ.

Urgetur.

§. III.

§. III.

Ostenditur illorum inefficacia quoad sensum specialem præf. Mag. & eis directe Resp.

14 Incongruenter vocat M. P. in favorem.

HÆc sunt ferè omnia testim. adducta à prælaud. M. sed adeo inefficac. ut ex sola relatione maneant sic probata. Ubinàm quæso fit mentio, vel aliqua levis insinuatio de congruitate vocationis ad aliquem consensum purè negativum, quo voluntas se disponat ad consensum salutarem positivum? Imo potius in omnibus illis expresse ponuntur actus positivi *honesti*, & salutares pro termino vocationis Dei, & eius congruitatis; qualia sunt *venire ad Christum*, *dare nobis cor obediens, ut faciamus mandata Dei*: *fieri volentem credere*, *eligere David in Regem, habere voluntatem liberandi Iudæos à pœna mortis, pœnitentiam internam, & externam D. Petri*, *conversionem D. Pauli ad Fidem, amorem, quo redamatur Deus*: ergò si vocatio, prout dicit congruitatem exercitam ad actus positivos honestos salutares, includit etiam actu gratiam prædeterminantem; ut expresse fatetur arguens; prædicta testimonia sunt inefficacia pro suadenda congruitate vocationis ad consensum purè negativum independentem à gratia prædeterminanti. Melius igitur, & cum proprietate sermonis, utuntur relatis testimonijs Authores Societatis, ut probent præter gratiam excitantem non requiri ulteriorem gratiam prævenientem consensum salutarem, ut vocatio Dei sit congrua, hoc est reipsa coniuncta, & efficiens eundem consensum pro determinatione tamen liberi arbitrij, à cuius prævisione redditur congrua congruitate, sive efficacia præcedenti.

15 1. Testim. non probat.

Sed pro maiori efficacia nostri discursus percurramus singula. Primum testimonium loquitur de vocatione, qua Deus Pater vocat homines, ut veniant ad Christum; atqui iuxta M. Par. ibidem * trahi homines à Patre ad Christum, audire, & discere à Patre, ut veniant ad Christum nihil est, quam credere in Christum. Et Rursus; *Quid est ad me venire, nisi credere in me*: * ergò loquitur de vocatione congrua prout respuit pro termino suæ congruitatis actum liberum positivum salutarem: ergò si in tali congruitate, ut contendit arguens, solum continetur gratia excitans subitæ affectionis; vocatio etiam prout exercitè congrua ad actum positivum salutarem non requirit gratiam prædeterminantem, quod expresse negat. Idem confirm. ex D. Thom. super Ioann. cap. 6. lect. 5. sic exponenti illa verba: *Omnis, qui audit à Patre, & didicit ad me. Hic ponitur attractio Patris efficacissima; venit, inquam, ad me tripliciter, scilicèt, per fidei cognitionem, per affectum amoris, per operis imitationem.* Quod si dicatur P. August. & D. Thom. loqui de venire ad Patrem perfectè; secus tamen initiativè, aut dispositivè; hoc enim fit per consensum quendam negativum. Si hoc, inquam, dicatur, rectè dicitur, si probetur, & non ad alia voluntarie divertamur. Ad id, quod addit de ablatione duritiæ cordis per subitam affectionem: Plenè dictum est in anteced. ubi videri possunt.* Confirm.

*Tom 4. fol. 535. & hic Dubio 1.

Nec ullatenus apparet verum dicere per gratiã sanctæ affectionis, & ante prædeterminationem Deum donare nobis cor carneum. Assumptum probat. 1. Quia cor carneum iuxta M. Par. de Grat. & lib. arb. cap. 16. * est cor obediens ad faciendum Dei mandata; * quod est idem ac velle liberum efficax, & robustum ad rectè operandum. Huiusmodi autem velle donat nobis Deus per gratiam prædeterminantem etiam in sentent. arguent. 2. Quia gratia, per quam Deus donat nobis cor carneum, est iuxta M. Par. ibidem *gratia, per quam Deus præbet vires efficacissimas voluntati, & per quam facit, ut faciamus.* Hæc autem gratia iuxta prælaud. Mag. tom. 1. quæst. 8. consistit in velle efficaci, quod est prædeterminat. ad facere. Quo igitur motivo asserit in præsenti; per gratiam subitæ affectiones Deum dare nobis cor carneum? 3. Deum dare nobis cor carneum iuxta textum

16 Tom 3. fol. 439. Tom. 4. f. 481. ait: Cor carneum dari etiam per grat. prædet. videre tract.

Eze-

Ezech. adductum à M. P. est idem ac dare nobis cor novum. Ita ubi supra cap. 15 sed Deum dare nobis cor novum est donare nobis volitionem liberam, ut eius mandata adimpleamus: ergò ante gratiam prædeterm. non dat Deus nobis cor carneum. Prob. min. Cor novum, quod Deus præcipit nobis, ut fiat à nobis est velle liberum, & efficax; ut est certũ. Sed Deus iuxta M. P. ibi: * *Præcipit nobis, ut fiat à nobis illud cor novum, quod donat nobis* ex illo Ezech. 18 *Facite vobis cor novum*: ergò.

* Quare iuber si ipse daturus est?

17 Ad 2.

2. Testim. est contra ipsum Arguentem; siquidem vocatio redditur congrua per illam gratiam, per quam Deus iuxta M. Par. lib. 2. contra 2. epistolas Pelag. cap. 19. *Facit ex nolentibus volentes credere.* Sed velle credere est actus positivus liber salutaris, & consistens in pia affectione voluntatis determinantis intellectum ad credendum: ergò vocatio illa redditur congrua per gratiam facientem hominem nolentem credere, quod velit liberè, & salutariter credere. Sed huiusmodi gratia iuxta ipsum Arguentem est gratia prædeterm. ad velle liberum: ergo congruitas vocationis, de qua loquitur ibi M. Par. provenit à gratia prædeterm. Dicere M. Par. loqui de vocatione congrua, quatenus per illam homines ex nolentibus credere fiunt indeliberatè volentes credere; est prorsus voluntarium, & item: quia omnes essent congruenter vocati. Rursùs: quia tale velle non suadet congruitatem exercitam in Dei vocatione, per quam vocat electos ut veniant ad Christum: siquidem usque dum homo velit efficaciter credere, non verificatur illum esse congruenter exercitè vocatum iuxta illud M. Par. de Prædest. Sanct. cap. 19. *Hac vocatione alta, atque secreta prorsus agitur, & peragitur, ut homo fit credens.*

Sidicas.

Reijcitur

18 Instabis.

Dices. Prædeterminatio, utpotè supponens pro priori subitam affectionem, nequit facere ex nolentibus volentes, sed ex volentibus indeliberatè volentes liberè: ergò solum gratia subitæ affectionis facit cum rigore ex nolentibus volentes.

Respond. 1.

Sed hoc nihil, aut parum est: nàm gratia prædeterm. facit ex nolentibus liberè, & efficaciter credere, ut velint liberè, & efficaciter credere, & hoc est, quod ibi intendit M. Par. unde distinguo illud añs. * non facit ex nolentibus inefficaciter volentes inefficaciter, conc. añs. ex nolentibus efficaciter, & liberè credere, volentes liberè, & efficaciter credere, neg. añs. * de illo enim velle credere loquitur M. Par. de quo, & pro quo loquitur ipse Epist. 107. ad Vitalem dicens: Ecclesiam orare pro nolentibus credere; atqui iuxta S. P. ibidem, orat pro illo velle credere, de quo dicit Apost. ad Philip. 2. *Deus est enim, qui operatur in nobis velle, & perficere. Qui textus est de grat. adiuvante iuxta Arg.* ergò loquitur de velle liberè, & efficaciter credere.

19 Secundo.

Aliter, & solidius hoc explico. Dum enim M. Par. S. Prosp. & alij PP. asserunt Deum per gratiam suam facere *homines ex nolentibus volentes, & ex repugnantibus consentientes*; ly *ex* non denotat quamcumque præcedentiam ad velle, & consentire, sed præcedentiam per modum *termini à quo* relatè ad actionem Dei convertentis homines: sicuti per ly *volentes*, & consentientes, explicatur ab ipsis *terminus adquẽ illius.* Licèt autem affectio indeliberata præcedat ad velle liberum, ut dispositio, aut inclinatio ad illud; non tamen ut *terminus à quo* respectu actionis, qua Deus hominem convertit; qua de causa non nisi impropriè ab eisdem diceretur, si vera est Thomist. sententia, per gratiam fieri hominem ex indeliberate volente liberè volentem. Adest exemplum in productione formæ ignis in ligno, esto ad illius introductionem præcedat calor ut disponens; de quo tamẽ nequit dici illũ produci ex dispositione caloris; sed solum, vel ex ligno, vel ex privatione sui. Similiter. Deus dum per gratiam *iustificat impium facit illum ex iniusto iustum, ex inimico amicum* iuxta Trid. sess. 6. cap. 7. Et tamen, quamvis ad receptionem gratiæ sanct. præcedant dispositiones mediantes inter ipsam, & peccatum; non propter hoc dici valet; aut aliquis

quis opponere,* debere dici hominem iuſtificatum per gratiam fieri iuſtum ex attrito, & alijs diſpoſitionibus.*Sermo enim,ut decet, eſt deſignare terminum *à quo*, qui eſt terminus derelictus,& excluſus,& terminum *adquem* illum excludentem;& ad quem ut ad finem ordinatur iuſtificationis motus. Sic D. Paulus fuit effectus ex perieąuutore excelſum vas electionis ad portandum nomen Ieſu coram omnibus gentibus. Et Maria Magd. ex vaſe contumeliæ tranſlata fuit in vas æternæ gloriæ.* Cum tamen inter terminum *à quo*, *& ad quem* utrobique mirabilia dona intervenerint.

* Sic Eccleſia.

20

3. Teſtim. de quo M. P. Auguſt. de Correct. & Grat. cap. 14. minimè favet Arguenti. 1. Nàm ipſe tom. 1. quæſt. 8. diſtinguens intet velle liberum, & inter facere; aſſerit prædetermin. ad velle conſiſtere in actione increata Dei producentis illud; prædeterminationem vero ad facere eſſe ipſum velle liberum, à quo imperatur facere. Hoc 2. probat ibidem ex relato teſtim. ſequenti diſcurſu. * Auxilium efficax ad facere eſt id, quo Deus trahit hominem, ut faciat; ſed Deus iuxta M.P. traxit Bellatores Iſraèl, ut conſtituerent David in Regem,voluntatibus, quas in ipſis operatus eſt: ergò velle liberum eſt auxilium efficax, ſive prædetermin. ad facere. * Ex quo apparet qua conſequentia doctrinæ modo affirmet in illis verbis *voluntatibus, quas in ipſis operatus eſt*, intelligi ſubitas affectiones.

Ad 3.

22

Nec valet dicere tom.3. num. 66. ſcilicèt, quod iuxta Auguſt. ſicut pręcipua gratia ad facere eſt velle liberum; ita præcipua gratia ad velle liberum, eſt velle indeliberatum; quare ſicut movemur efficaciter ad facere per velle liberum, ita per velle indeliberatum trahimur efficaciter ad velle liberum:& hoc eſt, quod tantū pro nunc intenditur, & quod in teſtim.relato aſſeritM.P.Nec in his dictis apparet aliqua contradictio. Nàm ſicut verba Sacræ Script. continent ſine contradictione varios ſenſus, ita ſententiæ Auguſt. ei innitentes. Undè per ly *voluntatibus* poſſunt intelligi tùm affectiones liberæ, tùm indeliberatæ. In primis falſum eſt præſens dub. conſiſtere in eo,quod voluntas indeliberata ſit præcipua gratia ad velle liberum, & quod illa ſit tractio efficax ad illud. Siquidem expreſsis terminis ſolum diſputatur ab ipſo in præſenti: *An vocatio Dei ſit congrua exercitè ad conſenſum negativum voluntatis ratione ſubitæ affectionis, & ante gratiam prædeterminantem*?Fatetur etiam expreſſe congruitatem exercitam vocationis ad velle liberum actu includere gratiam prædeterm. Quidquid ſit an gratia excitans in ordine ad velle ſalutare ſit præcipua gratia reſpectivè ad adiuvantem; de quo alibi. Undè non diſtinguere inter 1. & 2. dictum ab ipſo in tali quæſtione, eſt omnia confundere. 2. Si quod in præſenti intenditur eſt ſuadere ex M. Par. per velle indeliberatum trahi voluntatem efficaciter ad velle liberum; Rogo;an hoc proveniat à ſolo velle indeliberato; vel etiam à gratia prædeterm. ad velle? Si hoc 2. ergò vocatio Dei non eſt congrua exercitè ratione ſolius ſubitæ affectionis. Si 1. ergò auxilium efficax ad velle liberum non coaleſcit ex gratia excitanti, & prædeterminanti, cuius oppoſitum A.expreſſe propugnat ibi. Deniquè. Si iuxta Sanct. Par. lib. 1. contra 2. epiſtol. Pelag. cap.3. *Ille quippè trahitur ad Chriſtum, cui datur, ut credat inChriſtum; & nemo credit in Chriſtum, niſi ei fuerit datum à Patre*; ſi affectio indeliberata trahit efficaciter, ut homo velit, & credat: ergò per illam operatur Deus velle, & credere. Ad quid ergò gratia prædeterm.Nonne; Hoc eſt gratias interſe diſtinctas confundere, attribuendo uni munera propria alterius?

Reijcit 1.

Secundo.

Tertio.

Quædam Reſponſ.

Fateor plura teſtim. M. Par. poſſe optimè exponi,tum de gratia excitanti, tùm prædeterm. v. g. illa in quibus aſſerit *arbitrium creatum indigere;Dei gratia,eius adiutorio, Divina inſpiratione, atque motione*; utraque enim eſt gratia, motio, inſpiratio &c. Cœterum pro hac expoſitione debet aſsignari aliqua ratio, ne videatur voluntaria. Hinc; quia

21

Deus

Deus operatur in nobis velle, tùm indeliberatum, tùm etiam liberum; ii inveniatur dictum à M.Par. Deum per gratiam suam operari in nobis velle bonum: potest sine contradictione exponi de omni velle; sed oportet pro hoc reddere rationem. Undè si textus, & contextus non præbeant solidum fundamentum pro expositione alicuius ex testimonijs in sensu dicto, ad nihil deseruit illa doctrina generalis. Igitur M.P. postquam dixit Bellatores Israèl *bona voluntate, corde pacifico, & ex animo* constituisse David in Regem: asserit hanc bonam voluntatem, animum, corque pacificum, fuisse operatum à Deo, qui in cordibus hominum, quod vult, operatur. In his nulli dubium M. Par. loqui de volitione libera, ex qua processit actio externa constituendi David in Regem: *Sua utique volunt.* ait S. P. *isti constituerunt Regem: quis non videat? quis hoc neget?*

Assumpt. M. P. est probare voluntat. Dei esse irresist.

Postea prosequitur sic inferendo: *Ac per hoc Deus omnipotens, qui erat cum David, adduxit illos, ut eum Regem constituerent. Postquæ inquirit; sed quomodo adduxit? Respond. Intus egit, corda movit, corda tenuit, eosque voluntatibus, quas ipse in illis operatus est, traxit.* Nunc hic. Sed iuxta M.P. ubi supra, voluntates, quas Deus in illis operatus est, sunt bona propria voluntas, cor pacificum, & animus constituendi David Regem, quæ omnia sunt affectus liberi: ergò voluntates, quibus traxit Bellatores Israèl &c. sunt volitiones liberæ. Urgetur. Estò volitio subita conducat ad velle liberum, volitio tamen causans liberè facere est volitio efficax, & libera; ut tenet ipse arguens. Atqui M.P. loquitur de voluntatibus bellatorum, quibus eos traxit, non ut vellent, sed ut reipsa constituerent David Regem: ergò per voluntatem bellatorum intelligit velle liberum ipsorum.

22

Roborat.

Urgetur.

Deniquè. Si in dictis verbis loqueretur M. Par. de volitionibus subitis, saltim importune loqueretur. Assumptum probat. Qui postquam statuit Bellatores Israèl libera voluntate, animo, cordequè pacifico ex operatione Dei provenientibus constituisse David Regem; saltim importune loqueretur, si inquirens expressius causam huius tractionis, & constitutionis in Regem, designaret volitiones subitas, & inefficaces inconnexas cum volitione efficaci, & cum constitutione David in Regem. Sed M. Par. ante huiusmodi inquisitionem iam statuerat Deum operatum fuisse in cordibus bellatorum Israèl bonam voluntatem, cor pacificum, animumque, ut David Regem constituerent: ergò. Secundum argum. est etiam inefficax. Nàm vel intentum M. Par. est Deum solis subitis affectionibus traxisse bellatores, ut vellent constituere David Regem; vel etiam ut reipsa eum constituerent? Si primum: ergò ultra subitam affectionem non requiritur alia gratia efficax, ut homo liberè velit; quod expressè negatur ab arguente. Si secundum: ergò vocatio congrua exercitè ad facere est talis pro priori ad velle liberum efficax imperans, ipsum facere; quod etiam expresse ab eodem negatur ponenti prædeterminationem ad facere in ipsa libera volitione. Denique conclusio propugnata hæc est: *Vocatio est exercitè congrua ad consensum negativum ratione solius subitæ affectionis.* Argum. vero contra hanc conclusion. proba t, si quid probat: scilic. *Vocatio ut bellatores vellent positivè liberè, & reipsa constituere Regem David, fuit exercitè congrua ratione solius subitę affectionis. *Quę autem proportio, & identitas probationis inter unam, & alteram.

23

Ultimo.

Reijcit. 2. argum.

Eisdem motivis probatur 4. testim. de Rege Assuero adductum à M. Par. de Grat. Christi cap. 24. & lib. 1. contra duas epist. Pelagian. cap. 20. neutiquam fauere arguenti. Conversio enim, quam Deus per vocationem congruam operatus est in illo, exprimitur ac M. Par. his terminis: *Translatio de voluntate lædendi populum Iudæorum ad voluntatem benè faciendi, sive eos à morte liberandi.* In his autem exprimitur actus positivus voluntatis. Imò, & actus positivus liber; ut supponit Illust. Castell tom. de lib. arb. disp. 3. quæst. 3. sect.

24

Ad 4.

Probat. 1 sect. 1. à num. 953. 1. Quia per voluntatem lædendi Iudæos intelligitur iuxta omnes volitio libera: ergò etiam per ly *voluntatem* benè faciendi debet intelligi volitio libera ei opposita. 2. Quia in hac translatione explicatur à M. Par. efficacia Divinæ potestatis ad convertendum corda de malo in bonum; hæc autem non fit nisi transferatur voluntas de velle liberè malum ad velle libere, & efficaciter bonum. 3. Quia lib. 1. ubi supra sic immediatè prosequitur M. P. *Ad voluntatem benè faciendi: secundum illud Apost.* Deus enim est, qui operatur in nobis, & velle.* Quod præcipuè, & sæpissimè adducitur à M. Par. ut probet omnem voluntatem liberam rectam provenire ex gratia Dei. *

Secundo.

Tertio.

*Ad Philip. 2.

* D. Thom ibi exponit unicè de velle libero contra Pelag.

25 Quod sic convinco ex M. Par. de Grat. Christi: ibi enim cap. 23. sic proponi errorem Pelag. *Asserit enim, quod siquis ex sola arbitrij libertate, & sine Dei adiutorio currat ad Deum, cupiatque se ab illo regi, & se totum tradendo voluntati Dei, tum consequitur gratiam, per quam cor illius, quo Deus voluerit, declinet.* Hunc, inquam, errorem impugnat primo: quia iam gratia non erit gratia, sed dabitur ex meritis. Secundo, quia est absurdum tam ingentia bona, scilicèt: *Currere ad Deum, adhærere Deo, cupiquè regi à Deo, eiusque voluntati se tradere, posse fieri ab homine sine adiutorio gratiæ.* Postea cap. seq. confutat tertio eundem errorem exemplo Assueri sequenti discursu: *Deus convertit cor illius de indignatione ad lænitatè, * de voluntate lædendi populum Iudæorum ad voluntatem benè faciendi eis; * & tamen in illo non præcesserat voluntas, qua curreret ad Deum, eiquè firmiter adhæreret; nec rursus cupiverat regi à Deo, suam voluntatem in Dei voluntate ponendo*: ergò falsum est Deum per gratiam suam declinare cor hominis, quo ipse voluerit, si præcedat in illo ex sola arbitrij libertate currere ad Deum &c.

Urgeo efficacissimè.

* Lib 1. contra 2. epist. Pelag. c. 20

26 Nunc sic. S. P. loquitur de illa conversione cordis, sive de inclinationè, aut translatione, de qua aiebat Pelagius fieri per gratiam Dei, si præcedat ex sola arbitrij libertate voluntas adhærendi Deo, desiderium, ut regatur ab ipso, se tradendo illius voluntati. * Sed talis conversio adstructa à Pelagio fiebat per voluntatem, & liberrimam; imo etiam supponentem plures affectiones liberas: ergò dum M. Par. pro huius erroris refutatione adducit in exemplum conversionē cordis Regis Assueri, in quo recensita non præcesserunt, manifestè loquitur de conversione per liberā per voluntatem. Ex hac doctrina infert ibidem S. P. Deum operari in cordibus hominum non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates; illas, scilicèt, quas ponebat Pelagius fieri ex sola arbit. libertate; quales sunt *currere ad Deum, ei firmiter adhærere, ponere cor suum in manu Dei &c. *quę sine ulla ambiguitate sunt affectiones liberæ, & ut tales propugnabantur à Pelagio.

5. Testim. eadem inefficacia laborat; siquidem lib. de Gratia Christi cap. 45. postquam M. Par. dixit Deum interiori gratia vivificasse D. Petrum cor eius tangendo, movendo, & perducendo affectum usque ad exteriores lachrimas; sic prosequitur: *Ecce quemadmodum Deus adiuvando adest voluntatibus, & actionibus nostris: ecce quemadmodum velle, & operari operatur in nobis.* Ubi expresse ponit pro causa pœnitentiæ D. Petri gratiam excitantem, & item gratiam, per quam Deus operatur in nobis velle, & perficere. 2. Nàm ex hoc testim. sumpto ex S. Ambrosio refutat M. Par. errorem Pelagij admittentis adiutorium possibilitatis, & negantis adiutorium efficax voluntatis, & actionis, per quod fit ut benè velimus, & operemur: ergò in præfato testimonio, ut sit convincens, loquitur de pœnitentia interna libera, & usque ad exteriores lachrimas prorumpenti. De hoc etiam Illust. Castell tom. de lib. arb. disp. 3. q. 4. sect. 3. num. 1076.

27 Ad 5.

Illud, quod addit in sui favorem, scilicèt, * per sanctam affectionem nobis non liberam verificari Deum habere magis in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, * non venit ad intentum.

28 Ad id quod addit, Resp.

Si-

Siquidem M. Par. & ferè cum eo omnes Theologi, per ly *voluntates hominum* intelligit voluntates, sive affectiones liberas; istæ enim sunt etiam in potestate hominum; sed quia donantur à Deo ut primo libero, & Supremo Domino, sunt magis in illius potestate. Cui consonat M. Par. de Correct. & Grat. cap. 14. *Sic velle, & nolle est in hominis potestate, ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem. Et illud tritum: hoc dicitur esse in nostra potestate, quod cum volumus facimus, & cum nolumus, non facimus.* Ratio huius intelligentiæ est: nàm M. Par. loquitur de voluntatibus, quæ etiam sunt in potestate hominis, ut constat ex illo *adverbio magis*, quod freq. supponit ex parte alterius sensum positivum; sed iuxta eundem M. Par. solum volitiones liberæ sunt in hominis potestate: ergò de his loquitur M. Par. Denique voluntas libera hominis eo magis est in potestate Dei, quo magis immediatè pendet à Deo ut causa donante illam; sed hoc facit Deus prædeterm. ut fatetur ipse arguens, tribuens vocationi sanctæ precisivè à prædeterm. causalitatem tantum mediatam respectu volitionis liberæ: ergò.

29 Ad 6. Testim. neg. antec. & illius probat. gratia enim per quam fuit refracta sævitia Pauli, fuit illa gratia, per quam Deus donavit ei cor molle igne charitatis. Proprium enim eius est mollificare cor, sive illud liquefacere; hoc autem denotat fuisse conversionem liberam per actum charitatis, quo subito se disposuit ad gratiam habitualem, ut docet D. Thom. hac 1. 2. quæst. 113. art. 10. Nec est verum gratiam subitæ affectionis esto superantem in intensione pravam affectionem, & duritiam D. Pauli, fuisse gratiam potentiorem in sensu M. Par. Hæc enim iuxta ipsum de Correct. & Grat. cap. 11. dicitur talis, *quia per illam fit non solum ut homo possit, sed ut efficaciter velit iuste, & honeste operari*, quod proprium est gratiæ prædetermin. sive adiuvantis, ut *quo* voluntatem, & actionem. Videatur M. Par. ad illa verba Psalm. 150. *Emittet verbum suum, & liquefaciet ea*, quæ applicat *ad convers. Apost.* mirifica eruditione.

Ad 6. De obdurat Excæc. de causis, & remed. S.D. 1. 2. q. 79. art. 3.

Gratia potentior iuxta M. Par.

Duplex adiut. *quo*

Ad 7. neg. min. Falso enim asseritur affectum, de quo loquitur S. Prosp. esse indeliberatum. Est enim iuxta ipsum *amor, quo homo redamat Deum amantem*; hic autem absdubio est amor liber charitatis. Tùm quia de hoc amore asserit esse, *quo mortui vivunt*: audi nunc Ioannem in sua epist. 1. c. 3. sequentia proferentē: *Nos scimus, quod translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Ad urg. Respond. neg. min. nec obstat illud verbum *delectatio obedientiæ.* Siquidem iuxta ipsum Mag. *delectatio cœlestis in sensu M. Par. aliquando sumitur pro delectatione indeliberata; aliquando pro libera inclusa in ipso actu amoris, quod probat ex S. D. 1. 2. q. 32. art. 3. *unumquodque amari à voluntate, in quantum proponitur, & efficitur ei delectabile.* Undè illa verba *ut velit, undè nolebat* non significant aliquid realiter distinctum, & non inclusum in delectatione obediendi generata in corde audientis; sed solum diversa munera eiusdem affectionis liberæ; quatenùs voluntas prius secundum aliquod munus complacet in bono proposito ab intellectu, & postea vult efficaciter illud amplecti imperando media, quæ requiruntur, ut voluntas non sit frustranea.

30 Ad 7.

Est amor amicab.

Ad urg.

*Tom. 1. q. 5. f. 196

§. IV.

Expenduntur testimonia D. Thom. & fundamenta à ratione.

ARguit. 1. sic: Iuxta princip. Thomist. vocatio redditur congrua per illam gratiam, qua Deus non solum obiectivè, & extrinsecè, & moraliter, sed etiam subiectivè, intrinsecè, & physicè movet nostram voluntatem; ita D. Th. 1. 2. quæst. 9. art. 4. & quæst. 22. de Verit. art. 9. sed Deus per sanctam affectionem, hoc modo movet voluntatem, ut latè probatam est q. 6. à num. 29. usque ad 37. siquidem est determinatio intrinseca voluntati, phy-

31 Arguit. ex D. Th.

physicèque cam inclinans ad con-
Confirm. sensum liberum: ergò vocatio redditur congrua &c. Confir. ex doctr. D. Th. sup. cap. 1. ad Hebr. lect. ult. ubi ait: *Per bonam voluntatem hominem aptari à Deo ad omne opus bonum, sicut res naturales per inclinationem ad suum terminum aptantur ad illum.* Ex quibus sic arguitur. Congruitas vocationis est iuxta M.P.q.2.ad Simp. aptitudo, sive idoneitas voluntatis ad obediendum ei. Sed per affectionem indeliberatam aptatur voluntas ad volitionem liberam; quemadmodum per volitionem deliberatam aptatur voluntas ad facere: ergò vocatio redditur congrua ratione talis affectionis. Vel aliter: Ille dicitur idoneus ad liberè prosequendum obiectum supernaturale, qui est benè affectus circa illud; quandoquidem, qui sic est affectus, est iam bene dispositus; sed per subitam affectionem redditur homo benè affectus ad bonum supernaturale: ergò.

32 De hoc arg. egimus tom. 4. dub. 12. probantes subitam affectionem non determinare volunt. subiectivè, phy-
Resp. 1. sicè, & quoad exercitium ad consensum liberum, sed tantum dispositivè, *obiectivè moraliter* eam inclinando; ex quibus ostendi potest inefficacia arg.
Secundo. Deindè arg. directè prob. vocationē Dei esse exercitè congruam, hoc est, efficaciter causantem volit. lib. supernaturalem, anteced. ad gratiam prædeter. Quod expressè negatur à præl. M. fatenti dub. præsens non procedere de congruitate exercita ad velle positivum, sed ad quendam consensum negativum se habentem per modum dispositionis ad prædeterm. & ad velle ex illa proveniens. Seq. pat. si principia Thom. memoriæ recolantur, & doct. quam refert ex Ang. Prec.
Tertio. Ulter. Nam vocatio redditur cōgrua iuxta Th. per illam gratiam, per quā Deus intrinsecè subiectivè, & efficiēter movet voluntatē ad consensum; non utcumque (ut detur locus arg.) sed *indeclinabiliter*, & *insuperabiliter*, iuxta doct. M.P. Qui modus movendi non convenit subitæ affectioni; cum sit motus resistibilis à voluntate, & coniungibilis cum consensu salutari, & eius carentia. Ratio huius est. Nam vocatio redditur exercitè congrua per illam gratiam, per quam Deus supposita libertate ad benè velle, facit pro suo libito, ut benè velimus, sive per quam Deus donat, & operatur in nobis benè velle, hoc autem non fit per subitam affectionem, ut videre est in his, qui ei contradicunt, & indigent orare Deum, ut qui donavit posse, donet etiam eis velle. Ex quibus facilè potest tradi solut. in forma.

Confir. Nihil prob. pro congruitate exercita vocat. 1. Nam inclinatio naturalis in lapide v.g. ad centrum, & 33
ad quemlibet motum sibi connaturalem non est motio efficax ad illius Ad confir. Resp.
exist. ut de se constat, & expressè tra- 1.
ditur à D. Th. hac 1.2.q.109. a. 1. his verbis: *Quantumcumque natura aliqua corporalis, vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moveatur à Deo 1. moventi.* Et 1. p.q. 105.a. 5. ergò multo minus sancta affectio indeliberata, quæ subditur voluntati quoad usum, sive quo ad influxum in volit. lib. poterit esse
motio efficax ad illā. 2. Deum facere Secundo.
hominem idoneum, & aptum ut sequatur Dei vocat. est illum aptare ut Ponderatio sup. alibi dicta.
habeat bonam volunt. sed Deum aptare ut habeat bonam voluntat. est Deum prædeterm. sua gratia effectiva, ut illam habeat: ergò gratia, qua homo redditur idoneus &c. Min. quā negat Adv. prob. ex D. Th. ad Hebr. lect. ult. ubi hæc verba: *Deus aptet vos in omni bono*: sic exponit: *Id est faciat vos velle omne bonum.* Prov. 12. *Desiderium iustum omne bonum.* Hinc confirat in ly *omni bono* contineri honam voluntatem, sive etiam desiderium: ergò etiam Deus aptat ad illud. Sed hoc facit, dum facit nos velle iuxta S.D. ergò si Deus facit nos velle gratia effectiva, per illam aptatur voluntas ut velit. 2. Iuxta superius dicta Resp. explicando mai. Est aptitudo, & idoneitas, per quam prorsus agitur, & peragitur, ut voluntas obediat vocat. conc. min. Aliter, neg. & cū ead. min. dist. neg. cons. Vocatio enim congrua iuxta M.P.q.2.ad Simp. *Ita est effectrix bonæ voluntatis, ut omnis vocatus eam sequatur, estque, quæ præstat fidem, & per quam applicat, & coniungit mentem ad fidem.* Et de Præd. SS. c. 19. *Est causa*

efficiens, & perficiens in nobis velle, & credere. Et de Correct. & grat. cap. 12. *Est gratia, qua indeclinabiliter, & insuperabiliter agitur voluntas, ut bene velit, & nulla adversitate vincatur.* Hæc autem omnia longè exulant à gratia subitæ affectionis, quæ solum disponit, & reddit idoneam voluntatem in actu 1. expedito moraliter (& si velit in actu 1. per modum virtutis physicæ) ut liberè consentiat Deo vocanti; non tamen ut ratione eiusdem affectionis *determinetur indeclinabiliter ad benè velle.* Quis enim magis sic idoneus, rectèque dispositus ad velle perseverare in bono, quam Adamus? Et tamen defecit.

34 Arguit 2. Vocatio redditur congrua per illam gratiam, sine qua bonum propositum ab intellectu non suscipitur, non amplectitur, nec ad illud movetur voluntas, & cum qua *benè vivitur.* Sed talis est subita affectio: ergò. Min. prob. ex M. P. de Spir. & litt. cap. 3. dicente: *Cum id, quod agendum est, & quo nitendum est cæperit non latere, nisi etiam delectet, & ametur, non suscipitur, non benè vivitur.* Idem docet lib. 2. de Peccat. merit. cap. 17. ubi cognitioni, & sanctæ delectationi attribuit tanquam gratiæ adiuvanti, quod homines faciant, quod iustum est; quemadmodum quod nolint facere, quod iustum est, provenit, quia latet, quod bonum est, & quia non delectat. Confirm. Vocatio redditur congrua per gratiam, qua voluntas bona præparatur à Domino; ita M. P. de Prædest. SS. cap. 6. designante hanc præparationem tanquam causam, ut ex vocatis ad fidem unus credat, alter non. Ita enim habet: *Multi audiunt verbum veritatis, alij credunt, alij non. Sed cum alijs præparetur voluntas à Domino, alijs vero non &c.* * *Sed gratia, per quam præparatur voluntas, hoc est, per quam disponitur, est gratia subitæ affectionis; nam gratia prædeterminans non disponit, sed perficit opus, ad quod datur*: ergò.

Obijc. 2.

Confirm.

*Ex hic arguit.

35 Inter plura, quæ præd. Mag. docet de cœlesti delectatione, diligenter advertit ad proscribendum errorem Jansenij duplicem esse delectationem edoctam à M.P. varijs in locis: unam subitam, & indeliberatam: aliam vero liberam, imbibitam in ipso amore libero, & efficaci, elicito à voluntate. Ita tom. 1. q. 7. §. 1. per tot. Et tom. 2. q. 12. §. 3. Et tom. 3. q. 2. à num. 23. Prima delectatio inclinat, & determinat resistibiliter voluntatem ad velle liberum; 2. vero determinat irresistibiliter voluntatem ad facere; dicitur que gratia efficax ad illud. In duobus erravit Jansenius. 1. ponendo omnem delectationem subitam, sive cœlestem, sive terrenam, necessario rapere voluntatem, eique irresistibiliter voluntatem obedire. Cuius oppositum docetur à Trident. sess. 6. cap. 5. dicente: *Voluntatem posse abijcere, & resistere gratiæ sanctæ inspirationis.* 2. erravit attribuendo prædictæ delectationi ea, quæ M.P. docet de *victrice delectatione*; cum tamen *victrix delectatio* in doct. illius *sit velle liberum, efficax, robustum, & ex toto imperans facere.* Quin per hoc lædatur libertas in benè operando; eo quod existentia talis volitionis provenit ex libito voluntatis se determinantis ad efficaciter velle; quapropter solū est necessitas ex suppositione libera, quæ minimè destruit libertatem ad actus subsequentes.

Nota pro impugn. Jansenij.

Hinc illud Aug. in enarrat. super Epist. ad Galat. *Quod amplius nos delectat, id operemur necesse est*, intelligitur de delectatione deliberata, sive de amore libero efficaci, quod necessario connectitur cum operari bonum. Unde non dixit M. P. *Necesse est ut id velimus, sed ut operemur.* Similiter dum lib. 2. de Peccat. merit. cap. 17. asserit: *Deum per sanctam delectationem adiuvare voluntatem, ut faciat bonum.* Et cap. 19. dum asserit: *Adiutorium, quod poscimus à Deo ad faciendam, perficiendamque iustitiā esse certam scient. & delectation. victricem*, exponendus est de delectatione libera, hoc est, de volitione efficaci determinante voluntatem ad facere. Est enim expressa sententia M. P. lib. de Grat. & liber. arb. cap. 16. & 17. per tot. Et cap. 21. Et lib. de Correct. & grat. cap. 14. gratiam, qua Deus facit ut nos benè faciamus, esse etiam nostrum velle liberum efficax, & robustum.

36 Testim. M.P. exponuntur

Hæc,

37 Hæc, & alia plura ſcitu digna, tum ad refutationem erroris Janſenij, tum ad veram intelligentiam doctrinæ M. P. invenientur locis ſupra citatis: ſatis erudite, & ingeniose fundata à prælaudato Mag. Verumtamen ex eadem doctrina aliqua teſtim. quæ adducit ex M. P. ut probet congruitatem vocationis provenire à ſubita affectione redduntur ſatis inefficacia; niſi aliunde probetur 1. nomine delectationis in eis intelligi à M. P. affectionem indeliberatam; & inſuper per illam trahi voluntatem efficaciter, non quidem, ut faciat bonum, ſed ut liberè velit illud facere. Quæ duo indiviſim probare difficile eſt, ut aliquomodo infra patebit.

38 His præmiſſis conformiter ad doctrinam eiuſdem Mag. Reſp. 1. M. P. loqui de delectatione libera incluſſa in amore efficaci obediendi divinis mandatis. Ratio huius eſt: Nam loquitur de delectatione boni, per quam Deus adiuvat humanam voluntatem ad faciendam iuſtitiam; ſic enim incipit prædictum caput: *Nos autem dicimus voluntatem adiuvari ad faciendam iuſtitiam, ut accipiat Spiritum Sanctum, quo fiat in animo eius delectatio, dilectioque ſummi boni, quod eſt Deus.* Si ergò iuxta prædict. Mag. tom. 1. q. 6. num. 9. in fin. & tom. 2. q. 10. §. 3. à num. 28. eſt contra mentem M. P. exponere illum de delectatione indeliberata, quando loquitur de delectatione *ad facere bonum*; meritò contra ipſum retorqueri poteſt argumentum nobis obiectum. Hoc ipſum denotant illa verba: *Bonum, quod apparet, non agitur, non ſuſcipitur, non benè vivitur, niſi etiam delectet, & ametur.* Ubi M. P. oſtendit ſe loqui non de velle bonum, ſed de rectè vivere operando bonum, ad quod præcedit dilectio Dei per Spirit. S. *qui datus eſt nobis.*

Prima ſolut.

39 Reſp. 2. negando minorem quoad 2. part. ſcilicet, poſita ſubita delectatione cœleſti bonum propoſitum ab intellectu, ſuſcipi à voluntate *ut liberè agendum*, niſi addatur nova gratia eam adiuvans, per quam Deus donet, & operetur in nobis benè velle. Gratia enim ſubitæ delectationis eſt de ſe indifferenter coniungibilis cum velle libero, & eius omiſſione; proindèque repugnat voluntatem determinari efficaciter ad velle præ eius omiſſione, niſi ab aliquo principio eam 1. determinante, & ab intrinſeco connexo cum libera voltione. Ad confir. conſtat ex dictis tom. 4. dub. 11. fol. 213. ubi ex profeſſò probavimus gratiã, per quam Deus præparat bonam voluntatem, eſſe iuxta M. P. & Concil. gratiam, per quam Deus facit, ut benè velimus; ſive gratiam, per quam Deus reipſa operatur in nobis velle; quod eſt proprium gratię prędeterm. *Et hæc de hoc dub. applic. litter. Mag. ubi præced.*

Secunda.

Ad confirm.

DUBIUM III.

AN CONGRVITAS EXERCITA vocationis ad consensum puré negativum proveniat à subita affec; tione?

§. I.

RESPONDETUR NEGATIVE.

N. 1 Licet semel, & iterùm fuerit probatum à nobis voluntatem præventam libertate supernaturali ad consensum salutarem se exercere immediatè, vel per ipsum consensum positivum, vel dissensum, vel per eius omissionem, aut per aliquem actum eam occasionantem; ex qua doctrina manifestè sequitur non præcedere ad hæc exercitia, alia exercitia lib. purè negativa, scilicet, consensum purè negativum consistentem in eo, quod voluntas sinat se moveri à bono proposito, vel dissensum etiam purè negativum, quatenùs voluntas non sinit se moveri. Attamen pro perfecta intelligentia congruitatis divinæ vocationis, prout tuetur à prædict. Magist. Admittimus pronunc disputationis causa talia exercitia libera purè negativa in voluntate: sed contendimus non rectè assignari pro causa talis congruitatis subitam affectionem; tum ob inconsequentiam doctrinæ in suis dictis; tum ob aliquas rationes ex M. P. & D. Thoma deductas.

Sensus dubij.

2 Probat. 1. Vocationem esse congruam exercitè in ordine ad consensum negativum, est illam exercitè, & reipsa causare suo modo prædictum consensum. Sed hoc non convenit ei ratione subitæ affectionis: ergò. Prob. min. Vocationem congruam causare exercitè talem consensum non convenit ei ratione suæ entitatis; nec ratione intensionis, per quam superat delectationem noxiam: ergò. 1. pars antecedentis constat. Nam sæpissimè voluntas præventa affectione indeliberata, dissentit ei negativè; ut constat ex illo Act. 7. *Vos Spiritui Sancto resistitis*: ergò aliquid debet ei superaddi, ut in actu exercito causet in voluntate consensum negativum; agens enim manens idem, semper agit idem. Quoad secundam, quæ negatur à Prædicto Magistro, probatur 1. Stat voluntatem prævenire noxia delectatione superante in intensione delectationem cœlestem: & tamen ei non consentire liberè negativè; ut est innegabile, & ab ipso Magistr. tanquam dogma Catholicum debet defensari. Nam cum posito consensu negativo delectationi noxiæ iuxta eius doctrinam Deus infallibiliter prædeterminet voluntatem ad dissensum positivum, & peccaminosum quoad phys. essentiam; cum non sit in potestate voluntatis, quod illicita delectatio sit intensior cœlesti delectatione, non esset in eius libertate carentia consensus ei præstiti; proindèque nec carentia peccati.

Prima ratio.

Hac

Hac ratione ipse Mag. tom.
3 2. quæst. 12. §. 3. à num. 24. asserit: *Hominem sentientem in se delectationem illicitam superantem sanctam delectationem teneri eam frænare, ut delectatio cœlestis præponderet.* Quod probat ex illo M. P. lib. 11. de Civit. Dei c. 28. * *Iubemur detrahere de pondere cupiditatis, ut accedat ad pondus charitatis.* Ex quibus constat in sensu composito delectationis noxiæ superantis intensionem cœlestem posse voluntatem ei non consentire: ergò etiam in sensu composito cœlestis delectationis intensioris poterit ei voluntas negativè non consentire. Hoc ipsum probat ipse Magist. exemplo Adami, in quo fuit cœlestis delectatio valdè præponderans; cum ante peccatum nulla fuerit in ipso concupiscentia mala: & tamen Adamus cœlesti delectationi sic præponderanti restitit tum negativè, tum positivè: ergò stat sanctam delectationem excedere in intensione delectationem noxiam, & tamen ad illam non prævenire in actu secundo exercitè consensum negativum.

*Non inveni.

Sic ex Trident. sess. 6 cap. 5.

Denique. Nam ipse Magist.
4 tom. 3. quæst. 7. num. 82. ut salvet in homine vocato affectione sancta remissa, & longè inferiori ad contrariam cupiditatem, posse reddere congruam dictam vocationem, asserit, voluntatem sic vocatam posse negativè consentire affectioni sanctæ, licet remissæ, & abijcere cupiditatem noxiam vehementer; subditque hanc potestatem esse non solum antecedentem, sed etiam consequentem: & quamvis sit moraliter impossibile consentire negativè affectioni remissæ; subdit tamen hanc impossibilitatem moralem solum esse vehementem difficultatem. Sed quia iuxta eundem Magist. impossibilitas moralis non superatur sine nova gratia; proindèque, si delectatio intentior illicita reddit impossibilem moraliter consensum negativum, non erit in potestate voluntatis reddere congruam exercitè vocationem remissam, utpotè indigens nova gratia: Ideò num. 89. in fine non approbat hanc solutionem quantum attinet ad impossibilitatem moralem; & ideò num. 90. asserit in præsentia intensioris delectationis illicitæ posse voluntatem coniungere consensum negativum affectionis sanctæ remissæ; & illo posito Deus prædeterminavit voluntatem ad velle languidum, & imbecille; per quod poterit Deum orare, ut ipsi donet velle efficax, & robustum, & similiter victricem delectationem superantem illicitam.

Ultimo ex doctr. Adversi.

Hanc doctrinam probat ex
5 discrimine inter libertatem activam, & passivam, quæ est ad consensum negativum; ad hanc enim solum requiritur gratia excitans ad consensum, & non requiritur ulterior gratia. Unde etsi cum æqualibus auxilijs nequeat unus homo salutariter velle, & aliter nolle; eo quod ad tale velle prærequiritur gratia prædeterminans; potest tamen accidere, ut ex duobus hominibus æquali gratia excitanti vocatis, unus consentiat negativè, & alter dissentiat. Hinc illa propositio *ad vincendam impotentiam moralem requiritur nova gratia.* Tenet verum de impotentia ad exercitium activè procedens à voluntate; secus vero ad exercitium respectu cuius voluntas se habet passivè, sinendo se duci, & trahi à Deo, uti accidit in consensu negativo.

Ex his constat tùm ratione,
6 tùm à parilate intensionis delectationis illicitæ: tùm ex dictis à præs. Magist. sanctam affectionem subitam, nec ratione sui præcisè, nec ratione intentionis superantis contrariam cupiditatem, habere congruitatem exercitam immediatam ad consensum negativum; cum multoties deficiat talis consensus, & si sit intensior, & etiam pro casu remissionis eiusdem, possit dari consensus negativus. Propter hæc motiva Respondeti potest congruitatem exercitam vocationis pendere etiam indirectè à voluntate creata; si, scilicet, illa non se impediat dissentiendo negativè. Hac de causa dicitur in potestate voluntatis esse reddere exercitè congruam quamcumque vocationem; eo quod voluntas potest ei negativè consentire,

Alia resp

& contrariæ cupiditati esto intensiori, negativè dissentire. Ita tom. 2. fol. 421. & fol. 343. à num. 51. & tom. 3. quæst. 7. à num. 81. & num. 93. & alibi sæpè : Et num. 16.

46 Hanc potestatem indirectam in voluntate creata ad reddendam vocationem exercite congruam breviter modo illam impugnabimus.

Reijcitur. Primo. Nam tomo 3. q. 7. num. 43. §. *Hinc* : asserit hanc causalem : *iste vocatur à Deo congruenter, quia consentit negativè esse causalem à posteriori*; eo quod consensus non causat congruitatem, sed illam supponit tamquam effectum eiusdem, iuxta illud Ang. M. super Paulum ad Hæbreos 12. lectione 3. *Hoc ipsum, quod aliquis non ponit obicem gratiæ, provenit ex dono gratiæ vocantis per misericordiam.* Ex quibus apparet consensum negativum non posse reddere adhuc indirectè, vocationem exercite congruam ; siquidem causa indirectè, hoc est per modum removentis prohibens, influens in aliquem effectum debet præcedere pro aliquo priori naturæ ipsum effectum ; ut videre est in remotione columnę modo dicto influentis in descensum lapidis * ergò si consensus negativus est effectus vocationis ut exercite congruæ; nequit talis congruitas dependere adhuc indirecte à dicto consens.

* Sic de carent. pravæ circunst. ad honest ac tius, & de car. iudicij Damnat. ad spem.

47 Hinc inferes * asserere hanc propositionem *homo vocatur congruenter, quia consentit negativè esse causalem veram à posteriori, eo quod talis congruitas pendet indirectè à consensu negativo* * continere improprietatem locutionis ; cum omnis causalitas in essendo, & non purè in cognoscendo, dicat prioritatem iuxta modum sibi proprium ; proindequè nequit esse vera à posteriori propositio eam enuncians. Rursùs. Id, à quo aliquid dependet, sive ut causa directa, sive indirecta removendo prohibens, aut dispositivè influente necessario dicit prioritatem iuxta modum dependentiæ ; ut modo suppono ex Philosophia : ergò dicere consensum negativum esse effectum vocationis ut congruæ, & simul dicere hanc congruitatem dependere ab illo, est confuse, & impropriè loqui. Nec prodest si dicas vocationem ut exercite congruam dependere indirectè, non quidem à consensu negativo se habente per modum removentis prohibens, sed huiusmodi dependentiam provenire à voluntate, ut non se impediente per dissensum negativum. Non, inquam, prodest primo : quia tom. 3. f. 454. prob. ex M. P. illam reddi exercite congruam expressè per cons. negativum duplici testim. 2. Nam iuxta authoritatem D. Thom. supra adducta à prelaudat. Magist. non solum consensus negativus est effectus vocationis congruæ ; verum etiam ipsa carentia dissensus præstiti vocationi, ut constat ex illis verbis : hoc ipsum *quod est non ponere obicem gratię* ergò si quia consensus negat. est effectus congruitatis vocationis, nequit vocatio in ratione congruæ dependere ut à causa indirecta ab illo, idem eadem ratione dicendum de carentia dissensus negativi. 2. Carentia dissensus negativi est formaliter iuxta ipsum Magist. consensus negativus, sicuti, & dissensus negativus est constitutive iuxta ipsum carentia consensus negativi : ergò idem est congruitatem exercitam provenire ut à removenti prohibens à voluntate non se impedienti per dissensum negativum, ac provenire ab illa ut consentienti negativè. Quomodo ergò talis consensus est effectus supponens pro priori vocationem ut exercite congruam ; cum aliàs nolit præd. Magist. admittere mutuam causalitatem?

Si dicatur

Reijcit. 1.

Secundo.

Illatio ex dictis.

48 Ex his probatur voluntatem non posse reddere vocationem exercitè congruam ; proindeque in casu vocationis incongruæ non habere libertatem ad consentiendum negativè, si standum est principijs prædicti Magistri. Qui non potest pro sua libertate adquirere directè, aut indirectè congruitatem exercitam vocationis, necessario requisitam ad consensum negativum, non habet in sua libertate prædictum consensum ; sed sic se habet voluntas respectu congruitatis exercitæ vocationis : ergò. Maior est constans apud ipsum Mag.

Prob. idē princ. assumpt.

Magistrum ; ideòque acriter tuetur physicam prædeterminat. nullo modo acquisibilem à volunt. creata destruere libertatem actus. Minor vero probatur. Voluntas nequit ullo modo acquirere congruitatem exercitam vocationis, nisi per aliquod exercitium sibi liberum ; sed hoc exercitium, nec potest dissensus negativus, ut de se constat : nec similiter consensus negativus : ergò. Prob. min. Implicat voluntatem acquirere congruitatem exercitam per illud exercitium, quod necessario supponit pro priori ipsam congruitatem ; vel etiam quod nullo modo etiam per modum removentis prohibens, præcedit dictam congruitatem ; acquirere enim, & impedire purè à posteriori, & sine aliqua prioritate est quid repugnans; aliter enim possent etiam dicere omnes præd. eterm. gratiam ab intrinseco efficacem esse modo dicto impedibilem, & acquisibilem per consensum, vel dissensum : ergò si tam consensus negativus, quam carentia dissensus negativi (sunt enim iuxta Adversi. idem formal.) sunt effectus supponentes pro priori vocationem Dei prævissam exerc. congruam, nequit huiusmodi congruitas acquiri ulla vera libertate a voluntate creata.

§. II.

Probatur iuxta doctrinam præf. Mag. congruitatem exercitam non esse directè à Deo.

10 INter aliqua discrimina, quæ assignat pro diversitate inter suam opinionem, & sententiam Societat. pro congruitate Dei vocationis ; asserit unum, & ferè præcipuum discrimen stare in eo, quod iuxta illos congruitas provenit à voluntate creata directè, & tanquam à causa unice illam determinanti ; at vero iuxta suam opinionem, illa congruitas provenit directè à Deo, ut per gratiam excitantem determinante intrinsecè voluntatem ad consensum negativum præ dissensu. Contra hoc discrimen proponitur sequens discursus probans assumptum conclusionis. Eo talis congruitas esset directè à Deo, quatenus per gratiam subitæ affectionis verè determinat voluntatem ad consensum negativum præ dissensu ; sed hoc est falsum : ergò & quod congruitas exercita sit directè à Deo in eo sensu, in quo existimat prædict. Magist. se discriminari ab Authorib. Societatis. Maior constat. Nam congruitas exercita in omni opinione est à Deo ut à causa illam efficienti, & se habente per modum Authoris, & largitoris omnium bonorum. Unde solum potesta disputari de causa exercitæ congruitatis in vocatione per modum verè determinantis ipsam. Min. vero prob. Estò gratia subitæ affectionis sit aliqualis determinatio intrinseca, & subiectiva ad consensum negativum, non est talis per connexionem aliquam physicam cum consensu ; imò neper per connexionem moralem insuperabilem sine nova gratia ; cum iuxta sententiam prædict. Magist. contingere potest, quod aliquis remissa sancta affectione vocatus, & cum intensiori cupiditate in contrarium, consentiat negativè tali affectioni ; & è contra dissentiat negativè intensiori sanctæ delectationi, ut contigit in Adamo. Sed hoc apertè probat sanctam affect. non esse causam cum connex. determin. congruitatē exercitam vocationis; siquidem id, quod secundum sibi intrinseca est indifferens, & indifferenter coniungibile cum consensu, & dissensu, nequit dici causa determinans ult. exercitè voluntatem ad consensum præ dissensu : ergò.

Ratio probat.

Confirm. Vocationem esse congruam exercitè, est voluntatem ratione illius reduci de actu 1. ad consentiendum negativè, ut reipsa in actu 2. consentiat ; sed hoc nequit provenire ab ipsa vocatione, quatenus dicit sanctam affectionem : ergò. Prob. min. Nequit voluntas reduci de actu 1. ad consentiendum negativè, ut reipsa in actu 2. consentiat ab illo, quod se ha-

11 Confirm.

Indif. sub. iect. quia mixta potential. et passivè determin.

beat ut passivè determinabile ad consensum præ dissensu ; sed hoc modo se habet sancta vocatio, prout actu concludit sanctam affectionem: ergò. Prob. min. Id se habet ut princip. passivè determinabile ad consensum præ dissensu, quod est indifferenter coniungibile cum utroque; sed hoc modo se habet, ut constat ex dictis, sancta affectio, etsi sit intensior: ergò.* Hæc omnia confirmari possunt ex illo D. Thomæ 1. part. quæst. 19. art. 3.*causa contingenter se habens ad productionem alicuius effectus, oportet, quod determinetur ab aliquo principio exteriori, ut operetur illū.*Atqui voluntas præventa sancta affectione indeliberata, estò determinata determinatione resistibili, se habet contingenter ad consensum negativum præ dissensu ; cum prout sic sit coniungibilis cum utroque : ergò ratione illius sanctæ affectionis nequit voluntas determinari ad consensum præ dissensu.

Illud què si axioma A principio indifrenti &c,

Hinc inferes prædictum Magistrum solum in modo loquendi distingui ab Authoribus Societatis, ponentibus congruitatem exercitam vocationis non provenire à gratia excitanti, ut à principio ipsam determinanti, sed à voluntate elevata tamen per gratiam. Ratio huius est. Nam ipsi libenter concedunt sanctam affectionem v. g. intrinsecè, & per informationem physicam inclinare voluntatem ad consensum salutarem ; quia tamen cum his actibus stat voluntatem non consentire salutariter ; negant prædictam affectionem propriè determinare in actu exercito ad existentiam consensus præ dissensu ; solumque potest dici voluntatem ex vi talis affectionis esse inclinatam, sive aliqua dispositione proportionatam; & ad summum in actu primo determinatam ad consentiendum salutariter. Sed quia, ut dixi, determinatio physica in esse determinationis, & quoad exercitium talis, non componitur cum omissione exercitij, ad quod est determinatio; ideò sancta affectio indeterminata non dicitur propriè determinare voluntatem physicè, & quoad exercitium ad consensum salutarem. E contra vero prædictus Magister asserit subitam affectionem ob prædicta supra recensita determinare physicè, & quoad exercitium, non solum in actu primo, verumetiam in actu secundo, ad existentiam consensus, non obstante, quod in sensu composito illius possit, & multotiès verificetur voluntatem non consentire adhuc negativè. Unde quoad substantiam eadem profert de subita affectione, quæ proferunt Authores Societ. Sed quantum ad modum loquendi melius isti loquuntur, dum negant munus determinandi physicè, & quoad exercitium, sive quoad usum principio indifferenti coniungibili cum cōsensu, & dissensu.

12 Illatio ex dictis.

13 Quædam Refponſ.

Huic rationi fundamentali responderi potest ex doctrina præfati Magistri, quod licet subita affectio secundum sibi intrinseca fallibiliter, & resistibiliter coniungatur cum consensu, & ad illum determinet ; secus vero si consideretur, ut descendens à Deo prædefinienti efficaciter consensum salutarem ; siquidem ratione talis prædefinitionis, à qua imperatur collatio vocationis prævisæ, ut exercitè congruæ ; habet infallibilem, & irresistibilem connexionem, estò sit ei extrinseca, cum consensu præ dissensu. Ex hac doctrina potest responderi ad probationem superius adductam : dicendo eam solum convincere de principio indifferenti coniungibili, tam intrinsecè, quam extrinsecè cum consensu, & dissensu ; secus vero de principio extrinsecè connexo, qualis est gratia excitans collata à Deo ex intentione efficaci consensus salutaris, & cum præscientia congruitatis exercitæ.

14 Reijcit. 1,

Sed contra hanc solut. obstat 1. Præ diffinitio intentiva consensus salutaris nequit præbere connexionem infallibilem, & irresistibilem adhuc extrinsecam, ut volunt. consentiat huic numero, vel etiā in specie, subitę sanctæ affect. ergò implicat solut. doct. Añs. probat. Nequit prædefinitio in-

intentiva præbere dictam connexionem irresistibilem sanctæ affectioni, sine qua salvatur optime tota efficacia prædefinitionis intentivæ consensus; sed huiusmodi efficacia salvatur integre; & perfecte absque eo, quod per hanc numero, vel specie, sanctam affectionē ponatur exercitè consensus prædissensu: ergò. Min. constat: Nàm licet prædefinitio efficax necessario inferat, & determinet voluntatem Divinam, ut conferat vocationem exercitè congruam ad consensum, nè frustretur eius efficacia; non tam en determinat ad hanc numero, vel specie, sanctam affectionem. Hæc enim est mala consequentia: *Prædefinivi efficaciter, & irresistibiliter, quod voluntas consentiret: ergò si hanc numero, vel specie, sanctam affectionem contulero, cum illa consentiet, eritque exercitè congrua*; cum possit stare veritas antecedentis absque veritate consequentis: ergo. Urgetur. Iuxta doctrinam præf. Mag. suppositā intentione efficaci consensus Deus explorat, quænam vocatio sit exercitè congrua, quænam vero non, ut illam conferat, & hanc deneget; sic enim ait asserere M. P. quæst. 2. ad Simplic. in illis verbis: *Nullius enim Deus frustra miseretur; sic enim vocat quo modo scit ei congruere, ut vocationem non respuat.* Sed si subita affectio haberet congruitatem, & efficaciam irresistibilem ex prædefinitione intentiva consensus: supervacaneum esset postmodum explorare congruitatem unius, & incongruitatem alterius, adhoc ut obtineret consensum in voluntate creata: siquidem posita illa prædefinitione quælibet redderetur exercitè congrua; hoc est exercitè causans in voluntate consensum: ergò ex tali prædefinit. non accipit sancta affectio congruitatem exercitam, ut vi illius determinet voluntatem ad consensum prædissensu.

Sic in simili S.D. 1.p.q.23. art. 5. de Prædest. horum in particul.

2. Urger.

15 Sed dices: Iuxta Thomist. Deus multoties decernit efficaciter voluntatem præventam auxilio indifferenti ad consensum, & dissensum, determinatè elicere consensum prædissensu; in hoc enim casu nequit existere prædictum auxilium alias indifferens, quin determinatè excitet consensum; aliter enim frustravitur tale decretum: ergò non repugnat auxilium indifferens accipere efficaciam, & irresistibilitatem ei extrinsecam ex Dei decreto: ergò pariter potest dici de congruitate exercita subitæ affectionis, estò inconnexæ ab intrinseco cum consensu; scilicèt illam accipere efficaciam irresistibilem à prædefinitione intentiva consensus.

Instabis.

Respond. 1. retorq. instant. Nàm etsi Deus dicernat efficaciter, quod voluntas præventa auxilio sufficienti ad consensum determinatè consentiat, non tamen verificatur, quod præcisse invi talis auxilij simul cum decreto determinetur voluntas ad consensum præ dissensu: Hoc enim fit iuxta Thomistas in vi gratiæ prædetermin. quam decernit conferre in tempore, dum ab æterno decernit voluntatem consentire. Cum enim consensus salutaris nequeat esse donum Dei, & immediatè cadere sub illius dominio, nisi à Deo prædeterm. idem prorsus est decernere existentiam consensus, ac decernere prædeterminare illum in tempore per collationem gratiæ ab intrinseco efficacis. Respond. 2. Deum non esse solum primum determinantem voluntatem ad exercitia salutaria in ordine intentivo, verum etiam in ordine executivo; cum in utroque ordine voluntas creata sit 2. liberum: ergò non solum intentio efficax Dei debet connecti determinatè cum consensu; verum, & aliqua media, quibus adimpletur prædicta intentio, debent habere connexionem infallibilem cum consensu; sed hoc non subsistit, si vel omnia auxilia, vel subitæ affectiones sunt intrinsecè coniungibiles cum consensu, & dissensu: ergò ultra subitas affectiones debet poni gratia prædeterm. ut voluntas determinatè consentiat Dei vocationi.

16 Resp. 1.

Res est perspicua

Secundo.

§. III.

§. III.

In quo probatur ex congruitate vocationis, ut propugnatur à præd. Mag. debere admitti Scientiam mediam.

17 Licèt tom. 1. quæst. 6. à num. 67. non renuat concedere veritatem huius propositionis: *Si vocavero Petrum, talis vocatio erit exercitè congrua ad consensum negativum* cognosci à Deo per scientiam conditionatam contingentem; proindequè mediam inter liberam, & necessariam; in hoc tamen 3. tom. q. 1. à num. 26. & q. 8. connatur oppositum acriter defendere; siquidem constituit futuritionem congruitatis in vocatione Divina per decretum Divinæ voluntatis; supponens, & probans à num. 8. cum communi Thomist. sensu nullum futurum, sive absolutum, sive conditionatum contingens cognosci à Deo infallibiliter ante decretum subiectivè existens in ipso; cumque scientia innitens decreto actu existenti in Deo, sit scientia libera: fit consequens scientiam, qua Deus cognoscit congruitatem exercitam, & consensum negativum sub hypothesi vocationis esse scientiam liberam.

Sensus A.

18 Oppositum tamen propugnandum suscipimus in præsenti. 1. Nequit Deus sub hypothesi sanctæ vocationis ut constituentis voluntatem creatam cum libertate ad consensum, & dissensum negativum, non scire, an voluntas determinatè consentiat, vel dissentiat sanctæ vocationi; sed scientia consensus prædissensu, & econverso, nequit esse Deo libera, aut necessaria: ergò erit scientia purè contingens, proindequè media. Maior est certa, cum Deum nulla possit veritas latere, & sit necesse, quod voluntas sub hypothesi libertatis ad consensum, & dissensum negativum determinetur pro signo sequenti ad consensum prædissensu, vel econverso. Huic probationi possunt addi omnes illæ rationes, quibus frequenter probant Thomist. Deum cognoscere omnia futura contingentia conditionata sub qua vis conditione conducenti ad eorum existentiam; pro quo videat M. Bolivar tom. 1. de Scientia libera, dub. 3. §. 2.

Prob. assumpt.

Minor quoad 2. partem constat; nàm per Scientiam necessariam solum cognoscuntur à Deo veritates necessariæ, & quæ aliter se habere non possunt: atqui voluntatem præventam sancta vocatione A. determinari pro signo sequenti ad consensum præ dissensu, vel econverso est veritas contingēs, ut est evidens: ergò. Quoad primā vero part. probatur. Scientia, quæ ad sui certitudinem, & veritatem infallibilem, non innititur decreto actu existenti in Deo; non est scient. libera; sed scientia de futuritione consensus prædissensu sub hypothesi libertatis habitæ ex vi sanctæ vocationis non innititur alicui decreto Divinæ voluntatis decernentis absolutè, aut conditionatè sub illa consens. negat. prædissensu: ergò. Urgetur. Scientia Deo libera est scientia, cuius obiectum habet determinatam veritatem ex decreto Divinæ voluntatis; ita ut sit verum dicere: *Hoc erit absolutè, vel conditionatè, quia Deus decrevit absolutè; vel sub aliqua conditione, illud producere.* Sed iuxta opinionem præd. M. non datur aliquod decretum ante scientiam consensus prædissensu sub hac voc. vi cuius sit verū dicere: si voluntas ponatur cum libertate ad consensum, & dissensum negativum se exercebit determinatè per consensum: ergò scientia illius nequit esse Deo libera.

19

Urgetur probat.

Nec valet recursus ad prædefinitionem intentivam contensus salutaris præcedentem omnem scientiam tam congruitatis, quam incongruitatis sanctæ vocationis. Deus enim scientia naturali cognoscit nullam creaturam esse ab ipso liberè inconvertibilem: qua scientia instructus cognoscit etiam non de futuras ipsi infinitas vocationes congruas; ideòque statim procedit ad prædefiniendum efficaciter consensum salutarem in his, quos de facto convertit; licèt pro signo sequenti exploret, quænam vocatio determi-

20

Respons.

na-

natè sumpta sit congrua, quænam vero sit incongrua. Ex qua doctrina constat scientiam congruitatis exercitæ in sancta vocatione esse scientiam Deo liberam; cum sit scientia supponens in Deo prædefinitionem efficacem consensus positivi salutaris. Scientia enim, quæ dicitur media, vel purè contingens, existit in Deo ante omne decretum Divinæ voluntatis.

21 Reijc. 1.

Non, inquam, valet propter eius manifestam inefficaciam. 1. Nàm nihil officit, ut scientia alicuius veritatis contingentis sub aliqua conditione sit scientia media, vel purè contingens, quod supponat in Deo prædefinitionem efficacem consensus; ut videre est apud plures AA. Societatis tuentes Deum scientia naturali instructum de eo, quod nulla est possibilis creatura ab ipso liberè inconvertibilis, posse prædefinere efficaciter eius conversionem: licèt postmodum Deus indigeat scientia media, qua prævideat, quodnam auxilium sufficiens sit efficax, quodnam vero inefficax. Qua de causa asserunt prædefinitionem esse independentem à scientia media in essendo, secus tamen in exequendo conversionem prædefinitam; pro quo videat: P. Aranda tom. 1. lib. 7. de Provid. disp. 35. & P. Ramir. tom. de Præd. est. disp. 15. Alios referentes. Ex qua doctrina constat minimè obstare scientiæ conditionatæ alicuius veritatis contingentis supponere in Deo decretum efficax consensus, quo minus illa sit scientia media, aut contingens.

22 Secundo.

Secundo, & redditur ratio à priori. Nàm scientiam aliquam supponere prædefinitionem efficacem Divinæ voluntatis stat dupliciter; vel ita ut innitatur tali prædefinitioni tanquam medio ad cognitionem veritatis contingentis; vel ita ut non sic se habeat, sed aliunde proveniat talis præcedentia, scilicet, ob libertatem Divinæ voluntatis: qualiter contingit in prædefinitionibus independentibus quoad suum esse à scientia media. Si prioritas prædefinitionis contingat primo modo, reddit scientiam Deo liberam, utpotè existentem unicè ex determinatione voluntatis Divinæ, qua decrevit hoc vel illud facere, secus tamen si contingat secundo modo. Ratio. Nàm talis præcedentia est tantum in *quo*, non vero à *quo*, & per modum causæ virtualiter illam determinantis. Quod clarè convincitur ex eo, quod falsum est asserere ob talem præcedentiam: *Deus scit, quod si voluntas præveniatur libertate ad consensum, consentiet, quia prædefinivit efficaciter illam consentire.* Siquidem esto Deus non sic prædefiniret, Deus sciret talem veritatem conditionatam, vel eius contradictoriam, ob determinationem voluntatis. Atqui sic se habet prædefinitio intentiva consensus salutaris iuxta opinionem præfati Mag. & iuxta veritatem adhoc, ut Deus prævideat, quænam vocatio sub conditione suæ existentiæ sit exercitè congrua; quænam vero non: ergò talis scientia conditionata nullo modo est Deo libera ob prædefinitionem efficacem intentivam consensus.

23 Tertio.

Tertio, & urgetur hoc. Scientia Deo libera tam absoluta, quam conditionata, est scientia, quæ desicit Deo pro casu defectus decreti suæ voluntatis circa obiectum scitum. Sed scientia, qua Deus prævidet congruitatem exercitam vocationis sub hypothesi existentiæ eiusdem non est huiusmodi: ergò mai. constat, & min. prob. 1. Nàm etiam pro casu, pro quo Deus non prædefiniat absolutè consensum salutarem; eo quod non decerneret (ut potuit) producere aliquam creaturam intellectualem; vel etiam si illam produceret, non elevaret ad finem supernaturalem: adhuc Deus præsciret scientia conditionata, quod si homo v.g. vocaretur congrue illa esset aliquando congrua exercitè, aliquando vero non. Ratio est: Nàm Deum utpotè summe scientem nulla potest latere veritas conditionata sub conditione conducenti ad illam; & status conditionatus sit independens à statu absoluto. 2. Nàm iuxta opinionem præd. Mag. etiam respectu hominis non prædefiniti efficaciter ad consensum salutarem, Deus cognoscit,

cit, quod si aliquibus vocationibus vocaretur ad consensum, illæ essent congruæ exercitè; quamvis solum dispenset illas vocationes, quas prævidit incongruas exercite propter dissensum voluntatis; hoc, inquam, constat iuxta opinionem præfati Magist. non admittentis possibilitatem creaturæ rebellis; subindequè asserit ad cuiuscumque creaturæ conversionem Deum habere in Thesauro suæ omnipotentiæ infinitas vocationis congruas exercitè: ergò scientia conditionata congruitatis exercitæ vocationis, & consensus negativi non deficit in Deo deficienti prædiffinitione efficaci consensus.

24 Ultimo.

Denique. Nàm ut in anteced. insinuavimus, ex eo quod Deus scientia naturali instructus prædiffiniat intentivè consensum salutarem, quia scit se miris, & varijs modis posse convertere quamcumque creaturam: huiusmodi prædiffinitio non determinat hanc veritatem conditionatam: *Si vocavero Petrum vocatione A v. g. illa erit exercitè congrua.* Siquidem talis prædiffinitio non connectitur cum congruitate exercita huius numero vocationis, sed alicuius vocationis vage sumptæ: ergò scientia congruitatis exercitæ huius numero vocationis non est scientia existens in Deo ex determinatione suæ voluntatis; proindeque erit scientia media ipsum dirigens ad collationem huius vocationis præ alia. Vel aliter. Si congruitas exercita vocationis iuxta doctrinam illius consistit in intensione sanctæ affectionis superantis contrariam cupiditatem (qua de causa tomo 3. quæst. 7. à num. 16. nullam posse dari creaturam inconvertibilem, quandoquidem Deus pro suo libito potest producere intra cor hominis affectum indeliberatum maiorem, & maiorem usque in infinitum, & excedentem contrariam cupiditatem) ad quid (rogo) indiget Deus post prædiffinitionem conversionis positivè explorare, quænam vocatio sit exercitè congrua, & quænam incongrua; cum sciat Deus quamcumque vocationem, vel sanctam affectionem fore exercitè congruam, si ei præbeat, vel superadda intensionem excedentem contrariam cupiditatem? Quemadmodum in sent. Thomist. ponentium congruitatem exercitam vocationis provenire à gratia prædeterm. non habet necesse Deus explorare post prædiffinitionē consensus salutaris sive & ante decretum executivum vocandi, quænam vocatio ad consensum sit efficax, & quænam inefficax: ergò recursus ad prædiffinitionem antecedentem est inutilis, ut scientia congruitatis, & consensus negativi sub hypothesi vocationis non sit propriè scientia media: qualiter defenditur, licèt cum magna consequentia ab AA. Societatis in eorum principijs.

Sic AA. Societ. de Prædefin. ante scientiā med. & benè.

25 Quod si propter hæc concedat illationem; addatquè parum referre ad veritatem suæ opinionis, quod scientia consensus negativi sub hypothesi vocationis sit scientia media: fallitur vehementer, si aliunde observare velit consequentiam in suis dictis. Ratio est: Nàm iuxta notionem scientiæ mediæ omnibus manifestam obiectum illius non sortitur veritatem ex Dei determinatione, sed ex determinatione voluntatis creatæ; qua de causa talis scientia est impedibilis, & determinabilis directè ab eadem impedibilitate, & determinabilitate, quæ est obiectum talis scientiæ. Si ergò scientia consensus negativi, & congruitatis exercitæ sub hypothesi vocationis est scientia media Deo non libera, sed contingens; sequitur prædictam congruitatem esse acquisibilem, & impedibilem directè ex determinatione voluntatis creatæ, & non voluntatis divinæ, quod prælaud. Mag. expresse negat, dum ait * congruitatem exercitam esse à Deo directè illam determinante, & à voluntate creata solum indirectè non se impediendo per dissensum negativum.*

***

§. IV.

Aliqua dicta ab eodem SS. Mag. circa congruitatem vocationis referuntur, & refelluntur.

26 PLuries dub. 7. citato asserit *omnem vocationem, prout descendit à Deo, esse congruam signate in actu primo, & etiam in actu 2.* ita num. 60. & 84. 2. part. huius dicti esse falsam constat. 1. Nàm caret fundamento M. P. qui est Auth. distinct. Divinæ vocationis pènes congruam, & incongruam. Ubi enim invenitur *vocatio congrua in actu 1. & congrua in actu 2?* Et item ubi: *Congrua in actu 2. exercitè talis*; alia vero non sic, estò ut à Deo, sit congrua in actu 2? solum enim lib. ad Simplic. reperitur quosdam esse *congruenter vocatos, & hos omnes sequi vocationem*; *quosdam incongruenter, cosque illam contemnere.* Rursùs: Si iuxta M. Par. vocatio congrua est vocatio, quam alibi vocat *altam, atque secretam, & quæ est secundum propositum Dei*; ut nemo negavit; numquid poterit quis positivè fundatus in M. Par. apponere similem distinctionem; & asserere omnem vocationem esse *altam, & secundum Dei propositum in actu 2.* quamvis plures, ei dissentiant? Urg. Si M. P. illam definivit per hoc * quod cõiungatur cum consensu, & omnis vocatus eam sequatur; * & sic illam summa, sed debita, veneratione omnes illam accipiunt; ad quid pro concertat. Theologicis talis distinctio? Ad diversionem prodesse poterit; & ut plurimum temporis consumatur pro intelligentia; & fortasis non benè affectis circa distinct. datam à M. P. detur occasio eã fugillandi. Nec dicas hanc probat. pati instant. in efficacia auxilij; de qua dicitur v. g. *unam esse talem in actu 1. aliam vero etiam in actum 2.* Non, inquam, dicas: Nàm pro tali distinct. adest gravissimum fundam. in SS. PP. & in D. Thom. qui sæpè virtutem activam adæquatè sufficientem ad actum appellat efficacem: de quo plura in eis inveniuntur; est què etiam communis modus loquendi pro explicanda energia, & completione virtutis relatè ad effectum. At vero de vocatione congrua desumpta ex M. Par. talis distinctio in eonon invenitur, nec in illius doctr. fundari valet.

Reijcit. 2. pars dicti

Secundo.

Urget.

3. Vocationem esse congruam 27
sive efficacem in actu 1. est illam posse obtinere, sive causare in nostra voluntate consensum salutarem: Tertio.
ergò esse congruam, sive efficacem in actu 2. est illam causare in actu 2. prædictum consensum. Conseq. patet, nàm esse congruam in actu 2. aliquid addit in vocatione supra se ipsam ut congruam in actu 1. sed hoc additum nequit esse virtus, & sufficientia ad causandum consensum; ut de se constat: ergò erit causare in actu 2. eundem consensum.

4. Repugnat vocationem esse congruam in actu 2. & illam esse incongruam in actu 2. sed vocatio, cui voluntas dissentit in actu 2. est incongrua & inefficax in actu 2. ergò sequitur vocationem in eo, qui dissentit esse congruam, & incongruam in actu 2. Nec dicas talem vocationem esse congruam in actu 2. cum restrict. scil. prout *descendit à Deo*; esse vero incongruam in actu 2. ex determin. voluntatis creatæ: quæ duo inter se non opponuntur. Non, inquam, dicas: Nàm vocationem esse congruam in actu 2. prout *descendit à Deo*, est illam habere omnem congruitatem in actu 2. quam Deus ei potest præbere; siquidem congruitas in actu 2. vocationis nequit provenire à voluntate creata. Sed hoc ipso nequit esse simul incongrua in actu 2. à voluntate creata: ergò. Probat. min. Congruitas exercita, & reipsa causans consensum non est talis in actu 1. ergò est talis in actu 2. sed illa provenit à Deo: ergò vocat. prout à Deo habere omnem congruitatem &c.

Quarto.

Sidicas.

Reijcitur

Congr. exercita pertinet ad actum 2.

Hoc idem suadetur exemplis, 28
nisi sit litigium de voce. Esse intelligentem in actu 2. & esse calefacientem in actu 2. est intellectum habere 2. Exemp.
exercitium intellectionis, & ignem exercitium calefactionis: ergò vocationem esse congruam, & efficacem in actu 2. est illam habere exercitium

tium suæ efficaciæ. Sed exercitium efficaciæ vocationis ad consensum est illam efficere consensum: ergò repugnat vocationem in eo, qui dissentit, esse congruam, & efficacem in actu 2. Sic deducitur ex S. Doct. q. 1. de Potent. art. 1. ubi exprimit, quid nomine actus 1. quid vero nomine actus 2. intelligatur, relatè ad causas activas, uti est Dei vocatio.

29 Motiva in contra

Sed dices. Vocationem esse congruam est illam reddere voluntatem idoneam, ut amplectatur obiectum propositum per sanctam illuminationem; sed per sanctam affectionem redditur voluntas in actu 2. idonea, & cum consonantia ut amplectatur obiectum propositum per sanctam illuminationem; iuxta illud M. Par. de Spiritu, & litt. cap. 3. *Obiectum sine delectatione non agitur, non suscipitur, non benè vivitur*: ergò omnis vocatio est congrua in actu 2. licèt non exercitè, benè tamen signatè.

Confirm. Conf. Omnis vocatio ratione sanctæ affectionis non solum determinat moraliter voluntatem, sed etiam physicè, intrinsecè, & subiectivè ad consensum: ergò licèt ob primum munus solum sit congrua in actu 1. ob secundum est congrua in actu 2.

Urgetur. Urgetur. Sola creatura est, quæ reddit incongruam vocationem: ergo omnis vocatio prout à Deo est congrua etiam in actu 2. Probat. conseq. Nàm si congruitas in actu 2. non conveniret omni vocationi; talis congruitas proveniret à creatura: ergò.

30 Solut.

Respond. neg. mai. Intellectam in sensu exclusivo; ita ut nihil aliud requiratur pro congruitate vocationis; siquidem iuxta P. August. quæst. 2. ad Simplic. *Talis est vocatio congrua; ut vocatus eam sequatur; eique obtemperet*; & de Prædest. Sanct. per illam homo fit credens, & quæ solum dispensatur his, qui sunt vocati secundum propositum Dei. Ex quibus constat; quod si vocationi deficiant hæc munera in actu 2. deficit etiam ipsi esse congruam in actu 2. Si autem dicatur; quod hoc solum probat omnem vocationem non esse exercitè congruam in actu 2. benè vero esse congruam signatè in actu 2. Si hoc, inquam dicatur, non percipio complexum *congruitatis signatè in actu 2.* nàm esse congruam signatè est esse possibiliter congruam; cum quo non cohæret esse talem in actu 2. & non solum congruam in actu 1. Ad confirm. neg. ans. iuxta superius dicta; vel distinguo: determinatione physica, & quoad exercitium, quæ sit verè talis, nego ans. determinatione physica sumpta pro inclinatione de se indifferenter coniungibili; proindequè impropriè tali, conced. ans. & nego conseq. Ad urg. nego conseq. Nàm solum probatur, quod Deus pro suo libito possit vocationi addere congruitatem sive efficaciam in actu 2. si addat ipsi gratiam prædeterminantem iuxta Thomist. sententiam. Rursùs argumentum probat omnem vocationem ut à Deo venit, esse congruam exercitè; siquidem talis congruitas exercita nequit à creatura provenire; à qua solum provenire valet incongruitas titulo primi deficientis.

Ad confirm.

Ad urg.

31 Aliud assertum rejicitur.

Secundum dictum est: *Omnem vocationem esse intrinsecè efficacem; non tamen irresistibilem, sed hoc ei convenire extrinsecè ex præscientia, qua prævidit vocationem fore exercitè congruam.* Ita dub. 7. num. 15. In quo dicto, aut loquitur impropriè, aut si propriè loquitur, falsum omnino profert. Ratio 1. est: Nàm etsi auxilium efficax possit usurpari pro principio habenti in se virtutem, & vigorem ad productionem actus, vel operationis salutaris, etiam si de facto ab illa separetur: hæc tamen acceptio auxilij efficacis est iam impropria; cum etiã in hoc sensu auxilium sufficiens dici possit auxilium efficax; ut rectè notat P. Suarez lib. 5. de Grat. cap. 1. num. 1. Undè nescio; cur præd. Mag. illum adducit in sui favorem lib. 5. cap. 28. num. 12. cum ille minimè asserat omnem vocationem esse intrinsecè efficacem.

Refert pro se P. Suarez.

32 Roboratur.

Quod ut clarius fiat, placet verba P. Suar. quæ cap. 29. ibid. num. 2. adducit; sic enim habet: *distinguamus vocem illam efficacem: potest enim significare vel vim, & potestatem agendi, vel actualem causalitatem, aut affectionem. Si ergò priori modo*

modo sumatur; evidens est vocationem non recipere efficaciam suam à libera determinatione voluntatis, sed illam habet effectivè à Deo, & formaliter per se ipsam; quia habet innatam, & intrinsecam vim agendi. Si vero sermo sit de efficacia posteriori modo sumpta, subdistingui potest; nàm duplex causalitas potest in illa vocatione considerari; una ans. ordine naturæ consentum voluntatis; & hæc nondum est efficacia in actu 2. sed in actu 1. & hæc convenit intrinsecè vocationi. Alia ergò est effic acia actualis, sed in actu 2. & hæc nihil est aliud, quam *ipsa actio voluntatis, quate nùs ab auxilio procedit. Et quamvis vocatio non efficiat talem actionem sine determinatione libera voluntatis*, non tamen propter hoc accipit efficaciam actualem, sive operat. à voluntate. *His constat aux. efficax propriè acceptum, esse auxilium reipsa, & infallibiliter coniunctam cum recta operatione. Quod negari nequit à prædicto Mag. qui cum communi Theolog. sensu tom. 2. q. 1. ferè per totam probat contra Jansenium *gratiam actualem rectè utvidi iuxta PP. & Concilia in gratiam sufficientem, & efficacem*; quæ si vera sunt, ut est innegabile, clarè constat ipsum his tempor. impropriè loquutũ fuisse, & etiã non satis oportune, dum in q. & num. cit. asserit omnem vocationem esse intrinsecè, seu ab intrins. efficacem. Vid. M. Lemos lib. 4. part. 2. tract. 2. à cap. 1. ubi clarè explicat quid intelligatur per auxilium efficax, & per auxilium sufficiens.

Opportet loqui iuxta comm. sensum.

De hoc tom. 4. de grat. adiuv. dub. 5. §. 6.

33 In eadem q. n. 98. asserit *vocationem Dei ad consensum liberum negativum non esse intrinsecè indifferentem ad consensum, & dissensum; sed determinare voluntatem ad consensum licèt resistibiliter conservando in ea potestatem abijciendi sanctam inspirationem.* In quo dicto fallitur prælaud. Mag. nàm duplex indifferentia potest considerari in aliquo principio antecedenti exercitium voluntatis; vel indifferentia influxus in utruque exercitium; & hoc modo fatemur vocationem Dei, nec similiter ullum auxilium sufficientis non esse intrinsecè indifferens ad consensum, & dissensum; cum huiusmodi indifferentia sit propria libertatis per modum potentiæ. Alia est indifferentia opposita connexioni, & determinationi actuali; in quo sensu omne principium coniungibile cum utroque extremo libertatis dicitur indifferenter se habere ad unum ex illis; quæ indifferentia merito dicitur indifferentia coniungibilitatis, sive inconnexionis. Ratio est: Nàm voluntas etiam ut constituta in actu 1. completo per habitus, & etiam auxilia sufficientia recte dicitur se habere indiffer. quoad usum ad utrumlibet; ut constat ex defin. libertatis; atqui talis indifferentia non est talis propter influxum activum in utrũque extremum; ut est certum: ergo est talis propter inconnexionem, & defectum determinationis, quam habet etiam ut sic constituta ad unum determinatè extremum: ergo si vocatio relinquit voluntatem coniungibilem cum consensu, vel dissensu; illa dicenda est intrinsecè indifferens, indifferentia, scilicèt, in connexionis, & coniungibilitatis cum dissensu.

Aliud assertum impugn.

Ratio confirm. assumpt.

Nec obstat; quod sancta affectio solum determinat ad consensum. Non inquam obstat 1. quia propriè non determinat, sed inclinat voluntatem ad illum. 2. Nàm esto determinet, non tamen determinatione auferente indifferentiam suspensionis, aut removente exercitium oppositum; cum in sensu composito illius possit voluntas ei dissentire. Ex quibus informa potest distingui seq. propositio: * sancta affectio determinat voluntatẽ ad consensum: * determinatione auferente indifferentiam suspensionis, aut removenti ab illa dissensum, nego. Indifferent inclinationis inconnexę, coniungibili tamen cum dissensu, concedo: Et dist. conseq. non est intrinsecè indifferens indifferentia activitatis, & influxus effectivi in consensum, & dissensum, conced. conseq. indifferentia coniungibilitatis, & in connexionis, neg. conseq. Deindè: Nàm eodem modo probabis habitum charitatis non esse intrinsecè indifferentẽ ad

34 Si instes.

Respond.

ad actum, & omissionem; nàm ita inclinat voluntatem, & determinat ad diligendum, ut instanti præcepto nequeat coniungi cum omissionem, utpotè læthalitur peccaminosa, quin ex hoc dèducatur; habitum tolum determinare in actu 1. Dices sanctã vero affectionẽ determinare ut actũ 2. & sic in actu 2. Resp. hoc 2. esse falsum; nàm estò sit actus 2. non reducit intrinsecè inspecta volunt. de actu 1. ad actum 2. Admodum quo intentio efficax finis consequibilis per diversa media, estò sit actus 2. non determinat in actu 2. voluntatem ad electionem huius medij præ alio. Rursùs: Motivum, ut neget vocationem ad consensum negativum esse intrinsecè indifferentem; benè tamen resistibilem, est ut salvet nullam creaturam posse prævideri dissentientem omni vocationi. Atqui si intrinsecè non connectitur cum consensu, sed est coniungilis cum dissensu; potest sic prævideri dissentiens omni vocationi; cum in tali coniunctione nulla appareat contradictio; nec aliquid repugnans naturæ vocationis: ergò sine fundamento neget unum, & concedit aliud.

Instant.
Respond.

§. V.

Annotatio brevis.

35 QUia supra n. 22. diximus Adverſ. probare ex M.P. congruitatẽ exercitam vocationis dependere indirectè à consensu negativo; opportet illius testim. expendere. 1. Habetur quæst. 2. ad Simplic. ubi ait: *Ut velimus suum esse voluit, & nostrum: suum vocando, nostrum sequendo.* En inquit; Dei est quidquid pertinet ad vocat. cumque ad eam pertineat congruitas in actu 1. & in actu 2. utraque descendit à Deo. At non ita, ut sit independens adhuc indirectè à nostra voluntate liberè sequente, potente non sequi. 2. Testim. de quo ait esse expressius; habetur lib. 3. de Spirit. & litt. cap. 34. *Vocare hoc, vel illo modo solius Dei est: venire tamen semper est in voluntate; vel sola si non venit, vel adiuta si venit.* En iterum vocatio congrua hoc, vel illo modo solius Dei est; sed tamen indirectè pendet à voluntate, quæ vocata, & excitata, potest non venire.

An congruit pendeat à nobis.

Arg. 1. ex M.Par.

Secundo.

Nec à longè aspicio in his testim. aliquam efficaciam pro assumpto. Undè enim infertur hæc conseq. *Velle est Dei, quia nos vocat; & est etiam nostrum; quia sequimur Dei vocationem: ergò ut vocatio Dei sit exercitè congrua*, sive causans velle, pendet indirectè à nostra sequela? Nàm vel est sequela ad vocationem, ut exercitè congruam, vel non? Hoc 2. negat Adverſ. nunc sic: esse sequelam ad alterum est esse posterius illo. Licèt autem, quod sic est posterius, possit in alio genere esse prius; sicut, & quod est independens in uno genere ab alio, in alio genere dependere. Attamen quis rectè ex posterioritate unius ad aliud infert in illo aliquam prioritatem? Rursùs. Supposito Deum gratia effectiva prædeterm. operari in nobis velle; nequit salva fide negari: *Tale velle esse Dei, & simul esse nostrum: Dei, quia illud operatur in nobis; nostrum, quia sequendo eius adiutorium ei liberè cooperamur quis autem inferet, quod gratia adiuvans pendet indirectè à nostro velle; quia nimirum illud est nostrum, prout ei liberè cooperamur?* Ex his constat ad 2.

36

Solut. ad 1.

Ad 2.

Sed dices: Licèt ex terminis voluntatem sequi Dei vocationem non probet illam in sui congruitate exercitè pendere à voluntate; secus tamen si talis sequela fiat à voluntate potente eam non sequi, sive ei dissentire, aut consentire. Et de hac loquuntur testim. Ratio (quæ mihi occurrit) est: Nàm si esset exercitè congrua omnino independenter à voluntate raperet illam; nec in eius libertate esset sequi illam, vel non sequi illam. Adhoc dico 1. quod si illa sit vocatio hoc est gratia excitans, secum identificans congruitatem exercitam; & aliunde se teneat ex parte actus 1. ad consensum nègativum tollit libertatem, ut modo suppono ex Doctr. communi apud Thomist. Hinc infero, & dico 2. M. Par. non loqui ibi de vocatione congrua exercitè per se ipsam; quia talis vocatio non datur; utpotè destructiva libertatis. Quare recurrendum est ad Doctrinam AA. ponentium illam congruit. quasi pro formali acceptam esse ei extrinsecam, &

37

Instabis.

Resp. 1.

Secundo.

& à voluntate determivativè provenientem; sed tamen ab illa adiuta per gratiam ut efficiente ipsammet determin. Hoc enim est proprium libertatis creatæ determinare omnia principia influentia in actum, vel quodlibet exercitium liberū; secùs perprius sive directè determinari, & indirectè determinare. Si autē congruitas exercita per respectum ad omnes causas non est prorsus prior exercitio voluntatis, etsi negativo, conducente tamen ad salutem, non apparet ex parte Dei supremum dominium, aut potestas, sed aliqualiter minuitur; si determinatnr à volūtate, cui dominatur, ut sua gratia sortiatur effectum. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. M. ubi præced.*

Sic Jesuit.

Sic Thom

DUBIUM IV.

IN QVO DISCVTIVNTVR ALIQUA pro congruitate vocationis.

§. I.

PRIMUM ASSERTUM REIICITUR.

N. 1 TOt, tantaque SS. M. pro explananda congruitate divinę vocationis eruditè, atque ingeniosè, præsertim ex M. P. accumulat; ut formare iudicium resolutorium simul cum claritate circa illorum intelligentiam, meam imbecillitatem excedat, estò sæpè lectione, & medit. illa percurrerim. Nè igitur aliqua confusio accrescat legentibus mea scripta (si fortè placeat) alia qnæ tradit pro constitut. congruitatis vocat. divinæ tom. 3. citato dub 7. videbimus. In illo dub. n. 82. & 83. asserit: *Sanctam delectationem remissam, inferioremque contraria cupiditate esse incongruā, & eum, qui sic vocatur ad consensum, esse incongruenter vocatum.* Hoc assertum est falsum. 1. Nam vocationem esse incongruā est iuxta M. P. q. 2. ad Simp. * hominem sic vocatum nō obtemperare vocationi, sed eam contemni à voluntate creata; * sed hoc nō verificatur de vocatione remissa; cum iuxta doct. præf. M. possit voluntas ei negativè consentire: ergò immeritò asserit vocationem remissam esse incōgruam. 2. Vocatio remissa eo esset incongrua, quia esto sit sufficiens ad velle inefficax, & imbecille conferēdum à Deo, si voluntas ei consentiat negativè: est tamen insufficiens ad velle efficax, & robustum. Sed hoc motivum est prorsus inefficax: ergò. Prob. min. 1. Quia ut ipse M. advertit dub. 7. n. 99. dum agitur de congruit. vocat. An, scilicet, sit congrua ante prædetermin? non fit sermo de congruitate ad cōsensum positivum, sed ad consensum negativum: ergò dummodo voluntas consentiat negativè vocationi remissæ, verè dicitur congrua, & non incongrua, ut vult ipse Mag. Unde distingui debet inter hæc duo: vocat. remissa se sola non sufficit; disponit tamen: vocat. remissa est incongrua.

Doctr. M. Manso.

1. Assert. Reijcit. 1.

Secundo.

1. Probat min.

Sermo est de incongr stricta, sive positiva.

2. Prob. ead. min. Estò velle inefficax sit insufficiens ad facere Dei mā; data, quia tamen disponit volunt. ad velle efficax, & robustum imperans adimpletionem mandatorum Dei, immeritò diceretur tale velle esse auxilium incongruum; quemadmodū estò prædetermin. ad velle liberum intensum ut duo, non sufficiat ad volit. intensam ut quatuor, necessariam pro victoria gravis tentat. si tamen talis prædeterm. disponat volunt. ad intensior. volit. quatenus est causa orationis pro maiori, & uberiori auxilio, ad vincendam gravem tentationem; falsò, & impropriè diceretur talem prædetermin. esse incongruam: ergò ex quo vocatio remissa nō sufficiat ad velle efficax &c. Deniq; iuxta doc-

2

Secundo.

Ultimo.

doctr. præf. M. incongruitas vocationis unicè provenit directè à voluntate creata propter dissensum negativum, non vero à Deo; quin potius omnis vocatio prout ab illo descendit, est congrua tam in actu 1. quam in actu 2. ut sæpe profert idem Mag. Sed si vocatio remissa esset incongrua, talis incongruitas non proveniret à libero arbitrio creato, sed à Deo; cum ab illo unicè proveniat infundere sanctam affectionem intensam, vel remissam: ergò.

3 In eodem dub. num. 81. in solut. ad confirm. asserit: *Denegationem gratiæ prædeterminantis non includere collationem gratiæ, quam possit creatura facere efficacem, & prædeterminantem; denegationem vero orationis congruæ includere collationem vocationis, quam potest reddere directè, & indirectè facere congruam, & efficacem ut ostensum est.* In quo, ni fallor, inconsequenter, & falsò procedit. Ratio primi est. Nam sæpe asserit congruitatem adhuc exercitam vocationis solum provenire directè à Deo, non vero à creatura, nisi ad summum indirectè, scilicet, si ei non dissentiat. Per hanc doctrinam asserit se discriminari à sententia Socieratis ponenti congruitatem vocationis provenire directè a nostra voluntate. Ita num. 83. ergò dicere creatnram posse reddere indirectè, & directè vocationem Dei congruam, & efficacem, est contra antea dicta procedere. Explicatur hoc. Eò voluntas potest directè reddere vocationem congruam, & efficacem, quia si consentiat negativè, accipiet à Deo velle sanctum, estò parvum, & imbecille; & per hoc velle potest orare Deum, ut ipsi conferat velle efficax, & robustum, superans contrariam cupiditatem; ita colligitur ex illius doctrina à num. 83. ferè per totum. Sed hoc non probat assumptum: ergò. Minor constat. Nam aliud est posse acquirere, sive accipere à Deo media oratione vocationem congruam; aliud vero facere directè illam esse congruam; sicuti est aliud acquirere media oratione gratiam prædeterm. ad aliquem actum; aliud vero esse causam directam talis prædeterminat. causa enim impetratoria non est causa directa doni impetrati: ergò.

Aliud dictum reijcitur 1.

Explicatur.

Ex his prob. 2. assumpt. Eo voluntas posset reddere directè vocationem congruam, & efficacem, quia posset producere velle efficax, & robustum, imperans adimplerionē mandatorum Dei; aut quia posset causare sanctam delectationem superantem in intensione contrariam cupiditatem. Sed neutrum probat voluntatem posse reddere directè Dei vocationem congruam, & efficacem: ergò. Min. quoad 1. part. prob. 1. Nam congruitas, & efficacia vocationis non consistit in aliquo actu libero voluntatis creatæ; alias etiam voluntas creata esset causa directe determinativa talis congruitatis, & non præcisè Deus. 2. Nam licet auxilium efficax ad facere possit consistere in actu libero nostræ voluntatis; secus tamen auxilium efficax exercitè congruum ad tale velle; ut faretur præf. Mag. unde restat difficultas de congruitate exercita vocationis ad velle efficax, & de causa directa eiusdem. Quoad 2. part. prob. min. Nam talis delectatio distincta à volitione efficaci libera, & ipsam præcedens, nequit esse directè in potestate creaturæ; sed ad summum indirectè: quatenus si voluntas nō consentiat intensiori cupiditati contrariæ, Deus dabit ei velle inefficax, quo possit orare delectationem intensiorem, qua excitetur ad bonū. Sed hoc minimè probat voluntatem creatam posse reddere directè vocat. congruam, & efficacem; cum talis excessus in intensione unicè proveniat directè à Deo illum infundenti: ergò in nullo sensu potest verificari voluntatem creatam posse reddere directè &c.

4 Reijcit. 2

§. II.

In quo alia dicta reijciuntur.

5 IN eodem dubio tum num. 83. tum num. 99. ait: *Congruitatem vocationis sanctæ consistere mediatè, vel immediatè in victrice delectatione.* Pro cuius explicatione advertit, quod aliquando Deus à princi-

Aliud assertum impugn.

pio

pio vocat aliquos delectatione victrice, sive superanti in intensione congruam cupiditatem, ut contigit in conversione S. Pauli. Ad huiusmodi enim delectationem sequitur post consensum negativum immediatè volito efficax, & robusta ad faciendum divina mandata. Aliquando vero (& regulariter contingit) Deus ab initio vocat delectatione debili, seu remissa; cui tamen si voluntas noxia cupiditate intensiori excitant. ad malum, negativè consentiat, Deus donabit ei velle liberum parvum, & imbecille, sufficiens tamen ad orandum maius adiutorium, estò sit insufficiens ad vincendam contrariam cupiditatem. Unde fit, quod remissè vocatus à Deo, estò non habeat immediatè victricem delectationem, habet illam mediatè; quia si oret Deum, ut potest, accipit ab illo delectationem victricem.

6 In hac doctrina continentur plura satis difficilia, & cum antea dictis non rectè cohærentia. Impugn. doct. tradita. Loquamur primo in casu delectationis victricis, sive à principio valdè superantis in intensione contrariam cupiditatem. Ut enim talis affectio sit exercitè congrua ad velle liberum, robustum, & efficax, debet esse prius exercite congrua ad consensum negativum ei præstitum. Prima congruitas pendet à consensu negativo, tanquam à dispositione necessario præcedenti volitionem efficacem, & robustam infallibiliter collatam à Deo post dictum consensum. Hæc sunt certa iuxta doctrinam eiusdem Magistr. sed ex illa infertur: *Congruitatem exercitam vocationis ad velle robustum, & efficax non consistere in delectatione victrice solum, sed in illa simul cum consensu negativo, & gratia prædeterminanti ad prædictum velle.*

7 Probat. assumptum. Ab illo saltim partialiter denominatur delectatio victrix exercite congrua ad Roborat. velle liberum efficax, & robustum, à qno saltim partialiter habet, quod sit exercitè efficax ad prædictum velle. Sed sic habent consensus negativus, & physica prædeterminatio causans prædictum velle: ergò dicere congruitatem exercitam vocationis ad velle efficax consistere in delectatione victrice, est falsò, vel diminutè procedere. Probat. min. Post talem delectationem superantem in intensione contrariam cupiditatem, sequitur immediatè consensus negativus, & post illum sequitur prædeterminatio donans, & faciens voluntatem efficaciter velle: ergò victrix delectatio nec immediatè coniungitur, nec efficit immediatè velle liberem efficax, & robustum, sed ratione consensus, & ratione prædeterminationis. Sed id, à qno habet sancta delectatio, estò intensior causare exercitè, & efficere exercitè velle efficax, habet congruitatem exercitam respectu illius: ergò. Ex his constat congruitatem exercitam vocationis ad velle liberum efficax, deberi à præfato Magistro constitui in complexo coalescenti ex sancta affectione intensiori contraria cupiditate, ex consensu negativo ei præstito, & ex gratia prædeterminanti ad prædictum velle. Quemadmodum tomo 1. q. 8. num. 4. & 6. asserit adiutorium quo, sive efficax ad velle liberum esse physico morale, quia coalescit ex sancta vocatione, & Dei opetatione prævie producenti tale velle: siquidem eadem ratio militat in efficacia auxilij, ac in congruitate exercita ad velle liberum efficax, & robustum.

8 Loquamur 2. In casu, in quo sancta affectio sit debilis; asserit enim quod sic vocatus medio con- Impugn. quoad 2. casum. sensu negativo accipiet à Deo velle inefficax, & per hoc velle potest orare, ut Deus donet ipsi maiorem delectationem cœlestem, & per consequens perfectam, robustamque voluntatem. Modo inquiro. An homo sic vocatus per talem volitionem inefficacem, accipiet à Deo intensiorem delectation. subitam distinctam ab ipso velle efficaci; an vero victricem delectationem inclusam in ipsa volitione efficaci? Hoc secundum nequit dici. Primo; quia alias congruitas exer-

cita vocationis proveniret directè, & ut à causa determinanti à voluntate creata; quod expresse negatur ab illo. 2. Quia congruitas exercita vocationis non esset antecedens ordine naturæ actum, ad quem est congrua: unde congruitas ad velle efficax esset, & consisteret in concursu Dei simultaneo.

Restat ergò, ut dicatur 1. scilicet, per talem orationem deprecari delectationem subitam superantem contrariam cupiditatem. Sed quia oratio ut sit impetrativa, debet esse efficax, perseverans &c. ut ipse Mag. advertit num 99. * ex hac doctrina impugnatur hoc dictum. Primo. Quia sequitur eum, qui negativè consentit sanctæ affectioni remissæ obtinere infallibiliter velle efficax imperans observationem præcepti; quod est prorsus falsum. Sequela probat. Si velle languidum non sit connexum cum oratione efficaci impetrante delectationem victricem, erit gratia specialis ex parte Dei, quod post concursum negativum & velle inefficax, Deus prædeterminet ad orationem victricem perseverantem &c. sed in potestate hominis remissè vocati, & volentis inefficaciter non est adquirere prædeterminationem ad orationem efficacem, & perseverantem; cum etiam posito consensu negativo, & volitione etiam servandi mandata, sit gratia specialis ex parte Dei prædeterminare ad orationem procedentem ex affectu efficaci prę inefficaci: ergò ex eius doctr. sequitur hominem peccare in omissione volitionis efficacis ad facienda Dei mãdata; quin sit in eius potestate adquirere gratiam prædetermin. ad tale velle. 2. Nam falsum est ad velle efficax, & robustum necessario debere præcedere intensiorem delectationem; nam intensior delectatio prava non rapit voluntatem, sed potest voluntas etiam positivè ei resistere, & in hoc consistit operari modo heroico: ut contingit in graviter tentatis, & tentationi gravi positivè renitentibus: ergò falsum est ad velle efficax servandi Dei mandata, necessario requiri sanctam affectionem intensiorem contraria cupiditate: ergò etiam falsum est hominem teneri ad orandum talem subitam affectionem.

9

Alia doct

*Ex Div. Th. 1.2.q. 83.a.7.

Impug. 1

Secundo.

Ex his omnibus colligitur satis confusè adstrui à prę d. M. congruitatem exercitam vocat. ad exercitia libera voluntatis creatæ, dum ait. * Cum enim regulariter loquendo homo vocetur à Deo sancta affectione inferiori contraria cupiditate; primum exercitium liberum in illo est consensus negativus. Ad hunc sequitur prædeterm. ad velle liberum parvum, & invalidum: postmodum vero si oret oratione efficaci, & perseveranti prędeterminabitur ad velle efficax imperans adimplectionem mandati, & superans contrariam cupiditatem. * In his apparent tria exercitia libera; vel potius quatuor; scil. *Consensus negativus; velle imperfectum, oratio efficax, & perseverans, velle efficax imperans adimplectionem peccati.* Cum autem congruitas vocationis exercita sit eius efficacia, oportet distinguere modum congruitatis iuxta modum efficaciæ; proindèque vocatio potest esse, & excogitari: *Ut congrua exercitè ad consensum negativum, ad velle liberum imbecille, & imperfectum. Ad orandum Deum oratione efficaci, & tandem ad velle efficax imperans adimpletionem mandati.* Et quamvis efficacia ad consensum negativum connectatur ex Dei ordinatione cum efficacia vocat. ad bonam volunt. parvam, & imbecillem, nan tamen cum efficacia illius da orationem provenientem ex affectu efficaci; nec cum voluntate magna, & robusta faciendi Dei mandata.

10

Qualiter ponat cõgruit. vocat.

Apparet difficilis.

Quando igitur præfatus Magist. disputat de congruitate sanctæ vocationis, & de principio formali ipsius, vel disputat solum de congruitate exercita ad consensum negativum, ut asserit num. 41. vel etiam de congruitate exercita ad velle liberum, estò imbecille; vel tandem de congruitate exercita ad velle efficax, & robustum? Si 1. falsum est huiusmodi congruitatem consistere in delectatione intensiori; cum expresse asserat voluntatem posse negativè cõsentire sanctæ delect. etiam remissę, & in sensu composito eiusdē. Deindè libenter ad-

11

Obstat 1. cont. dicta.

admitto cum Thom. hanc congruitatem non provenire à gtatia prædeterm. quæ non dispensatur ad nihilum. Verumtamen nego rotundè dari talem congruitatem; & multo magis M. P. fuisse locutum lib. ad Simp. q. 2. de hac congruitate; cum sit expressum tum ibi, tum lib. de Prædest. SS. Vocationem eatenus dici congruam,* quatenus per illam homo fit bonæ voluntatis, fit credens, & obediens divinæ voluntati.*

12 Si 2. cum hoc velle, estò imperfectum, non causetur à sancta affectione nisi post consensum negativum, & media prædeterminatione donante prædictum velle; quomodo dicitur illam esse exercitè congruam ad velle positivum in signo anti. prædeterminationem? Nam sancta affectio ab illa gratia accipit congruitatem exercitam ad velle positivum, à qua accipit efficaciam exercitam, ut operetur actù ipsum velle. Sed sancta affectio accipit huiusmodi efficaciam à gratia prædeterminanti; cum hæc determinet, & reducat voluntatem præventam sancta affectione de actu 1. ad actum 2. hoc enim est proprium gratiæ prædeterminantis: ergò à gratia prædeterminanti accipit &c. Nec obstat, quod consensus negativus cõnectitur cum velle positivo, estò imperfecto, & imbecilli; proindèque congruitas ad prædictum consensum ex parte vocationis dici potest congruitas ad prædictum velle. Non, inquam, obstat 1. Nam solum probat esse initiativè congruam ad velle positivũ. 2. Nam talis connexio est purè extrinseca à Deo gratis conferente prædetermin. ad velle positivum ei, qui perprius negativè consentiat vocationi: nunc autem loquimur de congruitate exercita convenienti sanctæ vocationi ex proprijs in ratione vocationis.

Prob.; 2. pars.

Congruit. perfecta petit coniunct. cum termino.

Si dicas.

Respond.

13 Ex hac doctr. prob. manet non posse dici tertium, scil. loqui de congruitate ad velle efficax; cum hoc velle sit immediatè efficaciter à gratia prædeterminanti, & ulterius supponat in signo priori, aliam gratiam prædetermin. ad velle impertectum, & univocum cum ipso. Cum ergò sancta affectio non causet exercitè huiusmodi velle efficax, nisi ei adiungatur duplex gratia prædetermin. scil. una ad velle imperfectum, altera ad ipsum velle perfectum, & efficax, non est exercitè congrua in signo anteriori ad gratiam prædetermin.

Prob. 3. pars.

§. III.

Aliud assertum.

14 HInc inferes falsum esse sequens assertum, scil. *Congruitas sanctæ vocationis consistit in sancta delectatione superante in intensione contrariam cupiditatem.* Nam talis intensior delectatio, vel requiritur necessario ad velle efficaciter bonum honestum; vel non. Si 1. satis voluntariè dicitur; siquidem multoties contingit in graviter tentatis prorumpere in actum efficacem circa bonum honestum, quin experiantur intensiorem sanctam delectationem circà tale bonum. Aliter enim non vincerent cum tanta arduitate: ergò. Deinde: talis excessus in intensione non connectitur cum velle efficaci libero; aliàs non remanetet libertas ad illud; cum intensior delectatio subita non sit in nostra potestate, & aliundè sit intrinsecè connexa cum velle efficaci. Sed hoc ipso congruitas exercita sanctæ vocationis nequit in tali excessu intensionis consistere: ergò. Prob. min. Congruitas exercita sanctæ vocationis dicit necessario coniunctionem cum exercitio, ad quod est exercitè congrua: ergò si vocatio prout intensior non dicit necessario hanc coniunctionem, nequit prædicta congruitas consistere in sancta affectione superanti intensivè contrariã cupiditatem: & ideo nequit consistere in intensiori delectat. cum sine vocatione exercitè congrua nequeat voluntas velle efficaciter bonum supernaturale inspecta quavis potentia Dei.

Reijcit. 1.

Secundo.

15 Sed quia congruitatem vocationis asserit consistere in delectatione victrice contrariam superante cupid. aut dolorem retardantem consensum voluntatis, ut videre est fol. 122. col. 3. oportet hanc propositionem discutere, & propter eadem motiva

Alia doctrin.

eam refellere. 1. Nam tom. 1. fol. 199. col. 3. hæc asserit de delectatione victrice: *Delectatio victrix est amor liber, solumque est victrix, quando superat difficultates retardantes actum imperatum, & quando illum infallibiliter elicit, quod si eas non vincat, non est delectatio victrix*: ergò asserere congruitatem exercitam vocationis consistere in delectatione victrice, est dicere eam consistere in amore efficaci libero imperanti observationem præcepti: ergò congruitas exercita vocationis ad prædictum amorem efficacem, & liberum consistit in ipso amore efficaci: quod dicere est absurdum. Cum congruitas exercita, sive efficax ordine causalitatis antecedat actum, ad quem est congrua. 2. luxta eundem Mag. doct. tom. 1. q. 8. & q. 6. *Delectatio victrix Augustiniana unicè consistit in ipso amore efficaci libero, à quo imperatur facere mandata Dei, eo quod talis delectatio connectitur cum facere, estque adiutorium ad illud*: ergò cum in præsenti asserit congruitatem exercitam vocationis in delectatione victrice consistere; si loquatur Augustiniane, debet dicere eam consistere in volitione efficaci imperanti observationem mandatis quod esse prorsus alienum, & extra rem constat ex dictis; & insuper, quia in præsenti solum disputatur à Theologis, à quo principio vocatio sit exercitè congrua in ordine ad exercitia libera voluntatis, & præsertim ad velle liberum efficax, & absolutum.

Secundo.

Quæst. 2. ad Simpl. agit S. P. 1. de congruit. ad velle.

Ex hucusque dictis sequitur prædictum Mag. reipsa fateri congruitatem exercitam vocationis provenire à libero arbitrio creato, ut causa directè illam determinanti. Ratio est. Nam quid quid ab ipso ponitur ex parte vocationis per ordinem ad consensum negativum, & per ordinem ad velle liberum efficax, est de se coniungibile cum utroque extremo libertatis; nam licet vocatio ratione sanctæ affectionis determinet voluntatem; est tamen determinatio resistibilis à voluntate, & multoties de facto ei resistitur. Ex quo sequitur voluntatē præventam sancta vocatione ad consensum liberum negativum, & etiam ad velle liberum efficax indigere ulteriori determinatione per modum actualis applicationis, ut reducatur de actu 1. ad actum 2. Cumque expresè neget hanc determinationem esse gratiam prædeterminantem, per quam vocatio reddatur congrua, solum restat ut voluntas creata seipsam determinans, & etiam determinans vocationem, reddat ipsam exercite congruam. Et ut omnia breviter complectamur, quoties pro congruitate exercita non ponitur aliquid connexum cum extremo libertatis, ad quod vocatio Dei est exercitè congrua, manifestè sequitur talem congruitatē nō provenire determin. à gratia Dei, sed à volunt. creata, utpotè determinante exercitè tum seipsam, tum etiam quidquid præcedit exercitium liberum per modum principij supernaturalis influentis in illud, sive propriè influat, quale est exercitiū positivum, sive impropriè, qualis est consensus negativus, ut alibi probant efficaciter Thomistæ contra Authores Societatis negantes gratiam prædeterminantem. *Et hæc de hoc dub. &c.*

***

16

Illatio ex dictis.

Determi. sed resisti bilis, & in connexa, est pronunc vox vacua.



DU-

DUBIUM V. APPENDIX
AN CVM ÆQVALI VOCATIONE posit unus consentire negative, alter vero non consentire?

§. I.

RESPONDETUR NEGATIVE, ET PROBATUR.

N. 1

PRælaudatus Mag. q. 7. à num. 90. distinguens inter conversionem, sive consensum positivum salutarem, & inter consensum purè negativum à sola gratia illuminationis, & affectionis procedentem, & se habentem per modum dispositionis ad consensum positivum: asserit, * quod licet ille, qui convertitur positivè habeat auxilia gratiæ inæqualia præ non se convertente; secùs tamen dicendum in ordine ad consensum purè negativum. * Ratio primi est; quia qui convertitur positivè ultra gratiã illuminationis, & affectionis, aliaque principia libertatis, accipit à Deo gratiam prædeterminantem, requisitam pro omni actu positivo salutari, qua gratia caret ille, qui non convertitur. Ex quo manifestè sequitur non posse, stante æqualitate auxiliorum, unum converti, & alterum non converti. Ratio secundi est: quia voluntas in ordine ad consentum purè negativum habet libertatem passivam, sinendo, scilicet, se moveri à Deo per sanctam inspirationem, quam abijcere potest: unde quod cum æquali sancta affectione voluntas unius consentiat, & voluntas alterius dissentiat, non probat, aut infert, prædictam voluntatem facere seipsam meliorem, aut seipsam à seipsa discernentem; sed Deum eam facere meliorem dum consentit, & ipsam discernere à voluntate dissentiente.

Opinio SS. Mag. Manso.

Idẽ tom. 4. q. 9. à num. 16.

Oppositum autem *tenendum est apud omnes DD. requirentes gratiam prædeterminantem pro omni actu salutari; ideòque inconsequenter procedere præf. Mag. in discrimine immediatè relato; & insuper omnia ferè in conv. quæ Thomistæ opponunt contra opinionem relatam de conversione positiva æquo iure pugnare pro consensu negativo.* Et omisso (an libertas ad consensum negativum sit purè passiva respectu illius; quod alibi esse prorsus falsum manifestè probavimus, estò possit dici passiva respectu vocationis, & obiecti per illam propositi.) Impugnat. 1. Implicat à causa omnino æquali provenire effectum inæqualem, sive talis effectus sit quid positivum, vel quid negativum: sed consensus negativus est effectus sanctæ vocationis, ut est certum: ergò implicat stante æqualitate in illa aliquando sequi consensum, aliquando vero non. Vel aliter. In casu pro quo unus vocatus negativè consentiat, alter vero æquali vocatione vocatus negativè dissentiat; certum est dari aliquam discretionem estò negativam, & conducentem, tùm ad recipiendam gratiam prædeterminantem; tùm etiam ad consentiendum positivè; ut fatetur prælaud. Mag. Nunc rogo: Talis discretio provenit immediatè à gratia Dei; vel non? Hoc secundum nequit dici salva fide; aliter enim gloriaretur innaniter creatura in se ipsa; & falsum esset dicere

2

Sentent. opposita.

Prob. 1.

hoc quod est non ponere obicem gratiæ, est ex Dei gratia, ut asserit S. D. ad Hebr. 12. lect. 3. ergò debet dici 1. ergò debet dici in prædicto casu gratiam sanctæ vocationis esse gratiã discretivã. Sed gratia illa, quæ æqualis est, & communis consentientibus, & dissentientibus, nequit dici gratia discretiva: ergò. Totus discursus est M. Par. de Prædest. Sanct. cap. 5.

3 Occurrit. tacitæ Respond.

Urgetur, & præcluditur evasio: dum A. asserit in casu æqualis sanctæ vocationis unum posse negativè consentire; alterum vero non, & insuper talem discretionem provenire à Deo; vel asserit provenire ab illo immediatè, & se solo; vel etiam mediante gratia? Si 1. ergò talis consensus non est effectus, aut quasi effectus gratiæ Dei. Si 2. ergò provenit à Deo gratia, quę sit discretiva, & discernat immediatè unum ab alio. Sed hoc repugnat, si gratia vocationis est omninò æqualis: ergò non evitatur inconveniens de discretione habita à voluntate, & non à gratia Dei. Deus enim sive operetur, & influat positivè, aut etiam negativè, nequit causare aliquam discretionem, nisi princ. proximum creatum, medio quo influit, sit in se & practicè propriè discretivum: virtus enim causæ primæ suo modo modificatur per virtutem causæ secundæ: Nam ex parte Dei est eadem omninò absque ulla diversitate; quapropter, si existente æquali tentatione unus consentit, alter non; talis discretio provenit immediatè à carentia prædeterminationis ad materiale peccati, quam denegavit consentienti, ipsum prædeterminando ad tale materiale: ergò repugnat, quod discretio negativè consentientis à negativè dissentienti ponatur à Deo mediante gratia sanctæ vocationis, si in hac invenitur omnimoda æqualitas.

4 Quædam dispar. rtij cit.

Ex his excluſſa manet disparitas ab ipso tradita inter actus positivos salutares, & inter consensum negativum. Ait enim; quod si voluntas cum æquali gratia positivè converteretur, determinando seipsam ad velle positivum, sive ulteriori gratia; ipsa seipsam faceret meliorem, ac dum erat potens velle bonum; at vero quòd cum æquali vocatione consentiat negativè; solum sequitur, quod creatura festinat ut Deus eam meliorem faciat dando ei consensum negat, in quo nulla est repugnantia. Manet, inquam, excluſſa: Nam eò stante æquali gratia ad actum positivum salutarem; si voluntas unius vellet positivè; & voluntas alterius nollet; talis melioritas non proveniret à gratia Dei; quia hæc est æqualis, & communis volenti, & nolenti, & à principio æquali nequit inæqualitas provenire. Sed hæc eadem ratio militat in vocatione æquali respectu consensus negativi: ergò nulla est ratio discriminis. Vel aliter: ideò Deus in primo casu non faceret meliorem creaturam positivè consentientem, quia non concurret determinando physicè infallibiliter ad consensum; sed relinquendo determinationem voluntati; sed etiam respectu consensus negativi, posita vocatione nihil datur ex parte Dei ipsam intrinsecè, aut extrinsecè determinans infallibiliter ad consensum huic numero vocationi præstandum: Nam prædefinitio non connectitur cum consensu negativo huic numero vocationi præstando; scientia autem consensus iam involvit determinationem voluntatis: ergò. Si dicatur: consensum positivum petere prædeterminationem, non vero consensum negativum: si, inquam, hoc dicatur, benè dicitur. Attamen: ideò primum est verum, quia si voluntas consentiret positivè sine tali gratia; & aliquando cum eadem non consentiret; discretio consentientis à nõ consentiente non esset ex gratia Dei, quia eadem permanens poterit coniungi cum consensu, & dissensu: sed hæc ratio instatur, si cum æquali vocatione unus negativè consentit, alter negativè dissentit: ergò.

5 Alia Respon.sio.

His omnibus Resp. Quòd licet vocatio in casu dicto sit æqualis quoad entitatem in consentiente negativè, est tamen inæqualis quoad effectum. Cum enim omnis vocatio prout descendit à Deo, sit congrua tam in actu primo, quam in actu secundo, ideò est æqualis in utroque

quoad

quoad entitatem ; sed quia pro suo effectu pendet indirecte à nostra voluntate non abijciente illam ; ideò vocatio quoad effectum est gratia specialis uni, & non communis utrique. Sic num. 93.

6 Si loco illius vocis *quoad effectum*; apposuisset in ratione *gratiæ*, proprius loqueretur , & magis *ad rem*, prout communiter loquuntur AA. Societ. respondent argum. communiter formato à Thomist. pro gratia prædeterminanti, ad salvandum Deũ discernere consentientem à dissentienti. Talis enim distinctio aut nihil dicit, aut non respondet argumento. Ratio est: Nam per ly *quoad effectum*, vel intelligitur consensus ipse negat. qui adæquatè est effectus suo modo sanctæ vocationis ; vel intelligitur aliquid ipsum antecedens ? Si 1. dicit aliquid evidens pro casu dicto; quia supponimus omnes unum consentire negativè , & alterum ; sed quæstio est; à quo proveniat hoc discrimen ? An , scilicet, à gratia vocationis , an vero ab alio principio? cumque assensus sub nullo ex his contineatur ; nihil dicitur ad rem pro solutione quæstionis. Ulterius: nequit reddere vocationem in esse gratiæ vocantis specialem , quod supponit illam adæquatè in esse gratiæ causantis ; sed consensus negativus sic illam supponit ; cum sit eius effectus : ergò ratione consensus ab illa causati nequit reddi gratia specialis. Deniquè : si ratione consensus redditur gratia specialis : ergò cum ille proveniat à volunt. suo modo,& ut interpretativè agente,* specialitas in esse gratię, proveniet etiam ab illa ut interpretativè agente; quod videtur durum concedere. Si autem dicatur 2. assigna, in quo consistat illud añs. consensum ; quod quidem nequit non esse munus vocationis. Ex quo evidenter sequitur; falso dici utramque vocationem in ratione talis habere omnimodam æqualitatem. Nec potest dici illud consistere in non abijcere vocationem. Non, inquam , dici valet : Nam iuxta præfatum Mag. carentia dissensus est formaliter consensus negativus , sed hic nequit seipsum antecedere : ergò illud qnod assignatur ut añs. consensum negativum , nequit esse defectus dissensus , aut abiectionis sanctæ vocationis.

Reijcit. 1.

Secundo.

Tertio.

* Sic fatetur de influxu volunt.

Dices ulterius: consensum positivum ultra gratiam dantẽ posse, requirere pro sui existentia ulteriorem gratiam , quæ nequit esse alia præter prædeterminantem; consensum vero negativ. non requirere aliam , quam gratiam dantem posse, & excitantem ad consentiendum negativè resistibiliter , & fallibiliter. Sed hoc nihil est , si teneatur conseq. Doctrinæ; nàm licèt alia argumenta propræ determinat. firma subsistant; illud tamen quod desumitur ex discretione, redditur infirmum iuxta hanc solutionem : Nàm iuxta illam datur gratia discretiva suo modo , quæ tamen est æqualis , & communis consentienti , & dissentienti. Quapropter fateor ab hoc Mag. posse probari necessitatem gratiæ prædeterminantis, ex alijs principijs , secus tamen ex capitæ discretionis ; quod in præsenti propugnandum suscipimus. Si quæras: quænam gratia specialis ultra vocationem adstruenda est; cum consensus negativus sit nihil ? Respond. quod si consensus negativus consistat in carentia dissensus positivi, erit gratia specialis ; carentia prædeterminationis ad dissensum positivum, quæ est gratiæ externæ protectionis infallibiliter connexa cum consensu; si vero consensus negativus sit pura carentia dissensus negativi , non est assignabilis gratiam specialis ; sed hoc solum probat (ut alibi fecimus) non dari libertatem ad extrema purè negativa , & pro signo, pro quo sunt ex terminis impossibilia exercitia positiva.

7

2. Resp.

Impugn.

Nota: Ad verf. ponere grat. & cit. esse 1. ex princip. discret.

Cuidam quæsito resp.

Dices ulterius : Tyrij, & Sydonij erant æquales in gratia vocationis externæ , & internæ relatè ad Iudæos; & tamen ex probravit Deus horum incredulitatem per comparationem ad Gentiles : ergò cum eadem, & æquali vocatione Tyrij converterentur, & Iudæi non sunt conversi. Sic num. 94. in fine. Hoc tamen argumentum in multis peccat. 1. Quia supponit Tyrios, & Iudæos fuisse æquales , aut prævisos fuisse æqua-

8

Arguit in sui favor.

Est ineffi-cax ex var. capit.

æquales in gratia vocationis internæ adæquatè sumptæ. Si enim sermo sit de vocatione quoad sufficientiam, verum est: secus vero de vocatione quod efficaciam, sive quæ est talis secundū propositum Dei, qua, scilicèt, iuxta M. Par. prorsus agitur, & peragitur, ut homo sit volens, & credens, de quo alibi nostri Thomistæ.* 2. Nàm ubi quæso loquitur Christus Dominus de consensu purè negativo, aut conversione purè negativa? Nàm asserit quod Tyrij ægissent pœnitentiam *in cilicio, & cinere*; quæ verba expresse actus positivos salutares significant: ergò sine causa adducit prædictum testimonium, ut probet cum æquali gratia vocationis posse unum negativè consentire, alterum vero non. Hinc semper insistam præfatum Mag. ad probandum suam opinionem de consensu negativo extrahere à sensu proprio testimonia sacræ Script.

*Vid. M. Boliv. de Provid. dub. 7.

§. II.

Motiva pro discretione primario convenienti gratiæ excitanti proponuntur.

9 PRædictus Mag. ita tribuit gratiæ excitanti munus gratiæ discernentis posit. consentientem à non consentiente, ut sit primo discretiva, & pro priori seu independenter à grat. adiuvante Thomistica. Ex hoc probat gratiam excitantem esse potissimam relatè ad gratiam prædeterminantem in ratione gratiæ, quidquid sit; an sit potior illa in ratione causæ. Hac distinctione sibi videtur occurrere probationibus à me adductis tom. 4. dub. 14. fol. 244. ad suadendum semel admissa gratia prædeterminante, illam obtinere primatum relatè ad gratiam excitantem. Ait, inquam, me in his probation. solum considerare in gratia munus causæ; non vero munus gratiæ discernentis, & insuper munus auferentis duritiam cordis: cumque hæc munera primo, & principalius conveniant gratiæ excitanti, huic potissimè attribuenda sunt ferè omnia salutaria, quæ gratiæ prædeterminanti attribuunt Thom. Hinc appareret gravitas præsentis tractatus.

Tom. 4. q. 5. §. 3.

Arguit. 1. Gratia præparans bonam voluntatem adiuvandam est gratia præcedens saltim pro priori naturæ ipsam gratiam adiuvantem, quæ est gratia Thom. proindeque est gratia excitans sanctæ illuminationis, & affectionis. Sed talis gratia est primo discernens consentientem à non consentiente: ergò gratia excitans est gratia primo discretiva. Mai. constat, & min. probat. ex M.P. de Prædest. Sanct. cap. 6. ubi cum Massilienses docerent fideles discerni ab infidelibus per suum velle: *Volunt ergò isti credere, nolunt autem illi*, ait S.P. hoc esse verum de discretione 2. quæ fit per consensum, addit tamen; ultra hanc debere concedi aliam 1. discretionem præviam ad ipsum consensum: undè dicit: *Sed cum alijs præparetur voluntas à Domino alijs non, discernendum est quid veniat de misericordia eius, quid de iuditio*: Nota etiam; quod M.P. non dixit: *Sed cum Deus in alijs efficiat velle, in alijs non efficiat; discern. est &c.* ut volunt. Thom. ergò gratia præparans voluntatem, ut velit credere est gratia primo discernens. Confirm. ex eodem P. quæst. 2. ad Simplic. Ubi ait * in solutione illius elaborasse pro libero arbitrio, sed vicisse gratiam Dei perveniendo, & innitendo illis verbis Apost. *Quis enim te discernit*: ergò fatendum est M. Par. ibi pervenisse, invenisse, & egisse de gratia 1. discernente. Atqui ibi non aliam assignat, nisi vocationē impertitam adhuc infideli, ut crederet, de qua constat esse vocationem congruam: ergò huiusmodi vocatio est gratia primo discernens. Sed hæc in sancta illuminatione, & affectione consistit: ergò.

10 1. Argum

Confirm.

Arguit. 2. Illa gratia est primo discernens, vi cuius consensus salutaris non est hominis volentis, & currentis, sed Dei miserentis. Atqui hoc verificatur ratione vocationis congruæ, quæ est primus effectus Dei miserentis: ergò hæc est primo discretiva. Cumque illa in gratia excitanti consistat dicend. &c. Min. est M.P. ibi: *Est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis, qui hoc mo-*

11 2. Argum

de

do vocavit, quomodo aptum erat eis, qui sequuti sunt vocationem. In quibus describitur ratio vocationis congruæ. Ad idem faciunt alia verba, in quibus loquendo de sancta vocatione, & gratia excitanti contra positivè ad adiuvantem sic ait: *Non igitur ideò dictum esse putandum est, non volentis &c. quia nisi eius adiutorio adipisci non possumus quod volumus, sed ideò potius; quia nisi eius vocatione non volumus.* Ex his sic arg. Verba illa Apost. *Quis te discernit*, æquivalent illis; *non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*: ergò gratia illa, vi cuius potiori ratione verificatur non esse volentis, sed miserentis Dei, est gratia primo, sine potiori ratione discretiva. Sed iuxta supra adducta facta comparatione inter gratiam excitantem, & adiuvantem, propter illam potius dictum est *non volentis &c.* ergò est gratia, primo, & potis-
Confirm. simè discretiva. Confirm. ex eodem M. Par. de Prædest. Sanct. cap. 17. ubi distinguens inter prædestinationem electorum, & vocationem, qua Deus id, quod prædestinavit, implevit; ait, huiusmodi *vocationem esse secundum Dei propositum.* Hinc arg. illa gratia temporalis est primo discernens, qua Deus implevit id, quod ab æterno sua prædestinatione discernens, dare decrevit; sed huiusmodi est vocatio Dei secundum propositum, ut vidimus, constatque ex illo; *quos enim prædestinavit, hos, & vocavit*: ergò. Hinc obiter num. 21. formar contra me sequentem reflexionem pro primatu gratiæ excitantis. * Si enim gratia prædeterminans
Reflex. ad versus Primar. est præcipua in negotio prædestinationis; dicendum erit, quod Apost. docens Ecclesiam, & M. Par. pro Ecclesia pugnans contra Pelag. præcipuam omisserunt gratiam, qua Deus in tempore implet, quod ab æterno prædestinavit, & designantes gratiam temporalem expresserunt minus præcipuam. *

12 Arguit 3. à ratione. Gratia
Arguit 3. supponens discretionem factam non est primitus discretiva; sed sic se habet gratia adiuvans Thom. ergò. Probat. min. Gratia adiuvans Thomist. supponit voluntatem præparatam, per quam præparationem, ut vidimus ex M. Par. fit discretio, sed gratia præparans, quæ supponitur ad gratiam adiuvantem Thom. est gratia excitans: ergò. Confirm. ex D. Thom. quæst. 3. de Malo, art. 2. Confirm.
Ubi docet * motionem Dei primi moventis recipi in creatura iuxta dispositionem illius: undè si sit indebita dispositione ad recipiendam motionem primi moventis, sequitur actio perfecta, si autem non sit sequitur actio imperfecta. * Nunc sic. Gratia adiuvans est motio Dei prædeterminans ad velle sanctum; sed talis motio iuxta D. Thom. supponit voluntatem benè dispositam: ergò eam sic supponit gratia adiuvans. Sed talis dispositio debet provenire à gratia, ut est certum; aliunde illa nequit esse gratia communis omnibus; aliàs omnes essent rectè dispositi ad receptionem gratiæ adiuvantis: ergò est gratia præcedens specialis, & discretiva: ergò pro priori ad gratiam adiuvantem datur gratia primo discernens. Nota, ait, consonantiam doctrinæ M. P. & D. Thom. Nàm quod M. Par. appellavit præparationem voluntatis ad gratiam adiuvantem, vocat S. Doct. dispositionem bonam voluntatis ad recipiendam motionem 1. moventis.

Arguit. 4. Illa gratia est pri- 13
mo discretiva, quæ est prima in ordine gratiæ, & non est communis, sed specialis; sic constat ex M. Par. Arguit. 4.
de Prædest. Sanct. cap. 6. sed vocatio congrua est prima in ordine gratiæ relatè ad adiuvantem, & non est communis, sed specialis: cum iuxta S. P. quæst. 2. ad Simplic. Illi enim electi, qui congruenter vocati: ergò gratia excitans congruenter est gratia primo discretiva. 2. Prob. eadem min. Illa est gratia specialis quæ datur à Deo ex proposito miserendi; cum sit vocatio secundum propositum Dei: sed gratia excitans congruenter est huiusmodi: ergò. Confirm. 1. Gratia illa, quæ est prior gratia adiuvante, & intrinsecè, physicequè determinat voluntatem ad consensum salutarem, est primo discretiva; cum determinare physicè sit discernere. Sed talis est gratia Confir. 1.

ex-

excitans, ut alibi probatum est: ergò. 2. Illa gratia est primo discretiva, quæ stabilita est à SS.PP. & Conc. contra Pelag. & Semi-Pelag. sed hæc est gratia excitans: ergò. Probat. min. Illa gratia est stabilita à PP. & Concil. contra Pelag. &c. quæ nullam rationem supponit ex parte nostra, ut conferatur uni, & non alteri: Unus enim error Semi-Pelag. erat ponere rationem ex parte nostra ad talem collationem, nè Deus esset acceptor personarum. Sed sola gratia excitans est huiusmodi: Nàm gratia adiuvans supponit iuxta M. Par. gratiam præparantem, & iuxta S. Doct. rectam dispositionem: * ergò.

Secundo.

* Constat ex adductis.

§. III.

Occurritur motivis adductis.

14 GRatiam, per quam Deus præparat bonam hominis voluntatem in sensu Augustin. & non attenta purè apprehentione orta ex Grammaticali significatione; esse gratiam, qua Deus actu efficit, donat, & operatur in nobis velle bonum; & non solum quandam dispositionem ad illud; multis probavimus tom. 4. dub. 11. Attamen quia præd. Mag. sæpissimè utitur testim. adducto, ut probet gratiam excitantem prout antecedit gratiam adiuvantem (quæ iuxta ipsum est prædeterminans) ad velle, *esse potissimam in ratione gratiæ, & esse vocationem congruam, & insuper esse gratiam primodiscernentem, ac per hoc, omnia quæ Thom. tribuunt gratiæ prædetermin. potiori iure prædictæ gratiæ debere attribui*: nè dum opportunum, verum, & necessarium duxi caput citatum, in qno prædicta verba inveniuntur, pro meo posse exponere, & in humile obsequium tanti Par. illius Doctrinam solidè fundatam dare. Hoc non aliter fiet, nisi notando titulum capitis, in quo invenitur, discutiendo etiam de fine, quem ibi S.P. intendit; de errore ibi ab ipso confutato; & de rationibus, quibus pro tali confutatione innititur suffultis testimonijs Sacræ Scripturæ. Hac ratione, etsi impar ingenio, lætus agreditur, ut meo muneri satisfaciam; dum regulam certam, & securam investigandi mentē SS.PP. servare gestio, & non sola iucisione aliquorum verborum contentus.

Solvitur Prim. ex M. Par.

Titulus in marg. est: *Bona voluntas à Deo.* Initium autem est: *Item, nè quisquam, etsi non de operibus, de ipso glorietur libero arbitrio voluntatis, tanquam ab ipso incipiat meritum, cui tanquam debitum reddatur præmium, benè operandi ipsa libertas.* In his continetur error asserentium gratiam Dei requiri ad rectè operari, secus autem ad velle, sed hoc esse nobis ex nobis, & per illud mereri gratiam adiuvantem ad benè operari. In hoc errore fuit etiam Pelag. ut refert S. P. epist. ad Vitalem, dum ait quæst. inter ipsum: Et S. P. esse: *An detur nobis gratia, quia volumus: An etiam per ipsam Deus efficiat, ut velimus* Refert etiam pro tali errore lib. 2. contra 2. epist. Pelagian. cap. 8. eos qui dicebant *Deum adiuvare boni cupiditatem, studium virtutis, & bonum propositum.*

15 Exponit. Auth. M. Par.

Idem de grat. & lib arb. c. 14.

Hunc errorem reijcit sic: Iuxta Apost. gratiæ Prædicat. *Deus est, qui operatur in nobis velle, & operari pro bona voluntate.* Et item: *Igitur non volensis, neque currentis, sed miserentis est Dei*, quam prob. sic ad formam reduco. Id quod fit in nobis Deo operante illud, & miserente provenit ex gratia Dei; cum sit donum illius; sed sic se habet in nobis bona voluntas iuxtà Apost. ergò illa non est ex libero arbitrio, sed ex gratia Dei. Postea probat ex hoc ipso hominem non posse credere, sperare, diligere, nec ad Palmam supernæ vocationis pervenire, nisi per Dei gratiam sequenti discursu: *Nequit homo, si ratione utatur, credere, sperare, diligere &c. nisi velit, & nisi voluntate currat*: ergò si homo nequit velle sine gratia Dei; nequit credere &c. sine gratia illius. Prosequitur idem assumptum, & evasionem, qua Hæretici testim. Apost. ad Rom. 9. occurrunt; evidenter refutat. * Eatenus, & non alia ratione, verè dictum est non est volentis, sed miserentis Dei, quatenùs, & ipsa voluntas præparatur à Domino ut scriptum est: * ergò bona

16 Ad Philip 2. Ad Rom. 9.

Proverb. 8.

bona voluntas ex gratia Dei est. Antec. sic probat. *Si illud teneret verum, quia non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei; cum sola misericordia Dei non sufficiat implere, si non sit etiam voluntas hominis; cur non è contrario rectè dicitur, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis: quod nullus Christianus dicere audebit.* Ex quo infero 1. gratia formę: ergò eatenus, & non alia ratione, dictum est non volentis &c. nisi quia, & ipsa voluntas præparatur à Domino. Infero 2. ex M.P. restat ergò, ut propter ea dictum sit, *sed miserentis est Dei: ut totum detur Deo, qui hominis voluntatem bonam præparat adiuvandam, & adiuvat præparatam.* Quid autem significet per ly *totum*: constat intelligi, *& benè velle, & benè operari.* Postquæ subdit: *Bonam voluntatem præcedere plura Dei dona, sed ipsam non præcedere omnia; cum sit donum Dei, pro quo adducit divisionem gratiæ in prævenientem, & subsequentem.* Bona voluntas sequitur ad prævenientem, præcedit tamen subsequentem, & illius effectus; per quam fit, nè frustra homo velit, sed opere perficiat, quod vult.

17 Hac doctrina, & explicatione M. Par. suppositа constat 1. intentum illius esse probare non solum
Ponder. 1 benè operari, sed etiam bonam voluntatem illud imperantem, esse à Deo verè, & propriè efficiente, & per gratiam suam eam nobis donante. Hoc convincunt duo testim. ex Apost. adducta. Constat 2. Bis usum fuisse M.P. hac propositione *voluntas præparatur à Domino.* Attamen prima vice adducit prædictum testim. ut probet *ideo, & non alia ratione, velle *bonum esse Dei miserentis*, nisi
Robor. 2. quia a Deo præparatur: *Ex qua doctrina sic arguo: Si in hac præparatione non intelligitur à M. Par. nisi gratia excitans per quam dispositivè, & etiam, si velis, determinativè resistibiliter, causat bonam voluntatem, non tamen verè physicè effectivè operatur in nobis eam donando; falso, aut impropriè diceret M.Par. *Eatenus bonam voluntatem esse Dei miserentis, & à Deo operante in nobis velle: quia per gratiam excitantem præparatur à Domino*: Siquidem esset dicere: *Ideo bona voluntas est immediatè effectivè à Deo nobis illam reipsa donante, quia disponit ad illam, & ad eam resistibiliter determinat*: Non aliter, ac siquis diceret: *Ignis A. est verè, & propriè effectivè productus ab igne B. quia hic suo influxu producit calorem disponentem, & physicè determinantem materiam primam ad receptionem, & existentiam formæ ignis A.* Similiter impropriè quis allegeret *Deum eatenus effectivè iustificare animam, quia per gratiam suam propriori efficit actum charitatis physicè disponentem, estò ab intrinseco connexum cum infusione gratiæ*: ergò si &c.

Rursùs adductio prędicti testim. non foret satis opportuna eius divino ingenio, dum ultra non pro- 18
grederetur in probatione, sed po- Tertio.
tius retrocederet. Siquidem ex testimon. Apost. iam relinquit probatum bonam voluntatem esse à Deo operante illam, ut dicitur ad Philip. 2. in quo testim. fatetur Adversi. fieri sermonem de gratia effectiva: ergò si in illis verbis: *Quia præparatur volunt. à Domino* solum continetur gratia excitans, quæ dispositive, & determinativè, re tamen ipsa non efficit, nec operatur bonam voluntatem; vice probandi efficacius idem assumptum, illud probaret ex minori causalitate relinquendo locum: an ex hoc verificaretur cum omni proprietate bonam voluntatem esse donum Dei, non minus quam sit donum illius rectè, & honestè operari. Dum Alia pro-
autem secunda vice utitur hoc ver- posit. pon
bo *præparat*, ita illo utitur, ut sit con- der.
clusio illata ex probationibus antea adductis à M. P. constat hoc, dum ita ait: *Restat igitur, ut totum detur Deo; qui hominis bonam voluntatem præparat adiuvandam &c. idest, bona voluntas, & benè operari.* Sed hoc totum ita dan- Quid sig-
dum est iuxta probata à M.Par. ut sit nif. ly to-
verum, quod non est volentis, sed tum.
Dei miserentis; & quod Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere: ergò dum addit: *Qui præparat adiuvandam, & adiuvat præparatam* intelligi debet de præparatione per quam Deus gratia præven. donat nobis bonam voluntatem, & eam adiu-

vat

vat donando benè operari per gratiam subsequentem.

Hinc sequitur prædict. Mag.

19 tom. 4. quæst. 9. §. 3. non attigisse mentem M. Par. dum referens illa verba *qui bonam voluntatem præparat &c.* ait: * *Hic assignat duas gratias*, vi quarum consensus noster salutaris totaliter Deo tribuatur; scilicèt, gratiam præparantem voluntatem adiuvandam, & gratiam adiuvantem voluntatem præparatam. 1. Solum potest esse illuminatio, & inspiratio, quæ sunt gratia excitans,* non, inquam, attigit; nàm ly *totum* detur Deo, comprehendit bonam voluntatem, & benè operari, ut constat ex argum. M. Par. & ex errore, quem ibi confutat. Hic enim consistebat in eo quod bona volunt. erat ex lib. arb. benè vero operari ex Deo, & quia unum sine altero non proficiebat ad salutem; propter hoc dictum erat ab Apost. velle, & currere esse Dei miserentis. Quapropter iuxta doctrinam A. non duæ gratiæ, sed tres debent contineri in prædictis verbis, scilicèt; gratia excitans. Gratia prædeterminans operans velle, & simul ipsum velle, quod est prędeterminat. ad facere, ut sic totum detur Deo, & non partem Deo, scilicèt, benè agere, & partem creaturæ, scilicèt, benè velle. Ad id quod addit notando M. Par. non dixisse: *Sed cum Deus in alijs non efficiat &c.* Respond. 1. ex dictis: Nàm ex parte obiecti in sensu Augustini idem est præparare bonam voluntatem, ac eam donare.* 2. Quia S. Prosp. in Respons. ad excerptaGenuens. exponens dub. 3. verba M. Par. sic ait: *Sed cum illorum cor Deus apperuerit; discernendum est quid veniat de misericordia &c.* Gratia autem apperiens cor ad credendum est gratia, de qua verificatur: *Vobis datum est nosse mysterium Regni Cœlorum, illis autem non est datum.* Sic de Prædest. Sanct. cap. 20. & item: *Nemo venit ad me, nisi fuerit datum à Patre meo.*

Illatio ex dictis.

*Tom. 4. ubi supra.

Matth. 13

Ioann. 6.

Ad confirm. Resp. Verum esse

20 M. Par. illa quæst. designare vocationem, ut congruam esse discretivam consentientis à non consentiente; verum tamen restat probare vocationem sic acceptam non includere, & reddi congruam à gratia prædeterminante. Quod si dicatur id alibi esse probatum; Nos etiam dicimus oppositum in anteced. esse probatum. Hinc omnes probat. innitentes huic discursu. * Gratia primo discernens est vocatio, ut congrua: sed hæc habetur ante gratiam prædeterminant. esto sit necessario requisita, ut efficiat, & Deus operetur in nobis consensum salutarem: ergò. *Eadem ineffic. laborant. 2. Arg continet. 1. Gratiam discret. esse vocat. congruam: & quod ratione illius verificatur *quod non est volentis &c.* Ad quod Respond. hanc prob. esse inefficacem, nisi probetur vocationem, ut congruam ad velle non includere gratiam effective operantem ipsum velle: ut dictum reliquimus. Rursùs. Etsi à M. Par. ibi dicatur dictum esse propter vocationem congruam, *quod non est volentis &c.* etiam invenitur ab illo assertum fuisse dictum, * quia Deus operatur in nobis velle, & quia nemo venit ad Filium, nisi ei fuerit datum à Patre * atqui iuxta Adversi. in his expresse continetur gratia adiuvans efficiens in nobis velle: ergò. Maior est M. Par. epist. 107. ad Vitalem: *Quapropter, ut in Deum credamus, & pie vivamus, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: non quia velle non debemus, & currere; sed quia ipse in nobis, & velle operatur, & currere. Undè, & ipse Dominus credentes à non credentibus discernens.* * *Nemo, inquit, venit ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Quo nihil clarius pro intellig. prædicti testim. & insuper, quod iuxta S. P. gratia discernens est gratia donans credere in Christum, quod propriè fit per gratiam effectivam fidei. Nec est verum M. Par. in dicto lib. exposuisse prædictum textum uendo solo nomine *vocationis*: Quandoquidem prope finem illius, ubi totam doctr. antea traditam in favorem gratiæ Dei, & discretionis ab illa provenientis, quasi compendiosè redigit, sic ait: *Ideò dictum est non volentis &c. quia sine Deo movente, atque excitante, nec velle, nec currere possumus.* Ubi per

Ad conf.

Ad 2. arg. quoad 1. motivum cui innititur.

*

Ad Phil. 2

*

Ioann. 6.

*Nota.

ly

*Tom.3. q. 7. fol. 386.& q. 3.n 21.in fine.

ly *movente* iuxta Adverſ. intelligitur gratia adiuvans ab excitante diſtincta. *

Secundum,quod continet eſt probare*potiori ratione diſcretionē attribuendā eſſe gratiæ excitanti, ut contradiſtinctæ ab adiuvanti ; quia ob primam , & non ob ſecundam verificatur,*quod non eſt volentis &c.** Adhoc reſpondi tom.4. tract.deGratia excit. Dub.13. §.3. ubi aliqua adduxi pro intellig. Doctr.M. P. Mens illius adeò clara eſt, ut ex ſola lectione cuiuis mediocriter inſtructo pateat.*Certum eſt S.P. diſtinguere ibi vocationem ab adiutorio : ſed à quo adiutorio ? Ab Auguſtiniano, & Catholico? Abſit: ſed à Pelag. tuente Deum adiuvare volentem , deliderantem , *& habentem ſtudium virtutis , & bonum propoſitum* : ut refert S. P. lib. 2. contra 2. epiſt. Pelag. à cap. 7. Hinc S.Proſp. *Impiè voluntas humana Divinæ præfertur , ut ideo quis adiuvetur, quia vult , & non quia adiuvatur, velit.** Hoc etiam ſignificant illa verba : *Quia ſine eius adiutorio non poſſumus adipiſci , hoc eſt perficere, & operari , quod volumus.* Catholici autem dicunt: ideò dictum eſt non volentis &c.*Quia ſine Dei adiutorio nec velle poſſumus , nec adipiſci quod volumus*: quia opportet confiteri contra Pelag. adiutorium voluntatis , & actionis , ut benè velimus,& benè agamus : de quo M. Par. lib. de Gratia Chriſti. Hinc in forma diſtinguo: loquitur de gratia excitanti contrapoſitivè ad adiuvantem qualiter ponebatur à Pelag. aut Semi-Pelag. concedo : Ad adiuvantem Auguſtin. nego. Hæc enim includitur etiam in illis : *Quia niſi eius vocat non volumus.* Cum ſermo ſit de vocat. congrua. Notandum præf. Mag. tom.4.quæſt. 9. à num. 21. referre quandam reſponſ. à me primo datam in manu ſcriptis : quam acriter impugnat. Sed tamen adeo obſcure, & indigeſtam refert ; ut nec ego ſemel , atque iterum lecta, conceptum obiectivum formare queam. Undè merito dixi dub.1.tract. n.7.intransferēdis manu ſcriptis plures errores committi; experientia , & labore id ipſum teſtificante. Attamen ibidem refert 2. me

Solvit. 2. motivum

*S Fulg. deIncarn & Grat. cap. 17.

* Epiſt.ad Auguſt.

21

expoſuiſſe M.Par.deVocatione congrua , quæ iuxta Thom. eſt talis à gratia prædeterm. Hæc enim mea, & vera ſunt. Contraquæ inſurgit* ſed ſi vocatio ſpecialis Auguſtiniana includit prædeterm. ad velle; curThomiſt. dicunt Doctr. M. Par.in ſcripto ad Simplic. eſſe minoris Authoritatis, quam ſcripta poſteriora. * Reſp. In primis hoc dictum non eſt contra ſolut. Deindè ſi aliqui ſunt, qui ex Sacra meaRelig.id dixerint ipſi viderint , ætatem habent, & reſpondeant pro ſe.

Confirmat. Nihil addit ſupra dicta:fatemur enim vocationem Dei ſecundum propoſitum eſſe gratiam diſcretivam : ſed quid illa includat, & à quo fit talis , hoc opus , hic labor. Thom. dicunt eſſe vocat. dicentem actu aliquid intrinſecè connexum cum actu ſalutari participatum ex propoſito efficaci Dei ; ita ut illa efficacia , quæ per eſſentiam in illo invenitur , ſit participata per gratiam Dei. Neque enim ob ſolum imperium ex illo dici valet talis; nàm etiam auxilia , ut ſufficientia ſic imperantur in electis; quin,qua talia dici valeant *vocatio ſecundum propoſitum.* Alijs omiſsis; dicimus illam ſic definiri à M. Par. *Qua homo fit credens ; qua prorſus agitur , & peragitur , ut homo credat.* Et quæſt. 21 ad Simplic. *Quæ eſt in nobis effectrix bonæ voluntatis ; qua mens applicatur ad fidem , & voluntas coniungitur cum velle credere.* In his enim ſignificatur efficacia effectiva donans actu, & faciens, ut velimus , & credamus , & ſolum diſpenſatur, cum volumus, & ſalutariter operamur. Quod ſi à terminis prædeſtinationis nolis recedere. Reſpond. illam eſſe gratiam primo diſcernentem, qua Deus implet, id quod ab æterno ſua prædeſtinatione diſcrevit: ſed quæ eſt proportionata,& per ſe exacta ab illa ; ſcilicèt , quæ ſit medium certum certitudine præſcientiæ , & cauſalitatis reſpectu actuum ſalutarium; ut conſtat ex definit. prædeſtinat. iuxta M. Par. & D. Thom. 1.p. quæſt.23. art. 3. & quæſt. 6. de Verit. art. 4. media autem ſic certa non ſalvantur in gratia excitanti ; vel quia concurrit

22

Ad confirm.

2. Reſp.

mo-

moraliter, & dispositivè; vel quia estò determinet ad actus salutares; non tamen certo, sed fallibiliter, & cum potestate, ut voluntas ei resistat: quod longè distat à certitudine causalitatis, & ordinis, prout difert à certitudine solius præscientiæ. Ex his constat ad reflexionem contra me adductam. Esset enim efficax, si in vocatione, ut describitur à M. P. & Apost. non contineretur gratia ab intrinseco efficax. Videatur S. Doct. in exposit. ad illud: *Quos prædestinavit &c.* ad Rom. 8. lect. 6.

23 Ad 3. Respond. neg. min. vel distinguo: Gratia adiuvans, ut velimus, neg. min. Gratia adiuvans, ut faciamus, conc. min. & neg. conseq. Deus enim non solum est adiutor, ut faciamus, sed etiam ut velimus: de quo latè tom. 4. dub. 2. Ob hanc rationem salvatur Doctr. M. Par. lib. de Gratia Christi: ubi contra Pelag. probat ultra adiutorium possibilitatis debere poni adiutorium voluntatis, & actionis. Utraque gratia est iuxta Thomist. prædeterminans, & in aliqua motione intrinseca volunt. prævia ad actum prædeterminatum consistens. Prima dicitur præveniens, & strictè operans; secunda subseq. & cooperans, de quo latè tomo citato in proprijs tract. Discretio autem prima provenit à gratia adiuvante, & operante velle. Hinc ad probat min. dicendum gratiam adiuvantem ad facere supponere voluntatem præparatam ad velle, sed tamen præparatione accepta in sensu Augustin. quæ ut diximus consistit in gratia præveniente, per quam fit, ut benè velimus. Quare esto etiam gratia adiuvans supponat præparationem voluntatis, sumpta præparatione pro aliqua dispositione; hæc tamen non est illa, quæ habetur Proverb. 8. & ideo ob in connexionem intrinsecam cum velle non est gratia discretiva.

Solvit. 3. argum.

24 Ad confirm. diximus tract. 1. dub. 6. n. 71. quid intelligat S. D. nomine debitæ dispositionis ad recipiendam motionem primi moventis; consistit enim in eo quod intellectus actu consideret regulam rationis, & legis Divinæ; defectus autem huius dispositionis est actu non attendere, & eam non considerare: cuius defectus, ut ait ibi S. D. non est assignare aliquam causam, sed sufficit libertas voluntatis ad uti, vel non uti. Hæc autem dispositio; quam affinitatem habet cum gratia excitante, prout dicit illuminationem Spiritus Sancti, & sanctam affectionem attemperatam subiecto, ut salutariter consentiat? Et quidem mihi valdè mirandum est, quod velit SS. iste Magist. quæst. adeo sublimem, ubi agitur de concordia efficaciæ gratiæ ab intrinseco ei convenienti iuxta ipsum, & de discretione intrinseca prævia per gratiam ante omnem nostrum liberum consensum, exagitari, & resolvi Doctrina Angelica, ubi nec restim. PP. nec Conc. referuntur, ut cum perfecta cognitione causæ sententiam proferat, in articulo ubi inquirit: *An Deus sit causa actionis peccati, inquam actio est?* Numquid in quæst. 1. part. ubi agit de prædestinatione; de efficacia voluntatis Divinæ; de eius Provid. & 12. ubi agit de gratia actuali &c. non erat opportunum difficultatem præiactam tractare, & resolvere?

Ad confirm.

25 Ulterius. Si debita dispositio præcedens ad recipiendam motionem primi moventis est iuxta S. Doct. actualis consideratio ad regulam rationis; dispositio præcedens ad receptionem gratiæ adiuvantis ad actus salutares erit actualis superna consideratio, sive illuminatio Spiritus Sanct. ut videtur innegabile in vi conseq. Si ergò iuxta Arguentem, hæc est gratia prima discretiva, & cui potiori ratione omnia salutatia tribuuntur: hæc omnia dicentur de actuali consideratione. Nunc sic. Sed hæc iuxta Arguentem solum extrinsecè, moraliter obiectivè, & indirectè causat, & donat actus salutares: qua igitur ratione erit gratia primo, & principaliter discretiva? Fatemur enim ad rectitudinem volitionis per tendentiam in bonum honestum tam naturale, quam supernaturale, præcedere rectam considerationem legis Divinæ; cum rectificatio voluntatis ex rectificatione intellectus dependeat.

Nota, quod si gratia adiuvans ad velle est operat. increata Dei; quomodo recipitur in mobili ut ait S. Doct?

Sic sentit de sanct. illumin.

Fa-

Fatemur etiã, quod ad actus voluntatis elicitos post 1. instans; talis recta actualis cõsideratio est etiam in potestate voluntatis, quatenus potest movere intellectum ad sic considerandum. Sic S. D. 3. cõtrag. c. 10. quapropter 1. in executione incipit discretio à gratia, qua Deus movet voluntatem, ut applicet intellectum ad considerandum regulã rationis. Verumtamen: cum illa non sit intrinsece determinans voluntatem ad bene velle, nec ab intrinseco donãs illud, sed solum quasi necessitans disiunctive, ut si manet in tali actuali attentione, vel nõ operetur, vel rectè operetur: non est gratia discretiva in sẽsu proprio, & à SS. PP. intento. Hæc explicari valent exemplo artificis actu tenentis, & adhibentis regulam ad scindẽdũ, quo quæst. citata de malo, utitur ipse S. D. Quod si velit aliquam discretionem tribuere actuali considerationi legis divinę: illa erit obiectiva per modum mensuræ, & quæ nõ sortitur effectum, nisi ad iũcta gratia efficaci determinante voluntatem, ut illa utatur.

26 Hanc solutionem refert tom. 4. q. 6. §. 2. eamque impugnat num. 19. ut insufficientem 1. si Deus iuxta S. D. attendit dispositionem, ut illam moveat ad operandum? cur etiam non attendit dispositionem: intellectus, ut istum moveat ad considerandum, & voluntatem ad attendendum? 2. Eo malitia secuta ex actu peccati non tribuitur Deo iuxta S. D. quia movens ad actum movet iuxta pravam dispositionem volunt: ergò ut malitia secuta ex defectu considerationis, & attentionis ad regulam rationis, non tribuatur Deo; denegatio gratiæ ad sic considerandum debet poni iuxta pravam dispositionem creaturæ. Sed hæc non fuit in Angelo, & Adamo: ergò vel non subsistit doctrina S. D. vel malitia primi peccati Angelorum imputabitur Deo.

Impugn. solut: data in M. Manso. 1.

Secundò.

27 Ad 1. respond. 1. Illam militare contra D. Tho. qui designans causã, ut deficiente actuali consideratione legis divinæ aliunde existenti in potestate voluntatis, ut motio Dei solum determinet ad entitatem actus, non vero ad eius malitiam, non designavit causam, cur Deus non moveat intellectum semper ad actualem considerationem, & attentionem etiam ex parte voluntatis. Respond. 2. quod cum motio, de qua loquitur S. D. ibi, sit à Deo ut 1. movente omnes causas secundas ad operandum motione dispensata non secundum necessitatem, sed secundum suæ providentiæ rationem (ut docet S. D. 1. 2. q. 109. ar. 1.) proindeque de motione supponente in causis, quas movet, & applicat, quidquid ex parte virtutis, & sufficientiæ in eis præsupponitur ad operandum; in distributione prædictæ motionis, Deus solum attendit secundum suavitatem suæ providentiæ id, quod ex parte actus 1. ut potentis proximè exire in operationem reperitur. Quare si agens liberum sit in actuali consideratione regulæ rationis, & secundum intellectum rectificatum; motio Dei producet in voluntate operationem perfectam moraliter: si autem prædictum agens cum oppositis defectibus inveniatur (qui quidem iuxta D. Th. pro illo signo sunt purè negativi) tunc motio Dei, ut causæ universalis, habebit pro effectu entitatem actionis, non vero defectum illius. Hinc constat arguentem in sui interrogatione non regulari doctrina præfixa à S. D. siquidem quærit de ratione, & causa pertinenti ad 1. quasi radicem, *undè proveniat, quod Deus sciens rectitudinem actus debere incipere à recta consideratione practica ex parte intellectus, & à motione voluntatis, vi quarum sit causa potens proximè, & immediatè reduci ad velle honestum, non sic ipsam agendo præveniat? *Nobis enim sufficit pro nostro captu causas proximas defectibiles attendere pro intelligenda rectitudine, & suavitate gubernationis divinæ; & non ultra progredi quærendo rationem pro omnibus.

Impugnat S. D.

Resp. 2.

Curiosa interrogatio.

28 Ad 2. Resp. 1. Falso attribui D. Thom. quod ideò iuxta ipsum ibi *Deo non attribuitur malitia

Ad 1. impugnat. resp. duplic.

Ad secundam resp. 1.

tia reperta in actu peccati, quia movet iuxta pravam dispositionem voluntatis * cum sit expressum in S. D. defectum actualis considerationis,& actualis attentionis exparte voluntatis, priusquam procedat ad velle, & operari; esse defectum pure negativum, & solum ex ipsa applicatione ad operandum reddi pravum,& culpabilem,quia pro tunc tenebatur actu considerare, & attendere.* Hæc sunt clara in S.D.& alibi fusse à Tho mistis elucidantur : quare si ex lapsu calami alicubi affirmat me dixisse: *Motionem ad entitatem peccati supponere pro priori dispositionem pravã ex parte intellectus, vel ex parte voluntatis, falso affirmat.* Resp.2. talem malitiam secutam ad defectum considerationis, & attentionis, sive ut loquitur S.D.ad nõ uti regula rationis sequi ad illa indivisibiliter, & ut sũt unicum principiũ, ex quo oritur defectus malitiæ:* voluntas enim tendens in bonum commutabile sine adhibitione,& directione regulæ rationis est causa peccati quo ad illius inordinationem. *Sic S.D.1.2.q.75. a.1.& 2.quare sine causa vult distinguere inter unum, & alterum defectum, ut quilibet seorsum præcedat ad actum peccati.

Resp. 2.

29 Ad 4.arg. Resp. 1. gratiam discretivam esse gratiam primam, non utcumque, scilicet, ordine executionis, aut dispositionis ; sed primam ordine causalitatis operantis, & donantis ipsam discretionem formalem in consensu libero consistentẽ. Licet autem gratia excitans sit 1.ordine executionis &c. non tamen ordine operantis, & donantis liberum consensum : cum gratia adiuvans iuxta arguentem sic activa donatio, & efficax productio illius ; undè iuxta illũ nequit ex hoc capite esse 1. discretiva. Addit tamen esse *gratiam specialem.*Ad quod dicimus gratiam discretivam esse specialem,non pure extrinsece ex imperio alicuius providentiæ specialis;hoc enim modo etiam auxilia indifferentia sunt in electis ex intentione gloriæ, & consensus à Deo præparata.Undè debet esse gratia specialis intrinsece. Gratia excitans pro priori ad gratiam prædeterminantem secundum sibi intrinseca non est specialis;cum quo ad sui esse, & intentionem,possit dari subiecto non elicienti liberũ consensum, ut cõstat ex dictis:& ut omnia complectamur, in ea quo ad sibi intrinseca nihil datur connexum infallibiliter cum tali consensu. Deindè. Non quæcũque specialitas gratiæ constituit gratiam discretivam, sed specialitas donantis,& actu operãtis consensum positivum,quo formaliter discernitur consentiens à nõ consentiẽte. Hoc autem est munus proprium gratiæ prædeterm: quàm arguens acriter propugnat.

Solut. ad quartum.

Ad id quod additur.

30 Explicatur hoc 1.in victoria gravis tentationis ex honesto motivo naturali. Ad illam enim duplex gratia præcedit, una ex parte intellectus proponentis bonum honestum maiori vivacitate,quam proponatur bonum delectabile:alia vero ex parte voluntatis,per quam Deus immediatẽ effective movet illam ad actum honestum. Utraque est specialis : attamen, quæ vere & propriè discernit vincentem à non vincẽte,non est 1.sed 2.quia hæc est,quæ vere effective, & per intrinsecam connexionẽ donat victoriam.Quare 1. dici poterit discretiva initiative,non vero actu, & strictè talis. 2. exemplum habetur in iustificatione impij, quæ quidem etiam fit à Deo discernente per gratiam suam, ab illo,qui non se iustificat. Verumquidem est in 1.casu Deum dare gratiam specialem; tũ ad actũ charitatis disponentis ad gratiã sanctificantem, tum gratiam specialem in ipsa gratiæ infusione consistentem. Pone ergò aliquem propugnantem gratiam discretivã propriè,&principaliter inter hominẽ iustificatũ, & non iustificatũ,consistere in gratia,qua movit voluntatem, ut eliceret actũ charitatis,* quia nimirum illa est gratia specialis, & quæ solum iustificandis dispensatur:addo etiam talẽ actum ex natura rei connecti cum infusione gratiæ, ut communiter tuentur Thom.*(quę cõnexio deficit gratiæ excitanti) quis dubiter de ineffieacia huius argumẽti? Non enim quæcũque specialitas gratiæ,estò intrinseca,sufficit,sed specia

Robor. solut. exẽplis 1.

Secundò.

In-

litate donãtis,&facientis hominẽ ex iniusto iustũ,ex inimico Dei amicũ. Hoc autẽ propriũ est gratiæ iustificationis ut à Deo illãinfundente,quare ob illã gratiã ratione tamen connexionis erit exordium discretionis, non tamẽ principalis causa eiusdem.

31 Inquires. Unde constat gratiam 1. & principaliter discernentẽ debere speciale esse non utcunque *sed donando re ipsa, & efficiendo* consensum, qui est discretio formalis?

Resp. Respondeo sic edoceri à M. P. de Præd.SS.c.5. ubi probat discretionẽ præviam ad actus salutares debere provenire à gratia Dei, his verbis: *Quid autem habes, quod non accepisti? A quo, nisi ab illo, quite discernit ab alio, cui non donavit, quod donavit tibi?* Et epist.107. ad vital. postquam dixit ideo dictum esse *non volentis &c. quia Deus operatur in nobis & velle & currere.* Subdit. *Unde, & ipse Dominus credentes à non credentibus discernens; nemo, inquit, venit ad me, nisi ei fuerit datum à Patre meo*: & lib. 2.cõtr.2.epist.Pelag.c.7.*Ille discernit, qui, unde discernantur, impertit.* Ex his constat iuxta M. P. gratiam discernentem esse gratiam *donantem, dantem,& impertientem, & operantem* id, per quod formaliter discernitur consentiens à nõ consentiẽte. Nunc autem rogo; cuinam gratiæ convenit proprie *donare, operari, impertiri, dare consensum*? utique gratiæ adiuvanti, & prædeterm: ad illum? cum in hoc essentia illius constat. Et in opinione arguentis ponentis illam in operatione in creata Dei operante, efficiente, impertiente & dante consensum salutarem consistere; clarius apparet: cum munera supra descripta, à gratia prædeterm: solum differant ut *Marcus*, & *Tullius*. Hæc dicta sunt admisso etiam esse gratiã specialem gratiam excitantem: quòd ex dictis constat esse falsũ. Et sensũ, in quo subsistit dictum à M. P. de Præd.SS.c.5. *Gratiam discernentem nõ esse communem bonis, & malis.*

Inquires. Ad Rom. 8. Quid sit grat: discern: iuxta M.P.? Urgetur contra Adverſ.

32 Ex his ad 1.prob.disting.illa gratia est speciale &c.quę datur ex proposito miser. per se & ab intrinseco connexa cum tali proposito concedo mai: non sic connexa,neg.mai.in gratia excitanti quo ad omnia sibi ab intrinseco convenientia similis exigentia,aut connexio non datur,aliàs iuxta arg: destrueret libertatem: datur autem in gratia prædeterm: ideòque dicitur intrinsece specialis. Ad aliam probat.desumptam ex determinatione physica. Resp.(illam omittendo pro nunc) maiorem esse veram determinatione connexa, & donante, sive vere operante per se, & ratione sui discretionem formalẽ; secus vero,si,hæc certò nõ donet, & egeat,tũ decreto efficaci,cũquo non connectitur per se; tum determinatione voluntatis saltim indirectè faciente, ut illa sortiatur effectum discretionis formalis, ut ipse arg: tuetur:solus enim prædictũ Deus discernit,nec ullatenus pendet quoad munus à voluntate creata. Ad ult.Resp. 1.Gratiam discretivam defensatam à M.P. contra Semipel. requirere ut ad illam ex parte nostra nulla ratio detur; verumtamen hoc non sufficit, sed debet habere munera supra recensita pro discretione. Constat enim gratiam ut sufficientem, nullũ rationem ex parte nostra supponere; attamen,quia alia prædicata pro discretione exacta non habet, non est gratia discernens consentientem. Hinc ad min.prob. disting.mai. quæ nullam rationem &c. & simul est gratia donans, & operans consensum, conc.mai. si non sit huiusmodi, neg.mai.solutio constat ex dictis, & per eam occurritur argum: ea parte qua intendit probare gratiam excit: esse 1.discernentem. Sed quia etiam intendit probare partem negativam pro gratia adiuvante Thomist.

Ad aliam. Ad ult.

33 Resp.2. probationem procedere ex non fideli relatione erroris Semipelag. hi enim asserebant ex parte nostra præcedere aliquos affectus liberos, estò imperfectos, & sine gratia Dei elicitos, quibus positis Deus sua gratia adiuvabat nostrãvolũtatẽ. In re adeo clara sufficit Auth.Conc. Arausic. c. 6. sic aientis contra illos: *Siquis sine gratia Dei credentibus, volentibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus, nobis misericordiã dicit conferi divinitus &c. resis-*

Alia respons.

Ad 1.probat arg.

tit Apost. dicēti: quid habes, quod non accepisti, &: gratia Dei sum id, quod sum. En rationem quā ponebant, ad gratiā Dei, & quā P. Aug. negabat. Fatentur Thomistæ gratiam adiuvantem supponere gratiam sufficientem, & etiam excitantem; cum munus illius sit determinare voluntatem gratia prævenţam, ut velit, petat, conetu desideret &c. Sed etiam de tali gratia quam supponūt, asserūt, quod nōsit ànobis, sed exDeo nullam rationem exparte nostra supponens. Hæc mihi sunt clarissima.

34 Sed dices: iuxta sæpè à nobis dicta, gratia adiuvans voluntatem, & donans velle, supponit tamquam dispositionem gratiam efficacem, ut intellectus actu consideret, & voluntas actu attendat ad regulam rationis: quæ exercitia, ut vidimus ex D. Thom. sunt nobis libera: ergò talis gratia iuxta Thom. supponit etiam aliquam rationem ex parte nostra. Resp. ex dictis, hanc dispositionem non esse illam, quam ponebant Semipel. tum quia non est aliquis affectus voluntatis volentis, desiderantis &c. Tum quia non est ante omnem gratiam adiuvantem, sed sequitur ad illam qua Deus facit, ut intellectus consideret. Quare estò sint duæ gratiæ adiuvantes inter se ordinatæ, prima non est actu discernens. Tum quia in connexa. Tum quia non donat immediatè effective bene velle, & salutariter consentire. Hæc satis ostendunt argum: inefficaciam. Si tamen in illo addatur illa vox: *Vocatio congrua, excitatio congrua.* Iam diximus illam prout sic formaliter sumptam esse discretivam, verum tamen prout sic est talis à gratia prædeterm: adiuncta.

Instabis.

Respond.

Nota.

35 Omittimus testim: quod adducit ex M. P. de Prædest. SS. cap. 9. quia illud non invenitur loco citato sed lib. *Prædestinat: Dei*; quòd dicitur esse suspecti Authoris. Quod etiā cernitur in testim: relato, dū ait: *Vocati autem, atque illuminati, * vias mandatorum eius, rationis ingenitæ intelligentia noscceremus* * nota ly *ingenitæ.* Cum iuxta Milevitan. cap. 4. *Utrumque Dei Donum est, scire, quid facere debeamus, & diligere ut faciamus.* Sed omitti non debet responsio, quā prębet argum: probanti cum æquali vocatione unum hominē non posse consentire negative altero dissentiente; *quia tunc casus unus melius uteretur gratia, quam alter: qui melior usus nequit esse à gratia recepta, cum sit æqualis, & sic posset gloriari de illo*: ait enim num. 17. in fine * poterat negari suppositum: quia usus dicit exercitium positivum, & consensus negativus non est exercitium positivum libertatis nostræ, sed passivum: undè non est propriè usus. * Nunc sic. Si non est propriè usus: cur contendit pro are talem bonū usū ex illo Math. 13.? *de hoc egi tomo 4. dub. ultimo. Ubi totum pondus probationis est suadere iuxta Sacram Scriptur: hominem bene ut entem auxiliis gratiæ vocationis, illuminationis &c. accipere à Deo gratiam adiuvantem, sive prædeterm: ut bene velit, & bene operetur: & hoc esse Dogma Theologicum.* An, rogo, hoc adstruendū est pro locutione impropria, & pro qua, dum tale Dogma propugnatur, negandum est suppositum in illius positione? Ut quid ad probandum consensum negativum antecedere grat: Prædeterm: longissimam construit disp. sub hoc titulo: *quisnam sit usus gratiæ sufficientis?*

Solut. præd. M.

Loquitur ex animi sent: quia 2. solutione admittit esse usum.

36 Sed redeundo ad discretionem in dicto casu. Si voluntas non utitur gratia, quomodo se discernit secundo; estò primum discernens sit gratia vocationis, ut affirmat tom. 4. q. 7. num. 42. in fine: & ibidem num. 33. ad 5.? Ratio est: quia voluntatem se discernere estò 2. & minus principal: aut est illāse discernere in sensu proprio, aut improprio? Si 2. ad quid tàm longa concertatio? Si 1. voluntatem consentientem vere se discernere est verè se determinare, ut videtur certum. Sed si purè passive se habet, non vere se determinat: ergò nec vere se discernit adhùc 2. & minus principaliter. Rursus. Si consensus negativus sub ratione discretionis formalis, & in actu 2. à non consentiente, est purè passive in voluntate, quomodo se discernit? Nàm illa par-

Non salvat discretionem.


particula *se* applicata ad ly *discernit* non significat purum pati, cum sit verbum activum. Ex his infertur discrimen assignatum supra num. 1. ut cum æquali vocatione possit unus consentire negativè, & alter dissentire; non vero cum æquali auxilio possit unus consentire positive, alter vero non sic convenire; * quia nimirum; cum respectu consensus negativi voluntas pure passive se habeat, solum infertur in dicto casu Deum eam facere meliorem, & ipsam discernere à voluntate dissentiente. Ratio 2. est: quia ad omnem actum positivum salutarem requiritur gratia prædeterm: qua gratia caret ille, qui non convertitur; undè pro tali distinctione datur inæqualitas auxiliorum.* Constat, inquam, non satisfacere. Siquidem, quamvis discretio negativè assentientis à dissentiente sit 1. à Deo, est tamen 2. & minus principaliter ab ipsa voluntate, ut expressis verbis tuetur. In quo nihil speciale asserit relatè ad discretionem per actum positivum; cum hæc solum sit 2. & minus principaliter à voluntate adiuta per gratiam. Quapropter in dicto casu non solum Deus illam meliorem faceret; sed etiam ipsa 2. & minus principaliter sic se ipsam redderet, in eo sensu, in quo etiam modo dicto se discernit. Nunc autem urget difficultas; qualiter 2. & minus principaliter se reddit meliorem, si nihil speciale habet præ alterius voluntate, ad talem melioritatē? Idem dicimus de Deo 1. discernente. Quomodo discernit per gratiam æqualem, aut quomodo meliorem facit, & non per aliquid, quod in se sit melius? Si recurras ad imperium ex proposito miserendi; hoc est quid extrinsecum vocationi; proindeque illam in se non immutans, nec in se perfectiorem reddens, quare causalitas illius nequit immutari; sicuti non immutatur quo ad suum esse. Deindè estò verum sit, & tueatur, quòd ad omnē actum salutarem præ requiratur gratia prædeterminans; hoc inquam, non sufficit pro communi sensu AA. prædeterm: sed oportet illam probare, & statuere ex titulo gratię discernentis.

Et hæc de hoc dubio applicand. litt. Mag. ubi præcedens.

Discrim. Advers.

Reijcitur

Agēs manēs idem semper facit idem.



DUBIUM VI.

APPENDIX,

IN QVO A NOBIS DICTA PRO gratia prædeterm: firmantur, & à novis impugnationib: liberantur?

§. I.

QVÆNAM SIT GRATIA PRIMITUS AUFERENS DURITIAM cordis iuxta M. P.?

N. 1 ILLAM esse gratiam strictè adiuvantem, & immediatè præ operantem in nobis bonam voluntat: probavi tom. 4. dub. 1. fol. 335. Et insuper in præs. tract. dub. 2. ubi aliqua addidimus pro eodem assumpto. Verum tamen, quia Mag. sæpè citat insistit dicēs talē gratiam esse excitantem: licet argumenta ad hoc probandum ex dictis sufficientisimè solvi valeant, placet tamen ea distinctè proponere. Suppono 1. ly *primitus* significare idem, ac *per prius*, sive *primordialiter*. Imò iuxta locutionē M.P. significat etiam idem *ac principaliter*, *& principalissime*: sic lib. 83. qq. q. 51. *Deus primitus est: primitus, & prime vivit, primitus est bonus.* Suppono 2. D. Thom. opusc. 17. ubi supra citato sic legere: *ut duritia cordis penitus auferatur*; fortasis, quia sic erat in codicibus sui temporis, vel ad explicandam energiam gratiæ, & rigorem illius vocis *auferatur*. Nō enim aliquid vērè auferri dicitur per solā dispositionem ad illius defectum; sed per formalem defectum illius. Hac ratione dispositiones ad gratiam remissivam peccati non dicuntur auferre peccatum, est enim illius ablatio, destructio, & remissio, effectus formalis secundarius gratiæ. Hinc exclusa manet oppinio asserens ablationē duritiæ cordis, de qua M. P. attribui gratiæ excitanti; quia disponit ad actum liberum, quo formaliter illa auferetur. Nàm tunc ly *primitus* accipitur impropriè pro illo quòd est *prius* in executione, licet ratione sui non conectatur, nec re ipsa auferat duritiam. Rursus: Nàm ly *primitus*, ut accipitur à D. Tho. talem expositionem non admittit cum non sit penitus.

Primasup positio.

Secunda, & prob.

Tertiò supponendum Cor lapideum, cuius duritiam iuxta M. P. aufert gratia, quæ occultè humanis infunditur, significare *durissimam voluntatem, & adversus Deum omnino inflexibilem*: ita de grat: & lib. arb. cap. 14. *Ubi enim præcedit bona voluntas, iam non est cor utique lapideum.* Et quamvis non videatur hæc verba posse accommodari omnibus peccatoribus, quos Deus convertit; attenta tamen malitia peccati, & privatione virtutum, & donorum, per quæ possēt exire àpeccato, rectè omnibus accommodantur, cum iuxta S. D. 1. 2. q. 87. 3. *Inordinatio peccati læthalis est de se aterna, & de se irreparabilis.* Suppono 4. M. P. pro huiusmodi ablatione duritiæ sæpè afferre testim: Ezec. c. 11. ubi dicitur: *Auferam à vobis cor lapideum, & da-*

2

Tertia, & prob.

Quarta, & prob.

dabo vobis cor carneum, & spiritum meum, ponam in medio vestrum, sic de Prædest.SS. cap.8. & de gratia, & liber.arb. cap. 14. ter illud refert, & cap.15.& cap.16. Observandum tamen in textu Ezech.quo utitur M.P. prius inveniri scriptum, quòd Deus donat nobis *cor novum spiritum novum, & cor carneum*; quam ablationē duritię cordis. Rursus notandum iuxta M.P. de gratia: & lib. arb.cap. 14. quòd etsi ablationē duritię cordis, operetur Deus per gratiam suam: sicuti etiam ad ipsius gratiam spectat dare nobis cor novum, & spiritum novum; attamen etiam homines iubentur facere sibi cor novum, & proijcere à se duritiam cordis: *Meminerimus*, inquit, ipsum dicere: *facite vobis cor novum, & spiritum novum; qui etiã dicit: Dabo vobis cor novum, & spiritum novum dabo in vobis. Quare iubet, si ipse facturus est? nisi quia dat quod iubet, cum adiuvat, ut faciat cui iubet.*

Quarta, & prob.

5. Supponendum. Non esse idem gratiam Dei emollire cor durum, ac auferre duritiam illius in voluntate obstinata consistentem. Ad 1. sufficit disponere ad ablationem duritię. 2. vero dicit non esse illius. Patet hoc in qualibet gutta cavante lapidem; siquidem quælibet emollit duritiam illius; attamen hęc non aufertur, nisi per ultimam in virtute præcedentium illam destruētē. Ratio etiam assignari valet, eo quòd ly *emollit* significat aliquid per modum motus; ideoque per modum vię, & dispositionis; *auferre* autem significat per modum mutationis. Unde solumquando verificatur *nunc non est, & antea erat*, dicitur dari illius ablationem. Hinc de gratia excitanti per varios affectus subitos, non verificatur propriè, & actu dare *cor molle*. Ratio est, Nàm nomine cordis intelligitur voluntas libera, quę talis dicitur; quia est primum principium in suo ordine operationum humanorum, sicuti cor est principium omnium motuum vitalium. Quare cor molle in sensu sano, & Augustin: est *cor obediens, cor devotum, cor docile, cor rectum, quia ad superna erectum, cor paratum ad omnia, quæ ad Dei cultum, & pietatem spectant*, de quo S. P. ad illud Psal. 107. *Paratum cor meum*, & illud Psal.7. *Salvos facit rectos corde*. Quòd clarè constat in convers. Divi Pauli, dũ pros tratus in terra dixit: *Domine sine quid mevis facere. Ecce iam cor molle, docile, obediens &c.* Undè ad illud Psal.28. *Vox Domini conter entis cedros sic ait ideſt,* * *contritione cordis humilians superbos, conterens per pœnit entiam elatos nitore terrenæ nobilitatis.*

3

Quinta, & prob.

His notatis: dicimus 1.* Gratiã excitantem disponere ad ablationē duritię cordis, quatenus inclinat voluntatē, ut adveniente gratia Dei adiuvante, per quam Deus donat cor rectum, cor obediens in bona voluntate consistens; auferatur duritia: causaliter quidem per gratiam, formaliter vero per bonam voluntatem. * Cum enim hæc contrarietur duritię cordis, sive voluntati obtinatę, & repugnanti; nulla est ratio, ut ablatio duritię voluntatis non sit effectus formalis secundarius illius. Undè in physicis non datur exclusio unius formæ nisi ad alterius introductionem. Hoc enim, meo videri, expressè indicat ordo promissus in textu Ezechiel: ubi 1. ponitur: *Quod Deus dabit nobis cor carneũ, & spiritũ novum, & postea promittit ablationem cordis lapidei.* Et quidem si ante actum attritionis liberum, vel contritionis, iam est ablata duritia cordis, & repugnantia voluntatis; quæ præcessit, cur dicitur contritio, aut attritio? Confirm. Gratia excitans in subitis affectionibus consistens ratione sui non aufert duritiam cordis; patet hoc in omnibus peecatoribus excitatis à Deo ad conversionem, & non se convertentibus: Cuius cor manet induratum. Deindè nequit illam auferre, si accedat consensus negativus: Tum quia hic est nihil, & malum morale positive tale nequit nisi per positivam rectitudinē auferri. Tum quia cum homo teneatur auferre duritiã cordis, quia prava, dum omitteret consensum negativum vere actu, & propriè peccaret, quod negatur.

4

Primum assertum.

Prob.

Confirm.

Secundò. Dicimus 2. *Non rectè distinguere præf. M. inter duo seq: scilicet auferre duritiam cordis, & dare spiritum novum, &c. ut* 1. *conveniat gratię congruenter excitanti ratione sui, & ante gratiam adiuvantem; secundum vero conveniat ipsi simul cum gratia adiuvante.* Sic sentit tom. 3. fol. 359. Frob. 1. & tom. 4. fol. 482. Primò ex dictis; Nàm 1. ponitur in textu Ezech. Donatio cordis carnei, quam ablatio duritiæ cordis. 2. quia negari nequit tàm in physicis, quam in moralibus, quoties datur duplex forma contrarie & directe opposita, introductionē unius præcedere expulsionēm alterius (quamvis in genere causæ dispositivæ sit è converso, de quo alibi) undè habitus vitij non excluditur nisi per introductionē virtutis, nec aliqua dispositio prava ex uno, vel altero actu pravo causata, excluditur nisi per bonam dispositionem ex actu honesto de relictam. Negari autem non valet duritiam cordis propter repugnantiam ad credendum v. g. vel propter resistentiam voluntariam ad obediendum, vel ad iustè vivendum, vel ad ea, quæ ad Dei cultum pertinent, exequendum; directè opponi cum pia & prompta voluntate sive affectione libera ad credendum, & cum voluntate obediendi, & cum voluntate prompta iustè vivendi, & similiter colendi Deum: ergò ut similis duritia relicta in volūtate ex actibus pravis præcedentibus auferatur, necessariò per se loquendo præcedit ex parte Dei donare voluntatem liberam oppositam, cuius effectus secundarius sit ablatio duritiæ præcedentis.

6 Nec ob hoc negamus affectiones subitas etiam conducere dispositive: sed negamus talē ablationem Secundò. esse formaliter ab eis. Sicuti estò gratia sit, quæ unice aufert maculam peccati, non propter hoc non debēt præcedere ut dispositiones ad remissionem peccati plures actus liberi. Adest etiam ratio efficacissima. Talis enim duritia, utpotè prava moraliter, quia ex actibus pravis derelicta, causatur moraliter quoad sui permanentiam à voluntate, ut libera: à Deo enim conservari nequit. Quapropter, nisi ipsa voluntas ut libera est, eam retractet per affectionem ei oppositam permanet, & conservatur moraliter ab ipsa. Sed affectiones subitæ non spectant ad voluntatem ut liberam; & consensus negativus, qui subsequitur in se nihil est: ergò per illas nequit tolli formaliter duritia cordis inquacumque materia virtutis versetur. Si Explicat. namque devotio, humilitas, & recta affectio cordis, quæ ex actibus præcedentibus manet in illo, non amittitur per subitas pravas affectiones, quibus vehementer tentatur voluntas; nec ob hoc dicuntur indurare cor ad bona opera exequenda; cur dicendum duritiam pravam tolli per subitas estò cœlestes affectiones? Nec potest dici accedente dissensu negativo tolli Devotionē, & docilitatem, sine cordis rectitudinem. Nàm præterquamquod est nihil: cum talis rectitudo cordis sit bonum actu morale nequit auferri, nisi in pœnam peccati Deo suspendēte concursum conservativum illius. Ille autem dissensus est solum vialiter, sine dispositive malus, quia impedit gratiam adiuvantē ad rectè operandum.

§. II.

Occurritur aliquibus instantijs.

ALiquæ solutæ sunt tom. 4. dub. 1. de Potent. gratiæ: restat solvere alias, quæ de novo 7 adducit tom. 4. q. 9. Arguit 1. Si duritia cordis non auferretur ante gra- Arguitur tiam prædeterminantem per subitas 1. affectiones, gratia prædeterm: inveniret, *cor durum, & sic non dispositum ad receptionē talis gratiæ.* Sed hoc est contra D. Tho. q. 3. de malo ar. 2. ubi expressè docet *gratiā adiuvantē, quæ est motio efficax ad velle, supponere voluntatēbene dispositam:* ergò ante illam debet poni gratia tollens formaliter duritiam voluntatis. Ad hoc respondi in manu script. Solut: à gratiam prædeterminantē invenire me data cor durum pro instanti antecedenti; alibi. non tamen coniungi cum illo; sicuti de gratia iustificāte impium dici valet

let invenire hominẽ peccatorem; non quiacũ illo existat, sed quia in instanti antecedenti præcedit. Quod confirmari valet ex illo Matth. 12. ubi dicitur *Diabolum possidentem hominem recidivum post iustificationem invenire domum, ideſt animam illius, scopis mundatam* ; cum tamen per ingressum
8 omnis munditia auferatur.

Sed quia in min. argum. duo ponit arguens, scilicèt, *inventre cordurum, & sic non dispositum.* Post-
Non refert fideliter à me dicta. quam refert solutionem à me traditam: ait * sequelam admittit Primarius contra D. Thom. (ubi supra) *Quomodo enim de corde duro dici potest esse præparatum, & dispositum ad receptionem gratiæ prædeterm. ad actum salutarem?* * Primo falsum aperte est, me concedere sequelam. Nàm quantum ad primam partem, illam distinguo *de inventione duritię cordis coniuncta cum gratia prædetermin. & hoc est falsum: & de inventione pro instanti præcedent. exclusa tamen per gratiam; in quo sensu eam concedo. *Sicuti Arguens idem concedit de gratia excitanti; cum asserat illam auferre duritiam cordis, *quia invenit voluntatem contradicentem.* At vero quantum ad 2. partem, scilicèt, *non invenire cor dispositum*, si sermo sit de dispositione per gratiam excitantem; nec in mentem venit negare talem præparationem; cum potius gratiam moralem propugnem ante gratiam prædeterminantem, etiam si non præcesserit duritia cordis, ob munus disponendi voluntatem illam alliciendo, & inclinando, ut prorumpat in actus liberos salutares. Ex quibus patet falsitas in dicto. Ad interrogationem, quæ incipit: *Quomodo &c.* Dico 1. *Cor durum duritia coexistente gratiæ prædeterminanti* non
Respons. ad ea quę objcit in terrog. esse dispositum ad illius receptionem, quia hoc dictum est chymera. Dico 2. *Si sermo sit de duritia præcedente, & excluſſa per gratiam prædeterminantem, cor sic durum non est dispositum; quia durum, sed cum illius duritia stat dari affectionem moralem quibus ad gratiam, & ad benè vel'e disponatur.* Patet assimili in exemplo allato: peccator aversus à Deo non est dispositus ad receptionem gratiæ, si in illo solum consideretur peccatum; attamen cum peccato præcedenti optimè componitur disponi per actus salutares, ut gratiam iustificationis recipiat.

Quantum ad Auth. D. Thom. ob quam asserit * opponi eius Doctri-
9 næ negare auferri duritiam cordis per gratiam excitantem: * Dicimus nihil magis alienum à mente illius quam hoc proferre. Certum est S. Doct. ibi asserere motionem primi moventis (receptam in voluntate) producere operationem perfectam quando homo est in debita dispositione ad illius receptionem. Certum est etiam huiusmodi dispositionem consistere in eo, quod intellectus, qui est regula voluntatis præintelligatur cum actuali consideratione regulæ rationis, & legis Divinæ; ut sic voluntas rectè operetur. Ita S. Doct. Vide Ferrar. quæst. 1. de Malo, art. 3. & 3. contra Gent. cap. 110. quod expresse fatetur Carden. Bellarm. ex quo Arguens fundamentum pro sua opinione desumpsit. Certum est etiam talem actualem considerationem esse positivè in potestate voluntatis, quia movere potest intellectum ad considerandum; & etiam illam non esse formaliter delinea moris, nec ideò pro priori ad acceptationem voluntatis actu moraliter honestam. Ita S. Doct. loco citato de Malo, & ex contra Roborat solut. ex S. Doct. Gent. cum defectus actualis considerationis iuxta ipsum non sit moralis pro priori ad operationem voluntatis; nec sit privativus cadens sub debito; nisi dum voluntas ad operandum procedit. Sic enim vitatur inconveniens de eo, quod voluntas iuxta Doctr. Thom. peccet, antequam peccet. Ex his, quæ alibi notavimus, intulimus ibi hanc dispositionem longè dictare à consensu negativo, ut contendebat arguens. 1. Quia est actus positivus liber, & activè elicitus ab intellectu ex motione voluntatis. 2. Quia defectus considerationis non est dissensus voluntatis purè negativus. 3. Quia ad talem considerationem, utpotè actus positivus: debet præcedere alia gratia prædeterminans: cum illa sit donum Dei.

Mo-

10 Modo autem pro præsenti assumpto addimus; hanc Doctrinam nihil conducere, ut per gratiam excitantem auferatur duritia cordis. Si enim hæc stat in voluntate prius repugnante fidei, aut obedientiæ legis Divinæ; quomodo hæc potest excludi formaliter per actum considerationis legis Divinę, ut eam liberè amplectatur, vel ut fidem liberè acceptet? Exercitium unius potentię inclinans, & dirigens ad actum alterius potentię nequit formaliter, & pro priori auferre defectus intrinsecè in tali potentia existentes. Quis enim dicet pertinaciam inclusam in eo, qui non vult credere, & voluntatem obstinate adhęrentem rebus delectabilibus, ob quas est indurata; excludi hoc ipso, quod quis consideret legem Divinam, ut in suis electionibus ei conformetur; vel consideret motiva credibilitatis, ut non temere repugnet fidei? Cogitantes enim credimus; ait M. Par. de Prędest. Sanct. cap. 2. & quidem rectè cogitantes, & mature considerantes motiva ad credendum; (qui enim cito credit, levis est corde) attamen duritia, & pertinacia in voluntate prędcedens non auferetur nisi ipsa velit credere, & toto affectu fidem amplectatur. Si enim sufficeret cogitare esse credendum; cum hęc cogitatio non connectatur cum actu credere; posset quis prius infidelis expellere à se infidelitatem quantum ad pertinaciam, & duritiam iam contrariam, & insuper manere sine fide. Memini me dixisse * ex D. Thom. 1. 2. quęst. 109. art. 6. gratiam moventem liberum arbitrium non requirere aliam motionem: cum tamen iuxta immediatè dicta, etiam prędcedat aliqua motio Dei, tùm ad actualem considerationem; tùm etiam gratię excitantes moventes moraliter voluntatem ad liberum consens. * Adhoc dicimus Doctrinam D. Thom. intelligi de motione ad 1. actum liberum voluntatis completè acceptum, prout dicit in intellectu actualem considerationem; siquidem reputantur idem moraliter. Et quamvis etiam ad 1. actum liberum prędcedant gratię excit. non sunt in illo genere motionis, de quo S. Doct. loquitur. Fatemur etiam, quod sicut unus actus liber imperfectus disponit ad alium; etiam prędmotio ad illum potest disponere ad aliam prędmotionem: Attamen hoc est per accidens; quia Deus potuit ad actum perfectum prędmovere.

Additum pro effic. solut.

Nota.

11 Arguit. 2. Si per gratiam excitantem non aufertur duritia cordis, relinquit illam intactam: ergò non emollit, nec disponit ad gratiam adiuvantem. Aliter. Emollitio cordis fit per gratiam excitantem, sed cor molle non est cor durum: ergò per illam aufertur duritia cordis. Mai. probat. ex 5. propos. Quesnellij; quæ talis est: *Quando Deus non emollit cor per interiorem unctionem gratiæ suæ; exhortationes, & gratiæ exteriores non inserviunt, nisi ad illud magis obdurandum.* Per unctionem gratiæ intelligit gratiam intrinsecè efficacem, quam solam interiorem agnovit: ergò dicendum per gratiam excitantem fieri emollitionem cordis. Urget. 1. Cor, quod delectatur in bono, in iustitia, in veritate, non est cordurum. Sed sic se habet cor excitatum à Deo per subitas affectiones, ut docet sæpè M. Par. & D. Thom. super Ioann. cap. 6. lect. 5 ergò per eas aufertur duritia cordis. 2. Auferre duritiam cordis, & dare cor novum, sunt duo beneficia diversa, & separabilia; ut colligitur ex textu Ezech. & exposit. M. Par. ergò potest ablatio duritiæ cordis fieri per solam gratiam excitantem; & alterum per illam simul cum gratia adiuvanti. Explicat. Inter infidelitatem, & positivam fidelitatem, seu voluntatem credendi, datur medium, scilicèt, libera carentia infidelitatis: sicuti inter amorem, & odium: mediat libera carentia odij: ergò potest Deus donare talem liberam carentiam, quin donet fidem: ergò auferre infidelitatem, & donare fidem, sunt duo beneficia separabilia. Hinc facilè probat. per gratiam excitantem simul cum consensu negativo auferri duritiam cordis: Nam talis consensus est carentia resistentiæ Deo vocanti: ergò est carentia duritiæ, & obdurationis: ergò dum ille existit, da-

Arguit. 2.

Urget. 1.

Secundo.

Explicat.

datur talis carentia: ergò aufertur duritia cordis. Quare si Deus non adderet prædeterm. esset ablatio duritiæ absque corde novo; sed quia illam dat posito consensu negativo, ideo utrumque donat Deus, sed pro diverso signo.

12 Resp. Supposita distinct. inter incipere, & disponere ad mollitionem cordis, obedientiam, sive ad rectitudinem, & illius docilitatem (quia hæc ex parte obiecti sunt idem) & illam causare perficiendo, sive operando; negatur anteced. Idem dicimus de ablatione duritiæ, sive obstinationis, si sermo sit non de dispositione, sed de causa, ad cuius præsentiam deficit, & verificatur *iam non est duritia*. Quæ explicari valent in ablatione, aut remissione peccati relatè ad actus disponentes, & ad gratiam sanctificantem, qua formaliter remittitur. Nec illam duritiam relinquit intactam gratia excitans, estò eam non auferat; sufficit enim disponere ad illius desitionem, ut patet in dispositionibus tam in naturalibus; quã in moralibus ad remissione peccati; istæ enim aliquid agunt contactu virtutis; quamvis egeant alia causa, & forma pro destructionem formæ antecedentis. Undè illa propositio: *Emollitio, aut liquefactio cordis* fit per gratiam excitantem * distingui debet sic: fit dispositivè, concedo: fit consummate, nego. Propositio Quesnellij non est ad rem: quia in illa expresse dicitur * quod sine gratia efficaci, aliæ exteriores magis obdurant; * Nos autem hoc idem minimè affirmamus de gratia excitanti; sed potius disponere ad ablationem duritiæ; estò pro casu non collationis gratiæ ab intrinseco efficacis, cor maneat durum: durum duritia contracta ex actibus præcedentibus.

13 Ad 1. urgent. Ad 1. urg. disting. Si delectatur efficaciter, & liberè, conced. mai. si inefficaciter, & subito, neg. mai. vel iterum subdistinguo: si illa duritia sit etiam inefficax, aut subito causata, conced. mai. si sit voluntaria, & efficaciter resistens gratiæ, aut fidei adversaria, nego. Sicuti enim intentio voluntaria alicuius rei non aufertur per subitas affectiones in contrarium, nec eis retractatur; ita dicendum in præsenti. Constat hoc ex Evang. Lucæ cap. 24. ubi cum Christus Dominus loqueretur in via cum Discipulis, & explicaret Scripturas pro adventu suo, & gloria resurrectionis tertia die; fatebantur illi se ipsos sentire affectiones, & ardores voluntatis ad credendum; quo non obstante, quia ex illa affectione non liberè, resolutoriè, & efficaciter crediderunt: Eos increpavit dicens: *O stulti, & tardi corde ad credendum esse duritiã*. Ad 2. urg Resp. Eodem argumento probari remissionem peccati, & iustificationem positivam non fieri per gratiam habitualem; ut videre est dub. de Oppositione gratiæ cum peccato. Dicimus ergò 1. illa duo esse partes eiusdem beneficij. Dum enim Spiritus Sanct. movet intellectum ad fidem, corrigit voluntatem de infidelitate ad fidem, ut ait Arausic. Can. 5. quare sicuti infidelitas auferetur per fidē, cui contrariatur; ita pertinacia, quæ necessario est de ratione illius. Et sicuti ibi beneficium adæquatum coalescit ex positione fidei, & destructione infidelitatis; sic dicendum in præsenti. Dicimus 2. Ex terminis esse duo beneficia, & separabilia; quia potest absolute dari homini cor novum, & spiritus novus, quin præcedat duritia cordis primitus auferenda. Sic contigit in Adamo, & Angelis, & alijs, qui non prius repugnantes fidei v.g. eam libenter audiendo edocti sunt intus à Patre. Attamen ex suppositione, quod præexistat duritia, & obstinatio voluntatis, aut mala voluntas, hæc quoad sui ablationem nequit separari à novitate cordis, & spiritus. Sic dicitur in casu remissionis peccati, & casu quo illud præcedat; tunc enim nequit dari remissio, nisi accedat infussio gratiæ.

Ad 2.

14 Ad explicat. Ostend. eius inefficacia. Ad id, quod addit in explicat. & pro suadendo dari medium inter fidem, & infidelitatem: Respond. in hoc contineri magnam æquivocationem: & doctrinam pro illo traditam non deseruire ad casum quæstionis. 1. Aliud est impedire, ne sit duritia cordis per actum pravum, aut dissensum sanctæ vocationi; Aliud vero

vero auferri duritiam iam contractam propter adversitatem, & repugnantiam vocationi ad fidem, ad pœnitentiam &c. Deus enim, ait sæpè M.P.* per gratiam suam facit ex nolentibus volentes, & ex repugnantibus consentientes; nec solum voluntates aversas, sed etiam adversas ad se convertit: *in cuius exemplum adducit Conversionem Divi Pauli, & translationem cordis Regis Assueri de indignatione in lenitatem. Quæstio non procedit de gratia impediente, ne sit duritia cordis proveniens ex resistentia sanctæ vocationis; sed de illa, qua duritia antecedens, aufertur, infringitur, & refrangitur. Non enim propriè aufertur, quod prius nō erat. Quapropter, estò per consensum negativum causatum ex gratia excitante impediatur, nè sit duritia, quæ per dissensum causari poterat, non tamen per illum, aut per gratiam aufertur duritia, quæ erat. Et in hoc sensu exagitatur, quænam sit illa gratia, de qua ait M. Par. *Auferre cor lapideum, & duritiam cordis, & per illam dari nobis cor novum, & spiritum novum.* Quod sic roboratur 1. In frequenti Thomistarum Doctr. cum suo Angel. Præcept. requirente aliquem defectum ex parte intellectus ad peccandum: quare si ille deficiat per rectam considerationem, ex vi huius impeditur peccatum quoad omnem pravitatem illius; non tamen aliquid depravitate peccati præcedentis aufertur. Gratia enim illustrationis nihil intrinsecum se sola aufert à voluntate. 2. Nàm, ut ipse arguens fatetur, licèt nemo sine gratia supernaturali possit credere; potest tamen sine illa suspendere resistentiam; sicuti impotens antecedenter Deum diligere, potest omittere odium Dei, & tamen hoc impedire non est tollere duritiam, aut pertinaciam voluntatis quæ existit, sed novam impedire: aliàs etiam sine gratia excitante auferretur duritia cordis.

Robor. 1.

Secundo.

Sed adhuc loquendo de impeditione duritiæ, nè, scilicèt, illa denuo existat: falsum est impediri formaliter per gratiam excitantem etiam adiuncto consensu negativo (nàm se sola videtur certum; aliàs homo non teneretur illam auferre, ut docet S. P.) siquidem duritia voluntatis iuxta M. Par. in initio dubij citatus, est mala, & obstinata voluntas: consensus autem negativus, præterquamquod est nihil, formaliter impedit dissensum negativum, qui iuxta Arguentem non est actu mala voluntas, & minusque est voluntas obstinata, sed dispositio ad pravam voluntatem; quatenus impedit passivè gratiam adiuvantem, per quam Deus donat bonam voluntatem. Impeditio autem formalis unius extremi directè alteri oppositi est à forma præstante formaliter oppositum: ergò cum gratia excitans etiam cum consensu negativo non præbeat formaliter cor obediens, molle, proprium, & flexibile ad bonum, non impedit formaliter duritiam cordis, sed illativè: & hoc mediatè; quia ad præsentiam illius Deus decrevit dare gratiam adiuvantem, per quam fit, ut homo sit bonæ voluntatis, & propter hoc impeditur mala voluntas, & si quæ præcesit formaliter aufertur.

15

Ampliat. solutio.

Argues 3. Gratia excitans habet non solum allicere moraliter voluntatem ad velle, sed etiam determinare physicè, & directè ad illud; & insuper dispensatur à Deo ex proposito efficaci consensus salutaris. Sed gratia physicè determinans voluntatem, & connexa ex proposito Dei cum benè velle, primitus aufert duritiam cordis: ergò talis est gratia excitans ut data à Deo congruenter, & ex propositio miserendi. Respond. supponendo ly *primitus* significare veram prioritatem per modum causæ, & non puram dispositionem: ex his quæ adducit argum. nihil poni in gratia excitante pro tali effectu. Non quidem conferri ex proposito efficaci; nàm causa secundum sibi intrinseca impotens præstare effectum formalem; ex quo ei addatur aliquid purè extrinsecum; vel quod ex hoc, vel illo fine dispensetur, nequit præstare illum. Quid enim prodest auxilium sufficiens dari à Deo ex fine consensus efficaciter intenti, ut hoc ipso, sine aliqua mutatione intrinseca in illo, vel in voluntate, existat consensus. Quin imo talis collatio

16

Arguit. 3

Respond.

tio non est actus providentiæ; non enim confert media proportionata cum fine, ut intento. Undè sicuti hoc Decretum *volo efficaciter Petrum consentire*, quamvis omnia præcedentia consentum sint intrinsecè inconnexa cum illo *est repugnans; ita dicendum de gratia excitante dispensata ex fine, ut illa sola formaliter auferat duritiam cordis.

17 Ad id quod addit de determ phy fica.

Id quod addit de determinatè physica; nihil addit de re, sed de modo loquendi; cum deficiat ei connexio physica; nec sit reductio physica voluntatis de non consentiente ad consentiendum: solumque dicitur physica, quia intrinsecè inhæret voluntati. Et quidem magis est determinatio physica actus charitatis ad recipiendam gratiam, & effectus illius; quam gratia excitans ad consens. bonum; cum in 1. detur connexo physica ex natura rei; & tamen quia tota illa determinat. non excedit limites dispositionis, non præstat formaliter aliquem effectum positivum, aut negativum gratiæ. Undè distinguo: physicè per propensionem, & inclinationem ex parte voluntatis, concedo: physicè per reductionē voluntatis de actu 1. sive de potentia ad actum, nego. Et hoc 2. modo se habet gratia adiuvans, ideòque *primitus*, hoc est, tanquam per veram causam à priori aufertur duritia; licèt hæc formaliter auferatur per bonam voluntatem, & per ipsam impeditur etiam formaliter, nè incidat in duritiam committantem pravam voluntatem.

18 Cuidam interrog. fit satis.

Si quæras: An gratia adiuvans ad velle liberum supponat voluntatem dispositam? Resp. quod si est ad primum velle liberum; supponit. Eam dispositam per subitas affectiones; quia in agente procedente de imperfecto &c. actus imperfectus disponit &c. sed ex hoc non sequitur, quod *per illam auferatur duritia cordis*. Hoc enim iuxta M. Par. fit per gratiam, quæ à nullo duro corde respuitur, quæ est prærogativa gratiæ efficacis ab intrinseco. Rursus cum inter dispositiones positivas ad gratiam aliæ, & si liberæ, sint imperfectę, aliæ perfectæ, ut docet S. Doct. 1.2. quæst. 113. art. 10. gratia adiuvans ad perfectam dispositionem supponit illam dispositam per aliam adiuvantem datam ad imperfectam. Solum enim negatur à S. Doct. quod prima motio ad actum liberum, requirat auxilium Dei moventis, ut sæpè diximus. Hinc in D. Paulo ait S. Doct. *Non præcessit ille ordo dispositionum.* Nec quando dicitur à M. Par. *Illius duritia refracta fuisse conversum* attribuitur talis refractio gratiæ excitanti; sed gratiæ, qua correctus fuit ad fidem. Ad hanc enim iuxta Trident. concurrunt *inspiratio, & adiutorium Dei prævenien s.* Quod necesse est, nisi fallor, confiteri; cum enim ordine naturæ prior sit introductio unius formæ, quā expulsio alterius, nequit destrui lævitia libera, & peccaminosa per gratiam Dei, nisi hæc generet in illo bonam voluntatem, & suavitatem spiritus per dilectionem, & displicentiam de peccato. Quod sic urgeo. In illa conversione S. Pauli fuit terminus *à quo*, & *adquem*. Sed terminus *adquem* habet excludere terminum *à quo*: ergò illa actualis lævitia fuit exclusa per spiritum novum, & cor obediens ei datum. Si dicas hoc esse verum de ablatione formali, non vero purè initiativa. Dicimus hanc ablationem non esse, quam ibi adstruit M. Par. & pro cuius intelligentia procedit præsens difficultas.

Sic q. 109 art. 6. fic: q. 112. ar. 2. & q. 113. a. 10

Sess. 6. Can. 3.

§. III.

An gratia excitans sit potior gratia prædeterminanti in ratione causæ, & gratiæ?

19 DE hoc expresse egi to. 4. dub. 13. f. 244. ubi partem negativam propugnavi, ut certam; meo videri, apud AA. physicè prædeterminantes. Qui enim huiusmodi gratiam prædeterminantem negant, solumque concedunt gratiam excitantem esse realiter prævenientem consensum salutarem; illam præcipuam gratiam; imò, & unicè verè auxiliantem intrinsecè appellant; cum concursus simultaneus in actu 2. apud rectè sentientes non sit propriè grat. auxiliās. Undè patet quod difficultas

pro-

propoſita ſolum habet locum admiſſa gratia prædeterminante, ut neceſſaria ad actum ſalutarem. Conſequenter ad motiva ibi propoſita dixi *falſum eſſe dicere: Omnes effectus ſalutares, quos Thomiſtæ attribuunt gratiæ prædeterminanti, potiori ratione debere attribui gratiæ excitanti.* Vidit prædicta motiva Mag. ſæpè cit. oppoſitum ſentiens, illaque reputat ineficacia tom. 4. quæſt. 9. §. 6. à num. 50. Sed quia doctrina à me ſupra tradita, mihi certa videtur: pro maiori claritate opportet diſcutere aliqua, quæ in præſenti pro primatu gratiæ excitantis denuo ſuperaddit.

20 Opinio contraria

Pro quo ſciendum, quod licèt in prioribus ſcriptis prædictus A. gratiæ excitanti includenti tam gratiam illuminationis, quam ſubitæ affectionis, ſolum tribuerit cauſalitatem moralem, & diſpoſitivam, & propter hoc cauſalitatem indirectam conſenſus ſalutaris; in alijs ſcriptis poſterioribus ei attribuit cauſalitatem phyſicam, & directam reſpectu illius, quatenus phyſicè, intrinſecè, & ſubiectivè determinat voluntatem ad poſitivum conſenſum, licèt reſiſtibiliter, & abſque intrinſeca connexione cum illo. Omittimus pro nunc etiam ab ipſo. M. concedi prædictæ gratiæ excitanti in abſentia habituum ſupernaturalium concurſum phyſicè effectivum in conſenſum ſalutarem per modum principij ſeu virtutis elevantis voluntatem, qualiter conceditur à Thomiſtis auxilio fluido ſupernaturali. Sed quia hic influxus eſt ſeparabilis à gratia excitanti, primatus vero, quam attribuit gratiæ excitanti neceſſario, & ex alijs muneribus ei convenit, ideò influxus effectivus per modum virtutis elevantis pro nunc relinquitur. Verum tamen ſuæ opinioni ita adhæret, ut ſive gratiæ excitanti ſolum concurſus moralis, ſive etiam phyſicus concedatur, ſemper excedat gratiam prædeterminantem in ratione gratiæ: Cum hoc tamen aliquali diſcrimine. Nàm in prima ſuppoſitione; eſtò non ſit potior in ratione cauſæ; benè tamen in ratione gratiæ, utpotè primitus emolliens cor durum, & primo diſcernens conſentientem à non conſentiente; ſi tamen conſideretur ſecundum quod eſt cauſa phyſica, & directa conſenſus ſalutaris; tunc eſt prior in ratione gratiæ, & in ratione cauſæ. Hac diſtinct. ſuppoſita aſſerit motiva à me adducta tantum probare exceſſum in ratione cauſæ; ſi gratia excitans tantum moraliter influat; ſecus vero in ratione gratiæ; ſi autem ultra concurſum moralem phyſicè influat in conſenſ. ſalutarem; nullum exceſſum ex recenſitis habet gratia prædeterminans ſupra excitantem.

21 Suppon. 1.

Ut certa ab incertis ſeparemus, & nè acta agamus, ſupponendum comparationem tam in ratione cauſæ, quam in ratione gratiæ, non poſſe fieri loquendo de vocatione ut congrua, ſive de gratia excitanti *ut congrua*; & idem, ſi delectatio cœleſtis conſideretur ut eſt *victrix*; ſimiliterquè; ſi vocatio Dei conſideretur, *ut eſt vocatio certa, alta, atque ſecreta, & ſecundum Dei propoſitum*: his enim vocibus utitur M. Par. ad ſignificandam vocationem Dei efficacem, quam nullus contemnit, eſtquè cauſa efficiens, & prorſus agens in nobis bonam voluntatem. Ratio eſt quia ſub hac conſideratione gratia vocationis, & gratia excitans, includunt gratiam prædeterminantem, aqua tanquam à forma illi adiuncta denominatur vocatio congrua; & certa certitudine nedum præſcientiæ, ſed cauſalitatis, & ordinis ad effectum, (idēque de alijs denominationibus, ut latè conſtat ex dictis.) Quare comparatio fieri debet inter gratiam excitantem, & prædeterminantem ſecundum id, quod eis ſingulariter, & ſeorſim convenit. Scio oppoſitum de *congruitate*, de *certitudine*. de formalit. *victricis*, & *vocationis ſecundum propoſitum*, tueri à præf. Mag. quare hoc litigio alibi remiſſo, modo nova debemus denuo implicari. Hinc argum. deſumptum ex M. Par. ſæpè exaltante vocationem *congruam, certam &c.* & primatū tribuens ei in ratione gratiæ; non probant: cum vocationem eſſe congruam &c. proveniat à gratia prędeterminante, ut probatum alibi relinquimus. Hoc idem ſervari debet pronunc, ſi arguatur gratiam *primitus auferentem duritiam* cor-

Probat.

Secundo.

cordis absdubio esse potissimam gratiam ; & insuper tueatur hoc convenire principaliter gratiæ excitanti. Idem, inquam, servari debet: quia oppositum relinquimus probatum ex mente M. Par. & D. Thom. quare, ut æquo iure uterque potiamur, nec motiva relata iterum adduci debent, nec contraria à me proponi.

22 Dico 1. *Distinctio tribuens primatum gratiæ prædeterm. in ratione causæ, non vero in ratione gratiæ ; non est solidè posita; quia non conformis Doctr. P. Augusti. & D. Thom.* Ratio est: Quia gratiam auxiliantem causare in nobis omnia conducentia ad salutem est munus proprijssimum illius. Sic enim definitur à D. Thom. 1.2. quæst. 109. art. 2. *Effectus gratuitus Divinæ voluntatis, quo adiuvatur homo ad aliquid cognoscendum, volendum, vel agendum.* Definitio autem strictè talis explicat essentiam rei per intranea illius : ergò quod exaltat gratiam prædeterminantem supra excitantem in ratione causæ consensus salutaris, & eorum, quæ conducunt ad salutem per modum meriti, aut liberæ dispositionis, eam exaltat in ratione gratiæ actualis. Oppositum enim est asserere munus causæ salutaria causantis esse extraneum, & quasi accidentale gratiæ ab intrinseco efficaci. Clarius. Ratio *auxilij*, ratio *adiutorij*, & *motionis* ad salutariter agendum, sunt munera proprijssima gratiæ actualis Dei ; quia in eis exprimitur munus elevantis naturam ad finem proprium illius : Ego enim aliter percipere nequeo, si testim. Script. ubi de illa agitur, attente legantur. Sed ratio auxilij, adiutorij, & motionis dicunt in sui constitutione rationem causæ ; ut est innegabile : ergò quod exaltat gratiam ab intrinseco efficacem in ratione causæ, exaltat in ratione *auxilij &c.* proindequè in ratione gratiæ. Hæc Doctrina est M. Par. qui definiens gratiam actualem sive per nomen *adiutorij*, sive per nomen *gratiæ* illam definit per ordinem ad facere sive causare: sic definit adiutorium *sine quo* ; & adiutorium *quo* voluntatis, & actionis lib. de Grat. Christi cap. 47. sic gratiam datam Primo Parenti ad perseverandum, & quæ modo datur prædestin. quam potentiorem gratiam, & maius donum appellat. Sic. de Correct. & Grat. cap. 12. Rursùs. Quis dicet divisionem gratiæ in prævenientem, & subsequentem; in operantem, & cooperantem, non esse intraneã ei in ratione, & expressione gratiæ ? Atqui eas definit M. Par. & ex illo S. Doct. 1. 2. quæst. 111. art. 1. & 2. per ordinem causæ ad actus salutares. Non ergò Dubitari valet munus causæ esse intraneum, & proprijssimum gratiæ actuali in ratione gratiæ. Ergò quod exaltat gratiam aliquam, præbetquè, ei primatum in ratione causæ &c.

1. Assert.

Prob. ex S. Doct.

Explicat.

Ex M. Par

Urgetur.

Dico 2. *Idem dicendum de gratia in esse discernentis, & in ratione causæ.* Ratio est clara in Doctr. M. P. Nàm ut vidimus dub. anteced. num. 31. Gratia discernens sic definitur à M. Par. *Gratia donans, impertiens, dans, & operans velle,* in quo consistit discretio formalis. Etsi vis audire illum sub nomine vocationis specialis ; *est, qua homo fit credens, & qua prorsus agitur, & peragitur, ut credat.* Sic de Prædest. Sanct. cap. 16. & 19. Sed ex terminis constat prædicta nomina exprimere munus causæ reipsa, & actu operantis velle, credere, converti &c. ergò implicat concedere uni gratiæ excessum, & primatum in ratione causæ, & non in ratione gratiæ discretivæ ; non aliter, ac si quis contenderet attribuere homini excessum in ratione intellectivi, sed non in ratione hominis. Confirm. Excessus gratiæ prædeterminantis in ratione causæ, est excessus in ratione gratiæ beneficæ : ergò est excessus in ratione gratiæ dantis maius donum, aut saltim perfectiori modo donantis : ergò est excessus in ratione beneficij : ergò in ratione gratiæ. Sed ubi est excessus, ibi est discretio : ergò est excessus quoad discretionem. Urgetur. Demus gratiam excitantem auferre duritiam cordis; attamen illa non dat cor novum, & spiritum novum, nisi adsit gratia prædeterm. Hunc autem effectum, estò etiam præbeat gratia excitans suo modo determinando resistibiliter ; prædetermin. vero dat irresistibiliter per connexio-

23 Secunda.

Confirm.

Urgetur.

xionem intrinsecam. Ergò perfectiori modo illum præbet. Nunc, rogo: quænam est potior discretio; illa, quæ est in aliquo negativo; vel in positivo maximè excellenti, & se habente ut fine, adquem gratia ordinatur? Sine dubio dicendum de secunda: ergò si quantum adhoc excedit gratia prædeterm. &c.

24 Tertium, & prob.

Dico 3. *Falso dicitur gratiam sanct. vocat. præferendam esse in ratione causæ gratiæ prædeterminanti.* Probat. Causa verè, & strictè perficiens consensum salutarem excedit in ratione causantis illum, causam, quæ esto duplici titulo causet, non pertingit ad rationem causæ perficientis: sed gratia prædeterminans est verè; & strictè causa perficiens consensus salutaris; excitans vero estò moraliter, & simul physicè determinando influat, non pertingit ad rationem causæ verè perficientis; cum hæc iuxta S. Doct. quæst. 3. de Malo, art. 3. *Sit ad quam statim, & immediatissimè sequitur effectus.* Ergò. Rursus: Causa, cui deficit actualitas ad existentiam consensus non est perfecta in ratione causantis illum; unumquodque enim agit iuxta modum actualitatis. Sed voluntati, estò modo dicto determinatæ, deficit actualitas prædeterm. ultimo constituens in actuali applicatione, & motione ad productionem consensus salutaris: Ergò solum ratione illius est voluntas causa perficiens, & Deus ut mediante illa movens voluntatem. Sic S. Doct. ibi in corp.

Oppos. tenet n. 53. in fine.

25 Instab. 1.

Dices 1. *Gratia excitans: 1. emollit cor; & 1. aufert duritiam: requiritur etiam, ne prædeterm. sit voluntati violenta: trahit secum medio consensu negativo gratiam prædeterminantem:* ergò excedit in ratione causæ; si physicè etiam influat. Respond. Quod 1. dispositivè, sive inchoativè emollit, & aufert duritiam; * non vero, verè primordialiter; cum talis ablatio sit effectus bonæ voluntatis; quam directè causat gratia prædetermin. Rursùs. Licèt admittatur (falso tamen) auferri duritiam; hæc tamen non est consensus salutaris, sed dispositio ad illum purè negativa; ut affirmat de consensu negativo; nec est cor

Respond.

*Sed sine connex. intrins.

novum, & spiritus novus. Gratia verò prædeterm. est causa perficiens, & reducens illud de potent. ad actū: quare estò unicus influxus, excedit duplicē, quia hic est imperfectus. Illud quod addit, nè prædeterm. sit violenta: est mihi prorsus incredibile. Rursùs: Ad illud sufficit esse puram dispositionem. sicuti connaturaliter requiruntur dispositiones. ad iustific. Ad ultimum dico illam tract. esse iuxta arguentem ex gratuita promissione Dei; quo pacto etiam atritio accedente sacram. trahit gratiam sanctific. quin ex hoc inferatur excessus relatè ad effectus illius. Dices 2. Gratia excitans est efficacior prædeterm. sumpta efficacia pro causalitate in consens. salut. quia exercet erga illum duplicem causalit. supra explicatam; & prædeterm. solam causalit. physicam: ergò excedit in ratione causę. Argum. debile, quia ad sensum non satis proprium accipit efficaciam gratię secluſa certitudine causalitatis, & connexione cum consensu. Hanc enim omnes gratię accipiunt à prędeterm. Quid enim prodest munerus causalitatis; si non accedit ad munus operantis actu cons. salutarem? Rursùs quid prodest ad efficaciam, & veram discretionem in sensu Theol. si postquam adest; orare indigeo pro nova gratia?

Vide tomo 4. dubio 5.

Ad ult.

Instab. 2.

Respond.

26 Instab. 3.

Dices 3. Vocatio congrua est maius donū; quia primitus discernēs, & quia illi debentur reliquę gratię ex vi intentionis efficacis Dei congruenter excitantis: ergò est maius donū. De primatu discretionis iam est dictum. De debito, quod superaddit, cum illud sit extrinsecum ex gratuita promissione, nihil facit ad rem: sic etiam quos Deus vult efficaciter iustificare, incipit à dispositionib. quibus ex promissione debetur infusio gratię. Undè distinguo: Vocatio congrua in sensu Aug. conc. In sensu Arguentis, nego. Dices 4. Concursus simultaneus est immediatior, & efficacior prędeterminante; estque causa perficiens; & tamen iuxta Thom. * non est gratia potior prędeterm. ergò ratio non probat. Resp. Quod ille non est gratia auxilians faciens nos facere: & de hac est sermo. * *Et hæc de hoc dub. applic. litt. M. ubi præced.*

Respond.

Instab. 4.

* Qui sunt hi? Respond.

* Quid ni; si est actio increata Dei.

DU-

TRACTATVS TERTIVS DE GRATIA DEI.

PER QUAM HOMINES IUSTIFICANTUR, ET A PECCATORUM maculis emundantur: iuxta miram Ang. Præc. doctrinam in 2. dist. 26. a. 1. & 2. & in 4. dist. 1. q. 1. & 3. contr. Gent. cap. 150. & q. 27. & 28. de Verit. & hac 1. 2. tum q. 110. tum. q. 113.

DUBIUM I.

AN GRATIA, QVA HOMINES iustificantur, sit donum intrinsecum, de linea qualitatis, & in qua specie?

§. I.

PRÆMITTUNTUR ALIQUA.

N. 1 Primo. NOmine gratiæ significari venustatem, seu pulchritudinem, est ferè omnibus certum, si litteræ non solum prophanę, sed etiam Sacræ, consulantur, ut constat ex illo Esther 15. *Facies tua plena est gratiarum.* Et Prov. 31. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo &c.* Cuius appellationis ratio est; quia cum nomen gratiæ sit à quo aliquid gratiosum denominatur, quidquid in subiecto allicit, ut gratiosum, & amabile reddatur, non absurdè nomine gratiæ significatur. Et quia huiusce modi est præstantia formæ, seu pulchritudinis, elegantia morum, & singularis in rebus agendis industria, ideò huiusmodi dona gratia nuncupantur.

2 Secundo. Omissa tamen hac acceptatione, utpotè ad præsens parum conducenti, gratia tripliciter iuxta doctr. Ang. Præc.

Præc.accipi potest;1. pro dilectione, seu benevolentia alicuius: quo pacto qui ab aliquo diligitur, dicitur habere gratiam illius; cuius acceptionis exempl.habetur Gen. 6. *Noe vero invenit gratiam coram Dño.*Et Hier. 31. *Invenit gratiam in deserto populus,*per quæ significatur singularis dilectio, & acceptatio ex parte Dei.In eodem sensu intelligitur illud dictumAbrah. Gen.18.*Cum tribus Angelis occurrens, eos ad hospicium incitavit.Dñe.si inveni gratiam in oculis tuis,nè transeas servũ tuũ*;quasi diceret:*si me amas,& benigno vultu me respicis, annue desiderio meo.*Idē habetur cap. 19.ubi sup.& Tob.12.Dan.1.& alib. 2.accipitur gratia pro quovis dono gratis dato;sicut consuevimus dicere: *Hanc gratiam facio tibi.* 3. sumitur pro recompensatione alicuius doni,sive beneficij gratis dati; secundum quod dicimur *agere gratias pro beneficijs.* Qua ratione ipse Ang.D. ex frequēti locutione apud PP.& Philos.morales 2.2.q.106.virtutem,quę ad beneficia recognoscenda inclinat, *gratiam* appellat; sed iam frequenti usu gratitudo nuncupatur.

1.Acceptio gratiæ.

Secunda.

Tertia.

Hinc liquet gratiam 1. modo acceptam nihil intrinsecum ponere in creatura,sed solum inDeo,scil.dilectionem, secūdum quam nos gratuitò diligit.Dixi, nihil intrinsecum ponere in sensu formali; An autem ponat effectivè aliquid intrinsecum, quatenus ex tali dilectionederivatur in nos aliquod donum à Deo realiter proveniens;ex progressu dub. constabit. Constat insuper gratiam in 2.& 3.acceptione ponere aliquid intrinsecū; vel saltim aliquid reale existens extra donantem. Siquidem tam beneficium àDeo gratuito nobis cōcessum, quam virtus gratitudinis,beneficij recognitio,alijque actus præd. virtutis, sunt aliquid reale extra Deum existens.Sed quamvis sub 2. acceptione gratiæ comprehendantur omnia bona naturalia à Deo nobis concessa gratuito,& sine meritis;qua de causa dona naturæ appellantur gratia à M. P.Aug.ep.95.& 105.& lib.de Nat.& grat.c.10.& 11.& à 6. Syn. Gen.act. 11.hæc tamen acceptio non est propria,& stricta;maximè post exortam hæres.Pelag.negantis gratiamDei requiri ad iustè, rectèque vivendum, sed ad id sufficere liber.arbit.lege, & doctrina instructum.Quapropter cōmuniter dona recensita appellantur à Theol.*gratia creationis,* hoc est, sine meritis præcedentibus nobis concessa;attamen insufficientia, ut homo possit iustè vivere, & iustificari coram Deo,nisi ulteriora dona ei superaddantur.

3

In 1.sensu non est quid intrins.

Berè in 2.& 3.

An sub gratia intrins. naturalia?

Hac ratione per hanc vocem *gratia* proprius significantur dona supernaturalia,scil.virtutes infusæ, dona Spir.S.&alia auxilia,quibus homo adiuvatur à Deo ad meritum,& consecutionem vitæ æternæ.De his enim dicitur Ioan. 1. *Lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum-Christum facta est.*Et rursus: *De plenitudine eius omnes accepimus,& gratiã pro gratia*: Et sæpis. in ep.D.Paul. ob id *prædicator gratiæ* dicti.Inter dona recensita primatum tenet gratia habitualis sic communiter appellata àTheol.ob illius permanentiam,& excellentiam dignitatis,cuius proprium est reddere hominē iustum,sanctum;Deo gratum,eique amicabiliter dilectum,dignūque vita ęterna.De illa enim scriptum est Luc. 1.*Invenisti gratiam apud Deum.*Et ad Eph.1. *Prædestinavit nos in adoptionẽ filiorum, in laudem gloriæ, & gratiæ suæ.*Et ad Heb.12. *Habemus gratiam, per quam serviamus placentes Deo.*Et rursus:*Gratificavit nos in dilecto filio suo,* & alibi. Dub. igitur præs. solum procedit de gtatia in hac ult. acception,quatenus videl.reddit hominem iustum,sanctum,Deoque gratum &c.An,scil.omnia munera recēsita proveniant formaliter à Dei dilectione,seu benevolentia,secundum quam specialiter diligit homines;An vero proveniant ab aliquo dono intrinseco realiter in anima existente? Et quia duobus modis potest excogitari pręsens difficultas.1.per comparationem ad potentiam ordinariam Dei, secundum ordinem ab ipso de facto institutum;2.per comparationē ad potentiam absolutam,An videlic. hoc quod est,hominē esse gratū Deo necessario ex terminis pendeat ab aliquo dono intrins? sub utraq. consid. præd.dub.resolvemus.Pro quo sit

4

Stricta ac ceptio gratiæ.

Ad Ephes 1.

§.II.

§. II.

STATUITUR 1. CONCLUSIO.

Gratia, qua formaliter sumus grati, iusti, Deoque amicabiliter dilecti, est donum intrinsecum, nobisque inhærens.

5 ITa omnes Cathol. contra Lutherum asserentem gratiam, qua iustificamur, esse tantum favorem extrinsecum Dei; & insuper homines iustificari sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia, & charitate, quæ per Spir. S. in cordibus hominum diffundatur, atque illis inhæreat. Quæ omnia apertè, & dissertis verbis damnantur à Conc. Trid. sess. 6. can. 11. Id ipsum constat ex eod. Conc. ibid. ubi postquam c. 4. definivit *iustificationem impij per translationem ab eo statu, in quo homo nascitur filius 1. Adæ in statũ gratiæ, & adoptionis filiorum Dei*, sic prosequitur c. 7. *Unica causa formalis huius iustificationis est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videl. ab eo donati, renovamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus, iustitiã in nobis recipientes &c.* Per quę verba, scil. *iustitia Dei, non qua ipse iustus est*; & insuper *iustitiam in nobis recipientes*, firmiter statuitur gratiã instificãtem esse donum intrinsecum nobis inhærens. Hac ratione Catechism. Rom. iussu Pij V. editus, sic docet: * *Est autem gratia, quemadmodum Trid. Synod. ab omnibus credendum sub pœna anathematis decrevit, divina qualitas in anima inhærens, ac veluti splendor quidam, & lux, quæ animarum nostrarum maculas delet, ipsasque animas pulchriores, & splendidiores reddit.*

Concluſ. eſt contra Hæret.

Definita à Trid.

* De Bapt. §. 50.

6 Hæc doct. Catholic. desumitur ex plurib. testim. Sac. Script. expresse asserentibus gratiam, qua homo fit Deo gratus, dignusque fœlicitate æterna, esse aliquid intrinsecum; ut constat ex illo ad Cor. 1. *Signavit nos, & dedit nobis pignus Spir. S. in cordibus nostris.* Et 1. Ioan. 3. *Omnis, qui natus est ex Deo peccatum nõ facit, quoniam semen ipsius in eo manet.* Et rurs: *Unctio, quam accepistis, maneat in vobis.* Et ad Col. 1. *Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorũ in lumine*; & his similia; atqui pignus nobis datum, sigillum impressum, semen insitum, oleum, & lumen, significant, quid intrinsecum realiter subiecto inhærens: ergò gratia, qua iustificamur sub prætatis locutionibus contenta, est quoddam donum homini intrinsecum, eique inhærens. Id ipsum constat ex D. Paulo ad Rom. 5. dicente: *Charitatem* (necessario committantem gratiam) *diffundi in cordibus nostris per Spir. S.* quod enim diffunditur in cordibus, eis inhæret. Unde S. P. lib. 1. de Pec. mer. c. 9. *Deus dat sut spiritus occultissimam gratiam fidelibus, quam latenter infundit & parvulis.* Et Serm. 2. de Verb. Apost. *Gratia pluvia est, & benignissimus imber, quem propicium Cœlum effundit, quo fœcundus sua sponte sterilis naturæ ager, hos flores emittit.* Quo nihil luculentius, clarius, & oportunius. Videãtur Card. Bellarm. lib. 1. de Grat. & lib. arb. M. Soto de Natur. & grat. lib. 2. cap. 8. & alij contra Lutherum, & alios Hæreticos.

Fundatur ex teſtim. Sac. Scrip.

7 Prima ratio D. Thomæ hic art. 1. & 3. contra Gent. c. 150. & alibi, est huiusmodi. Hominem habere gratiam Dei, est illum esse ei gratum, seu amicabiliter dilectum; sed hoc importat aliquod donum ipsi intrinsecum: ergò gratia Dei &c. Min. prob. Hominem esse Deo gratum, seu amicabiliter dilectum, est ipsum terminare per modum obiecti dilectionem amicabilem Dei; sed hoc necessario importat aliquod donum ipsi intrinsecum: ergò. Prob. min. Hominem terminare per modum obiecti dilectionem amicabilem Dei dicit in ipso aliquam bonitatem, quæ sit ratio obiectiva talis amoris; tum quia amor ex sua ratione respicit bonitatem, & ad illam terminatur tanquam ad obiectum; tum quia diligere nihil aliud est, quam velle bonum rei dilectæ; sed hominem habere in se bonitatem, per quam terminet per modum obiecti dilectionem amicabilem Dei dicit necessario aliquod donum intrinsecum: ergò &c.

Prob. rat. D. Th.

8 Confir. & explic. hæc ratio. Nequit

Confirm.

quit Deus diligere dilectione amicabili hominem, quin ex tali dilectione derivetur in ipsum aliquod donum intrinsecum eidem dilectioni proportionatum, & eiusdem ordinis cum illa; sed huiusmodi donum nequit proprius appellari, quam nomine gratiæ sanctificantis; ita ut hæc præbeat in genere causæ formalis, quod in genere causæ efficientis præstat dilectio: ergò. Mai. prob. Nequit Deus modo dicto diligere hominem, quin in ipso detur bonitas, vi cuius terminet præd. amorem, ut constat ex superius dictis. Sed huiusmodi bonitas nequit antecedere præd. amorem; cum quidquid illum antecedere valet, sit, vel de ordine naturæ, vel etiam si sit de ordine supernaturali, nequit esse ratio obiectiva proportionata ad dilectionem amicabilem Dei: ergò.

9 Urgetur.

Urg. Nequit Deus diligere creaturam intellectualem in ordine ad finem supernaturalem, quin per talem dilectionem causet in ea aliquam bonitatem supernaturalē; sed hæc perfectio est indistincta à gratia sanctificanti: ergò. Prob. añs. 1. ex diversitate inter amorem humanum, & divinum; ille enim cū sit sterilis, & infęcundus, supponit bonitatem in obiecto, vel in toto, vel in parte, ab illaque afficitur, & attrahitur; qua ratione, non ideò aliquod est bonum, quia diligitur ab homine, sed potius è contra. At vero amor Dei, cum sit fœcundissimus, & potentissimus causat bonitatē in obiecto, quod diligit; ideòque eatenus aliquid dicitur bonum, quatenus à Deo diligitur: cum voluntas Dei sit causa omnis bonitatis, & perfectionis rerum. Qua de causa amor Dei iuxta D. Th. 1. p. q. 20. a. 2. est infundens, & creans bonitatē in rebus: ergò nequit Deus &c. 2. Nequit Deus diligere creaturas dilectione naturali, & in ordine ad finem naturalem, quin ex vi illius det ipsis naturam, existentiam, & alias perfectiones eidem fini proportionatus, iuxta illud: *Diligis omnia, quæ sunt,* Sapient. 11. *& odisti eorum, quæ fecisti*: ergò similiter nequit Deus diligere creaturam intellectualem dilectione amicabili, per quam trahitur, & ordinatur ad perfectam fruitionem ipsius Dei, tanquam ad finem, quin ex vi talis dilectionis derivetur aliqua forma, sive perfectio supernaturalis proportionata, quæ quidem est gratia, iuxta illud: *Gratia Dei vita æterna.** *Ad Roman. 6.

10 2. Actio probativa.

2. Ratio est, quam adducit D. Th. hic a. 2. & per quam ratio 1. roboratur. Non minus Deus providet creaturis intellectualibus, quas diligit, & dirigit ad acquirendam beatitudinē supernaturalem in fruitione sui consistentem, quam creaturis, quas diligit, & ordinat ad bonum naturale habendum; sed creaturis naturalibus sic providet, ut non solum moveat eas ad actus naturales, sed etiam perprius largiatur eis formam intrinsecam, & virtutes, per quas prompte, & expeditè ordinentur in suos actus: ergò creaturis intellectualibus, quas diligit in ordine ad æternam felicitatem, sic providet, ut non solum moveat eas ad actus supernaturales, eisque largiatur virtutes supernaturales, sed etiam aliquam formam, sive naturam intrinsecam, vi cuius proportionentur cum fine supernaturali. Sed huiusmodi natura, seu forma, merito vēdicat sibi nomen gratiæ: ergò.

11 Confirm.

Confir. ex eod. S. D. q. 27. de Ver. a. 2. Dum Deus ordinat res naturales ad consecutionem alicuius finis sibi proportionati, tria inveniuntur in ipsis, scil. natura proportionata ad finē illum, inclinatio ad finem in appetitu naturali consistens; & motus in finē, sicut patet in terra, in qua est natura quædam, per quam competit sibi esse in medio; quam naturam sequitur inclinatio, & ideò nullo prohibente, sem per deorsum movetur: ergò dū Deus per dilectionem amicabilem ordinat creaturam intellectualem ad finem vitæ æternæ in visione Dei consistentis, necesse est, quod in illa detur non solū motus ad illius consecutionem, & inclinatio in finem præd. sed etiam quod ipsa natura hominis elevetur ad quandam dignitatem, secundum quam præd. finis sit ei cōveniens. Sed huiusmodi dignitas, seu perfectio dignificans naturam, est gratia: ergo attenta perfectione divinæ providentię gratia ponit aliquod intrinsecum per modum naturæ in ordine supremo, iuxta illud Petri: *Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donavit, ut per*

Tria dat Deus ordinās res ad finem

hæc

hæc efficiamini divinæ consortes naturę.

12 3. Prob. ex D. Th. ubi sup. a. 1. & 3. cont. Gent. c. 150. Hominem esse Deo gratum, seu amicabiliter dilectum, non solum dicit esse ordinatum ad vitam æternam, sed etiam esse dignum vita æterna; sed huiusmodi dignitas nequit provenire, nisi ab aliqua forma intrinsecè supernaturali à Deo causata; cum vita æterna sit supra omne debitum, & exigentiam naturæ illius: ergò hominem esse Deo gratum importat aliquam formam intrinsecè supernaturalem. Mai. constat ex illo ad Colos. 1. *Qui dignos nos fecit in partem sortis SS. in lumine.* Et Sap. 3. *Tentavit eos Dominus, & invenit illos dignos se.* Et 2. ad Thessal. cap. 1. *Ut digni &c.* Deinde hominem esse Deo gratum non dicit solam acceptationem divinam, sive extrinsecam ordinationem ad vitam æternam; alias peccator prædestinatus ad vitam æternam consequendam posset dici Deo gratus: ergò hominem esse Deo gratum, importat esse dignum vita æterna. Horum ratio est. Nam Deus per dilectionem amicabilem non acceptat hominem ad gloriam utcumque, sed tanquam ad hæreditatem, vel præmium meritorum; proindèque necessarium est, ut qui ad eam est acceptatus, sit dignus illa, & habeat quoddam ius: alioquin non rectè diceretur hæreditas, vel corona. Cumque huiusmodi dignitas, & proportio nequeat à natura provenire, nec ad illam sufficiat extrinsecus amor Dei; necessarium est, ut in sanctis à Deo amicabiliter dilectis ponatur aliquod donum intrinsecum, per quod censeantur filij Dei, & hæredes vitæ æternæ. Aliæ rationes adducentur in sequentibus.

Prob: 3. ex Div. Thom.

§. III.

Solvuntur argumenta.

13 COntra hanc conclusionem obijci possunt plura argum. quibus M. Sent. nitebatur probare charitatem, qua homo sit potens diligere Deum super omnia, non esse aliquod donum creatum, sed ipsum Spir. S. ei intimè unitum; quorum inefficaciam convincit Ang. M. in 1. d. 17. q. 1. a. 1. & 2. & ex doctrina illius facilè solvuntur argum. quę formari possunt in præs. mutato nomine *charitatis* in nomen *gratiæ*, sive *iustitiæ*. Deindè omissis plurib. argum. quæ contra se obijcit Ang. M. loc. sup. addnct. & præsertim q. 27. de Ver. a. 1. solum in præsenti proponemus aliqua, ut ex eorum solut. ratio D. Thom. clarior, & efficacior appareat.

Obijc. 1. Homo redditur Deo gratus per illud donũ, per quod redditur Deo amicabiliter dilectus; sed huiusmodi donum est dilectio Dei: ergò præd. dilectio est gratia reddens hominem formaliter gratum. Mai. constat, & min. prob. 1. Per eandem formam, per quam Deus denominatur diligens amicabiliter hominem, homo denominatur ab ipso Deo amicabiliter dilectus; sicuti per eandem formam, per quam potentia denominatur videns parietem, paries denominatur visus; sed forma, per quã Deus denominatur diligens amicabiliter hominem, est æterna Dei dilectio: ergò. 2. Per actum dilectionis, quo homo efficaciter diligit Deum super omnia, Deus redditur homini amicabiliter dilectus, sive ipsi homini charus: ergò per dilectionem, qua Deus diligit amicabiliter hominem, homo redditur Deo amicabiliter dilectus. Conseq. pat. Nam dilectio Dei ad hominem est efficacior, & infinite excedens dilectionem hominis ad Deũ terminatam; forma autem quo efficacior, eo activior; proindeque minus indigens aliquo extra se ad præstandum suum effectum: si ergò dilectio hominis ad Deum se ipsa reddit Deũ homini charum, à fortiori dilectio Dei ad hominem se ipsa intransitivè &c.

14 Arg. 1.

Prob. min. 1.

Secundo.

3. Per illud donum homo redditur amicabiliter Deo dilectus, per quod redditur acceptus Deo, ut constat ex illo Act. 10. *In omni gente, qui timet Deum, acceptus est illi.* Et expresse traditur à D. Th. tum in præs. a. 1. tum q. 29. de Ver. a. 1. dicente: *Gratia gratum faciens, de qua nunc loquimur, est, secundum quam dicitur homo Deo acceptus.* Sed homo redditur Deo acceptus per ipsam æternam Dei dilectionem:

15 Tertio.

ergò. Prob.min.Homo redditur Deo acceptus per illud donum, per quod Deus acceptat hominem, volendo ipsi bonum supernaturale, quod est vita æterna: ita D. Th. ubi supr. per hæc verba: *Ratione huius acceptationis, in quantum Deus vult homini aliquod bonum supernaturale, quod est vita æterna, dicitur homo Deo acceptus.* Sed tam acceptatio, quam volitio significant actum divinæ dilectionis: ergò. 4. Deum pacari homini, est hominem esse amicabiliter ab ipso dilectum; hoc est, reconciliari ad eius amicitiam. Sed homini redditur Deus pacatus per dilectionem in Deo existentem: ergò per talem dilectionem homo redditur Deo gratus, & ad eius amicitiam reconciliatus. Prob. min. Tum ex D. Th. hic q. 113. a. 1. dicente: *Hanc pacem, qua Deus redditur homini pacatus, consistere in eius dilectione.* 2. Deus redditur homini pacatus per formam directè oppositam ei, per quam redditur homini offensus; *sed Deus redditur homini offensus per odium peccati, & quatenus repellit ipsum à gratia sua*, ut expressè docet S. D. q. 28. de Ver. a. 2. & 3. p. q. 36. a. 2. ergò.

Quarto.

16 Solut. arg. fiet manifesta, prænotando, *hominem esse Deo amicabiliter dilectum*, in duplici sensu posse accipi; 1. prout præcisè dicit denominationem dilecti. 2. prout dicit esse obiectum, sive terminum, in quem fertur dilectio amicabilis Dei; ad modū, quo *aerem reddi illuminatum à Sole*, eandem duplicem acceptionem admittit; quādoquidem & denominatur illuminatus ab ipsa activa illuminatione Solis; & insup. redditur illuminatus, quatenus ratione lucis terminat præd. illumin. Licet ergò hominem denominari dilectum Deo 1. modo, proveniat tanquam à forma, à dilectione Dei extrinsecè denominante; secus tamen esse dilectum Deo in 2. consideratione. Ratio est: Nam obiectum per se terminans aliquam actionem, sive transeuntem, sive immanentem, nequit esse ipsa actio, aut denominatio extrinseca ab illa proveniens, cū hæc denominat. sit ipsa actio ab illa proveniens, ut est de se manifestum. Si enim actio est speculativa, obiectum in ratione terminantis præsupponitur ad ipsam; si autem sit practica, terminus formalis illius est id, quod ex ipsa derivatur.

Respond. notando aliqua.

Ex his in forma dist. mai. Per illud donū, per quod homo redditur amicabiliter dilectus &c. *Prout esse amicabiliter dilectum dicit rationem obiecti, aut termini dilectionis amicabilis Dei*, conced. mai. *Prout esse amicabiliter dilectum, dicit puram denominationem à dilectione Dei formaliter provenientem*, neg. mai. Per quæ constat ad 1. probat. & ad exemplum in ea adductum; visio enim nihil ponit intrinsecum in re visa, ideòque parietem denominari actu visum non admittit duplicem acceptionem, quemadmodum eam admittit hoc, quod est hominem reddi amicabiliter dilectum à Deo. Ad 2. neg. mai. Deus enim, esto à dilectione hominis denominetur ab ipso extrinsecè dilectus, secus tamen esse ipsi charum; hoc enim significat Deum esse obiectum dignum, ut à creatura super omnia diligatur; quod quidem convenit ipsi ratione summæ bonitatis, qua constituitur diligibilis super omnia. Id ipsum etiam cernere licèt in dilectione amicabili unius hominis ad alterum; neque enim unus dicitur alteri gratus eique benè placens, per actum dilectionis, quo ab alio diligitur, sed propter aliqua dona, sive perfectiones reddentes illum dignum tali dilectione. Cum autem in homine antecedenter ad donum gratiæ ipsi intrinsecum nihil sit dignum, ut terminet Dei dilectionem amicabilem; nec talis dignitas in ipsa dilectione consistere valeat, iuxta superius dicta, necesse est ponere aliquod donum intrinsecum ex Dei voluntate derivatum, ut denominetur gratus, & terminans eius specialem benevolentiam. Nec hoc cedit in detrimentum perfectionis, qua gaudet amor Divinus; sed potius illam exaltat: quandoquidem per hoc ipsum demonstratur amorem Dei non esse sterilem, sed fœcundum, & causantem bonitatem in rebus. Quapropter esto requirat, ut reddat hominem completè dilectum aliquid extra se; quia tamen hoc se habet, ut terminus pro-

17 Solut. in forma.

Ad 2. probat. mai.

productus ab ipsa dilectione, minimè præiudicat eius activitati.

8 Ad 3. prob. neg. min. Hoc enim nomen *acceptus* teste Calepino, idem significat, *ac gratus*, & *iucundus*; cumque secluso omni dono intrinseco supernaturali nequeat homo denominari iucundus, aut complacens simpliciter Deo, ut Authori gratiæ; ideò solum ratione doni intrinseci potest reddi Deo acceptus. Ad min. prob. neg. absolutè min. vel illam dist. claritatis gratia. Per illud donum, per quod Deus acceptat, & vult homini vitam æternam, acceptatione, & volitione reddenti ipsum dignum vita æterna, conced. mai. Acceptatione, & volitione consistente in pura ordinatione ad consecutionē vitæ æternæ, neg. mai. & sub eadem min. dist. neg. conseq. Ut enim loco in argum. adducto docet D. Thom. *Si gratia solam acceptationem divinam diceret, & diligi à Deo in vitam æternam, homo existens in peccato mortali, posset dici in gratia esse; cum contingat aliquem peccatorem esse prædestinatum ad vitam æternam habendam. Sic ergò homo dicitur Dei gratiam habere, non solum ex hoc, quod Deus vult ei vitam æternam; sed ex hoc, quod datur ei aliquod donum, per quod est dignus vita æterna.*

Ad 3.

9 Ad 1. dist. min. Deus redditur homini pacatus per dilectionem præcisè, neg. mai. Per dilectionem cauſantem aliquod donum intrinsecum in homine, conc. min. Licet enim pax, sive pacatio ex parte Dei originaliter in eius dilectione consistat, non habet suam completam denominationem relatè ad hominem, nisi media gratia, quæ est effectus gratuitus illius; hoc enim commune est omni actioni denominanti subiectum median te termino ab illa producto: licet enim subiectum *virtualiter*, & *in fieri* ab illa denominetur; secus tamen *formaliter*, & *complete*; nisi per terminum ab ipsa productum. Unde D. Th. post verba relata in arg. subdit: *Dilectio Dei quantū est ex parte actus, est æterna, & immutabilis, sed quantum ad effectum, quem nobis imprimit, quandoque interrumpitur, & quandoque iterum recuperamus; effectus autem divinæ dilectionis, est gratia qua homo fit dignus vita æterna, & ideò nan posset intelligi remissio culpæ (ecce pacationem) si non adesset infusio gratiæ.*

Ad 1. min prob.

Hoc est proprium actionis practicæ.

10 Ad 2. eiusd. min. prob. Resp. notando ex D. Th. q. 28. de Ver. a. 2. * offensam posse dupliciter accipi, vel prout se tenet ex parte peccatoris, vel prout se tenet ex parte Dei. 1. modo est ipse actus peccati, quatenus per ipsam contemnitur Deus præferendo affectivè creaturam Creatori. 2. autem modo offensa consistit in odio Dei circa peccatorem, vi cuius ipsum repellit à sua amicitia, privando illū à gratia sanctificante. * De offensa 1. modo accepta dictum est Iudith 11. *Constat Deum nostris peccatis offensum.* Et illud Iacob. 3. *In multis offendimus omnes.* De offensa sub 2. consideratione dictum est Psalm. 94. secundum aliam versionem: *Quadraginta annis offensus fui generationi huic.* De quo S. D. 3. p. q. 86. a. 6. asserēs offensam directè opponi gratiæ. Vide dub. condon. purè extrinsec. 1. est in peccatore, est malum Deo, & ab illa denominatur extrinsecè offensus. 2. est in Deo, est quid bonum ipsi, cauſans tamen malum pœnæ in creatura, scil. privationem gratiæ. Hoc notato dicimus gratiam gratum facientem opponi directè offensæ, ut se tenenti ex parte peccatoris; unde sicuti hæc est quid ei intrinsecum, pariter dicendum de gratia gratum faciente. Offensæ vero ut se tenet ex parte Dei, opponitur directè dilectio infusiva gratiæ, quæ etiam dicitur gratia iuxta D. Th. cum talis offensa consistat in actu divinæ voluntatis auferentis ab homine gratiam sanctificantem. Quando autem dicitur Deum reddi pacatum per illam formam, quæ directè opponitur ei, per quam redditur homini offensus, tale dictum tenet verum de pacatione cauſaliter accepta, scil. de actu dilectionis; non vero de illa formaliter, & completè sumpta; quia hæc est pax in reconciliatione cum Deo consistens. Quapropter forma, per quam Deus formaliter, & completè dicitur esse pacatum homini, opponitur ei formæ, per quam Deus denominatur ab illo offensus; hæc enim est mala, &

Offensæ duplex acceptio.

Ad 2.

displicens Deo; non vero per quam denominatur homini infensus, sive offensus; hæc enim est quid bonum, utpotè in actu Divinæ voluntatis consistens.

21 Obijcies 2. Directè contra rationem ex D. Thom. desumptam. 2. Arguit. Stat Deum diligere amicabiliter hominem, quin derivetur aliquid intrinsecum ipsi, & ex tali dilectione realiter proveniens: ergò ratio D. Prob. antec. 1. Thom. nulla est. Añs. suadetur 1. Stat hominem esse prædestinatum à Deo, quin ex vi illius ponatur in homine aliquod donum intrinsecum supernaturale, per quod sit dignus vita æterna; ut patet in peccatore infidele prædestinato. Et tamen prædestinatio includit amorem amicabilem Dei; iuxta illud Malach. 1. Secundo. Iacob dilexi: ergò. 2. Stat Deum odio habere hominem odio oppositio amicitiæ, quin ex vi illius derivetur aliquid intrinsecum, vi cuius Tertio. Deus in homine displiceat: ergò similiter stat &c. 3. Deus uniendo hypostaticè humanitatem sibi, illam dilexit simpliciter, & etiam amicabiliter; & tamen ex tali dilectione non consequitur necessario aliquod donum superadditum prædictæ unioni: ergò non omnis amor Quarto. amicabilis Dei est infusivus alicuius doni realiter distincti à Deo. 4. Voluntas, qua Deus vult omnes homines salvos fieri, est dilectio amicabilis circa illud; cum velit ipsis æternam Beatitudinem, quæ est propria filiorum, & amicorum ipsius Dei; sed ex vi talis voluntatis non semper derivatur aliquod donum intrinsecum, per quod homines reddantur Urgetur. Deo grati: ergò. Urgetur hoc. Deus vult voluntate añti. parvulos non dum baptizatos salvari, & consequi gratiam remissionis peccati originalis per Sacramentum Baptismi; & tamen ex vi talis voluntatis multoties nihil intrinsecum de ordine supernaturali derivatur in illos; ut videre est in multis decentibus sine

22 Baptismo: ergò.

Respond. neg. añs. ad 1. probat. dist. añs. quin derivetur aliquod Rasp ad 1. ant. probat. donum intrinsecum pro omni tempore, conced. añs. pro tempore statuto à Deo, & pro quo homo denominatur Deo gratus, & terminans, eius dilectione simplic. amicabili, neg. añs. Sicut enim prædestinatio quamvis includat amorem efficacem dandi Beatitudinem, non propter ea homo dicitur, & est beatus pro omni tempore pro quo denominatur prædestinatus; sed solum pro illo tempore in quo, & pro quo Deus decrevit conferre illi beatitudinem: ita quamvis includat amorem amicabilem circa prædestinatum, non tamen communicat semper aliquod donum, per quod prædestinatus denominetur Deo gratus; sed solum in tempore, pro quo voluit illum reddi sibi gratum. Unde sicut Deus ab æterno voluit creaturas per talem dilectionem accipere ab ipso perfectionem essentiæ, existentiæ &c; Non quidem ab æterno, sed in tempore; ita ab æterno dilexit amicabiliter prædestinatum, non quidem, ut semper, & ab æterno esset Deo amicabiliter dilectus; sed solum pro tempore, quo vult ei infundere gratiam. Ad 2. conc. antec. neg. conseq. Ratio disparitatis est: Nam obiectum Ad 2. odij divini est malum morale; cumque implicet malitiam moralem esse à Deo; ideo per tale odium nihil intrinsecum morale ponitur in creatura. Obiectum autem amoris supernaturalis, & gratuiti, est bonitas supernaturalis, qua homo redditur gratiosus Deo; cumque hæc bonitas nequeat à creatura provenire, necessario debet produci à Deo per actum, quo creaturam simpliciter, & amicabiliter diligit.

Ad 3. Resp. admisso unionem hypostaticam non connecti ne- 23 cessario cum dono gratiæ habitualis, & virtutibus supernaturalibus, nihil Ad 3. probare contra rationem D. Thom. Siquidem ex vi talis dilectionis communicatur realiter intrinsecè humanitati per modum termini, eam substantialiter terminantis, personalitas Verbi, per quam redditur sancta, & grata sanctitate substantiali; unde talis denominatio sanctitatis non est extrinseca, ut contendunt aliqui Moder. Cum autē purus homo nequeat dici Deo gratus, & sanctus, sanctitate

tate ſubſtantiali, & perſonali; neceſſe eſt infundi, vel communicari ipſi aliquod donum accidentale à Deo realiter diſtinctum, ut verè ſanctus, & iuſtus denominetur.

24 Replicat. Si dicas iuxta communem Theologorum ſententiam cum D. Thom. 1. p. q. 43. a. 5. & 6. iuſtis non ſolum communicantur dona, gratiæ, & virtutum ſupernaturalium, ſed etiam tres perſonæ divinæ eis realiter, & intime uniuntur, ipſorum animas ſpecialitet inhabitando; quapropter de Perſona Spiritus Sancti dicitur Ioannis 14. *Apud vos manebit, & in vobis erit.* Et rurſus: *Ad eum veniemus, & manſionem faciemus.* In quibus adventus trium perſonarum ad animam iuſti ſignificatur. Sed nulla eſt ratio, ut perſonæ Divinæ per hanc intimam realem præſentiam, & unionem cum anima, illam non ſanctificent, & gratam conſtituant: ergò non requiritur donum gratiæ accidentalis ad hoc, ut homines iuſti, & ſancti ſint coram Deo.

25 Reſpond. De materia huius argument. agit latè Illuſt. Godoy, tom. 3. in 1. p. diſp. ult. ubi expreſſe tuetur tanquam certum in iuſtificatione non ſolum nobis dari, & infundi dona gratiæ; verum etiam dari nobis ipſum Spiritum Sanctum, & ſimiliter tres Divinas Perſonas verè nobis coicari, & fieri præſentes in anima iuſti. An vero huiuſmodi communicatio ſit per realem, & phyſicam præſentiam diſtinctam à præſentia, ſecundum quam tres Divinæ Perſonæ ratione immenſitatis ſunt præſentes omnibus rebus; an vero tantum ſuperaddat præſentiam obiectivam; diſſident inter ſe Thomiſt. quibuſdam aſſerentibus cum Mag. à S. Thoma, tract. de Trin. diſp. 17. art. 3. quibuſdam negantibus cum Illuſt. Godoy ubi ſupra à num. 36. Sed quamvis pronunc utraque ſententia admittatur in nulla probat argumentum. 1. Nàm non omnis unio realis Divinitatis eſt ſufficiens ad ſanctificandam, ut videre eſt in unione eſſentiæ Divinæ per modum ſpeciei, & iuxta plures per modum Verbi; quatenus hoc dicit actualem repræſentationem; quin tamen hæc unio ſufficiens ſit ad ſanctificandam ſeu gratificandam animam videntis intuitivè Deum. 2. Nàm unio non ſufficiens conſtituere hominem filium Dei, dignum vita æterna, & interius rectificatum ita, ut poſsit iuſtè vivendo promereri vitam æternam, non ſufficit ad ſanctificandum; cumque illa unio trium perſonarum non ſufficiat adhæc munera, ſed hæc ſolũ proveniant à gratia habituali, ad quam conſequitur talis præſentia phyſica ob cognitionem, & amorem experimentalem Dei; ideo non uniuntur modo requiſito ad ſanctificandum. Satis pronunc.

Duplex modus dicendi.

26 Ad 4. Reſpond. Quod quemadmodum voluntas añs. iuxta doctrinam D. Thom.* non dicitur voluntas ſimpliciter, ſed tantum ſecundumquid, eo quod non terminatur ad obiectum omnibus circunſtantijs, ſed tantum ſecundum ſe; ita etiam dici poteſt de amicabilitate incluſa in voluntate antecedenti ſalvandi omnes homines: nimirum eſſe voluntatem amicabilem, ſecundumquid, ſive inchoativè, non vero perfectè, & ſimpliciter talem, de qua procedit ratio D. Thomæ, & ipſa ſuppoſitio præſentis dub. aperte comprobat; Dub. quidem procedit; an homo dicatur ſimpliciter, & perfectè iuſtus, & gratus Deo per favorem extrinſecum? An vero per aliquod donum ex tali amore derivatum. Hæc intelliguntur dicta de voluntate añi. relatè ad ſalutem omnium hominum; ſi autem fiat reſtrictio ad iuſtos præſcitos, falſum eſt ex illa non derivari donum intrinſecum gratiæ, quo illi formaliter iuſtificentur. Licèt enim voluntas añs. dicatur talis, ſitque inefficax ad conſequutionem ultimi finis, ſcilicèt, beatitudinis; eſt tamen conſequens, & efficax, relatè ad plures actus ſupernaturales, & etiam relatè ad iuſtificationem plurium; licèt non perſeverantem uſque in finem. Quapropter relatè ad eos, qui iuſtificantur, non tamen ſunt prædeſtinati; poteſt dici includere amorem ſtrictè, & verè talem: cum ſint verè, & ſtrictè Deo amicabiliter dilecti; quamvis

* 1. p. q. 19. art. 6.

Ad 4. probat.

vis non in illo gradu amicitiæ, quo diligit prædestinatos. Per quæ constat ad ultimam probationem: nàm licèt ex vi voluntatis antis, quaDeus Ad ult. vult parvulos aliàs decedentes sine baptismo iustificari, & salvari, solum deriventur media sufficientia pro eorum salute, & iustitia, præparata (quod sufficit ut amor Dei causet aliquod donum intrinsecum, vel extrinsecum rei dilectæ, ideòque non sit sterilis, & infecundus,) quia tamen secundum prædictam voluntatē, non diligit illos simpliciter, sed secundumquid, non causat in eis donum intrinsecum, quo iustificentur, & à peccato mundentur.

Obijc. 3. Si homo non posset 27 esse iustus, & gratus Deo nisi per donum gratiæ ipsi intrinsecum, non 3. Arg. posset dici magis iustus, magisque Deo gratus, nisi per maius donum ei intrinsecum; sed hoc est falsum: ergò. Mai. constat: Nàm sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet magis ad magis: quapropter quando aliquis effectus formalis pendet ab aliqua forma, intensio illius postulat intensiorem formam, ut videre est in albo, & albedine, & his similibus. Min. vero probat. ex communi Thomistarum sententia, tuenti hominem iustum elicientem actus charitatis remissos, reddi magis gratum Deo, magisquè acceptum cum iure ad maiorem gloriam essentialem; ut hoc pacto salvent dictum Concil. Trident. sess. 6. cap. 10. asserentis: * iustos per bona opera crescere in ipsa iustitia, per Christi gratiam accepta, atque magis iustificari coram Deo. * Sed huiusmodi augmentum in iustitia, & charitate, non provenit à maiori dono intrinseco gratiæ habitualis; cum iuxta ipsos gratia habitualis, & habitus charitatis non augeantur, nisi præcedant actus charitatis superantes in intensione gratiam præexistentem: ergò. Confirm. hoc à simili iuxta opinionem tuentem actum charitatis esse Confirm. formam iustificantem: in hac enim opinione transacto actu charitatis sine peccato lethali, remanet homo iustus, & gratus Deo; sed tunc non remanet in ipso aliquid intrinsecum prædicti actus: ergò homo potest reddi Deo gratus per acceptationem purè extrinsecam.

De hoc argumento latè Thomistæ tract. de Augm. charitatis; undè ex ibi dictis Respond. gratiam habitualem posse dupliciter considerari, vel in esse physico, quatenùs Respond. dicit rationem specificam qualitatis, & habitus per modum naturæ in ordine supernaturali; vel secundum esse morale, quatenùs mediantibus operibus ab ipsa moraliter dignificatis, homo ex vi illius acceptatur ad mai. gloriam. Qua distinctione suppositâ dicunt; per actum charitatis remissos non augeri gratiam, & charitatem in esse physico; hoc est in esse qualitatis, & habitus; benè tamen secundum esse morale, & in ratione gratiæ, quatenùs præbet ius ad gloriam. Idem dicunt de charitate secundum rationem habitus, & secundum rationem amicitiæ cum Deo; quandoquidem eadem ratione, qua iuxta Trident. dicitur iustum per bona opera statim crescere in iustitia, & sanctitate, debet affirmari crescere in amicitia cum Deo. Vide infra aliam explicationem de hoc dub. 2. §. 3. Sol. ad 27

Nec inconvenit admittere 29 in gratia habituali augmentum sub una consideratione, & non sub alia, pro quo adest sententia D. Thom. Tacitæ 3. part. quæst. 7. art. 11. ubi expresse instant. asserit * gratiam habitualem Christi occurrit. Domini posse, dupliciter considerari, uno modo secundum quod est quoddam ens, alio modo secundum propriam rationem gratiæ; subditquè 1. modo esse finitam; sub 2. vero modo posse dici infinitam, eo quod habet, quidquid pertinet ad rationē grat. aut pertinere potest. * Idē confirmatur ex malitia peccati lethalis, & ex ratione offensæ in illo reperta; illa enim est inferioris ordinis relata ad rationem ofensæ; cum hæc iuxta Thomistas sit simpliciter infinita, & iuxta frequentem Theolog. sensum sit ordinis superioris. Non igitur inconvenit gratiam habitualem per actus remissos augeri in ratione gratiæ, & quatenus reddit subiectum dignum æterna vita, &

non

non augeri in esse physico secundum rationem qualitatis, & habitus.

30 Ex quibus constat solutio in forma, dist. mai. non posset dici homo magis iustus nisi per mai. gratiam in ratione gratiæ, conced mai. in ratione qualitatis, & habitus, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Nec exemplum de albedine obstat: nàm esse album est effectus formalis purè physicus; esse vero sanctum, dignumque vita æterna, est effectus formalis physicus, & simul moralis: ideòque adhoc, ut homo denominetur magis iustus, magisque dignus æterna vita, sufficit gratiam habitualem augeri in eo moraliter, & secundum dignitatem gratiæ. Si autem inquiras: An huiusmodi augmentum gratiæ per opera meritoria sit intrinsecum, tùm gratiæ, tùm homini iusto? Respond. esse intrinsecum moraliter, licèt non physicè, usque per actus ferventiores charitatis augeatur gratia in esse qualitatis. Ad ultimam Respond. prædictam opinionem minimè favere errori Lutheri, hic enim ita neg. iustitiam consistere in dono intrinseco nobis inhærente, ut nec sit donum intrinsecum in sui permanentia, nec in sui prima infusione, ideòque asserit causam formalem nostræ iustificationis esse tantum favorem extrinsecum per solam imputationem iustitiæ Christi. Licèt actus charitatis non semper intrinsecè in homine inhæreat, benè tamen in prima infusione, utpotè actus vitalis elicitus, & receptus, in voluntate hominis, & huiusmodi actus perseverat intrinsecè moraliter, nisi per peccatum mortale retractetur.

Resp. in forma.

Cuidam quæsito Respond.

Ad ultim

31 Sed dices 1. ut homo sit dignus vita æterna, in qua condignitate illius sanctitas consistit, non requiritur aliquod donum esse ei intrinsecũ physicè, sed ad summum moraliter: ergò ratio D. Thomæ non satis efficaciter probat. Añs. probat. ut homo sit dignus maiori gloria, non requiritur huiusmodi dignitatem provenire ab aliquo dono intrinseco physicè, sed tantum moraliter. Siquidem homo eliciens actus remissos charitatis est dignus, habetque verum ius ad augmentum gloriæ, cũ tamen actus remissi, à quibus est talis dignit. non sint quid intrinsec. homini post eorum elicientiam, nisi ad summum moraliter: ergò similiter homo &c. 2. Ut homo sit dignus pœna æterna, non requiritur peccatum lethale, esse quid intrinsecum physicè inhærens homini, sed solum moraliter; cum iuxta plures peccatum lethale sit ipsum peccatum actuale, ut moral. perseverans in sui non retractatione: ergò similiter ut homo sit dignus vita æterna &c. Nec prodest recursus ad intrancitatem physicam peccati, quod dicitur habituale, in 1. sui elicientia, ut supra dictum est de actu charitatis. Non inquam prodest. Nàm iuxta plures AA. extra Scholam D. Thomæ peccatum posterorum est ipsum peccatum Adami, ut ab ipsis commissum in illo tanquã in cap. Unde nullam inhærentiam physicam habet respectu parvul. Si ergò parvuli constituuntur verè peccatores, digniquè pœna æterna, quin in ipsis detur aliquod mortale peccatum physicè inhærens, idem dici poterit respectu iustificationis hominum, nimirum, posse constitui iustos, dignosque amicitia Dei absque dono intrinseco physicè inhærente.

Replicab. 1.

Secundo.

32 Respond. neg. añs. Homo enim est dignus vita æterna quoad primum sui esse, quatenùs est filius adoptivus Dei iuxta illud: *Si filij hæredes, ut autem sit filius adoptivus Dei* debet ipsi assimilari in natura; non quidem per identitatem, aut communicationem substantialem, sed per participationem, ut constat ex definitione generationis. Cum autẽ divina natura nequeat principiari in ratione naturæ, quatenùs est principium visionis, & amoris Dei, nisi per aliquod donum physicè, & realiter existens, nequit homo denominari sanctus, dignusque æterna vita, sine dono gratiæ physicè ei inhærentis. Dignitas vero ad maiorem gloriam, & per modum præmij provenit à iure meritorum supposita gratia illa dignificante; cumque denominatio præmij sit moralis, sufficit permanere

Resp. ad 1.

re moraliter merita, ut homo maiori gloria coronetur.

33 Ad 2. Ad 2. Respond. sermonem accommodandum esse rebus iuxta earum naturam, & conditionem, ita ut si res de qua agitur sit tantum moralis, dum de illa affirmatur esse quid intrinsecum homini, eique inhærens habitualiter, intelligi debet de inhærentia pure morali. Cumque huiusmodi sit denominatio peccatoris, Deo offensi, digniquè pœna æterna, sufficit inhærentia moralis in peccato actuali physicè transacto, & moraliter existenti, ut homo sit actualiter peccator. Denominatio vero iusti, & filij adoptivi, non est purè moralis, sed primo, & principaliter physica. Siquidem homo est filius adoptivus Dei, quia spiritualiter genitus ab ipso: est autem genitus spiritualiter per participationem tuæ naturæ, de cuius ratione est esse principium visionis, & amoris, quod pertinet ad esse physicum. Dicitur iustus iustitia consistenti in recta interiori dispositione hominis, quatenùs supremum illius subditur Deo, & vires inferiores rationi; quapropter iustitia denotat rectificationem universalem hominis secundum animam, & secundum potentias ipsius: quæ quidem rectificatio utpote ad esse, & ad operari, debet fieri per formam physicè inhærentem. Ad ultimum dicatur, quod cum iuxta Apost. * non sicuti delictum, ita sit donum gratiæ; maximè commendat perfectionem illius, & amoris divini, si his, quos Deus diligit amicabiliter, infundat donum gratiæ physicè inhærentis.

Ad ult. *Ad Rom 5.

34 Arguit. 4. Objicies 4. De facto homo est Deo gratus ante receptionem gratiæ, quæ est donum creatum: ergò. Probat. añs. Homo dilectus amicabiliter Deo est ipsi gratus. Sed homo pro priori ad receptionem gratiæ intelligitur Deo amicabiliter dilectus: ergò. Probat. minor. Homo intelligitur Deo amicabiliter dilectus in illo signo, in quo intelligitur dilectio amicabilis Dei terminata ad hominem; sed talis dilectio intelligitur in signo priori ad receptionem gratiæ: ergò. Minor constat: Nàm talis dilectio respicit pro termino per ipsam producto receptionem gratiæ; sed omnis actio est prior saltim à quo suo termino: ergò dilectio amicabilis Dei intelligitur in signo priori ad infusionem, & receptionem gratiæ.

35 Oppinio Durandi. Hac ratione convincitur Dur. in 1. dist. 17. quæst. 7. ad asserendum hominem posse, & de facto esse Deum charum, & gratuitum antequam habeat gratiam habitualem. Addit etiam; quod ex suppositione Divinę ordinat. denominatio chari, & grati causat in homine grat. habitualem, & charitatem, à qua homo denominatur Deo gratus denominatione formali, & intrinseca; eo quod dilectio Dei, qua de facto diligit homines, eos ordinando ad vitam æternam, causat in illis dona, quibus perficiat ad videndum Deum, & promerend. vitā æternam; inter quę primo computantur gratia, & virtus charitatis. Quia tamen potuit absolutè Deus ordinare hominem ad æternam fœlicitatem sine gratia habituali, & charitate; ideò esse gratum, & charum Deo non connectitur necessario cum gratitudine formali, & intrinseca, quam homo de facto habet.

Duplex sanctitas: una per se: alia edundans.

36 Solut. speciales. Varias solutiones refert, & reijcit Illust. Godoy tom. 3. in 3. p. tract. de Adoptione Christi, disp. 52. §. 4. à num. 70. sed placet referre aliam, quam tradit Sapient. Magist. Choquetius in Universitate Lovaniensi, & Duacensi Olim Professor, nostri Ordinis singulare iubar, & in hoc nostro Cœnobio Salmantino à iuventute Sacris Litteris eruditus, cuius laudes miro affectu, ac splendore eloquentiæ super æthera extollit in suo erudito tom. de Origine gratiæ. Ait enim lib. 1. disp. 1. cap. 4. in solutione ad 4. dilectionem Dei considerari posse dupliciter: primo, ut est productio sui obiecti; 2. ut est volitio, & amor. Primo modo antecedit gratiam, quam causat. 2. modo supponit gratiam, & hoc pacto solum denominat gratū. Ex quo fit hominem numquam esse, aut intelligi dilectum à Deo amore amicitiæ, quin habeat gratiam; quia dilectio Dei, ut extrinsecè denominat hominem dilectum

lectum, supponit gratiam in ipso productam per ipsam dilectionem sub alio munere. Explicatur hoc à simili in intellectione, quæ est dictio, seu productio Verbi, & contemplatio; dicuntque communiter Theolog. eam primo modo esse priorem Verbo, quatenus est causa illius; secundo vero modo docent Verbum ad illam supponi.

37

Hæc tamen solutio, estò subtiliter excogitata, & exemplo satis pervio munita, venia tanti Mag. non placet; habet enim contra se, ni fallor; Angel. Mag. q. 23. de Ver. a. 4. ad 15. ubi expresse docet voluntatem divinam, utpotè causam bonitatis rerum, importare duplicem respectum ad bonum quod causat, scilicet, & denominationem voliti, & donominationem causati; subdit tamen in voluntate divina præsupponi respectum causantis ad respectum, sive denominationem voliti. Sic enim habet: *Dicendum, quod voluntas ad volitum habet duplicem respectum: primum quidem ad ipsum, in quantum est volitum; secundum vero in quantum est producendum in casu per voluntatem; & hic quidem respectus præsupponit primum. Primo enim intelligimus voluntatem velle aliquid, deindè ex hoc ipso intelligimus, quòd producat ipsum in rerum natura, si voluntas sit efficax. Primus ergò respectus divinæ voluntatis &c.* Quo nihil clarius pro statuendo in dilectione Dei causantis gratiam per prius munere dilectionis, & postmodum munere productionis. Nec exemplum iuvat: illa enim prioritas solum admittitur in productione Verbi ob necessitatem; secus tamen in Verbo producto ex fœcunditate, ut videre est in Patre: non enim producit Verbum ut intelligat, sed quia intelligit. Hæc autē ratio fœcunditatis suo modo convenit dilectioni Dei; non enim aliquid est bonum ut ametur, sed quia amatur. Nec similiter diligit amicabiliter iustos, quia sunt in gratia, sed è converso. Quemadmodum dicitur de scientia Dei respectu creaturarum: non enim dicitur vera, quia res sunt veræ, sed è contra: quo exemplo utitur Div. Thom. q. 27. de Verit. a. 1. Alia impugnatio deduci potest ex Illust. Godoy ubi sup. num. 76.

Reijtur ex D. Th.

Ad exemplum Resp.

Illust. Godoy num. 77. Resp. Argum. solum probare hominem esse dilectum denominatione extrinseca præcedēte prioritate naturę habitualis gratiæ infusionem, non vero esse dilectum denominatione intrinseca, hoc est digni ut diligatur; quod requiritur ut homo sit sanctus, & gratus Deo. Sed contra hanc solutionem obstat 1. Nam si argum. Durandi probat hominem pro priori ad gratiam habitualem denominari dilectum Deo, probat etiam pro priori ad illam denominari, & esse obiectum, & terminum dilectionis amicabilis Dei; sed hoc est esse iustum, & gratum Deo: ergò præd. solutio non solvit argum. Min. videtur certa, nisi sit petitio principij; quandoquidem quod in præs. dubitatur, est: * An homo solum ratione gratiæ ei intrinsecæ possit terminare amicitiam Dei? * Mai. vero prob. Quia dilectio Dei ad hominem est prior infusione gratiæ, pro signo, quo Deus diligit hominem, & pro priori ad gratiam, homo denominatur dilectus à Deo. Sed dilectio etiam ut respiciens pro termino, & obiecto sui hominem, est prior infusione gratiæ: ergò etiam homo pro eodem priori terminat tanquam obiectum dilectionem Dei. 2. Dum dicitur hominem eatenus esse sanctum, quatenus est dignus dilectione Dei, vel sermo est de dignitate ut Deus det grat: vel ut Deus velit ipsi vitam æternā? 1. nequit dici; cum ante gratiæ infusionem non præcedat in homine dignitas, ut diligatur à Deo, neque ut ipsi communicet gratiam. Si 2. restat probandum hominem, ut extrinsecè dilectum à Deo non esse dignum, ut accepterur ad vitam æternam; quod non facilè probabitur; siquidem; vel loquitur de dignitate intrinseca, & circa hoc est litigium. Si autem fiat sermo de dignitate extrinseca, videtur falsum ex dilectione amicabili Dei non accipere hominem ius, & dignitatem extrinsecam ad consequutionem gloriæ.

38

Solut Ill. Godoy.

Obstat 1.

Secundo.

Hac igitur solutione in sua probabilitate relicta, Resp. iuxta superius

39

Vera sol.

perius in antec. insinuata, hoc esse proprium actionis transeuntis, sive formaliter, sive virtualiter talis, non pertingere ad denominandum subiectum, in quo terminus per illam productus recipitur; nisi mediante præd. termino, ut pluribus exemplis probari potest. Cumque gratia sit terminus formalis, sive *quo* dilectionis amicabilis Dei erga hominem, non pertingit ad præbendam ei denominationem dilecti, nisi mediante gratia; aliter enim posset excogitari terminus *qui* alicuius actionis constitutus in esse talis pro priori ad terminum *quo*, sive formalem, quod repugnat. Cum quo rectè cohæret dilectionem Dei ante receptionem gratiæ in homine denominare ipsum amicabiliter dilectũ Deo vialiter, causaliter, aut in fieri, non tamen formaliter adhuc extrinsecè. Ratio 1. est: Nam 1. denominatio consistit in efficientia gratiæ; cumque hæc præcedat ordine naturæ gratiam, pro priori ad illam homo denominatur effectivè, aut causaliter dilectus à Deo per talem dilectionem. Ratio 2. est: Nam licet præd. dilectio, sicut etiam omnis actio transiens, possit concipi ut præbens denominationem dilecti in genere causæ formalis extrinsecæ, hæc tamen denominatio supponit in ipsa denominationem, quam præbet Deo in genere causæ efficientis; cum in tali efficientia termini per ipsam producti essentia illius consistat: sicut etiam in hoc, quod est denominare intrinsecè per modum formæ Deum diligentem. Unde per prius intelligitur in homine esse intrinsecè gratum, & dilectum Deo ratione gratiæ habitualis, & etiam dilectum causaliter per ipsam dilectionem, quam denominari extrinsecè dilectum in genere causæ formalis ab eadem dilectione.

40 Ad arg. Durandi in forma.

Ex quibus in forma dist. illam propositionem, cui nititur argum. Durandi: in illo signo, sive priori, in quo intelligitur Deus diligens hominem, intelligitur homo Deo gratus, & dilectus effectivè, sive in fieri, conc. mai. Formaliter adhuc extrinsecè, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Solutio constat ex dictis. Nec dicas: Pro eodem signo pro quo intelligitur aliqua forma, posse intelligi effectum formalem illius; sed esse extrinsecè formaliter dilectum, est effectus formalis illius dilectionis: ergò pro eodem signo dilectionis Dei ad hominem, potest homo intelligi à Deo formaliter extrinsecè dilectus. Resp. conced. mai. de aliquo effectu formali, præsertim intrinseco, & formæ essentialiter intrinsecè convenienti; huiusmodi autem effectus formalis respectu dilectionis, est denominare Deum diligentem, & actu causantem gratiam. At vero respectu omnis effectus formalis extrinseci, imo etiam intrinseci, propositio dicta non tenet verum, ut patet in opinione identificante actionem, & passionem, cuius uterque effectus formalis, scil. denominare agens, & pati, non intelligitur in eodem signo. Replic. Resp.

Obiic. 5. Ana minoris momenti. Ut homo terminet dilectionem Dei, non requiritur dari in ipso aliquod donum intrinsecum: ergò ratio D. Thom. non probat. Prob. añs. Ut unus homo terminet amorem charitatis, quæ est amicitia hominis ad Deum, non requiritur, quod in ipso præsupponatur aliquod donum intrinsecum supernaturale, vi cuius sit dignus amicitia, qua ratione charitas est amicitia hominis cum Deo, & etiam per illam diliguntur amicabiliter peccatores: & hoc quidem, quia tantum secundario se extendit ad illos: ergò cum primarium motivum dilectionis amicabilis Dei erga homines sit summa eius bonitas, non requiritur dari aliquod donum intrinsecum in homine, ut sic diligatur à Deo. 2. Deus est charitas, ut dicitur Ioan. ep. 1. Sed de ratione charitatis est reddere hominem Deo charum: ergò homo redditur Deo charus, & sanctus per ipsam Dei charitatem. 3. Sanctitas est vita animæ, sed Deus est vita animæ nostræ, ut dicitur Deuter. 30. ergò. 4. Solus Deus est, qui iustificat: ergò non mediante aliqua forma creata. Ulterius: Christus dicitur iustitia nostra, pax nostra, & his similia. Quod si iuxta plures per peccatum Adæ for- 41 Arg. 5. Prob. añs. 1. Secundo. Tertio. Quarto. Quinto.

ma-

maliter conſtituuntur poſteri eius peccatores; cur non poterit homo conſtitui iuſtus, & gratus Deo per gratiam Chriſti? ut dicitur ad Rom. 5. & pro quo ſuadendo poſſunt adduci plura teſtimonia. Tùm 1. ad Corinth. 1. tùm ad Rom. 10. tùm Ierem. 23.

42 Ad 1. Reſpond. ex illo etiam probari hominem exiſtentem in peccato læthali poſſe terminare dilectionem amicabilem Dei; quandoquidem iuſtus ex charitate diligit peccatores. Undè non preciſſe, quia homo eſt obiectum ſecundarium charitatis, poteſt diligi amicabiliter; & ſi in illo non ſit gratia, & charitas; ſed quia talis amor eſt affectivus, & ad ſummu m poteſt eſſe deſiderium efficax, ut Deus ei conferat gratiam, & vitam æternam. Amor vero Dei amicabilis ad hominem eſt effectivus; ideòque productivus gratiæ hab. in cuius communicatione fundatur amicitia hominis ad Deum. Et licèt Deus diligat hominem propter ſuam ſummam bonitatem, hoc potius probat oppoſitum; cum motivum talis dilectionis ſit ſumma bonitas, ut communicanda in via per gratiam, & in patria per viſionem fundatam, & radicatam in ipſa gratia. Ad 2. Reſp. Deum eſſe charitatem, per quam ipſe nos diligit; non autem, per quam nos redamamus, & diligimus Deum. Homo autem non fit Deo gratus per charitatem qua nos diligit, niſi ad ſummum effectivè; ſed per charitatem, ſecundum quam poſſumus Deum diligere, & hæc eſt aliquod donum intrinſecum creatum.

Ad ant. prob.

Ad 2.

43 Ad 3. Reſpond. cum D. Thom. Deum eſſe vitam ſpiritualem animæ per modum cauſæ efficientis, non per modum formæ, qualiter requiritur ad rationem ſanctitatis. Ad 4. Reſpond. añs. eſſe verum de iuſtificante per modum agentis principalis, non autem per modum formæ. Similiter, quando dicitur *Deum immediatè iuſtificare animam, *intelligitur dictum de immediatione excludente aliud medium per modum cauſæ principalis, ſecus autem per modum cauſæ formalis. Ad teſtim. ibidem adducta, reſpondetur illa intelligi in ſenſu cauſali, & meritorio, quatenùs Chriſtus Dominus meruit nobis gratiam, qua iuſtificamur, & à peccatis mundamur, non tamen cauſam formalem extrinſecè tantum nobis applicatam. Nec illud Pauli: *ſicut per inobedientiam unius &c. *Ut get. 1. Nàm in vera, & ſecura ſententia D. Thom. peccatum originale originatum, eſt realiter diſtinctum, & proveniens tanquam à cauſa à peccato Adami; ineſtquè intrinſecè parvulis, & eſt unicuique proprium, ut docet Concil. Trident. ſeſſ. 5. Can. 3. Nec obſtat; illud iuxta plures ex Thomiſtis conſiſtere in privatione iuſtitiæ originalis, proindequè non eſſe cum proprietate quid intrinſecum parvulis. Non, inquam, obſtat: Nàm eſt intrinſecum eo modo, quo privationes formæ ſunt intrinſecè in ſubiecto, ſcilicèt, realiter remotivè; quatenùs forma, qua privant, non inhæret intrinſ. ſubiecto; at vero habere eſſe ſpirituale includit eſſe conſortē Divinæ naturæ, eſſequè gènitum ſpiritualiter à Deo, quæ ſunt denominationes phyſicæ; proindequè à forma phyſicè inhærente provenientes.

Ad teſt. ibi addita

Sidicas.

Reſpond.

Reſpond. 2. Iuxta ſuperius dicta: inobedientiam Adami ſolum in aliquorum opinione denominare parvulos peccatores moraliter, & in prudentum eſtimatione; eoquod malum morale non ita petit exiſtent. aut inexiſtentiam ut denominet ſubiectum, ſicut exigit donum gratiæ; utpotè conſtituens hominem ſimpliciter perfectum, & rectificatum in ordine ſupernaturali. Per hoc redditur diſcrimen, ut unus homo poſsit ſatisfacere per ſatisfactionem alterius ei applicatam, ſicuti Chriſtus ſatisfecit pro nobis, quatenùs eſt cap. noſtrum; cum enim ſatisfactio ex genere ſuo ſit quid morale, poteſt moraliter applicari ei, cum quo eſt moraliter unitus; at vero iuſtificatio eſt quid phyſicum, utpotè includens principium per modum radicis ad elicientiam operationum ſupernaturalium; ideòque unus homo nequit iuſtificari per iuſtitiam alterius formaliter.

44

Reſp. 2. ad parit. de peccat. origin.

Ad aliam parit.

§. IV.

§. IV.

Gratiam, qua homo iustificatur, esse quid permanens, est adeo certum post Concil. Trident. ut sit veritas fidei.

45 ITa docent Illust. Godoy, tract. de Charitate sup. art. 2. & tom. 2. in 3. part. disp. 2. à num. 12. Vega lib. 7. in Concil. Trident. cap. 24. Bellarm. lib. 1. de Grat. & lib. arbit. cap. 3. & alibi, quibus adhæret M. Ferre asserens, * quod licèt non sit de fide gratiam, qua iustificamur, esse habitum, secus tamen esse quid inhærens de linea qualitatis. * Assumptum probatur. Ex Author. Sanct. Script. expresse asserentibus gratiam, qua iustificamur, non solum esse quid animæ inhærens, sed etiam permanens: siquidem appellatur in eis *lux*, *vestis nuptialis*, *semen*, *pignus*, *Thesaurus* & his similia; quę omnia attributa denotant gratiam consistere in aliquo dono permanenti, non vero in aliqua operatione, motione, aut auxil. etiã supernaturali transeunte. Undè Catechism. Rom. tract. de Baptism. §. 50. gratiam, qua iustificamur, *divinam qualitatem, lucem, & splendorem animæ inhærentem appellat: quæ omnia permanentiam illius clarè significant.* Hoc idem constat ex illo 1. Ioann. 3. *Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen eius* (id est gratia) *manet in eo; ex expressam permanentiam gratiæ.* Rursùs Ioann. 4. appellatur *fons aquæ salientis in vitam æternam*, quæ principium permanens clarè significat; similiter Ioann. 14. dicitur; in iustificatione tres Divinas Personas venire in animam iusti, & mansionem apud ipsum facere: ait enim: *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*

AA referuntur.

Probat.

46 Nec valet, si dicas Concil. solum intendere exclusionem erroris asserentis iustificationem fieri sola extrinseca Dei benevolentia, aut sola imputatione iustitiæ Christi; ideòque solum intendere illam fieri per aliquod donum intrinsecum; quod vero tale donum sit quid transiens, aut permanens, esto sit certum hoc secundum; non tamen ita, ut talis permanentia sit expresse de mente Concilij. Non, inquam, valet: Nàm Concil. locis relatis ex sess. 6. concluss. anteced. etiam utitur verbis expresse denotantibus permanentiam gratiæ. 1. *Concil. Trident. sess. 6. cap. 16. ait Christum Dom. tanquam caput in membra, & vitis in palmites iugiter in iustificatos influere virtutem*, quæ omnia permanentiam in iustitia exprimunt. 2. Nàm ab ipso expresse definitur, gratiam infundi parvulis per Sacramentum Baptismi; qui tamen non sunt capaces, alicuius actus, vel operationis, vel motionis transeuntis ad illam. Deindè: Nàm in fine cap. 7. dicitur: *Quod renati, seu iustificati iubentur conservare prædictam iustitiam usque ad Tribunal Domini.* Et cap. 10. dicitur: *Illam augeri, & conservari per bona opera.* Præter quam quod, ut ex antea dictis constat in Sac. Script. etiam continetur expresse illius permanentia, sicuti, *& Spirit. Sanct. inhabitare animam iusti, & iustos regenerari in filios Dei.* In quibus etsi hæc *dictio permanens* non ponatur, res tamen per illam significata expresse ponitur.

Reijcit. 1

Secundo.

Tertio.

Ultimo.

Sidicas.

Hæc dicta sunt, non de omni iustificatione, sed de illa, quæ fit in Sacramento Baptismi, & pœnitentiæ in adultis: est enim, & si non frequens aliquorum sentent. inter Catholicos, tuentes hominem extra Sacramentum iustificari etiam per actum charitatis, & contritionis: quæquidem sanctitas solum potest esse quid permanens moraliter, non vero physicè. Deindè advertendum hanc concluss. solum defendi, ut nostro videri magis probabilem; undè non sequitur oppositum sentientes inuri aliqua censura Hæresis, erroris &c. ut patet à simili, dum defenditur à pluribus Thomistis contra alios etiam antiquiores, *esse immediatè de fide Benedictum XIII. esse verum Pontificem*; eo quod non defenditur talis propositio, ut sit certa secundum fidem; sed tantum ut magis probabilis, & vero similior, de quo plura ibidem tract. de Fide.

47

Advert.

§. V.

§. V.

TERTIA CONCLUSIO.

Gratia, qua iuſtificamur, eſt forma intrinſeca de linea accidentis, de linea qualitatis, & habitus.

48 PRima pars eſt meo videri certa ſecundum fidem. Cuius ratio eſt: Nam forma inhærens cordibus noſtris eſt forma accidentalis; at qui iuxta Conc. Trid. huiuſmodi eſt gratia, & charitas, qua iuſtificamur, ut patet ex illis verbis: *Excluſſa gratia, & charitate, quæ per Spir. S. eorum cordibus infundatur, atque illis inhæreat*: ergò &c. Ratio etiam à priori id ipſum cõvincit. Forma intrinſecè adveniens ſubiecto conſtituto in ſuo eſſe ſubſtantiali, tam quoad eſſentiam, quam quoad perſonam, eſt forma accidentalis; ſed huiuſmodi eſt gratia, qua iuſtificamur: ergò eſt forma accidentalis. Mai. eſt certa, & min. etiã conſt. cum gratia habitualis non ſit de ſubſtantia animę, nec illam ſubſiſtentem, aut exiſtentem reddat; aliàs homo per peccatum abijciens à ſe gratiam iuſtificantem, deſineret eſſe, ſaltim quo ad eſſe individuale, & perſonale. Ex quibus reijcitur delirium Uvicleph ſequentis Priſcilianiſtas dicentes, *animam per ſuam ſubſtantiam eſſe iuſtam, & gratam Deo.* Siquidem præter immediatè adducta contra dictum errorem, ex illo ſequitur hominem neceſſario eſſe iuſtum, cum neceſſario habeat animam; proindeque eſſe impeccabilem, & impotentem amittere iuſtitiam. Videatur Uvaldenſis tract. 1. de Sacrament. à n. 7.

Prob. 1. pars Authoris.

Prob. ratione.

Excluditur error

49 Nec valet ſi dicas 1. Nullum accidens eſt perfectior ſubſtantia, ſed gratia habitualis eſt perfectior anima: ergò nequit eſſe accidens. 2. Gratia adſtruitur, ut natura, principium, & radix operationum ſupernaturalium. Sed conceptus naturæ, eſt conceptus ſubſtantiæ, & ſolum ſubſtantia dicitur 1. principium, & radix operationis, & motus: ergò. 3. Forma dans eſſe ſimpliciter eſt forma ſubſtantialis, ſed huiuſmodi eſt gratia habitualis: ergò

Inſtab. 1. Secundo.

Tertio.

Pr. min. 1. Nam hominem eſſe iuſtum eſt hominem eſſe ſimpliciter perfectum, & rectificatum in ordine ad Deũ, per quod diſting. ab alijs auxilijs, & actibus ſupernatur. illud tãtum ſecund. quid perficientibus. 2. Nam cum dilectio Dei terminet. ad bonum, ſitque cauſa illius, iuxta modum, quo Deus nos diligit, eſt modus perfectionis, & bonitatis in nobis. Sed per amorem, quo Deus iuſtificat homines, diligit illos ſimpliciter, ut docet D. Thom. hic art. 1. ergò gratia &c.

Ad 1. Reſp. cum D. Th. hic a. 2. ad 2. Et in 2. d. 26. a. 1. Quod licet nullum accidens ſit perfectius ſubſtantia quo ad modum eſſendi (nec ſimiliter quo ad ſui eſſentiam, ſi ſit accidens naturale ortum ex principijs naturalibus) ſecus tamen accidens ſupernaturale, qualis eſt gratia, ſi ſermo ſit de exceſſu perfectionis quoad eſſentiam. Ratio eſt: Nã eo maior eſt perfectio aliqua creata, quo magis, & expreſsius participat divinam bonitatẽ; ſed gratia eſt huiuſmodi, utpotè participatio divinæ naturæ, ſecundum quod eſt principium videndi, & amandi ſe ipſam; quam perfectionem non participãt alia ſecundum ſuam ſubſtantiam: ergò gratia excedit animam ſimpliciter in perfectione ſpecifica, licet nõ in modo eſſendi, eo quod anima per ſe exiſtit, & ſubſiſtit; gratia vero inhæret. Ad 2. Reſp. Conceptum naturę qua res creatur, & 1. generatur ſolum convenire ſubſtantiæ; è contra vero conceptum naturæ, qua aliquid renaſcitur, ſive regeneratur: cum 2. generatio, illam ſubſtantialiter conſtitutam ſupponat. Sic ſe habet gratia habitualis, per quam homo regeneratur, & fit filius Dei adoptivus; unde neceſſe eſt illam eſſe naturã in ordine accidentali. Quando autem dicitur ſolam ſubſtantiam eſſe 1. principium, & radicem operationis; hoc intelligitur de operationibus purè naturalibus. Si autem admittantur operationes ex ſpecie ſua ſupernat. neceſſe eſt deſignare aliquod principium radicale ipſarum etiam ſupernaturale; proindẽq; ſupra ſubſtãtiam rei, quam perficit, & elevat. Ad 3. diſting. maior. Forma dans eſſe ſimpliciter, quod eſt tale abſolutè, & ſine addito 1. conc. mai.

50

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Dans esse simpliciter in determinato ordine, & supponens aliud esse simpliciter, neg. maior. Et cum eadem min. dist. neg. conseq. Gratia namque habitualis dat esse simpliciter in ordine supernaturali, & quatenus ex illa homo est potens iustè vivendo promereri vitam æternam: hic autem ordo, cum elevet hominem ad finem superexcedentem finem connaturalem sibi proportionatum in cognitione naturali Dei ut Authoris naturæ constituentem; necessario supponit aliud esse simpliciter, & primum in alio ordine inferiori.

51 2. Pars prob. ex divisione accidentis completi, & prædicamentalis in novem genera, scilicet, *qualitatem, quantitatem &c.* Siquidem gratia, qua iustificamur, nequit esse quantitas; cum hæc sit proprietas materiæ, & quid essentialiter corporeum. Deindè nequit esse relatio. Tum quia non est purus respectus ad aliud, sed habet pro effectu formali constituere hominem sanctum, iustum, & in quoddam esse spirituali divino. Tum quia obtinet rationem naturæ; & constituit hominem Deo in natura similem; non vero similem in aliquo relativo. Aliunde nequit consistere in aliquo ex sex ultimis modis accidentis; quia hi sequuntur res corporeas: ergò necesse est illam esse de linea qualitatis, iuxta illud principium: *A divisso cum negatione membrorum dividentium ad illud, quod restat, est bona consequentia.* Hoc ipsum docet sæpè S. D. & confirm. ex Authorit. Catheciśmi illam appellantis *divinam qualitatem animæ inhærentem &c.*

Prob. 2. pars.

52 Dices 1. Forma, cuius proprius effectus formalis est quid relativum, consistit in relatione; sed effectus proprius formalis gratiæ est reddere hominē filium Dei adoptivum, quod ex sua ratione est quid relativum: ergò consistit in relatione. Vel aliter: filiatio adoptiva, sicuti & naturalis, est formaliter relatio; sed gratia iustificans est huiusmodi: ergò. 2. Contraria sunt, quæ sub eodem genere maximè distant. Sed gratia iustificans, & macula, sive peccatum habituale, directè inter se contrariatur: ergò sunt sub eodem genere. Sed peccatum habituale iuxta plures constituentes illud per privativum, non est in genere qualitatis: ergò nec gratia iustificans. 3. Nihil ex specie sua de linea moris opponitur directè ei, quod, est in genere Physico; sed peccatum læthale, sive actuale, sive habituale, est ex specie sua de linea moris: ergò nequit directè opponi alicui de genere Physico. Sed si gratia iustificans est de linea qualitatis, est intra genus Physicum: ergò, aut illa non est qualitas, aut non opponitur directè cum peccato.

Secundo.

Tertio.

53 Resp. ad 1. conc. mai dist. min. Esse filium adoptivū formaliter, neg. min. Fundamentaliter, conc. min. & neg. conseq. Effectus proprius gratiæ habitualis est reddere hominem consortem, & participem divinæ naturę, proindeque esse specialiter genitum: ad quod, tanquam ad fundamentum realiter consequitur, gratia filiationis adoptivæ; ut patet à simili in generatione, & filiatione naturali, de quo in Physica. Ad 2. Resp. Quod iuxta sent. constituētem peccatum habituale in aliquo privativo, gratia sanctificans opponitur privativè cū illo propriè, & rigorosè loquendo. Quod si communiter dicitur contrariari cum illo, hoc intelligitur de contrarietate latè sumpta: quemadmodum communiter dicitur *principia entis naturalis (quorū unum est privatio) esse contraria, & 1. contraria.* Imò etiam in sent. constituente peccatum habituale per peccatum actuale, ut moraliter perseverans; vel etiam per aliquid positivum morale per modū termini ex illo derelictum (ut tuetur Ill. Godoy) adhuc non adstruitur cōtrarietas stricta, sed tantum moraliter talis, propter oppositionem essentialem effectuum formalium, quos præstant gratia, & peccatum; scilic. reddere hominem Deo amicum, & inimicum; dilectum amicabiliter, & Deo invisum, sive offensū. Quod si debet admitti aliqua stricta contrarietas; hæc admittitur inter vitium, & virtut. inter actum virtut. & actum malum moraliter, si malitia moralis in positivo consistat; sin autē in privatione rectitudinis consistat,

Ad 1. Resp.

Ad 2.

solum admittitur contrarietas in actibus recensitis ex parte subitrati, de quo alibi. Ad 3. Resp. Quod si peccatum habituale in privatione gratiæ consistat ; sicuti hæc, & est physica participatio naturæ divinæ, & simul forma sanctificans , quod ad lineam moralem spectat , quamvis utrumque sit munus essentiale gratiæ : ita similiter dicendum de peccato habituali privanti gratia, sub utroque munere recensito. Unde & reddit hominem Deo dissimilem * per exclusionem participationis divinæ naturæ , & ab eo elongatum quoad esse, aversumque; & insuper dignum odio ipsius. Si autem peccatum habituale in aliquo positivo morali consistat, vel in ipso peccato actuali , ut moraliter permanenti ; tunc Respond. disting. maior. Ei quod est in genere physico purè , conced. maior. Quod est in genere physico , & simul essentialiter in genere moris, neg. maior. Et huiusmodi se habet gratia habitualis , ut supra dictum relinquimus.

Ad 3.

*M.P.vocat peccatum regionem dissimil.

54 Tertia pars , scilicet , *gratiam habit. qua iustificamur , esse qualitatem per modum habitus , * probar. enumerando species qualitatis. In primis enim nequit constitui in specie dispositionis : cum hæc sit ab intrinseco facile mobilis à subiecto ; gratia autem de se est principium permanens , ut supra probatum relinquimus. Deindè nequit esse potentia ; Tum quia hæc contradistinguitur à natura , qualis est gratia sanctificans , qua homo redditur consors divinæ naturæ , & filius adoptivus Dei. Tum quia potentia datur per se primo ad operandum : & insuper indifferenter se habet ad rectè , vel pravè operandum ; * gratia autem habitualis per se primo ordinatur ad esse, constituendo hominem in esse quoddam spirituali , & divino , per quod redditur similis Deo , sitque Deus per participationem iuxta illud : *Ego dixi , Dij estis.* Dato autem , quod per se ordinaretur ad operandum, respiceret operationem rectam , & sanctam. Tum quia gratia sanctificans consistit in principio universali ad diversas operationes ; potentia autem denotat principium particulare , & ad operationes unius spei formaliter. De alijs duabus speciebus ultimis certum est gratiam ad nullam pertinere : cum sint de linea accidentis sensibilis , & per transmutationem corporalem producibilis. Hinc constat gratiam sanctificantem contineri sub specie habitus ; propter illius permanentiam, completionem , & quia convenienter afficit , & disponit naturam intellectualem. Propter quæ , etsi P. Suarez tom. 2. Metaph. disp. 42. section. 4. num. 23. dixerit , * gratiam habitualem collocari in tertia specie qualitatis ; lib. tamen 6. de gratia cap. 2. num. 11. re melius inspecta asserit poni sub specie , vel genere habitus. *

Prob. 3. pars.

Non est dispos. nec potentia.

* Sic S. D. 3.p.q. 65, a.2.

Est habitus.

P.Suarez.

§. VI.

An sit propriè , & strictè habitus?

55 REstat tamen gravis difficultas super immediatè dicta ; An, scilicet, gratia habitualis sit propriè in specie habitus ; vel solum reductivè , aut solum accepta ratione habitus communiter , scilicet , pro perfectione accidentali animæ ab intrinseco permanenti ? Si enim peccatum originale in privatione gratiæ consistens à D. Thoma appellatur habitus,* sicuti etiam peccatum habituale personale, propter illius permanentiam : & quia disconvenienter afficiunt naturam; à fortiori gratia sanctificans permanenter , & convenienter perficiens eandem naturam per elevationem ad finem supernaturalem; sortietur nomen , & aliquam veram acceptionem habitus. Ratio dubitandi desumitur ex varijs testimonijs Div. Thom. utrique parti satis probabiliter faventibus. Etenim in 2. dist. 26. q. unic. a. 4. ad 1. sic habet: *Ad 1. ergò dicendum , quod gratia ad genus qualitatis reducitur , & ad 1. speciem qualitatis, nec proprie tamē naturam habitus habet.* Quo nihil videtur clarius pro part. negat. Et q. 27. de Ver. a. 2. ad

*1.2.q. 82.a 1.

Motivū pro parte negativa.

7. Dicendum, quod gratia est in 1. specie qualitatis, quamvis non propriè possit dici habitus; quia non immediatè ordinatur ad actum, sed ad quoddam esse spirituale, quod in anima facit, & est sicut dispositio respectu gloriæ, quæ est gratia consummata. Pro parte affirmativa stat in primis authoritas eiusdem S. D. 1. 2. q. 49. a. 1. in corp. ubi expressè collocat in specie habitus pulchritudinem, & sanitatem, de quibus clarè etiam affirmat non ordinari immediatè ad operari, sed ad esse. Idem habet q. 50. a. 1. & a. 2. ubi expressè instituēs sermonem de gratia habit uali, sic habet: *Si loquamur de aliqua superiori natura, cuius homo potest esse particeps secundum illud 2. Petri 1. ut simus consortes naturæ divinæ: sic nihil prohibet in anima secundum suam essentiam esse aliquem habitum, scilicet, gratiam.*

Pro parte affirmativa.

56

Propter hæc Thom. in diversas abierunt opiniones. Aliqui enim tuētur gratiā esse propriè habitum, quin huic obstet illam non ordinari immediatè ad operationem; Tum propter instantiam adductam de sanitate, & pulchritudine; Tum quia loco cit. ex q. 49. a. 3. ait * licet de ration. habitus sit dicere aliquem ordinem ad operat. sed cum diversitate: Nam habitus, qui est alicuius potentiæ, ut subiecti, principaliter importat ordinem ad actum; si autem consideretur ratio habitus secundum rationem habitus, principaliter importat ordinem ad ipsam naturam rei. Sed quia natura est rincipium operationis, ex consequenti importat ordinem ad actum.* Totus ferè discursus est D. Th. ergò gratiam sanctificantem non ordinari immediatè ad operationem, sed ad esse &c. Idem convincitur sequenti discursu. Quidquid directè, & propriè continetur sub aliquo genere, debet directè contineri in aliqua specie talis generis; sed gratia sanctificans continetur directè sub genere qualitatis completę, quæ est genus ad alias species: ergò cum solum possit contineri sub specie habitus, ut probatum relinquimus, dicendum est illam esse propriè, & in rigore habitum. Quapropter aliqui tuentur, esse errori proximum, negare gratiam esse habituum; eo vel maximè post definitionem Clem. V. in Concil. Vienens. * approbantis sententiā eorum, qui asserebant in iustificatione parvulorum infundi habitus supernaturales pro ipsorum iustitia, & sanctitate. * Per oppositum ob test. primo loco adducta sentiunt alij Thomistæ, inter quos M. Cabrera 3. p. q. 9. a. 2. disp. 12. in solut. ad confirm. 3. argum. & M. Choquet: disp. 14. de grat. cap. 2. & 3. part. negativam appellans veram, & genuinam sententiam D. Thom. Quibus annumerari debent Illust. Araujo in Meth. lib. 5. q. 1. a. 2. Illust. Herrera tract. de Charitat. art. 3. tenentes sub prædicamento qualitatis non contineri gratiam, & alia accidentia supernaturalia, sed tantum indirectè, & reductivè; pro quo videatur Mag. Choquet: ubi supra cap 4. qui etsi huiusmodi opinionem approbet quantum ad gratiam sanctificantem, ideòque asserat illam non contineri directè sub genere qualitatis prædicamentalis; negat tamen de virtutibus supernaturalibus, propter expressum test. D. Th. in 4. dist. 4. a. 1. ad 2. dicentis: *Habitus infusi sunt in eadem specie qualitatis cum habitibus naturalibus, vel acquisitis.*

Variè sentiunt Thomist.

Fund. pars affirm. 1.

Secundo.

AA. pro utraque parte.

57

Licet utraque pars possit satis probabiliter defendi absque præiudicio fidei; cum in utraque gratia sanctificans absolutè nominetur habitus propter eius permanentiam, & completam perfectionem intrinsecè afficientē animam, per quod aperte contradicitur omni errori Hæretic. circa modū, quo homines iustificantur (qua de causa examinare; An sit propriè, & strictè in specie habitus, magis spectat ad considerationem Philosophicam, quam ad Theologicam) attamen pro complemento doctr. circa adæquat. constitutionem gratiæ sanctificantis; probabilis mihi videtur sentent. negativa, utpotè testim. D. Thom. efficac. initens. Siquidem in eis invenitur repetita hæc propositio: *Gratia non dicitur propriè, nec est propriè habitus.* Cum tamen in favorē sent. affirmativæ solū inveniatur hæc proposit: *Gratia est aliquis habitus.* Hęc autem propos. potest verificari, quin sit

Pars negativa probabil.

Prob. 1.

sit propriè, & in rigore talis, iuxta superius dicta. Idemque dicendum de authoritate Concil. Vienensis; si referatur ad gratiam, & non ad virtutes infusas. Ex tali enim testimonio solum intendunt communiter Theologi probare permanentiam sanctitatis, eamque non consistere in aliqua actione, motione, auxilio, vel operatione traseunte. In quo sensu gratia sanctificans communiter appellatur his terminis, *gratia habitualis, donum habituale &c.*

58 Secundo. Adest etiam ratio mihi efficacissima pro parte negativa. Nam de ratione 1. speciei qualitatis est afficere substantiam; benè, vel malè, sive convenienter, aut disconvenienter ad eius naturam; at qui gratia non sic afficit hominem; sed ipsa est quædam natura superioris ordinis, tribuens animæ 1. esse spirituale, & divinum: ergò non est propriè habitus, sed principium, & radix habituum supernaturalium. Unde quemadmodum anima est natura quædam, à qua emanant potentiæ, & quæ per habitus benè, vel malè potest disponi; ita gratia est natura, & vita specialis animæ conformiter, ad quam potest convenienter disponi per habitus infusos. Nec exemplum de sanitate, & pulchritudine obstat; tum quia istę qualitates non sortiuntur rationem naturæ in aliquo ordine. Tum quia 1. 2. q. 50. a. 1. de illis asserit D. Thom. non habere perfectam rationem habitus. Ideòque frequentius eas appellat dispositiones habituales.

59 Hæc probatio non placet. Sed hæc ratio probat etiam gratiam sanctificantem non esse propriè qualitatem; Tum quia ut ex arg. sup. facto constat, necesse est eam debere collocari in aliqua specie propriè tali; quæ quidem alia esse nequit nisi habitus. Tum quia cum qualitas ex suo genere sit dispositio, & determinatio substantiæ ad esse accidentale iuxta eius naturam, quantitatem, vel actionem, & passionem; id quod obtinet rationem naturæ, & radicis in aliquo ordine, nequit dici propriè qualitas, utpotè dans 1. esse, quasi substantialiter se habens in dicto ordine. Scio M. Choquet: concedere illationem, licet cum hoc addito: *Gratia non continetur directè in prædicamento qualitatis.* Sed cum aliunde videatur mihi durissimum concedere non esse veram, & propriam qualitatem; sicuti & non esse verum, & proprium accidens completum: restat præfato Mag. adscribere conceptum obiectivum qualitatis ut sic; præscindentis à naturali, & supernaturali, quod non facile præstabit. Tum quia opponitur Cathec. Pij V. appellanti eam absolutè qualitatem.

Opinio cuiusdam A.

60 Eligitur pars affirmativa. Ut ergò hæc omnia vitentur, dicendum: *gratiam sanctificantē, & esse veram qualitatem, & habere veram rationē habitus; * ita ex professo docet M. Conrad. Koellin. q 110. a. 3. §. *Mai. conceditur*, & sequentibus, & M. Medina 1. 2. q. 49. a. 2. ubi distinguunt duplex genus habitus, scilicet, operandi, & essendi: & huiusmodi est gratia sanctificans, per quam homo elevatur ad consortium Deitatis, fitque Deus per participationem. Quando autem D. Thomas negat gratiam habitualem habere propriam rationem habitus, exponendus est de habitu operativo, & de quo tantum egit Philos. qui solum præd. habitus cognovit in anima, & in ordine ad rectam, vel pravam operationem. Quæ doctr. roboratur ex eodem Ang. Præc. q. 27. de Ver. a. 2. ad 7. ubi postquam dixit *gratiam non esse propriè habitum, eo quod ordinatur immediatè ad quòddam esse divinum*, subdit: *Nihil tamen invenitur simile gratiæ in accidentibus animæ, quæ Philos. sciverunt: quia Philos. non cognoverunt nisi illa animæ accidentia, quæ ordinantur ad actus naturæ humanæ proportionatos.* Ex quibus constat, quod quando alicubi negat gratiæ propriam rationem habitus, loquitur secundum acceptionem illius in sensu Aristotelico, & iuxta communem acceptionem soli rationi naturali innitentem; non autem secundum quod nobis innotescit per fidem, scil. homines per qualitatem à Deo infusam permanenter eis inhærentem participare naturam divinam per quandam regenerationem, seu recreationem.

Duplex habitus.

Roboratur ex D. Thom.

61 Confirm. Hæc solutio confirm. potest exem-

exemplo generationis substantialis, quæ à Philos. diffinitur, *quod sit species mutationis*. Si enim aliquis ex hac doct. Philos. intendat probare in divinis nullam dari generationem, aut etiam in creatis productionem vermis ex speciebus Sacramentalibus non esse generationem verè talem, propter summam immutabilitatem Dei; & quia in productione vermis non præcesit aliqua vera privatio; communiter Resp. Philos. loqui de generatione creata, quam agnovit: & etiam de generatione creata, non utcumque, sed de illa, quæ fit virtute agentis naturalis. Similiter dicendum de relatione secundum esse, quam diffinit per hoc, *quod sit purus respectus ad terminum*: & tamen principijs fidei innitentes concedunt Theologi in divinis veras relationes secundum esse, quas tamen negant *esse puros respectus*, sed esse tres personalitates substantiales per se, & ad se subsistentes.

Vide Colleg. D. Th. Complut.

62 Ex quibus ad fundamentum positum Resp. in forma. De ratione *habitus* est afficere subsantiam convenienter, aut disconvenienter &c. *habitus* naturalis, & operativi, conc. mai. Habitus supernaturalis, & de linea essendi, neg. mai. & concessa min. neg. vel distinguo. conseq. eodem modo. Vel aliter. Convenienter ad naturam secundum potentiam eius naturalē, vel obedient. ut per novum esse regeneretur, conc. mai. Ut operetur, neg. Et cū ead. min. dist. neg. conse. Gratia enim estò sit natura, est talis per modum elevantis naturam substantialem; quæ quidem, quia intellectualis, & ad imaginem Dei, convenienter se habet per gratiam transeundo de vivere purè naturali ad vivere supernaturale, & de cognoscendo, & amando Deum ut Authorem naturæ, ad posse cognoscere, & amare ipsum, ut Authorem gratiæ. Unde per gratiam convenienter se habet secundum rationem naturę intellectualis; non quidem relatè ad operationem, sed ad finem illius; nam ipsa gratia est principium quo intelligendi, & amandi Deum Authorem gratiæ. In quo estò appareat excessus supra illius exigentiam, apparet etiam mira consonantia cum eius essentia, dum elevatur ad suum finem ultimum satiantem omnē eius appetitum. Quod si argumentum proponatur sub hac maiori: *de ratione habitus animæ est disponere subiectum in ordine ad operationem rectam, vel pravam.* Sic debet distingui: de ratione habitus operativi, vel cogniti ab Aristotele, & alijs Philosophis, conc. De ratione habitus ut sic, subdist. Ex consequenti, conc. Primo, & principaliter, nego. Solutio est D. Thom. 1. 2. q. 49. a. 3. cuius verba retulimus in antec. Placet tamen iuxta doctr. S.D. tradere definit. gratiæ habit: *Qualitas supernaturalis, animæ inhærens; qua homo fit consors divinæ naturæ, & Deo amicabiliter dilectus.* 1. particula habetur q. 110. a. 2. secunda ibi a. 4. tertia a. 3. quarta art. 1. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. M. in 2. dist. 26.*

Ad motiva ratione fundata.

Definit. gratiæ ex S.D.

DU-

DUBIUM II.

AN DE POTENTIA ABSOLVTA posſit homo fieri Deo gratus, iuſtus, & ſanctus, filius adoptivus, & hæres gloriæ, ſine aliquo dono intrinſeco creato?

§. I.

PRÆNOTANTUR ALIQUA.

N. 1 EX Script. principijs fidei, & ratione probavimus dub. añti. denominationes in titulo recenſitas de lege Dei ordinaria, & iuxta præſentem providentiam fundatam in naturis rerum, provenire à gratia habituali animæ inhærenti. Modò autem quærimus de potentia abſoluta Dei; Tum ad magis explicandum naturam præd. gratiæ, meliuſque intelligendos præd. effectus formales; Tum ad ſolidiorem impugnationem Hæreticorum, aſſerentium iuſtificationem hominum eſſe purum favorem extrinſecum Dei, nec fieri per interiorem hominis renovationem. Unde apparet utilitas dub. præiacti, utpotè valdè conducentis ad perfectam intelligentiam iuſtificationis, & ut argumentis hæretic. plenius ſatisfiat. Conſultò quæritur de dono intrinſeco creato, & non præciſè de gratia habituali; cum ſit probabilis ſententia, actum charitatis, & contritionis in alia ſaltim providentia obtinere munus formæ ſanctificantis. Addimus etiam in eodem titulo varias denominationes in homine iuſto repertas, & de facto à gratia habituali provenientes; eo quod aliquæ iuxta aliquorum opinionem pendent eſſentialiter à dono intrinſeco animæ inhærenti; aliæ vero non, ut in progreſſu dub. conſtabit. Tum etiã quia præd. denominationes exprimunt rationes diverſas, & per reſpectum ad diverſos terminos conſtituuntur; quapropter ex diverſis principijs debent deſumi rationes probativæ pro earum eſſentiali dependentia à gratia inhærente. 2. notandum, præſentem difficultatem non eſſe eandem cum illa, quæ infra qu. 113. art. 2. à Theolog. tractari ſolet. An, ſcilicet, peccatum mortale de potentia abſoluta poſsit remitti abſque infuſione alicuius doni creati? Cum enim remiſsio peccati ſolum dicat condonationem offenſæ, & relaxationem pœnæ debitæ; poteſt concipi quod Deus remittat alicui peccatum, & nihilominus non fiat ei amicus, nec ipſe homo fiat iuſtus, & ſanctus cum iure ad vitam æternam. Hac ratione in iuſtificatione impij diſtinguunt communiter Theologi effectum negativum, & poſitivum; primus conſiſtit in remiſsione peccati; ſecundus in interiori renovatione, qua homo fit Deo amicus, & filius adoptivus Dei. Ob cuius diverſitatem effectus plures Theologi ſatis probabiliter tuentur, actum charitatis eſſe de ſe ſufficientem iuſtificare negativè hominem, propter oppoſitionem eſſentialem cum peccato habituali; inſufficientem tamen iuſtificare poſitivè ob defectum permanentiæ, & principij radicantis alia dona ſupernaturalia.

Not. 1.

Utilit. Dubij.

Variæ de nomin. in iuſto.

Secundo.

Duplex effectus iuſtific.

Ex quibus constat ex veritate
2 huius propositionis, scilicet: *Peccatum mortale potest remitti absque aliquo dono intrinseco: actus charitatis, visioque beata obtinent veram rationem sanctitatis formalis*, minimè inferri oppositum dubij propositi contra partem affirmativam. Siquidem aliud est, non esse peccatorem, aliud esse positivè sanctum, & iustum. Similiterque, cum actus charitatis, visioque beata sint dona intrinseca creaturæ, ex veritate talium propositionum, non remanet dubium decisum. 4. advertendum, quod cum Deum facere hominem sibi gratum, includat actum dilectionis divinæ, & hæc possit dupliciter accipi in ordine ad hominem; scilicet, pro amore secundum quid tali; vel pro amore simpliciter, & excludente omnem inimicitiam inter ipsum, & hominem, quatenus videlicet Deus trahit hominem ad participationem sui ipsius, qui est summe, & infinite bonus: dum in dubio proposito usi fuimus hac dictione *gratus*, intelligendum est de gratitudine simpliciter, & perfectè tali, pertinente ad dilectionem amicabilem; ita ut verificetur cum proprietate hominem propriè placere Deo. His suppositis variæ sunt AA. opiniones, etiam facta comparatione inter denominationes titulo dubij præfixas, de quibus Aliqui existimant, quasdam esse denominationes essentialiter intrinsecas; quasdam vero non, licet connaturaliter de facto à forma intrinseca præstentur. Ut autem clarius procedamus, sit

Tertio.

Advert. 4.

Duplex dilect. Dei ad homin.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO.

Denominatio iusti, & sancti petit essentialiter à forma intrinseca præstari.

3 EST contra Scotum, & eius discipulos, quibus adhæret Gregorius Ariminus citatus à Capreolo in 1. dist. 27. q. 14. a. 3. Dur. ibid. M. Soto in 4. dist. 1. q. 3. Curiel, & alij sentientes hominem de potentia absoluta posse iustificari per favorem purè extrinsecum, vel imputationem iustitiæ Christi; sed nostra conclusio est frequentior inter Theologos, estque expressa in D. Thom. in 1. d. 17. q. 1. a. 1. ubi ait: *Sicut igitur nequit intelligi quod paries sit albus sine albedine inhærente; ita non potest intelligi, quod anima sit bona in esse gratuito sine gratia informante ipsam.* Probari etiam potest ex alia authoritate Div. Thom. infra quæst. 113. a. 2. dicente: *Non posse intelligi remissionem peccati absque infusione gratiæ.* Siquidem denominatio iusti, & sancti, præter absentiam peccati dicit perfectionem, & rectitudinem subiecti; sed iuxta relata verba, nec remissio peccati potest præstari per formam extrinsecam: ergò nec denominatio iusti, & sancti. Sed quia de hoc alibi agitur ex professo, probatur ratione.

Proban. ex S.D.

Hominem esse, & denominari iustum, est illum esse simpliciter perfectum in ordine supernaturali; sed huiusmodi perfectio nequit præstari nisi à forma ipsi intrinseca: ergò homo nequit denominari iustus coram Deo &c. Mai. videtur innegabilis; tum quia iustitia hominis coram Deo importat essentialiter rectitudinem universalem in ipso, tam secundum animam, quam secundum potentias, propter quod ait D. Thomas ubi supra: *Hoc genus iustitiæ consistere in quadam interiori hominis recta dispositione, quatenus supremum illius, scilicet, mens, sive spiritus, subditur Deo, & inferiores vires subduntur rationi.* Tum quia hominem esse iustum est illum posse, & esse expeditū ad rectè, & perfectè operari; cumque perfectio operationis à perfectione subiecti operantis dependeat, denominatio iusti est denominatio perfecti, & rectificati. Ad quod accedit, quod cum finis sit mensura rectitudinis, & perfectionis in his, quæ ordinantur ad ipsum; iustitia, & rectificatio hominis in ordine ad Deum ut finem supernaturalem, necessario includit hominem esse rectè ordinatum, & dispositum ad illius consecutionem; quæ recta dispositio, & habitudo necessario dicit, tum

4 Ratio probativ. pro denomin. iusti,

hu-

similitudinem, tùm proportionem, & inclinationem ex parte hominis ad Deum sub ratione summi boni; in quibus omnibus perfectio propria hominis splendet. Min. vero etiam

Min constat 1.

constat. 1. Quia subiectum esse simpliciter perfectum, & bonum, dicit ex terminis esse politivè dignum amore: cum sit obiectum illius. Sed huiusmodi dignitas politiva est quid intrinsecum subiecto, quod afficit: ergò. 2. Quia iuxta D. Thom. 1. p.

Secund o.

quæst. 6. art. 3. *Unumquodque est perfectum, in quantum est in actu.* Actualitas autem; sive per novum esse accidentale, aut substantiale rei, est intrinseca ipsi; denominationes enim purè extrinsecæ nequeunt rei tribuere maiorem actualitatem; licèt possint addere aliquam æstimabilitatem, honorem, & excellentiam apud prudentes.

3. Nàm ut ibidem docet D. Thom. triplex est perfectio rei. * Prima consistit in esse, quod per formam substantialem habetur; 2. in accidentibus, quibus res potest consequi, & tendere in consequutionem sui finis: 3. in eiusdem finis assequutione. * Undè proportione servata, prima perfectio hominis in ordine supernaturali consistit in aliquo esse eiusdem ordinis præstito à forma supernaturali. 2. In virtutibus infusis, quibus redditur potens, & expeditus ad se movendum in Deum, ut finem ultimum supernaturalem. 3. consistit in illius perfecta assequutione per visionem, & fruitionem. Tùm sic: sed omnes istæ perfectiones sunt ex terminis intrinsecæ subiecto, quod perficiunt: ergò. 4. Quia in naturalibus sine acquisitione alicuius perfectionis intrinsecæ nequit subiectum transire de non perfecto, in simpliciter perfectum: ergò neque in ordine supernaturali non potest fieri similis transitus sine aliqua forma intrinseca.

5 Tertio.

Quarto.

Neque obstat instantia, quæ fieri potest in humanitate Christi Domini, de qua frequenter asserunt Theologi reddi formaliter sanctam, & iustam à personalitate verbi, præcisivè à gratia habituali aliisque donis gratiæ accidentalibus; in hac enim sententia difficile apparet illam esse simpliciter perfectam; siquidem ei nec ex vi personalitatis tribuitur aliquod principium per modum radicis, aut virtutis ad rectè operandum; imò nec aliqua actualitas de linea essendi; cum ratio subsistentiæ sit ratio termini afficientis naturam, illam reddendo incommunicabilem alteri supposito. Undè constat rationem probativam non satis solidè procedere. His accedit communis sensus cum D. Thom. 3. p. quæst. 7. art. 1. probantium Christum fuisse prædituum gratia habituali, aliisque donis supernaturalibus, nè illius anima imperfecta simpliciter permaneret; non igitur ex terminis idem est hominem esse iustum coram Deo, ac esse simpliciter perfectum in ordine supernaturali.

6 Replicab.

Urgetur.

In primis talis sententia minimè favet Adversario cum unio hypostatica sit intrinseca per modum termini physicè perficientis humanitatem. Rursus: hæc sanctitas consistit in coniunctione ad Deum quantum ad esse; nostra vero quantum ad operari, videndo, & amando Deum. Respond. 3. Sanctitatem illam utpotè altioris ordinis, eminenter continere sanctitatem accidentalē; ideòque humanitati ex vi unionis ad Personam verbi debentur omnia dona supernaturalia. Ex quo dicendum humanitatem Christi Domini accipere à personalitate verbi, esse perfectam in esse existentis, & subsistentis formaliter; radicaliter vero, sive eminenter, esse etiam perfectam ad operandum supernaturaliter propter ius intrinsecum ab infinita dignitate gratiæ unionis proveniens ad omnia dona gratiæ accidentalis. Neutrum autem horum præstari potest sine aliquo dono intrinseco, & sola extrinseca benevolentia Dei. Si dicas. Sanctitas, & iustitia hominis coram Deo est quædam dignitas moralis; sed dignitas ex terminis præscindit ab eo, quod intrinsecè, aut extrinsecè dignificet subiectum: ergò. Respond. Aliam esse dignitatem honoris; aliam dignitatem amoris, hæredis, & possessionis summi boni; prima potest per extrinsecum favorem haberi; uti se ha-

7 Respond. triplici-ter.

Si instes.

Respond.

habent Dignitas Regia &c. Secunda vero solum à forma intrinseca præstari potest, & huiusmodi se habet sanctitas animæ.

8

Probat. 2. de denomin. sanct

Quantum attinet ad denominationem sancti, prob. idem assumptum notando, quod licèt sanctitas consistens in deputatione ad Dei cultum (quæ etiam rebus inanimatis attribuitur, uti sunt vasa, & vestes sacræ) in denominatione extrinseca consistat; secus tamen sanctitas strictè sumpta, & soli creaturæ rationali conveniens. Hæc etiam dupliciter accipi potest; uno modo prout est virtus sola ratione à Religione distincta, de qua expresse agit S. Doct. 2.2. quæst. 81. a rt. 8. ubi docet *quod eadem virtus dicitur Religio, quatenus exhibet Deo debitum cultum inoblationibus, sacrificijs &c. sanctitas vero, quatenus mentem; & alia virtutis opera ofert Deo se exhibendo ipsi ut mysticum sacrificium. *Alio modo accipitur sanctitas, prout est idem ac iustitia, qua homo redditur Deo gratuitus, & dignus æterna fœlicitate: in quo sensu accipitur frequenter in Scriptura, Concilijs, & SS. PP. Utroque modo consideretur necessi. dicit formam intrinsecam; si enim sumatur pro virtute supernaturali, manifestum est in Doctrina D. Thomæ non posse supleri per auxilium purè extrinsecum. Si autem accipiatur 2. modo, qualiter est sermo in præsenti.

Diversit. inter Relig. & sanctitatem.

9

Format. ratio.

Probat. Sanctitas iuxta sui propriam expressionem est idem, ac puritas, & munditia; *Sanctum* enim Latine, Græcè dicitur *Agios*, hoc est sine terra; ita S. Doct. ubi supra ex Doctr. S. Dion. cap. 12. de Div. nomin. lect. 1. ubi sanctitatem sic definit: *Ab omni immunditia libera, perfecta, & omnino immaculata munditia*, quia igitur Deus est summa puritas, non solum sanctus, sed, & sanctus sanctorum nominatur. Nec temoveat sanctitatem à D. Dion. per carentiam immunditiæ definiri, ut ex hoc existimes illam non consistere in aliquo positivo. Non, inquam, temoveat, tùm quia exclusio impuritatis in aliquo positivo fundari debet. Tùm quia puritas sive quoad esse, sive quoad operari, sunt quid positivum. De 2. constat; operatio enim pura moraliter dicitur *operatio cœlestis, Divina, supra omnem affectum terrenum, & carnalem elevata*. Nàm quemadmodum dicitur cor *immundum* quando cogitationibus, & affectionibus terrenis miscetur; à quibus dicitur maculari; ita cor solis cœlestibus cogitationibus, & affectionibus adhærens, dicitur *cor mundum*. Cum enim anima ad imaginem Dei creata, & propter eius fruitionem condita, sit superior omnibus corporalibus; dum inordinate afficitur circa temporalia, maculari dicitur; sicuti aurum per mixtionem cum plumbo redditur impurum: è contra vero per conversionem ad Deum mundatur, & purificatur. Ita S. Doct. 1. 2. quæst. 86. art. 1. & q. 89. art. 1. & 2.2. q. 87. art. 6.

Quid sit sanctitas.

Duplex veritas.

10

Quid sit puritas animæ.

Hinc infertur puritatem, & munditiam animæ quantum ad esse consistere in quadam positiva perfectione; cum operari sequatur ad esse; proindeque si munditia operationis consistit in positiva rectitudine, qua agens supra omnem affectum terrenum elevatur, & ab illo positivè recedit; necesse est animam reddi mundam per quoddam esse cœleste, & Divinum omnia corporalia super excedens, à quo ut à radice proveniat munditia actualis in operatione. Hinc inferes; qua de causa gratia dicitur munditia animæ ideòque *sanctitas* huius vocis significatione attenta; non solum, quia abluit à macula peccati, sed quia præbet animæ quoddam esse divinum elevatum supra omnia creata existens in confinio Dei, & à qua non nisi cœlestes operationes, Diviniquè mores provenire valent.

11

An differant in gratia puritas, & splendor.

Nec iudico à veritate alienum dicere: gratiam esse puritatem, & munditiam animæ, quatenus est quiddam nitor, sive splendor ex refulgentia Divini luminis in nobis proveniens. Ratio est: Nàm macula dicitur per privationem nitoris, & pulchritudinis; sed proprie dicitur talis per privationem munditiæ, & gratiæ: ergò gratia est munditia animæ, quatenus est nitor, & splendor ex-

ex præsentia Divini Solis refulg. Totus discursus est D. Th. ubi supra: & validè potest confirm. ex illo Ezech. 42. cap. 2. *Gloria Dei Israël ingrediebat per Portam Orientalem, & terra splendebat à Maiestate eius.* Hinc habes, cur gratia dicitur lumen; quia, scilicèt, est principium videndi Deum testante S. Doct. 3. contra Gent. cap. 25. & item; cur à M. Par. super Psalm. 103. Definitur *nitor animæ sanctum concilians amorem.* De luce enim adhuc materiali specialissimè dicitur non coniquinari immundijs ita S. August. lib. 5. contra Hæreses cap. 5. S. Basilius *Homil. 25. de Nativ. Iesus*, quæ omnia probant ex ipsa ratione splendoris Divini convenire gratiæ purificare, & mundare animam, ideòque expressionem sanctitatis eidem convenire. Consequenter adhæc Catheciśm. Rom. ait à gratia habituali, quatenus est *lux, & splendor provenire, quod animas pulchriores reddit, maculasque peccatorum delet.* Ubi puritas ponitur pro pulchritudine.

Ecce ad præsent. Dei lux gratiæ.

12 Effectus igitur sanctificationis attenta vocis origine, & significatione, non est solum mundare animam à maculis peccatorum, ut docet S. Doct. ad Ephes. 5 lect. 8. sed primo, & principaliter eam puram constituere dãdo aliquod esse Divinum per participationem elevatum supra omnia temporalia, per quod reddatur potens purè, rectèquè operari adhærendo Deo, ut fini ultimo totius rectitud. Ex his omnibus patet sanctitatem, prout attenta nominis Ethimologia, & puritatem animæ, dicere in sui ratione quid intrinsecum. Nàm vel sumitur pro pulchritudine spirituali, vel pro nitore ex refulgentia Divini luminis provenienti, sive candore cœlesti; vel tandem pro quoddã esse elevato supra omnia temporalia, quo homo reddatur potens purè, & cum omni elevatione elicere affectiones, & actiones castas Divinis moribus conformes. Sed quo cumque modo summatur puritas animæ ad sanctificandum sufficiens dicit in sui ratione aliquid intrinsecum, ut de se constat: ergò denominatio sancti est necessario intrinseca, & per purum favorem extrinsecum in suplebilis.

Denominat. puritat est animę intrinseca necess.

§. III.

Argumenta contra denominationem iusti, & sancta.

OBijcies 1. Estò iustitia ex sui ratione dicat perfectionem, & bonitatem, attamen illa est formaliter de linea morali; sed huiusmodi perfectio potest à forma extrinseca præstari: ergò ratio probativa est nullius roboris. Mai. constat, & min. prob. 1. exemplis. Actus bonus infinit. meritorius, sive valoris simpliciter infiniti, est actus dicens infinitam perfectionem de linea morali; utpotè dicens valorem infinite placentem Deo, & cum virtute infinite causativa coniunctum; causare autem, & placere Deo est proprium bonitatis, & perfectionis. Sed in actibus Christi Domini talis valor infinitus est ipsis revera extrinsecus utpotè indistinctus à Persona verbi: ergò. Idem. constat in gratia habituali alijsque donis, quibus anima Christi fuit prædita; de quibus asserunt Theologi hausisse infinitam dignitatem moralem ex coniunctione ad verbi personalitatem in eadem natura. 2. Probat. ratione. Perfectio de linea morali desumitur per ordinem ad rei æstimabilitatem iuxta prudentum iudicium; sed estimabilitas rei apud prudentes potest à gratia extrinseca provenire, ut est certum: ergò, & perfectio, sive bonitas de linea morali. 13 Arguit. 1.

Si quæ est difficultas in hoc argum. oritur ex confusione, quam præfefert hæc vox *moralis.* Undè eadem forma probari potest bonitatem, & malitiam in actibus humanis posse unicè à forma extrinseca præstari. Igitur moralitas aliquando sumitur pro æstimabilitate rei apud prudentes; & hæc tam in rebus profanis, quam sacris, est denominatio purè extrinseca, ut contingit in rebus Cultui Divino deputatis, & in his quibus debetur aliqua adoratio, vel honor, & reverentia ob Dignitatem, & Prælaturam. Aliquando ve- 14 Respond. Diversa acceptio moralitatis.

ro sumitur moralitas pro conformitate, & subiectione actus ad primam regulam illius; cumque hæc sit Divina voluntas; & Deus ipse sub ratione ultimi finis: ex quibus primum dicitur regula formalis, secunda vero regula obiectiva; quidquid modo dicto conformatur,& subijcitur,gaudet bonitate, & perfectione de linea morali. Hinc probant Theologi cum Angel. Præceptore bonitatem moralem esse quid intrinsecum actibus humanis; cum actus voluntatis per sui tendentiam vitaliter tendat in bonum, ut dicens conformitatem cum lege, & voluntate Divina. Nec enim solum afficitur voluntas ad bonitatem naturæ, quam dicit obiectum; sed etiam ad conformitatem, quam illud dicit cum recta ratione.

15 Ex qua Doctrina ascendendo ad esse moralem repertum, tùm in virtutibus, tùm etiam in gratia habituali,facilè innotescet illud dicere perfectionem ipsis intrinsecam. Virtutes sunt rectæ moraliter quatenus sunt inclinationes, & principia bonorum actuum;cum autem ab intrinseco gaudeant prædicta inclinatione, & activitate,ab intrinseco gaudent rectitudine, & perfectione morali.Quapropter dum à M. Par. definitur *bona qualitas mentis &c. nomine bonitatis*, ait S. Doct. hac 1.2. quæst. 55. art.4. intelligitur bonitas *moralis, & se habet ut differentia essentialis virtutis*. Gratia autem habitualis gaudet etiam perfectione morali ei intrinseca, & in tali linea maximè excellenti. Tùm quia si virtus est intrinsecè bona moraliter, quia est inclinatio, & virtus productiva actus, ut moraliter boni; à fortiori gratia habitualis, quia est radicalis inclinatio ad sanctè iustequè operandum, gaudebit perfectione de linea morali; quidquid enim perfectionis repetitur in aliqua operatione, eminenter præhabetur in radice illius. Tùm, & maximè: quia per gratiam homo convertitur, subijciturquè Deo ut fini ultimo supernaturali, fitque unus spiritus cum Deo, qui est regula totius rectitudinis moralis.

Proseqnitur assumpt.

Aliqua moralitas est necessi. intrinseca in vero sensu.

His animadvertis dicimus iustitiam, de qua in præsenti, dicere perfectionem, & rectitudinem de linea morali, non ut cumque, sed quatenus per illam subiectum redditur rectè ordinatum, & affectum circa Deum, ut Authorem gratiæ, & finem ultimum supernaturalem. Hæc autem rectificatio ex parte animæ necessario dicit veram similitudinem, proportionemquè cum Deo, in cuius assecutionem inclinat cum facultate perveniendi ad illum. Cumque sublato omni bono intrinseco ab anima nulla sit in illa similitudo proportio, & inclinatio ad Deum,ut finem supernaturalem; prædicta rectificatio estò moralis, talis est,ut à forma purè extrinseca provenire nequeat. His addendum: iustitiam hominis ita esse perfectionem de linea morali, ut sit necessario pro aliquo priori seu munere,perfectio de linea physica; ut contingit in gratia habituali physicè participante Deitatem; & in habitu charitatis participante amorem Divinum; quorum perfectio physica præintelligitur ad moralem. Siquidem subiectum esse rectè dispositum, & rectè se habens circa Deum, ut finem ultimum supernaturalem, necessario supponit similitudinem proportionem, & inclinationem ad illum; quæ omnia etiam perfectionem physicam ordinis superioris ad naturalia necessario important. Ex his facilis est solutio ad argument. fatemur enim aliquam perfectionem moralem posse præstari per aliquid extrinsecum; non tamen omnem; quod discrimen venandũ est ex qualitate moralitatis. Per quod patet ad aliam instantiam de adoratione: nàm res potest dici adorabilis per ordinem purè extrinsecum, aut per modum signi, contactus, aut etiam causæ; non tamen potest reddi iusta, & rectificata coram Deo, sine aliquo dono gratiæ intrinseco.

16 Applicat. Doctrin. pro solutione.

De Valor. merit. vide tom. 1 de Moral. dub. 1. à num. 42.

Ad 2. instant.

17 2. Obijcies. Semel quod peccatum remitti valeat per favorem extrinsecum, subiectum,cui fit talis remissio,manet purum:utpotè carens macula: ergò sanctum; cum sanctitas sit libertas ab immunditia peccati. Adhoc constat ex dictis in anteced. ubi

Arguit.

Respond.

ubi probavimus sanctitatem esse puritatem positivam animæ, quæ alijs vocib. dicitur * pulchritudo, candor, & nitor, ex refulgentia Divini solis in anima proveniens. * Qua de causa semper tendit, & inclinat ad cœlestia, & à sensibilibus recedit, in cuius recessu puritas, sicuti, & impuritas in mixtione affectiva cum bonis temporalibus, consistit. Vel, si mavis, distingue in sanctitate duplicem effectum; negativum consistentem in ablatione maculæ; positivum vero consistentem in aliqua interiori renovatione. Ulterius. Nàm iuxta plures potest remitti peccatum sine aliquo dono intrinseco reducendo hominem ad statum puræ naturæ; ut si illum elevasset tantum per decem annos, & infra illos peccaret; & tamen non propter hoc efficeretur sanctus, & iustus; aliàs non esset in pura natura.

18 3. Objc. potest. Id, cuius augmentum provenit à forma extrinseca, potest quoad primum sui esse ab eadem forma provenire; sed huiusmodi est augmentum iustitiæ, & sanctitatis; cum ex dictis dubio anteced. per actus remissos charitatis transactos, & tantum in acceptatione Divina persistentes, homo iustus crescat, & augeatur in iustitia, & sanctitate iuxta doctrinam Trident. ibi adductam: ergò etiam homo potest primo iustificari per aliquid physicè extrinsecum, quod sit intraneum moraliter. Urgetur. Iuxta aliquos, actus charitatis est iustitia formalis, utpotè reddens hominem adæquatum cum Deo ultimo fine, qui est regula totius rectitudinis moralis; & iustitia consistat in adæquatione cum regula, seu mensura; & tamen homo eliciens actum charitatis est sanctus non solum pro instanti, quo diligit, sed etiam pro alijs sequentibus: ergò stat vera sanctitas absque dono intrinseco gratiæ. Deniquè visio beata ratione sui est sanctitas, & iustitia animæ, iuxta plures; & tamen eam intrinsecè non perficit; cum non recipiatur in anima, sed in intellectu ab ea realiter dist: ergò stat aliquod subiect. verè denominari iustum, & sanctum absque dono &c. Idem argumentum potest fieri de Divinitate sanctificãte humanitatem Christi Domini, cui tamen nullum effectum formalem intrinsecum præstat.

Arguit. 3.

Urgetur.

Adhoc argum. dictum est in dub. añti. ex doctrina plurium Thomist. gratiam habitualem augeri statim per actus remissos charitatis, non quidem in esse physico, & qualitatis, sed in esse gratiæ, & sanctitatis. Non quia tale augmentum proveniat formaliter ab actibus remissis, sed tantum causaliter, & meritoriè. Unde estò prædicti actus non permaneant in subiecto, permanet tamen id, à quo homo denominatur magis iustus, & magis sanctus, tanquam à forma maior. augmenti. Pro cuius clariori intelligentia advertendum, quod gratiam augeri in ratione gratiæ, & sanctitatis, dupliciter potest intelligi: vel ita, ut tale augmentum sit vere, & realiter tale, vel solum moraliter: Si primo modo; est difficilimum concedere prædictum augmentum; cum munus gratiæ, & sanctitatis sint solum virtualiter distincta ab entitate gratiæ habitualis, ut est participatio Divinæ naturæ. Si intelligatur 2. modo; facile percipitur prædictum augmentum invariata gratia habituali quoad sibi intrinseca; siquidem talis acceptio augmenti solum dicitur moraliter talis, quia homini iusto accrescit ius ex meritis ad phys. augmẽtum gratiæ, & sanctitatis. Cum autem qui habet actionem ad aliquam rem, & strictum meritum ad illam, dicatur communiter rem ipsam habere: ideò homo habens verum, & strictum ius per actus remissos ad augmentum gratiæ, & sanctitatis, dicitur moraliter crescere in iustitia, & sanctitate. Consequenter ad hanc explic. distinguenda est min. argum. Augmentum iustitiæ consistens in maiore intensione formali iustitiæ, provenit à forma extrinseca, neg. min. Augmentum consistens in iure, & merito ad intensiorem sanctitatem, subdisting. à forma extrinseca, quoad sui permanentiam, conced. quoad sui primam elicientiam, neg. min. & conseq. Hoc enim est proprium

19 Respond.

Solut. expeditior.

prium meriti requirentis ad sui causalitatem permanentiam solum in acceptatione præmiantis.

20 Ad urg. Respond. in illa opinione tunc eodem modo denominari sanctum hominem elicientem actum charitatis, ac verificari in illo permanere conversionem ad Deum per actum charitatis. Undè sicuti solum dicitur manere moraliter conversum ad Deum, per non retractationem actus charitatis; ita dicitur denominari moraliter sanctum, per non retractationem actualis sanctitatis. Hæc tamen moralis permanentia sanctitatis, si consideretur per ordinem ad Deum omnia clarissimè intuentem, non sufficeret, ut transacto tali actu posset Deus in vi illius habere hominem pro alijs instantibus sibi gratum, ipsumque amicabiliter diligere. Quidquid sit relatè ad iuditium, & voluntatem hominum magni æstimantium huiusmodi permanentias morales rerum. Ad ultimam Respond. quod sicut sufficit unio intrinseca mediata ex parte visionis cum anima, ut eam verè beatam, verèque viventem denominet, ita dicendum de sanctitate. Ad id, quod additur de Divinitate, Respond. illam intrinsecè verè, & realiter uniri, licèt mediatè mediatione virtuali humanitati Christi Domini, quod sufficit ad solutionem instantiæ. Addi etiam potest, Divinitatem præstare humanitati effectum formalem etiam physicum, scilicèt, esse deificatam, ut loquuntur PP. & insuper quia facit, quod illa humanitas sit humanitas Dei; hoc enim provenit formaliter ab ipsa divinitate.

Ad urg.

Si talis actus sit etiam meritum accipiet gloriam, ut coronam.

Ad ult.

21 4. Potest obijci: Ex opinione tuenti animam, & eius potentias, posse elevari per omnipotentiam specialiter assistentem ad omnes actus, ad quos redditur potens per gratiam, & habitus supernaturales; in hac enim opinione videtur sanctitatem, & iustitiam posse præstari à forma extrinseca; siquidem denominatio potentis iuste operari, est munus proprium iustitiæ; sed in dicta opinione subsistit talis denominatio, saltim de possibili, absque dono intrinseco: ergò &c. Rursus denominatio sic potentis dicit de se maximam perfectionem de ordine gratiæ: ergò ex quo iustitia dicat huiusmodi perfectionem, non probatur illam esse necessario denominationem intrinsecam.

Arguit. 4.

Respond. à nobis non posse admitti talem opinionem, utpote 22 oppositam Doctrinæ D. Thomæ, de quo videri possunt Thomistæ tract. de Visione, & alibi. Ut enim docet D. Thom. quæst. 1. de Potentia, art. 2. *Modus activitatis est iuxta modum actualitatis, & ideo unumquodque tantum abundat in virtute agendi, quantum est in actu.* Cum ergò elevatio purè extrinseca nullam actualitatem, essentialem, aut accidentalem communicet animæ, nequit ratione illius abundare in virtute activa supernaturali. Undè potius debet retorqueri instantia, quam solvi à nobis, probando: quod si impotentia intrinseca potest à forma extrinseca suppleri, etiam denominatio iusti, & sancti. Sed ad maiorem abundantiam, Respond. potest, denominationem iusti non præcisse sistere in denominatione potentis supernaturaliter operari; cum talis assistentia possit concedi homini existenti in peccato. Undè ultra dicta requiritur ex parte subiecti proportio, & assimilatio cum Deo, ut fine ultimo: quæ sine dono intrinseco haberi nequit. Undè dist. mai. denominatio potentis &c. fundata in proportione, & assimilatione cum Deo, ut fine ultimo, conced. non sic fundata, neg.

Resp. 1.

Alia Respons. probabilis.

§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO.

Nequit homo de potentia absoluta, esse filius adoptivus Dei, & hæres gloriæ, absque omni dono intrinseco gratiæ.

SUpponenda est primo definitio 23 adoptionis communiter explicata à Theolog. & Iuris peritis, scilic. *Gratuita assumptio personæ extraneæ ad alterius hæreditatem.* Unde ut quis adoptetur in filium, requiritur primo, quod sit persona extranea, hoc est,

Suppono 1.

est., quod ratione sui non habeat ius ad hæreditatem. Secundo, quod assumptio sit gratuita, ideſt, alijs titulis non debita. Quia tamen potest unus homo gratuito assumere personam alterius sibi extraneam ad sui hæreditatem, quin propter hoc illum adoptet in filium; ut constat in illo, qui gratis instituit alterum hæredem; ideò ad rationem adoptionis requiritur communiter *assumptio coniuncta cum affectu conditionato communicandi naturam, si esset possibile*; quamen affectus explicatur his verbis, *utinam esses filius meus.* Quem affectum perfictionem iuris, & favorem legis interpretantur homines tanquam si esset vera generatio filij naturalis geniti quoad iura hæreditatis, & aliorum bonorum exteriorum. 2. Supponendum, ut fide certum, homines per gratiam Dei fieri filios adoptivos illius, ut constat ex illo ad Galatas 4. *Ut adoptionem filiorum reciperemus.* Et ad Ephesios 1. *Prædestinavit nos in adoptionē filiorum per Jesum Christum*, & alibi passim. Propter quæ Trident. sess. 6. de Iustificat. cap. 3. eam sic diffinit: *Translatio ab illo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei.* Constat id ipsum ratione Angel. Præcept. 3. p. quæst. 23. art. 1. * Adoptio est gratuita assumptio personæ extraneæ ad hæreditatem; & si velis, assumptio fundata in actione aliqualiter generativa: Sed Deus gratuito assumit homines ad æternam beatitudinem, in qua hæreditas Dei consistit, respectu cuius comparantur, ut personæ extraneæ; utpotè ex se non habentes condignitatem ad illam. Aliunde huiusmodi assumptio fundatur in generatione spirituali, ut constat ex illo Ioannis 1. *Sed ex Deo nati sunt*: Et rursùs: *Omnis, qui natus est ex Deo non peccat, & item: Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis &c.* ergò Deus adoptat homines in filios, dum ipsis gratiam, & charitatem communicat. *

Secundo.

Tertio ex D. Thom

Ad Tit. 3.

24 Hinc communiter asserunt Theologi effectum filiationis adoptivæ de facto præstari à gratia, & charitate, qua Deus nos iustificat; licèt inter illos sit aliqua dissensio circa modum, quo gratia præstat hunc effectum formalem. Quidam enim asserunt, gratiam indigere ad prædictum effectum favore aliquo superaddito suæ entitati; alij vero tuentur gratiam habitualem ratione suæ entitatis nullo Dei extrinseco favore expectato, præstare per modum formæ esse filium adoptivum Dei; ita omnes Thomistæ, & plures ex PP. Societ. Ex quorum communi sensu reijcienda venit opinio Leonardi Lessij lib. 11. de Perfect. Div. cap. 12. & lib. 2. de Summo bono, cap. 2. asserentis. * Divinitatem Spiritus Sancti extrinsecè unitam iustis media gratia habituali, esse formam præbentem formaliter effectum adoptionis Divinæ, ita ut gratia habitualis se habeat ut vinculum, nexus, aut modus unionis; admodum, quo se habet unio albedinis cum parietate ad de albandum, & modus unionis hypostaticæ, ut Deitas sanctificet humanitatem Christi Domini. * Quæ opinio, utpotè communi Theolog. consensui in re gravi, materiamque fidei concernente adversaria, temeritatis nota, ad minus, digna ab omnibus censetur. Et quamvis de hoc expresse tractent Theologi, tract. de Adoptione Christi. Inter quos videndus Illust. Godoy tom. 3. in 3. p. disp. 52. §. 1. & seq. pro complemento doctrinæ, & aliquali notitia.

Diversè sentiunt Theologi

Opinio P. Lessij.

Rejcit. 1. Ex D. Thom. hic quæst. 110. art. 3. ubi explicans illud 2. Petri, cap. 1. *Magna, & prætiosa nobis donavit, ut per hæc efficiamini Divinæ consortes naturæ*; hæc habet: *Et 2. acceptionem huius naturæ, scilicèt, gratiæ, dicuntur homines regenerari in filios Dei*: ergò gratia habitualis, quæ est participatio naturæ Divinæ, se habet ut forma constituens filium adoptivum Dei. Idem constat, ubi supra art. 1. ad 2. & 2. 2. quæst. 23. art. 2. ad 2. dicenti: *Deum esse vitam animæ effectivè, sed charitatem esse formaliter vitam animæ, sicut anima est vita corporis.* Ex quibus sic argum. Id se habet, ut forma constituens hominem filium adoptivum Dei, quod se habet ut forma ipsum consti-

25 Impugn. 1. ex D. Thom.

constituens spiritualiter genitum; cum autem generatio sit processio viventis à vivente; id constituet hominem spiritualiter genitum per modum formæ, quod per modum formæ reddit animam viventem vita spirituali. Sed iuxta immediatè adducta Deus solum effectivè vivificat spiritualiter animam, formaliter verò per gratiam, & charitatem: ergò gratia se habet ut causa formalis constituens hominem filium adoptivum Dei. 2. Forma illa dat homini esse filium adoptivum Dei, quæ per modum causæ formalis ipsum iustificat; sed Divinitas Spiritus Sancti nobis extrinsecè unita non iustificat per modum causæ formalis: ergò nec per modum causæ formalis constituit hominem filium adoptivum Dei. Min. videtur expressa in Trident. sess. 5. cap. 7. per hæc verba: *Unica causa formalis nostræ iustificationis est iustitia Dei; non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit*; sed iustitia, qua Deus est iustus, est ipsa Divinitas: ergò. Mai. etiam videtur certa ex definitione iustificationis supra relata, ubi ex parte termini *ad quem* illius ponitur *status adoptionis filiorum Dei*; sed terminus *ad quem* iustificationis, est iustitia: ergo illa forma præbet per modum causæ formalis esse filium adoptivum Dei, quæ per modum causæ formalis reddit hominem formaliter sanctum, & iustum.

Secundo ex Trid.

26

Si dicas 1. Deum esse vitam animæ, similiterque Spiritum Sanctum esse vificantem omnia, ut dicitur in symbolo; proindequè esse sanctitatem animæ. Respond. ex dictis Spiritum Sanctum solum vivificare effectivè, non vero in genere causæ formalis; siquidē quod hoc modo est vita, petit uniri subiecto, per modum principij *quo* radicantis operationes supernaturales, ad quod requiritur unio per physicam informationem, quæ repugnat Deitati. Si dicas 2. Deus iniustificatis sit intimè præsens animæ illorum: ergò cum in se sit sanctitas, poterit per se ipsum formaliter iustificare. Resp. talem intimam præsentiā Deitatis, vel esse per infusion. grat. vel per modum obiecti experim. cogniti, & super omnia dilecti.

Occurrit. 1. motivo

Occurrit. 2.

Neutra autem præsentia Deitatis sufficiens est, ut hominem per modum formæ reddat sanctū, & spiritualiter à Deo genitum. Si dicas 3. esse sanctū, & iustum esse effectum formalem nullam dicentem imperfectionem: ergò potest præstari formaliter ab ipsa Divinitate. Respond. 1. Hominem dici sanctum per participationem, in quo resplendet aliqua imperfectio, scilicèt, participatio sanctitatis, & non identitas cum sanctitate per essentiam. Resp. 2. prædictum effectum formalem in homine puro dicere imperfectionem in sanct. ex parte modi; quia forma sanctificans est forma constituens hominem spiritualiter viventem; id autem, quo aliquis vivit, petit uniri ipsi per physicam informationem repugnantem Deitati.

Occurrit. 3.

Aliter Respond.

His suppositis 1. pars concluſ. Cuius oppositum, præter AA. 1. concluſ. relatos, tenent P. Suarez, lib. 7. de Gratia, cap. 3. num. 16. Montesinos 1. 2. quæst. 113. art. 2. probat. ex D. Thom. in 2. dist. 26. quæst. 1. art. 4. & hac 1. 2. quæst. 114. art. 3. & ad Rom. 5. lect. 1. & cap. 8. lect. 3. & 3. part. quæst. 23. art. 1. ubi probat: *Homines esse filios adoptivos Dei, quia regenerantur per gratiam*; ex qua universali doctrina efficacissimè colligitur regenerationem per donum gratiæ esse causam necessario, & à priori requisitam ad denominationem filiationis adoptivæ respectu Dei. Deindè probat. ratione. Implicat hominem esse filium adoptivum Dei, quin sit ab ipso spiritualiter genitus: sicut implicat, Deum denominari Patrē eius, quem non genuit. Sed repugnat per favorem purè extrinsecum acceptationis ad gloriam, hominem esse spiritualiter genitum à Deo: ergò implicat per solam extrinsecam acceptationem ad gloriam denominari filium adoptivum Dei. Min. ex antea dictis prob. Implicat hominem esse spiritualiter genitum à Deo, nisi sit vivens vita spirituali in similitudinem naturæ cum Deo; ut constat ex definitione generationis; sed per favorem purè extrinsecum nequit homo procedere à Deo, ut vivens vita spirituali, &

27

Probat. 1 pars concluſ. ex D. Thom

Ratio à priori.

in

in similitudinem naturæ cum ipso: Nam omnis vita spiritualis petit esse intrinseca subiecto, quod vivificat:

Explicat. ergò. Explicatur hoc. Omnis vita est, aut radicalis, aut proxima, aut actualis; sed sola acceptatio divina ad fruitionem Dei nequit constituere hominem viventem vita spirituali radicali, proxima, aut actuali; siquidem 1. habetur per gratiam, 2. per habitus, 3. per actus: ergò ex vi solius acceptationis nequit homo denominari spiritualiter genitus à Deo.

28 Nec valet si dicas; maiorem esse vetam de generatione, vel effectiva, vel affectiva; secus tamen de

Si Resp. generatione determinatè effectiva; ut videre est in adoptione humana: qui enim adoptat aliquem in filium, solum dicitur generare illum affectivè, & conditionatè per affectum huius tendentiæ, *utinam esses filius meus.* Igitur ascendendo ad divina sufficit huiusmodi affectus inefficax, & conditionatus assimilandi hominem in natura divina, ut ex vi illius, simul cum acceptatione ad æternam hæreditatem, homo esset filius adoptivus, licet non cum tanta perfectione, qua-

Impug. 1 lis modo est. Non, inquam, valet 1. Nam in Deo affectus inefficax, & conditionatus communicandi suam naturam media gratia habituali, non est sufficiens, ut constituat hominem filium adoptiuum; siquidem homini existenti in peccato mortali vult Deus affectu inefficaci suam communicare naturam; cum velit ipsum salvari, & à peccato mundari. In quo statu nequit esse filius adoptivus: ergò licet in humanis prædictus affectus sufficiat ad adoptionem, in Deo tamen requiritur affectus efficax communicandi suam naturam. Sed omnis voluntas efficax Dei infert infallibiliter suum effectum: ergò cum prædicta communicatio naturæ divinæ nequeat existere sine dono intrinseco gratiæ, repugnat adoptio divina secluso omni dono intrinseco, & per solam extrinsecam acceptationem.

Secundo. 2. Ideò in humanis sufficit affectus inefficax communicandi naturam, quia inter homines non est possibilis communicatio naturæ homini iam genito, nec secundum convenientiam univocam; aut analogam per aliquam participationem. Quapropter si hæc esset possibilis, talis affectus conditionatus non esset sufficiens, nec pariter prædictus affectus esset serius; qui enim potest aliquid facere, & non facit, non optat serio ipsum, quantum in se est: ergò cum Deo sit possibilis communicatio suæ naturæ secundum convenientiam analogam, scilic. per donum intrinsecum supernaturale, nequit prædictus affectus sufficere ad adoptionem.

3. Et radicitus: Pro quo sup- 29
ponendum, quod licet ad adoptionem civilem concurrant, & gratuita

Tertio, & magis efficaciter. assumptio ad hæreditatem, & affectus inefficax generandi, contentus in illis verbis: *Utinam esses filius meus*; attamen non ex æquo, sed primo, & principaliter ingreditur affectus recensitus, tanquam fundamentum denominationis filij. Tum quia potest unus homo instituere gratuitò personam sibi extraneam in hæredem, quin illum adoptet in filium, nec ut filius illius habeatur. Tum quia filiatio adoptiva imitatur naturalem; sed hæc fundatur in generatione naturali effectiva: ergò & adoptio fundatur in generatione affectiva. Unde sicut filius naturalis, quia est talis habet ius naturale ad hæreditatem; & non è converso; ita discurrendum de filiatione adoptiva. Ex quibus sic argumentor. Affectus inefficax conditionatus generandi non est sufficiens constituere unum hominem filium adoptivum alterius, nisi *quatenus per fictionem iuris, & favorem legis* reputatur, ut affectus effectivè absolutus generandi; ergò ubi repugnat talis fictio iuris, & supplementum per favorem legis, repugnat denominationem adoptionis præstari ab affectu conditionato generandi. Sed huiusmodi fictio iuris, & supplementum legis repugnat affectibus divinis: ergò etiam repugnat esse filium adoptivum Dei ex vi talis generationis affectivæ conditionatæ. Ma-

ior, in qua potest esse difficultas sic probatur. Affectus affectivus conditionatus non fundat denominationem filij adoptivi, nisi quatenus æstimatur, ut practica generatio effectiva, & absoluta; sed solum æstimatur, ut talis per fictionem iuris: ergò. Mai. probat. Fundamentum denominationis relativæ absolutè talis, debet esse absolutè tale; Tum quia relatio accipit speciem à fundamento; Tum quia cum illo essentialiter commensuratur. Sed denominatio adoptionis humanæ est absolutè talis: ergò, & fundamentum debet esse huiusmodi, scilicet, activa generatio: ergò cum hæc in humanis non sit talis per realitatem, debet concipi pro priori ad filiationem, ut absoluta per fictionem legis, & iuris. Unde affectus ille, *utinam esset filius meus præcisa fictione iuris, & supplemento legis*, esset insufficiens constituere adoptionem civilem; ideoque talis fictio per prius intelligitur, ut transmutans prædictum affectum de conditionato in absolutum, & efficacem; iuxta prudent. ut hoc modo verè, & absolutè denominet filium adoptivum.

30 Alia responsio.

Nec potest dici ad adoptionem ut sic non requiri essentialiter affectum conditionatum supra explicatum; sed sufficere adopt. gratuito, & liberaliter assumere personam extraneam in hæreditatem alterius. Unde illa maior primi syllogismi, scilicet, *repugnat hominem esse filium adoptivum Dei, quin sit ab ipso spiritualiter genitus*, non est vera ex terminis; licet inspecta filiatione adoptiva connaturaliter loquendo sit vera. Vel potest dici solum esse veram de adoptione quantum ad omnia munera illius; secus vero quantum ad aliquod munus proprium illius. Non, inquam, Reijcitur potest dici propter adducta in 3. impugnat à n. 29. Tum quia paternitas ex terminis ut præscindens à naturali; & adoptante, sive civili fundatur in activa generatione; aliàs æquivocè, & non Analogicè, & per aliqualem imitationem, de utraque prædicaretur. Tum quia adoptio ex terminis imitatur filiationem naturalem in sui constitutione; atqui hæc dicit constitutivè esse passivè genitum; ius vero ad hæreditatem dicit tantum ex consequenti: ergò & adoptio dicit constitutivè aliqualem passivam generationem. Tum denique, quia ita habetur in Concilio Francofordiensi in Sacrosyllabo pag. 146. col. 2. *Omnis adoptio ex affectione ducit originem; habet enim adverbium infinitivum utinam esses mihi &c.*

Id quod additur in eadem responsione, nullius est roboris. Est 31 enim omninò certum, quod quando alicui subiectò non convenit prædicatum essentiale, inadæquatè constituens speciem, aut denominationem specificam, non convenit etiam prædicta species, & denominatio, iuxta illud principium: *Species sunt sicut numeri.* Sicut enim numerus variatur essentialiter sublata, vel addita qualibet unitate; variata aliqua differentia essentiali speciei, & ipsa species essentialiter variatur. Sed adoptio essentialiter importat generationem saltim affectivè, & in desiderio, ut ipsa dictio *adoptio* attenta sua significatione, expressè denotat; optio enim idem est ac desiderium: ergò dicere esse tantum filium adoptivum inadæquatè, est negare absolutè filiationem adoptivam. Addit. in solution.

2. Prob. conclusio ex doctrina D. Thom. 3. p. q. 23. a. 3. 32 De ratione filiationis adoptivæ est imitari filiationem naturalem; sed repugnat hominem imitari filiationem naturalem in divinis secluso omni dono intrinseco gratiæ: ergò sine tali dono repugnat filiatio adoptiva Dei. Mai. constat, & min. prob. Filius naturalis Dei dicit essentialiter qua talis, esse eiusdem naturæ cum Patre; sed repugnat hominem imitari huiusmodi unitatem in natura secluso omni dono intrinseco gratiæ: ergò. Min. probatur facile. Ubi nulla est participatio, aut similitudo cum natura divina, nulla est imitatio etiam analoga unitatis naturæ, quam habet filius cũ Patre. Sed secluso omni dono gratiæ Secunda ratio ex S.D.

de-

deficit omnis similitudo, & participatio naturæ divinæ in homine: ergò. Nec prodest recursus ad imitationem filiationis naturalis, quam haberet homo per extrinsecam acceptationem, scil. in quantum assumitur ad glor. cœlestem. Sicut enim Verbum, qui est filius naturalis Patris, est hæres illius, quatenus essentiam Patris clarè videt, & illa fruitur, ita etiam in dicto casu homo acceptatus ad visionem claram Dei, aliquatenus imitabitur filiationem naturalem. Non, inquam, prodest: Nam quod filius naturalis Dei sit hæres, & perfectissimè fruens essentia Patris, est quid consequutum ad filiationē naturalem: ergò imitatio præcisè in fruitione summæ bonitatis, non est imitatio filiationis naturalis. Deinde: Nam etiam Spiritus Sanctus ex vi consubstantialitatis cum Patre & Filio habet, ut ita dicam, ius essentiale ad divinam hæreditatem; & tamen ipsi nulla ratio filiationis naturalis convenire valet: ergò imitatio filiationis naturalis requisita ad adoptionem, debet esse penès convenientiam saltim analogam in natura cum Deo adoptante.

Quædam Resp.

Reij cit. 1

Secundo.

§. V.

Secunda pars conclusionis, scil. quoad denominationem hæredis, probatur.

33 HOminem esse hærcdem gloriæ, est illum habere aliquod ius, sive iustitiæ debitum, ad visionem, & fruitionem Dei; sed repugnat huiusmodi ius, aut debitum secluso omni dono intrinseco gratiæ: ergò & repugnat etiam denominatio hæredis gloriæ. Mai. constat: Nam aliud est esse hæredem; aliud vero ipsa hæreditas; hæc autem diversitas nequit consistere in sola capacitate, proindeque debet consistere in iure, sive debito ad hæreditatem. Tum quia priuare sine culpa hæreditate, eum, qui est hæres, nequit fieri absque iniustitia; proindèque contra ius, & debitum existens in hærede. Min. vero prob. 1. Implicat homini carenti omni principio supernaturali deberi operationem supernaturalem, & maximè excellentem in tali ordine; sed homo sine omni dono intrinseco gratiæ caret omni principio supernaturali ad visionem, quæ est perfectissima operatio gratiæ: ergò. 2. Implicat ius, & debitum in homine ad hæreditatem, ad quam nulla datur proportio, & idoneitas ex parte illius. Sed sic se habet homo in ordine ad gloriam sine omni dono intrinseco gratiæ; cum in illo solum remaneant pura naturalia: ergò. 3. Homo sine omni dono gratiæ non habet ius quasi physicum ad gloriam; hoc enim ius consistit in exigētia, & inclinatione per modum principij radicantis visionem. Deindè, nō habet ius morale; cum hoc solum provenire valeat, vel à sanctitate subiecti, vel ab eius meritis: ergò.

Prob con cl quo ad 1. part.

Min. pr. 1

Secundo.

Tertio.

34 Dices, ius, & debitum ad gloriam esse in duplici differentia; unum intrinsecum proveniens à gratia habituali; quæ est fons aquæ salientis in vitam æternam; vel etiam à meritis gratia dignificatis proveniens: aliud vero extrinsecum ex Dei ordinatione, aut promissione proveniens. Licet enim per extrinsecam acceptationem, & ordinationē Dei, homo careret tunc iure accepto in 1. sensu; non tamen 2. quod sufficit ad rationē hęredis; qui dicitur extraneus, licet non ad rationem hæredis proprij fundatam in aliqua cognatione, & propinquitate. Unde si in humanis sufficit ius, & debitum ad hæreditatem purè extrinsecum, ut sit hæres; idem dici debet de hærede gloriæ.

Respond. distinguendo duplicem hæred.

35 Propter hanc distinction. hęredis, scil. proprij, & extranei, de qua Bald. lib. 1. *§. extraneor.* Et in lib. 2. Instit. tit. *16. de hæred. qualit. & differ.* P. Aranda in 1. 2. d. 44. etsi acriter tueatur denominationem adoptionis, amici, & iusti, non posse haberi per favorem extrinsecum, benè tamen denominatiouē hæredis extranei gloriæ, quæ unicè pendet ex beneplacito instituentis. Hæc tamen distinctio in præsenti locum non habet. Pro quo sciendum debitum extrinsecum residens in homine ad aliquid posse esse debitum titulo fidelitatis, ac ordinationis divinæ; vel potest esse debitum titulo hæreditatis. Si enim Deus decreviisset

Opino P. Aranda.

Reijcitur quoad præsens.

homini infundere grat.habit.aut etiã huic decreto superadderet promiſ. tunc gratia poſſet dici debita extrinſecè titulo ordinationis divinæ, & etiam titulo fidelitatis; non vero titulo hæreditatis. Unde conſtat huiuſmodi titulum aliquid addere ſupra alios.

36 Ratio deſignatur.

In quo autem conſiſtat huiuſmodi titulus, ſive hoc, quod eſt habere aliquid iure hæreditario; videtur mihi dicendum: quod cum in humanis per ſe loquendo, & attento iure, ſolus filius ſit hæres Patris; habere aliquid iure hæreditario, eſt habere illud iure filiationis, aut, quæ æquivalenter æſtimetur ut talis. Hac ratione hæres, quicumque ſit, reputatur una perſona cum eo, cuius hæreditatem poſsidet. Nunc ſic: ſed extrinſeca acceptatio nec eſt re ipſa ius intrinſecum præſtitum à gratia habituali, nec æquivalenter, ita ut homo reputetur quaſi unius naturæ cum Deo; ſiquidem iſtæ ſunt apprehenſiones, & fictiones iuris: ergò admiſſo aliquo iure extrinſeco in homine ad gloriam ex vi ordinationis divinæ, illud non eſſet hæreditarium, nec ſufficiens conſtituere hæredem gloriæ. Sic ſentit Sap. Mag. Serna tract.de merito iuſti inter opera M. Ferre q. 6. art.2. à num. 1200. dicens: *Quod eſto Deus de potentia abſoluta poſsit alicui carenti gratia tribuere vitam æternam, non poteſt illam tribuere, ut hæreditatem: quia ad hoc requiritur ius filiationis fundatum in generatione ſpirituali.* Unde illa diſtinctio *hæredis proprij* ratione filiationis, & cognationis, ſive iure ſanguinis, *& hæredis extranei*, & nõ à filiatione, & à cognatione: habet locum in humanis, non vero in divinis. Rat.eſt: Nam per hęreditatem humanam hęres non redditur vivens eadem vita cum hæreditante, ſed tantum ei dantur bona hæreditatis ad exteriorem conſervationem vitæ. At vero per hæreditatem gloriæ homo vivit vita divina; cumque vivere fundetur in eſſe: ubi nullum eſſe divinum præſupponitur, nullum poteſt eſſe ius ad hæreditatem gloriæ.

Occurritur fundam. ſup. poſit.

***

§. VI.

Solvuntur argumenta.

37 Arg.1.

OBjc. 1. Semel quod viſio clara Dei non pendeat eſſentialiter à dono gratiæ habitualis, poteſt Deus gratis aſſumere, ſive acceptare hominem ad talem viſionem ſine dono gratiæ. Sed talis gratuita acceptatio eſt adoptio: ergo homo ſine gratia intrinſeca poteſt eſſe filius adoptivus Dei. Mai. conſt. & min. patet ex definitione adoptionis ſupra tradita; cum etiam ſit certum, viſionem claram Dei eſſe hæreditatem, ad quam Deus iuſtos aſſumit. Reſp. ex dictis, diſting. mai. Acceptatione fundata in generat. ſpirituali, nego mai. Non fundata, conced. maior. & cum eadem minor. diſtinct. nego conſeq.

Solutio.

38 Replic.

Sed dices. Nomen filij adoptivi translatum eſt ex adoptione humana ad divinam; ſed adoptio humana non petit aſſumptionem ad alterius hæreditatem fundari in generatione effectiva eius, qui adoptatur in filium: ergò idem de adoptione divina. Reſpond. diſtinguend. minor. In generatione effectiva, concedo minor. In generatione affectiva conditionata, nego minor. & conſeq.

Reſp.

Solutio conſtat ex dictis: aliàs omnis inſtitutio hæredis facta perſonæ exttaneæ eſſet adoptio. Si inſtes. Ergò ſimiliter ad adoptionem divinam ſufficiet generatio ſpiritualis affectiva conditionata. Reſpond. negand. conſequent. Tum, quia ut dictum relinquimus, affectio conditionata generandi hominem ſpiritualiter reperitur in Deo reſpectu peccatoris, qui in dicto ſtatu nequit eſſe filius adoptivus illius. Tum, quia affectio conditionata generandi non ſufficit in humanis, niſi adiuncta fictione iuris, & favore legis ſupplente eius inſufficientiam. Deo autem repugnat aliquid ſuppleri per fictionem iuris. Tum, quia ſi talis affectus conditionatus ſufficit in humanis, eſt, quia adoptatus nequit effectivè generari ab adoptante generat. univoca per communic. naturæ eiuſd. ſpeciei, nec generat. analoga per aliquam particip.

suæ naturæ. Cum autem hoc modo sit possibilis Deo generatio respectu hominum, sine illa non est possibilis adoptio.

39 Obijc. 2. Adoptio divina est quædam imitatio filiationis naturalis: ergò quod sufficit ad eiusmodi imitationem, sufficit ad adoptionem. Sed homo acceptatus ut videat, & fruatur Deo, imitatur filiationem naturalem; cum huius sit proprium videre Deum, & communicare in gloria cum Patre: ergò. Resp. dist. mai. Imitatio filiationis naturalis quoad essentialia filij, conc. mai. Quoad ea, quæ saltim virtualiter consequuntur ad esse filium, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Videantur dicta in 2. prob. concl. Si dicas: in sent. probabili natura divina constituitur per actualem intellectionem: ergò imitari filiationem naturalem quoad actualem intellectionem per visionē est imitari illam quoad essentialia filiationis naturalis. Resp. In tali sent. dist. duplex munus in ipsa intellectione divina; & munus primæ, & ultimæ actualitatis cæteras perfectiones radicantis, & munus operationis vitalis, de cuius ratione est egressus saltim virtualis. Sub 1. munere obtinet rationem naturæ constituentis Verbum in esse filij naturalis; sub 2. autē supponit iam constitutum, & constituit illum beatum. Ex quo constat hominem per visionem claram Dei non imitari filiationem naturalem quoad sui essentiam; cum non sit participatio intellectionis divinæ sub munere naturæ, sed operationis radicatæ in gratia habituali.

Arg. 1.

Resp.

Si instes.

Resp.

42 Dices 3. Adoptio divina est activior, & efficacior humana; sed hæc nihil intrinsecum ponit in adoptato: ergò etiam divina. Nam quanto aliquod agens est activius, & efficacioris virtutis, minus requirit aliquid extra se, ut præstet alijs suum effectum. Resp. ex D. Th. 3. p. q. 22. a. 1. in corp. primm esse verum; quia ex parte adoptationis supponitur idoneitas, & proportio ad hæreditatem; unde solum supereſt actualis acceptatio ad illam. At vero in homine secluſa gratia habituali nulla adest proportio, & idoneitas ad gloriam cœlestem; & ideò nequit sola acceptatione ad illam constitui filius adoptivus Dei. Hinc inferes ad omnem acceptationem necessario requiri convenientiam in natura, vel quæ illam antecedat, ut contingit in humanis, vel ad ipsam consecutam, ut accidit in divinis; & hoc quidem; quia naturam improportionatam a dopare reputatur à nobis, ut quid repugnans.

Arg. 2.

Solutio.

Illatio.

§. VII.

TERTIA CONCLUSIO.

Hominem esse Deo amicabiliter dilectum, eique gratum, est essentialiter denominatio intrinseca.

43 HIs denominationibus sæpè exprimitur iustitia, & sanctitas in Scriptura, & PP. ut constat ex illo Ioan. 15. *Vos amici mei estis.* Et iterum: *Iam non dicam vos servos sed amicos.* Et Iudith 8. *Abraham amicus Dei appellatus est.* Et ad Ephes. 1. *Gratificavit nos in dilecto filio suo.* Unde Conc. Trid. sess. 6. cap. 4. ponit pro termino ad quem iustific. *hominem esse Deo amicum.* Ante utriusque partis probationem advertendum; quod hominem esse Deo amicum potest dupliciter accipi; vel pro amicitia, secundum quam homo diligit actu, & habitu perfectè Deum super omnia; vel potest accipi per hoc quod est hominem esse obiectum terminans dilectionem amicabilem Dei. Conclusio non procedit de amicitia hominis ad Deum in 1. sensu; cum amicitia actualis consistat in actu charitatis; & amicitia habitualis in habitu charitatis, quorum neutrum potest ullatenus suppleri, vel præstari à forma extrinseca iuxta doctrinam Div. Thom. alibi propugnatam. Unde restat difficultas de denominatione amici in 2. acceptione.

Notandum.

44 Prob. 1. Implicat hominem diligi amicabiliter à Deo, quin ex parte illius detur aliqua bonitas Dei, vi cuius terminet huiusmodi dilectionem. Sed huiusmodi bonitas nequit esse de ordine naturæ, aut ei purè extrinseca: ergò debet esse bonitas

Prob. ratione.

aliqua supernaturalis, & intrinseca. Maior constat, cum obiectum, & ratio obiectiva amoris sit bonum. Minor quoad 1. part. est certa: Nam bonitas purè naturalis est omninò improportionata cum dilectione Dei, quatenus est Author gratiæ; qualis est amicitia cum homine. Quoad 2. vero prob. 1. Bonitas purè extrinseca non sufficit, ut ratione illius homo habeat aliquam similitudinem, aut proportionem positivam cum Deo; sed hoc ipso non sufficit, ut sit Deo amicabiliter dilectus; cum de ratione amicitiæ sit, aut facere æquales, aut æqualitatem supponere: sic ex communi doctrina Philosophi; quod principium ad minus exigit proportionem, & similitudinem in natura, gradu, & ordine: ergò. 2. Bonitas illa, quæ nequit reddere hominem ita placentem Deo, ut sit quasi alter Deus, nequit illum constituere amicabiliter dilectum ab ipso: Nam de ratione amicitiæ est facere alterum cum diligente, iuxta illud: *Amicus est Alter ego.* Hac ratione probant Theologi gratiam habitualem reddere hominem dilectum Deo amicabiliter, quia ratione illius, utpotè participatio divinæ naturæ, facit hominem alterum Deum: Psalm. 81 iuxta illud: *Ego dixi, Dij estis*; sed per bonum purè extrinsecum nequit homo elevari ad tantam dignitatem, ut sit quasi alter Deus; sicuti nec ratione illius esse divinitatis particeps: ergò.

43 Nec valet si cum P. Suar. lib. 7. c. 3. n. 17. & 20. dicas, duplicem amorem posse distingui in Deo; unum efficacem de præsenti, & per modum Resp. P. Suarez. volitionis executivæ; alterum vero per modum intentionis, & propositi, quo velit homini dare gloriam tempore futuro, vel alia bona supernaturalia. Licet ergò 1. amor amicabilis inferat necessario in re amata aliquod bonum intrinsecum; non tamen 2. modus amoris amicabilis, secundum præsentem statum, licet illum inferat de futuro. Ut autem homo sit Deo amicabiliter dilectus, sufficit de præsenti ordinari ad aliquod bonum intrinsecum aliquando conferendum; dummodo non apponat aliquod impedimentum: Nam cum amare aliquem sit ipsi velle bonum, Deum velle dare in futurum homini beatitudinem, & de præsenti ad illam ordinare, sufficit, ut Deus complaceat in illo homine, tanquam in persona sibi dilecta.

Non, inquam, valet propter superius adducta. Nam licet ad rationem dilectionis sufficiat Deum velle communicare homini pro aliquo tempore, vel statu futuro, gloriam v. g. vel alia bona supernaturalia; quapropter æterna electio prædestinatorum dicitur vera dilectio: attamen, ut homo secundum præsentem statum denominetur dilectus amicabiliter Deo, non sufficit, nec futuritio talis boni, nec ordinatio ad illud. Ratio est 1. Nam amor amicabilis est, velle bonum alicui non utcumque, sed ex complacentia in illo: ergò si non est dignus illa, nequit de præsenti esse Deo amicabiliter dilectus. 2. Nam etsi prædestinatio ab æterno includat volitionem conferendi gloriam homini pro tempore determinato: quia tamen non omni tempore prædestinatus est dignus gloria, non denominatur gratus, & dilectus Deo. Fateor posse Resp. hoc ideò contingere in prædestinato, quia propter peccatum constituitur inimicus Deo. Attamen hæc solutio non est adæquata: Nam etiam deficiente peccato, uti potuit Deus disponere; imò si verum est assertum aliquorum tuentium Angelos fuisse creatos in puris naturalibus; verificabatur Deum diligere protunc Angelos prædestinatos, efficaciter ordinando illos ad vitam æternam; cum tamen pro omni instanti non essent amicabiliter Deo dilecti: ergò signum est puram ordinationem extrinsecam de præsenti, & donum gloriæ de futuro habendum, non sufficere ad dilectionem amicabilem de præsenti.

Fundamentum P. Suarez contra dicta sic potest proponi. Id, quod sufficit, ut homo terminet dilectionem Dei simpliciter talem, sufficit ut homo sit ei charus, gratus, & amicabiliter dilectus; sed ordinatio efficax ad gloriam habendam; dummodo

44 Impugn.

45 Fundam. P. Suarz.

modo non sit impedimentum peccati, nec gloria essentialiter dependeat ab aliquo habitu, ut modo debet supponi; sufficit, ut homo terminet dilectionem Dei simpliciter talem: ergò sufficit &c. Prob. min. ex D. Thom. hic q. 110. a. 1. ubi asserit: *Dilectionem, per quam Deus homines iustificat trahere eos ad participat. summi boni, & vult ipsis bonū simpliciter, quod est ipse Deus.* Sed Deus ordinando homines ad gloriam, vult ipsis, tum beatitudinem formalem, tum beatitudinem obiectivam, consistentem in ipso Deo summè bono: ergò.

Confir. 1. 1. Si Deus acceptaret hominem secundum præsentem statum ad æternam beatitudinem, non dando illi qualitatem gratiæ, tunc meritò posset denominari extrinsecè gratus, & dilectus: ergò. Prob. añs. Tunc casus verificatur de Deo, quod complacuisset ei dare homini Regnum; sed Deum sic complacere in homine, est habere hominem sibi gratum; cum talis complacentia esset magna gratia: ergò. Confirm. 2. In Deo admitti debet duplex modus dilectionis, & per modum voluntatis executivæ, & per modum intentionis, sive propositi: nam Deus potest velle dare sua bona quando, & quomodo voluerit: ergò Deum velle dare homini gloriam tempore futuro, est illum de præsenti diligere: ergò cum aliunde sit bonum simpliciter tale; homo denominabitur de præsenti ex ordine ad gloriam simpliciter Deo gratus, atque dilectus. Urgetur. Potest Deus tractare hominem ut amicum absque infusione alicuius habitus præcedentis: ergò cum iudicium, & æstimatio Dei sit secundum veritatem; potest homo esse Deo gratus absque infusione habitus boni. Prob. añs. Potest Deus sine infusione habitus communicare homini beneficia specialia, & auxilia, simul cum dilectione, ut ipsum redamet; & quando ipsi placeat, visionem facialem cum secretorum revelatione ostendere. Sed hoc esset tractare illum ut amicum, cum hęc omnia sint commercia amicitiæ propria: ergò.

Secundo.

Urgetur.

46 Fortasis aliquis huic arg. Resp. neg. aliud donum præter gratiam habitualem, & unionem hypostaticam, esse sufficiens, ut homo ratione illius sit dilectus simpliciter à Deo; sed solum secundum quid. Attamen meo videri non satis solidè. 1. quia in præsenti solum negatur hominem posse esse Deo gratum per formam extrinsecam; unde pronunc ut probabile admitti debet, tum actum charitatis, tum, & præsertim, visionē beatā sine gratia habituali communicatam, esse formas sufficientes sanctificare; proindèque posse reddere hominem simpliciter dilectum; non quidem ly *simpliciter* accepto pro illo, quod dicitur *tale* perfectè, & omnibus modis; sed accepto pro illo, quod est verè, & absolutè tale (de qua diversitate acceptionis videndus D. Th. 3. p. q. 50. a. 5.) 2. quia ipse Deus ut beatitudo obiectiva est bonum simpliciter, & summè bonum; at qui ex tali dilectione sic communicaretur Deus homini: ergò.

Poteſt Reſpond. Sed non placet. 1.

Secundo.

Unde aliter iuxta superius dicta Resp. dist. mai. Ut secundum præsentem statum terminet dilectionem simpliciter, conc. mai. Si non sufficiat ut secundum præsentem statum illam terminet, neg. mai. & cum ead. min. dist. neg. conseq. Explic. hoc à simili. Si enim Deus in alia providentia ordinaret hominem, ut tempore futuro ad illius productionem, & usum lib. arb. ei gratiam habitualem infunderet; talis dilectio esset simpliciter talis; cum vellet ipsum trahere ad participationem summi boni. Attamen, quia secundum statum præcedentem gratiæ infusionem, nihil esset in illo dignum complacentia divina, non posset dici Deo amicus; aliter enim esset sanctus, & charus ante sanctitatem, & charitatem. Rursus: talis ordinatio extrinseca, estò esset placens Deo; cum illa sit actus divinus, solum probaret Deum simpliciter cōplacere in suis actibus, & bonis ipsum intrinsecè perficientibus; secus tamē in homine ut contradistincto ab ordinatione divina. Nec obstat auth. S. D. In ea enim duo ponit S. D. scilic. *Trahere creaturam intellectualem ad participationem summi boni; & velle illi bonum æternum, quod est ipse Deus.* 1. habetur de præsenti per gratiam,

47

Verior ſolut.

quæ est Deitatis participatio, secundum de futuro, scil. beatitudo. Unde non mirum ante illam hominem esse specialiter, & simpliciter dilectum à Deo.

48 Ad 1. confirm. Ad 1. confirm. neg. añs. Ad illius prob. Resp. Quod cum complacentia sit communis amori benevolentiæ, & amicitiæ, ex quo Deus complaceat in homine, non sequitur determinatè fore Deo amicabiliter dilectum. Ut igitur largitio Regni, sive æternæ fœlicitatis probet in Deo complacentiam amicabilem, debet supponere in homine dignitatem positivam ad illam, & quod per prius fiat quasi alter Deus per participationem suæ diviuitatis. Ubi enim nulla est similitudo, aut convenientia in natura, & vita Deo propria, nulla potest esse amicitia cum ipso. Nec obstat talem complacētiam esse magnam gratiam. Est namque gratia, prout hęc dicit exclusionem meritorum, id est, *fieri gratis*: non prout gratia dicit facere hominem Deo gratum. Quod si in præsenti providentia Deo complacere dare nobis Regnum, probat sanctitatem antecedentem ad Regni possessionem; ideò est, quia illud dat iure hæreditatis, & iure meritorum; & iterum; quia illud confert ut Pater his, quos generat spiritualiter per gratiam; ideòque dicitur *Patri vestro*.

49 Ad 2. Ad 2. Resp. admittendo duplicem modum dilectionis descriptum; dummodo dilectio per modum intentionis non ponatur in Deo, ut purè affectiva, sed effectiva. Quare concedimus, Deum posse velle communicare gloriam homini in tempore futuro iuxta suum placitum; attamen in homine sic à Deo extrinsecè dil. erit aliquid de futuro; de præsenti vero nihil habet, quod reddat illū dignum amore Dei, aut æterna fœlicitare, sed tantum erit quædam denominatio extrinsec. à dilectione Dei proveniens. Id autem, quod consideratur de futuro, est visio beata danda sine gratia habituali; vel simul cum illa, infusa in eodem instanti. Cum autem nulla forma præstare valeat suum effectum formalem, ante sui communicationem, & talis ordinatio extrinseca nihil ponat de præsenti in homine, ut terminet divinum amorem; consequenter nequit homo protunc denominari gratus Deo. Hinc inferes, quod licet dilectio Dei amicabilis sit æterna; quia tamen est effectiva, & illius effectus est mutabilis, & non existens pro omni tempore, adhuc suppositā productione hominis; non semper denominat hominem Deo amicabiliter dilectum; sed relatè ad tempus, & infusionem doni amicabilis. Pro quo videatur D. Thom. in 1. dist. 32. q. 1. quæstiunc. 1. ubi agit de peccatore prædestinato. Illatio ex dictis.

Ad urg. Ad urg. neg. añs. Nam etsi sine ullo dono intrinf. per quod homo reddatur filius adoptivus Dei, & dignus positivè æterna fœlicitate; posset Deus communicare ei aliqua beneficia specialia, quæ aliunde sunt propria connaturaliter amicitiæ divinæ; non tamen sub tali denominatione, & affectu amicabili, propter summam improportionem in natura, gradu, & ordine. Sicuti communicando (ut potest *) visionem claram sui, sine regeneratione spirituali per gratiam, commnnicaret hæreditatem filiorum; sed non qua talem, nec affectu paternali.

*Sic tenent Alii qui.

50 Ad ult. Obijc. 2. Quando dicimus sine dono intrinseco gratię hominem non posse esse iustum, filium adoptivum, Deoque gratum &c. vel loquimur de iustitia intrinseca, vel de iustitia, & gratitudine extrinseca? Si 1. defendimus, quod ex terminis est notum. Si 2. negamus aliquid etiam ex terminis notum; quis enim ad denominationem extrinsecam requirit per modum formæ aliquid intrinsecum? ergò aut quæstio est inutilis; aut pravè decisa. Hoc argum. habet manifestam instantiam in denominationibus essentialiter intrinsecis; v.g. *albi, existentis, viventis &c.* Arguendo sub eadem forma; unde sicuti hęc dictio *extrinsecè* addita denominationibus prędictis, est dictio diminuens, & ad sensum improprium illas detorquens; ita similiter dicendum in præsenti. Unde sensus quæstionis est: An vera iustitia, & sanctitas hominis præscindat à iustitia intrinf. & extrinf? & rursus, An sit possibilis dilectio ita extrinsecè de-

Resp.

denominans hominem gratum Deo, ut ex illa non necessario derivetur aliqua sanctitas intrinseca homini? Cui duplici quæstioni negativè Respondemus ; & utramque pro posse nostro probatam relinquimus. *Et hæc de hoc dub. applic. lit. Mag. ubi præcedens, & in 4. dist. 1. §. 1. per totum.*

DUBIUM III.

AN GRATIA HABITUALIS sit formalis participatio naturæ tam secundum esse morale, quam physicum illius?

§. I.

ALIQUA PRÆNOTANTUR.

N. 1. GRATIAM, Quam Theologi habitualem appellant hoc est, permanēter communicatā iustis, per quam interius renovantur, & sanctificantur, esse Divinæ naturæ aliqualem participationem ; constat ex Sacræ Scripturæ testim. Primum habetur 2. Petri cap. 1. *Maxima, & pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini Divinæ consortes naturæ.* Sed nequit homo fieri consors Divinæ naturæ, nisi per donū, quod sit illius similitudo, impressio, & participatio : ergò. Secundum habetur 1. Ioann. 3. & in Evang. eiusdem cap. 1. & 10. ubi dicitur : *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, quæ verba intelliguntur à PP. & Concilijs præsertim Trident. dum homines iustificantur per gratiam habitualem. Ex quibus sic arguitur. Nequit homo esse filius Dei, nisi ab ipso sit spiritual. genitus; hoc vero nequit esse, nisi in se habeat aliquod donum, quod sit participatio naturæ divinæ, ut ex ipsa definitione generationis constat : ergò. Idem constat ex illo Ps. 81. *Ego dixi, dii estis*; & rursùs ex illo Pauli 1. Cor. 6 *Qui adhæret Domino, unus spiritus sit cū eo.* Et rursùs ex illo ad Rom. 8. *Quos præscivit conformes fieri imagini filij sui.* Nunc sic. Donum, per quod homo fit Deus per participationem, & fit similis filio naturali, propter identitatem naturæ cum Patre necessario debet esse aliqualis imitatio divinitatis: ergò si iuxta dicta &c.

Primo.

Prob. author.

2

Sed quia natura divina potest dupliciter considerari: uno modo communiter, pro quocumque prædicato divino, eo quod, quidquid est realiter in Deo, est ipse Deus; qua ratione etiam voluntas, sapientia, & aliæ perfectiones divinæ sunt ipsa natura, & essentia Dei: Vel potest sumi sub conceptu proprio naturæ, qua ratione dicit esse primum prædicatum Dei, quod ex nostro modo concipiendi se habet, ut principium, & radix attributorum : ideò difficultas proposita solum procedit de participatione divinæ naturæ sub secunda consideratione, & quatenus consideratur, ut aliquo modo distincta ab attributis : quidquid sit, de constitutivo metaphysico illius, in quo variè opinantur Theologi. 3. Notandum; quod cum Deus sit *iustus, & sanctus per essentiam*, propter quod est omnino impeccabilis summeque necessitatus ad sancte, rectèque operan-

Secundo.

Tertio.

randum; hinc provenit naturam divinam duplicem considerationem admittere saltim per ordinem ad nostrum modum imperfectum intelligendi; scilicèt, secundum esse physicum, & divinum per essentiam; vel secundum esse morale eiusdem. Sub prima expressione tantum dicit rationē actus puri, & per essentiam; vivētis summequè intellectivi, essequè principium, & radicem virtualem cognitionis, amoris, bonitatis sapientiæ &c. sub secunda vero dicit munus *sanctitatis* ad genus moris spectantis. Quapropter titulus dubij utramque considerationem divinæ naturæ complectitur; an, scilicèt, divina natura participetur à gratia habituali, & sub expressione radicis cognitionis, & amoris; & non solum quatenus Deum denominat sanctum, & rectum in omnibus operibus suis, & ab omni iniquitate aversum?

Sensus dubij.

3 Quarto. 4. Notandum duo genera perfectionis distingui in Deo; primum est earum, quæ ex suo conceptu non dicunt rationem differentialem, & modum, secundum quē distinguitur à creaturis; huius modi sunt *sapientia, bonitatis &c.* Secundum est earum, quæ in suo specif. conceptu essentiali dicunt rationem, vel modum soli Deo convenientem; huius generis sunt, *esse increatum, immensum, actum purum, & ens per essentiam.* Conformiter ad hanc doctrinam etiam in ipsa natura Divina constituta metaphysicè in esse talis per radicem virtualē intellectionis, & amoris sui, potest considerari duplex perfectio; 1. secundumquod tantum exprimit, esse radicem visionis, & amoris, quo Deus intuitivè se ipsum videt, & diligit. 2. Secundumquod comprehensive, aut infinite se ipsum videt, & diligit. Hæc advertenda diximus, quia aliqui Theologi sentiunt gratiam esse participationem Divinæ naturæ, non solum quoad munus radicis cognitionis, amoris &c. sed etiam quoad *modos infinitatis, actus puri, & comprehensibilitatis* in cognitione, & amore.

4 Quinto. 5. Notandum, quod cum participatio alicuius perfectionis reperta in Deo necessario dicat convenientiam ex parte creaturæ in tali perfectione; iuxta modum convenientiæ potest distingui duplex particip. Si enim aliqua perfectio formaliter reperiatur in Deo, & in creatura: tunc interveniet participatio formalis; si autem solum inveniatur formaliter in Deo, non vero in creatura, aut è contra, solum interveniet participatio virtualis. Sit exemplum in aere participante lucem à Sole; cum enim lux Solis, & lux à Sole derivata, formaliter conveniant in ratione luminis, lux aeris dicitur formalis participatio lucis existentis in Sole: è contra vero, quia calor solum virtualiter, seu eminenter invenitur in Sole; calor corporum sublunarium solum dicitur virtualis participatio talis eminentiæ caloris. Rursùs participatio virtualis dicitur multoties de virtute ad producendum effectum similem agenti, à quo derivatur; in quo sensu semen decisum ab animali dicitur participatio virtualis generantis.

Duplex particip.

Sed quia convenientia formalis in aliqua perfectione potest esse; vel uni voca, si sit secundum eandem rationem, vel analoga, si reperiatur in uno extremo cum dependentia orta ex ratione communi, de quo in Logica; supponimus in præsenti gratiam non posse dici participationem formalem naturæ Divinæ primo modo; cum nulla perfectio possit dici uni voce de Deo, & creaturis iuxta expressam doctrinam D. Thomæ pluribus in locis. Quapropter solum restat difficultas de participatione formali in prædic. quod est proprium naturæ Divinæ in esse talis, licèt cum convenientia analoga inter utrumque. Huic accedit, quod cum participare, sit partem capere, & partem relinquere; nihil obest, quo minus gratia sit formalis participatio naturæ Divinæ in ratione talis; licèt hæc constitutive dicat rationem substantiæ summe immaterialis, virtualiter radicantis illectionem, & amorem comprehensivum sui. De quo plura in progressu Dubij. Pronunc sufficiat exemplum de visione Beata, quæ est participatio formalis Divinæ cogni-

5 Duplex particip. formalis.

tio-

tionis, estò hæc sit constitutivè cognitio comprehensiva Dei. His suppositis.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO.

Per gratiam sanctificantem homo habet consortium morale cum Deo per conformitatem voluntatis, & affectus.

6 CONclusio est communis, & suadetur ex illo 1. Ioann. cap. 1. *Quod vidimus, & audivimus, anunciamus vobis, ut, & vos Societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre, & filio eius Jesu Christo.* Ubi hortatur fideles ad habendam societatem cum Deo; sicuti ad habendam societatem cum Apostolis, & cæteris ad Ecclesiam pertinentibus. Sed societas fidelium inter se, & cum Apostolis, est moraliter talis consistens in conformitate affectuum, quantum ad bona opera: ergò similis societas habetur per gratiam inter Deum, & homines. Hoc ipsum docet S. Dionysius cap. 3. de Eccles. Hierarchia ubi ait: *Opportet enim nos in divinam Christi vitam inspicere, quam ut homo egit: & eius in non peccando imitatione ad divinum statutum currere.* Sed imitari vitam Christi in rectè agendo, & in non peccando est habere consortium morale cum ipso: ergò per statum divinæ gratiæ homo habet consortium morale cum Deo. Ratio à priori est. Illud donum, per quod homo imitatur Deum, quatenus diligit se ipsum, ut summum bonum, & odio habet iniquitatem, reddit ipsum unum moraliter cum Deo; sed per gratiam habitualem, homo sic diligit Deum, & odio prosequitur iniquitatem: ergò ratione gratiæ sanctificantis &c. Ulterius hominem imitari Deum in rectitudine, & iustitia suorum actuum, est habere consortium morale cum illo, sed per gratiam sanctificantem, homo imitatur Deum in sanctitate, & iustitia operando conformiter ad eius voluntatem, & legem: ergò per gratiam habitualem homo fit consors moraliter sanctitatis, & iustitiæ Dei. Hoc consortium, sive unio voluntatum continetur (licèt non solum illa) in illis verbis Ioann. 1. *Pater Sancte, serva eos in nomine tuo, ut sint unum sicut, & nos*, hoc est, *unione per amorem, & concordiam voluntatum in bono.*

Prob. Authorit.

Probat. ratione.

Confirm.

Nec valet, si dicas: prædictum consortium sicuti unionem non prævenire à gratia habituali; sed ab actu charitatis, & alijs operibus honestis. Siquidem diligere Deum, ut summum bonum, converti ad ipsum, & averti ab omni iniquitate, servando rectitudinem in operationibus; est propriissimum actus charitatis, & aliarum virtutum moralium: ergò consortium morale supra explicatum non habetur per gratiam. Deindè quia parvuli iustificati sunt etiã moraliter consortes divinæ naturæ, & tamen non potest esse in eis concordia cum Deo secundum voluntatem, & affectum. Respond. gratiam sanctificantem, utpotè radicem charitatis, aliarumque virtutum, præstare in actu 1. id ipsum, quod actus charitatis, aliarumque virtutum præstat in actu 2. Unde gratia habitualis est id, quod reddit hominem potentem affectivè converti ad Deum, & averti ab iniquitate; quod sufficit ad consortium morale cum Deo. Siquidem etiam in humanis talis unio, aut concordia subsistit etiam, deficienti conformitate actuali affectuum. Rursùs: Sicuti amicitia cum Deo alia est actualis, aliâ habitualis per modum actus primi; ita dicendum de consortio morali cum Deo. Ad 2. Respond. illam impotentiam provenire non ex defectu formæ inclinantis in dilectionem Dei, & odium peccati, sed ex imperfect. status, in quo carent usu rationis.

7

Instab. 1.

Secundo.

Respond. ad 1.

Ad 2.

Ex dictis constat gratiam habitualem esse participationem naturæ Divinæ secundum esse morale illius, scilicèt, quatenus Deum constituit iustum, & sanctum. Ratio est: Nàm gratia habitualis, utpotè causa formalis nostræ iustificationis, est sanctas, & iustitia formalis; sed non est sanctitas per essentiam: ergò per participationem talis sanctitatis. Sed

8

Alia conclusio de participatione Dei tatis sub munere sanctitat.

hæc

hæc in Deo est ipsa natura; utpotè primũ principium beatitudinis, amoris, & rectitudinis in suis operationibus: ergò gratia habitualis est participatio naturæ divinæ sub munere sanctitatis. Hæc Doctrina tenet verum: *Si gratia habitualis ex se ab intrinseco absque ulteriore acceptatione, & ordinatione Dei, reddit hominem Deo gratum, & quantum in se speciali amore, & amicitia dignum: tenet insuper si grat. habitualis distinguatur à charitate realiter, aut ex natura rei.* Undè quia utrumque negatur à Nominal. & Scotistis, nequit in horum opinione salvari gratiam esse participationem naturæ divinæ sub munere sanctitatis. Ratio 1. partis est, quia id, quod convenit alicui per participationem ab alio, convenit illi, ex se, & ab intrinseco: ergò si ratio sanctitatis convenit gratiæ habituali, quatenus est participatio sanctitatis divinæ, convenit ipsi ab intrinseco. Anteced. constat à simili in cognitione, intuitiva, & in dilectione Dei supra omnia. Siquidem; quia actus elicitus à charitate est participatio amoris divini, & huiusmodi amor diligit Deum apretiativè super omnia, actus elicitus à charitate ab intrinseco habet imitari prædictum modum apretiationis: ergò si gratia habitualis est sanctitas per participationem sanctitatis per essentiam, est sanctitas ab intrinseco ex natura sua.

Nota diligenter contra Scotum, & alios.

Probat. 1 pars.

9

Ratio 2. est: Nàm in tali opinione gratia est participatio solius amoris divini non vero naturæ; quæ iuxta Scotum formaliter ex natura rei distinguitur, & præcedit divinum amorem. Quomodo enim duæ formalitates ex natura rei possunt participari ab una formalitate? ergò non verificatur gratiam participare naturam divinam sub munere sanctitatis, sed ad summum participare in Deo rectitudinem actualem dilectionis, à qua actus aliarum virtutum imperari possunt. Sed dices: De conceptu generali sanctitatis divinæ, est oppositio essentialis cum omni peccato mortali, & veniali, & insuper cum omni potentia ad peccandum; sed gratia habitualis nihil horum participat: ergò non participat naturam divinam sub munere sanctitatis. Respond. instantiam solum probare gratiam habitualem non participare divinam sanctitatem quantum ad omnia prædicata ipsi convenientia; secus tamen quantum ad aliqua propria, & constitutiva sanctitatis, scilicèt, *reddere subiectum gratum Deo, dignumque amicitia illius, & cum iurè, & dignitate ad æternam beatitudinem.* Alioquin non esset participare, sed realiter esse ipsam sanctitatem divinam. Si autem inquiras: An gratia dicenda sit participatio formalis sanctitatis divinæ, an vero solum virtualis? Respond. ex dictis in Notabilibus dicendam esse participationem formalem; cum esse principium rectitudinis, & amoris Dei, & constituere subiectum gratum, & amore dignum, formaliter prædicetur tam de gratia habituali, quam de divina sanctitate.

Probat. 2

Instabis contra hanc conclus.

Respond

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO.

Prædicatum, quod gratia habitualis participat de Divina natura non est sola sanctitas in radice, aut exigentia omnis rectitudinis moralis consistens.

10

OPpositum tenent aliqui cum P. Ripalda, tom. 1. disp. ult. sect. 9. num. 105. ubi asserit gratiam habitualem, etsi naturam in ordine supernaturali, non participare de illa *gradum intellectualitatis, aut esse principium visionis*; sed solum bonitatem moralem *radicalem, secundum quam est potens solum ad operationes moraliter honestas, & pugnans cum operationis moraliter malis.* Sed nostra conclusio probat. ad hominem. Siquidem iuxta ipsum ibidem sect. 5. *Filiatio adoptiva; amicitia cum Deo; forma virtutum, & pulchritudo animæ &c.* Esto sint perfectiones convenientes gratiæ habituali, nequeunt illam primo constituere per modum formæ essentialis illius; * nàm ut filiationem adoptivam in ea intelligas, de-

Prob. gratiam participare aliquid prædicat. physicum Deitatis.

debes concipere communicat. Divinę naturæ; ut constituat hominem Deo amicabiliter dilectū; & adhoc necesse
Sic Rip. est præintelligere bonitatem ad eo excellentem, ut Deus in ea amicabiliter complaceat. Similiter ut sit forma valorans opera, opportet in ea fateri cessam aliquam dignitatem; & tandem ut sit pulchritudo, & munditia à peccato, opportet ponere in ea præstantiam perfectionis; quæ fœditati adversetur* atqui hæc ratio æquè probat munus radicis virtutum moralium, radicem honestatis moralis non esse primū prædicatum specificum gratiæ: ergò est aliud prędicatum physicum. Sed hoc debet habere à Deitate participatum: ergò de illa participat ultra sanctitatem aliquid de linea physica pro priori ad sanctitatem: ergò. Probat. min. 1. Omnis perfectio de linea morali supponit perfectionem in esse physico: ergò. 2. Estò natura Divina habeat esse radicem virtualem omnis rectitudinis moralis; huiusmodi perfectio fundatur in summa perfectione, & actualitate in esse physico, & substantiali; quapropter munus sanctitatis est attributum illius, non vero constitutivè metaph. ipsa Divinitas: ergò.

II Urgetur hoc. Sicuti in divinis attributis ratione nostra distinguitur duplex perfectio una physica, altera
Urgetur. vero moralis: esto utraque sit eis essentialis, ut videre est in divina voluntate; cuius perfectio physica consistit in summa unione affectiva vitali cum divina bonitate, ex qua provenit non posse ab illa recedere per inordinatum amorem alicuius boni; quia tamen utraque perfectio radicaliter præhabetur in natura divina, prima perfectio constitutiva huius est de linea physica; nè perfectio conveniens effectui, aut quasi effectui, ordine inverso inveniatur in causa. Atqui gratia habitualis radicans charitatem, virtutes infusas, alioque dona supernaturalia non solum radicat illa quoad perfectionem moralem ipsis convenientem, sed etiam quoad physicum entitativum, & specificum ipsorum iuxta opinionem P. Ripalda: ergò continentia radicalis talium virtutum, & donorum, quoad physicam perfectionem erit prima perfectio constitutiva gratiæ habitualis. Sed huiusmodi continentia radicalis non est munus sanctitatis, sive bonitatis moralis: ergò in huiusmodi munere non consistit quiditas gratiæ habitualis, nec est unicum prædicatum, quod participat de divina natura.

Ex his prob. 2. concl. In natura divina esse principium visionis, & amoris sui, pertinet ad lineam physicam; sed gratia partici- 12
2. Ratio pat tale prædicatum de natura divina: ergò gratia participat naturam divinam non solum secundum esse morale; sed etiam secundum esse physicum. Mai. est certa; cum esse principium visionis, & amoris, quo Deus se ipsum necessario videt, & diligit, sit esse principium perfectionis formaliter de linea physica; & ad summum radicaliter perfectionis de linea morali exigentis necessario libertatem. Tùm quia esse principium cognitionis, & amoris spectat ad constitutionem naturæ intellectivæ qua talis. Min. etiam videtur certa, tùm quia gratia habitualis est fons aquæ salientis in vitam æternam; cumque vita æterna in visione, & amore Dei consistat illa se habet per modum principij *à quo* profluit visio, & amor Dei super omnia. Tùm quia gratia Dei dicitur vita æterna iuxta Apost. ad Rom. 6. quæ verba cum non verificentur in sensu formali; necessario debent intelligi in sensu radicali per modum principij visionis &c.

3. Probat. Homo per gratiam habitualem est filius adoptivus Dei; 13
3. Ratio sed hoc ipso per gratiam habitualem participat naturam divinam secundum rationem naturæ: ergò gratia habitualis est participatio divinæ naturæ secundum rationem propriam, specificam naturæ. Sed natura divina secundum rationem propriam constitutivam naturæ in esse talis spectat ad lineam physicam, estò intimè inbibat munus sanctitatis, & rectitudinis moralis radicalis: ergò. Min. 1. syllogismi prob. Si homo per gra-

gratiam habitualem est filius Dei, per gratiam habitualem est genitus spiritualiter à Deo ; sed hoc ipso gratia est participatio naturæ divinæ sub ratione propria naturæ, ut patet ex definitione generationis viventium : ergò. Confirm. 1. Generatio adoptiva divina communicat in effectu, illam conformitatem, quam adoptio humana tantum communicat in affectu ; qui exprimitur illis verbis : *Utinam esset filius meus*; atqui in relatis verbis expresse continetur affectus communicandi adoptato naturam, secundum esse physicum, & non præcisse secundum aliquod esse morale consistens in iure ad hæreditatem adoptantis: cum quantum adhoc sit affectus absolutus : ergò generatio spiritualis per quam Deus adoptat homines in filios est communicativa naturæ divinæ non solum quoad rectitudinem moralem, sed etiam quoad esse physicum, & in esse naturæ.

Confir. 1.

Confirm. 2. Ex eleganti doctrina D. Thom. 3.p. quæst.23. art.2. ubi asserit * filiationem adoptivam divinam esse quandam imitationem, & similitudinem filiationis naturalis. *Ex quibus sic arguo. Filiatio adoptiva conveniens homini per gratiam est quædam imitatio filiationis naturalis divinæ, ut patet ex dictis, & rursùs constat ex illo : *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imagini filij sui* : ergò talis filiatio ex sui ratione, est imitatio filiationis naturalis secundum esse proprium, & formale. Atqui filiatio naturalis in divinis dicit in sui constitutione imitationem omnimodam in natura cum Patre generante, secundum esse physicum illius : ergò filiatio adoptiva conveniens per gratiam, dicit imitationem naturæ divinæ quoad esse physicum illius, & ex consequenti, quoad rectitudinem, sive sanctitatem ipsi convenientem. Explicatur hoc ex eodem S. Doct. ubi supra in solut. ad 3. dicente : *Adoptionem per gratiam esse communem toti Trinitati ; sed tamen apropriari Patri, ut Authori, filio, ut exemplari, & Spiritui Sancto, ut imprimenti huius similitudinem exemplaris.* Nunc sic. Si de ratione adoptionis per gratiam solum esset conformitas in natura divina quoad sui rectitudinem moralem in conformitate affectuum consistentē potiori iure attribueretur, ut exemplari Spiritui Sancto, quam filio. Siquidem rectitudo moralis ex amore amic. Dei proveniens, convenit Spiritui Sancto, ex vi suæ processionis secundumquam procedit, ut amor amicabilis Patris ad Filium: ergò dicendum per gratiam habitualem hominem participare naturam divinam secundum esse physicum illius.

14

Ad Rom. 8.

Nec contra hanc rat. obstat. 15
1. Ad rationem filiationis adoptivæ sufficit conformitas in affectu cum Deo. Assumptum prob. ex illo Ioann. 1.cap.3.* videte qualem charitatem dedit nobis Deus Pater, ut Filij Dei *nominemur, & simus.* Sed homo ratione charitatis solum habet conformitatem moralem, sive affectivam cum Deo: ergò talis conformitas sufficit &c. 2. Id quod reddit hominem fratrem Christi, facit ipsum filium adoptivum Dei ; sed per solam conformitatem moralem in rectitudine affectuum, & operationum consistentem homo redditur frater Christi : ergò prædicta conformitas sufficit ad rationem adoptionis. Min. constat ex illo Marc. 3. *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, hic frater, soror, & Mater mea est.* 3. Res inanimatæ etiam dicuntur genitæ à Deo iuxta illud Iob 38. *Quis est pluviæ Pater?* & tamen adhoc non requiritur imitari naturam divinam secundum esse proprium, & specificum illius : ergò.

Instab. 1.

Secundo.

Tertio.

Resp. ad 1. neg. assumptum propter rationem à priori iam insinuatam. Nec oppositum probat. ex testim. adducto : Siquidem in illo, vel fit sermo de charitate radicali, quæ est gratia habitualis; vel si sermo est de charitate actuali ; hæc non se habet, ut forma per quam homo fit filius adoptivus Dei, sed tantum, ut signum, per quod nobis innotescere potest, quod sumus filij Dei iuxta illud: *Nos scimus, quod translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Ubi ly *quoniam* non denotat causam essendi, sed causam cog-

16

Solut. ad 1.

1. Ioann. 3.

cognoscendi; hoc est per quam potest nobis innotescere, quod sumus filij Dei.* Ad 2. Respond. neg. min. Quin potius oppositum expresse traditur à M. Par. dum ait: *Non possunt homines iuste vivere, nisi prius effecti fuerint filij Dei*: ergò per prius homo intelligitur frater Christi per spiritualem generationem ab eodem P. quam quod faciat in omnibus voluntatem Patris. Undè prædicta verba solum denotant connexionem inter utrumque; non vero prioritatem inter conformitatem moralem, & filiationem adoptivam cum Deo. Ad 3. Respond. illam generationem esse impropriam fundatam in dono creationis; *generationem vero spiritualem esse propriam fundatam in dono recreationis, per quod natura intellectualis elevatur ad esse Dei ficum, & ex consequenti, ut eliciat operationes Deificas, sive conformes divinæ sanctitati.

* Sic M. P. * ibi unde scimus? Ad 2.

Ad 3.

*Sic S. D 3.p q. 23 a. 3. ad 1.

§. IV.

In quo probatur gratiã habitualem participare formal. naturam Divinam quoad gradum intellectualitatis tam physicè, quam metaphysicè ipsam constituentem.

17 Utilitas concl. ad alia.

ASsumptum præsens existimo valdè utile, nedum ad probandum gratiam participare naturam Divinam secundum esse physicum illius; sed etiam ad statuendum, tam gratiam habitualem, quam alios habitus supern. perficientes tùm intellectum, tùm voluntatem esse intrinsecè qualitates vitales, & intrinsecè participare rationem principij cognoscitivi, vel affectivi in linea supernaturali. Non quidem ut *quod*, & per modum potentiæ, sed ut *quo* per modum radicis, aut virtutis. Præcipuum enim fundamentum, quo AA. Societatis moventur, ut negent lumen gloriæ (idem de quolibet habitu supernaturali) esse totam virtutem proximam agendi visionem beatam, consistit in eo, quod nequeunt concedere lumini gloriæ, gratiæ habituali, habitui charitatis, aliquam rationem principij vitalis intrinsecè. Qu apropter consequenter affirmant rationem vitalitatis convenientem visionem beatæ provenire à virtute innata intellectus, sed elevata lumine gloriæ. Et quamvis oppositum ibidem propugnetur à Thom. adeo tamen breviter, ut existimem illud maiori, solidioriquè probatione indigere, quod in præsenti, probandum, & perficiendum suscipimus.

18 Nota contra P. Suarez.

Hinc non facile percipio, cur P. Suarez negare valeat visionem beatam sub ratione operationis vitalis non provenire immediatè, & per se à lumine gloriæ; cum expresse tueatur in præsenti lib. 7. de Gratia cap. 1. * gratiam habitualem participare naturam Divinam secundum gradum intellectualitatis: ex quo habet esse radicem visionis, & amoris; & per quam constituitur in ratione naturæ, prout differt ab attributis * non inquam facilè percipio; si enim gratia intrinsecè, esto per participationem, est natura intellectualis, & vitalis; absdubio omnis vitalitas operationis supernaturalis proveniet, ut à causa per se à gratia, alijsque virtutibus supernaturalibus. Undè quidquid sit de alijs fundamentis; argumentum tamen desumptum ex vitalitate inefficax reputamus.

19 Gratia est vita animæ, iuxta S. Doct.

Gratiam habitualem esse vitam spiritualem animæ, & divinæ vitæ participationem, traditur expresse à D. Thom. in 3. dist. 27. quæst. 1. art. ult. ad 4. quæst. appellante illam *participationem Divinæ vitæ*. Et quæst. 27. de Verit. art. 3. ad 21. Et 2. 2. quæst. 23. art. 2. ad 2. Et super Ioann. 3. lect. 1. littera B. *Secundum diversas vitas sunt diversæ visiones. Vita carnalis habet visionem carnalem, spiritualis per gratiam habet visionem spiritualem.* S. Cyrillus lib. 2. in Ioann. cap. 41. *Regeneratio per gratiam dicitur nativitas, quia accipiendo novam vitam in filios Dei adoptamur.* Videatur uterque S. Doct. & Alij Sacri Expositores ad illud Ioann. 10. *Ego veni, ut vitam habeant, & ut abundantius habeant.* In Sacra Scriptura pluries dicitur gratiam esse vitam, & per illam hominem

nem peccatis spiritualiter mortuum spiritualiter resurgere.

20 Probat. assumptum ex communi doctrina Concil. & PP. in quibus expresse habetur homines per gratiam habitualem regenerari in filios Dei, sub sequenti forma. Forma illa, per quam homo terminat spiritualem generationem Dei, est natura intrinsecè intellectualis; sed sic se habet gratia habitualis: ergò est natura intrinsecè intellectualis; sed non à se: ergò per participationem divinæ naturæ. Mai. probat. Forma illa, per quam homo terminat generationem spiritualem Dei, est forma, per quam procedit, ut vivens à Deo viventi, & in similitudinem naturæ illius, prout hæc differt ab attributis; ut constat ex definitione generationis viventium, in qua sola reperitur denominatio filiationis, & paternitatis. Sed forma illa secundum quam homo procedit à Deo, ut vivens à viventi, & in similitudinem naturæ ipsius, est natura intrinsecè intellectualis: ergò &c. Min. probat. Forma illa secundum quam homo procedit à Deo, ut vivens à viventi, & in similitudinem naturæ ipsius, est forma intrinsecè vitalis, & per modum naturæ; sed talis vitalitas per modum naturæ nequit esse, nisi vitalitas de linea intellectualitatis; cum Deus sit vivens unicè vita intellectuali perfectissima, incapax vitæ alterius generis, scilicèt, sensitivæ, aut vegetativæ: ergò. Hæc ratio habetur in D. Thom. super Ioann. cap. 3. lect. 1. littera D. ad illa verba *nisi quis renatus fuerit &c. hæc regeneratio est spiritualis*: *Oportet generatum generari ad similitudinem generantis. Nos autem regeneramur in filios Dei ad similitudinem verifilij. Oportet ergò, quod regeneratio fiat per id quod assimilatur vero filio.* Atqui filius naturalis est per identitatem naturæ intellectualis viventis per essentiam: ergò regeneratio per gratiam est per participat. &c.

1. Ratio probat.

Roborat. ex S. D.

21 Confirm. & explicatur hæc ratio. Ad rationem generationis viventium, quæ fundat relationem filiationis paternitatis, non sufficit quod subiectum genitum sit vivens, si aliunde, prout dicit rationem termini prædictæ generationis non vivit: quod est prorsus innegabile, tùm ex definitione generationis viventium, quæ est origo viventis, à viventi coniuncto; quæ verba intelliguntur in sensu formali. Tùm quia alàs omnis actio communicativa formæ inanimatæ, subiecto iam aliunde viventi, posset dici generatio vitalis, quod est prorsus absurdum. Requiritur ergò, quod subiectum ea ratione, & formalitate, qua denominatur genitum, & filius, sit, & denominetur vivens. Quemadmodum etiam ex parte generantis, ut imprimentis similitudinem suæ naturæ in genito requiritur vivere, & exercere vitam in ipso actu generationis; quapropter, etsi Adamus esset vivens, dum ex illo fuit formata Eva; quia tamen in tali formatione non se habuit, ut formaliter vivens, prædicta formatio non fuit generatio vitalis: ergò si homo formaliter prout accipiens à Deo gratiam habitualem est filius Dei, proindequè genitus à Deo spiritualiter generatione vitali, necesse est denominari viventem ea ratione, qua gratiam habitualem accipit à Deo. Sed repugnat denominari viventem, & ut talem procedere à Deo, nisi per formam, quæ sit vita spiritualis: ergò gratia habitualis est intrinsecè ex natura rei forma spiritualis, & vitalis. Cumque talis vitalitas, utpotè similis vitæ, qua Deus vivit, nequeat esse nisi vita intellectualis in radice amoris, & visionis consistens; dicendum gratiam participare intrinsecè de natura divina veram rationem vitę intellectualis, licèt non ea puritate, & actualitate, qua reperitur in Deo.

Confirm.

Quid requirat vera gener.

22 Urgetur hoc. In sententia opposita, licèt sit verum gratiam habitualem elevare vitam intellectualem animæ ei ab intrinseco convenientem, collocando ipsam intra ordinem supernaturalem, seu, ut proprius loquar, eam reddendo supernaturalizatam; non tamen verificatur; * animam per gratiam habitualem accipere novum genus vitę nec altiorem gradum intellectualitatis. * Nunc sic: Implicat nova regeneratio propria viventium, distinctaquè

Urgetur.

que formaliter, & quasi substantialiter à prima generatione, ubi non superadditur exparte termini formalis ipsius, & nova natura, & nova ratio vitæ. Quod si prædicta regeneratio fundet novam rationem filiationis, & paternitatis, convenientium soli naturæ intellectuali, necessariò prærequirit novâ naturâ intellectualem. Siquidem ubi est duplex formaliter nativitas, debet necessariò intervenire, & duplex natura, & duplex ratio vitæ, à qua tanquam à termino accipit suam speciem. Quod explicari potest exẽplo duplicis nativitatis in Christo Domino, unâ scilicet secundum naturam divinam qua à Patre, ut vivens procedit vita intellectuali per essentiam. Alteram secundum naturam humanam, secundum quam, ut vivens vita rationali creata procedit à Matre: ergò si gratia habitualis intrinsece non habet rationem formæ vitalis, nec rationem principij intrinseci de linea intellectuali per participationem summæ intellectualitatis Dei, nequit cum proprietate verificari hominem per gratiam habitualem renasci ex Deo, & regenerari spiritualiter ab illo, quia isti termini expressè denotant novam nativitatem, novamque substantialiter generationem, proindeque novum genus vitæ vere, & proprie talis.

23 Sola nat: intellect: est ad imag: Dei. Prob. ex D. Tho.

2. ratio ad idem intentum desumitur ex doctrina D. Tho. 1. p. q. 93. art. 1. & 2. ubi probat, quod licet omnes creaturæ sint productæ ad similitudinem Dei, cum omne agens agat sibi simile; solus tamen homo dicitur productus ad imaginẽ Dei. Ratio est, Nàm ad rationem imaginis ultra processionem, requiritur similitudo in differentia specifica cum principio, à quo trahit originem; cumque sola creatura rationalis assimilitur Deo quo ad gradum intellectualitatis se habentem quasi illius differentia specifica; aliæ vero creaturæ solum assimilentur quod esse, & vivere: ideò solus homo dicitur factus ad imaginem Dei. Hinc art. 3. probat S. D. creaturam Angelicam perfectiori modo esse ad imaginem Dei; eo quod perfectius participat de illo rationem substantiæ intellectualis, utpote complete talis.

Consequenter ad hanc doctrinam, quæst. cit. art. 4. asserit S. D. triplicem imaginem posse inveniri in homine; unam creationis, quæ est in omnibus; alteram recreationis, quæ est tantum iniustis per gratiam; 3. imaginem similitudinis, quæ solum invenitur in beatis. Rationẽ huius distinctionis assignat, & probat sequenti discursu. Ratio imaginis invenitur in homine secundum quod imitatur Deum, quatenus se ipsum cognoscit, & diligit; sed huiusmodi imitatio tripliciter potest convenire naturæ intellectuali hominis: ergò in ipso triplex imago Dei potest reperiri, min. prob. In primis homo potest imitari Deum in esse cognoscentis, & amantis, quatenus habet aptitudinem naturalem ad ipsum ex creaturis cognoscendum, & diligendum. Deinde potest imitari ipsum, quatenus per habitum aliquem cognoscit, & diligit ipsum, ut authorem gratiæ. 3. quatenus imitatur illum per actualem visionem, & amorem suæ summæ bonitatis. Sed 1. modus imitationis convenit homini secundum animam rationalem; secundus vero per habitum gratiæ: tertius tandem convenit per gratiam ut consummatam in Patria per lumen gloriæ, ubi perfectissime semper videt, & diligit Deum: ergò in homine triplex imago Dei inveniri potest, una secundum animam, altera secundum gratiam, alia vero secundum gloriam.

24 Triplex imago Dei in homine. Prob. ex D. Tho.

Ex hac doctrina facilis est probatio conclusionis. Id, ratione cuius homo imitatur Deum secundum quod se ipsum cognoscit, & diligit, ut authorem gratiæ est imitatio, sive participatio intellectualitatis divinæ; sed gratia habitualis est huiusmodi, ut vidimus ex Div. Thom. ergò secundum sibi intrinseca est imitatio, sive participatio intellectualitatis divinæ. Confirm.

25 Formatur. 2. ratio ex D. Tho.

Ubi est formaliter diversa ratio imaginis Dei in homine, necessariò debet diversificari formaliter id, in quo consistit ratio imaginis; sed imago solius creationis conveniens homini secundum animam, & imago recreationis conveniens ipsi per gratiam, est diversa formaliter in ratione imaginis: ergò id, in quo consistit ratio imaginis ut sic, debet formaliter, & intranee diversificari in homine secundum animam, & secundum gratiam habitualem. Sed ratio ratio imaginis in homine respectu Dei consistit formaliter in imitatione, & participatione eiusdem secundum quod est se ipsum cognoscens, & diligens: ergò in imagine cōveniēti, hominiper gratiam invenitur formaliter intrinsece, esse mitationem, & participationē Divinæ naturæ, secundum quod est intellectualis, & ex inde potens se ipsum diligere. Urgetur. Aliud est imaginem alterius denuo perfici, & elevari ratione novæ perfectionis ei superadditæ; aliud vero ei superaddi novam rationem, sive quidditatem imaginis. Ad 1. sufficit superaddi perfectionem alterius lineæ, dummodo ad ornatum illius spectet; ad 2. vero requiritur conceptum quidditativū imaginis intrinsece tali perfectioni convenire. Hoc videre licèt in hoc, quod est habere vitam sensitivā perfectiorem, & habere novam rationem vitæ; ad 1. enim sufficit, superaddi aliquam perfectionem ornantem vitam sensitivam; ad 2. vero necesse est superaddi novam formam, quæ intrinsece rationem vitæ participet. Nunc sic: sed homo secundū animam factus ad imaginem Dei, ita perficitur in esse imaginis, ut ei superaddatur nova, distinctaque ratio imaginis, sicuti per gratiam consummatam radicantem visionē, & amorem perfectissimum Dei super omnia superadditur nova ratio imaginis: ergò necesse est, quod gratia habitualis se habens per modum formæ constituentis novam imaginem recreationis in homine sit formaliter intrinsece natura intellectualis, & affectiva, & in ratione talis eò perfectior anima rationali, quo illam substantialiter excedit in ratione imaginis.

Urgetur.

Hanc veritatem adeò solide ex doctrina D. Tho. fundatam expressè tradunt SS. PP. explicantes hominem per gratiam sanctificantē transformari in imaginem Dei, & per ipsam; supra imaginem creationis convenientem; quia natura intellectualis est; accipere novam, & superiorem imaginem per spiritum gratiæ. Sic S. Ireneus contra hæreses lib. 3. cap. 37. *Quod perdideramus in Adam, id est secundum imaginem, & similitudinem Dei esse, hoc in Christo Iesu per sanctificationem recipimus*; & S. Cyrillus adversus antropomorphitas c. 3. *Irradiante Spiritu Sancto per sanctificationem in ipsis Divinam imaginem, rursus in Christo reformantur.* & lib. 12. cap. 56. *Dum Christus Dominus insufflatione spiritū Discipulis largitur, Spiritu Sancto signavit, ut quemadmodum causati ab initio sumus renovemur; & quemadmodum ad imaginem tunc factus est homo, similiter nunc participatione spiritus ad imaginem creatoris renovetur.* Idem docet lib. 11. in Ioannem cap. 25. & S. Aug. ad illa verba Psal. 103. emitte spiritum tuū &c. sic habet: *Quid ergò? Quia cum abstuleris spiritum nostrum, in pulverem nostrum convertemur, utiliter intuentes infirmitatem nostram, ut accepto spiritu eius recreemur.* En imaginem recreationis per gratiam supra explicatam à D. Tho.

26 Doctrina prob: ex SS. PP.

27 Probatur ratione S. D.

Ratio à priori, ut hæc triplex imago distincta formaliter in ratione imaginis conveniat homini; provenit ex ipsa summa intellectualitate divinæ naturæ, vi cuius in esse talis est participabilis, & imitabilis ad extra. 1. enim considerari potest secundum rationem communem, qua est principium cognitionis, & amoris. 2. magis specialiter, prout est principium cognitionis, & amoris summæ bonitatis, ut spectat ad ordinē gratiæ, estque simpliciter ultimus finis. 3. considerari valet secundum quod perfectissime se ipsam in actu secundo clarè videt, & necessariò se ipsā diligit. Iuxta hos diversos modos mi-

imitabilitatis provenit in homine diversa ratio imaginis Dei supra explicata. Si enim de ratione summæ bonitatis est esse communicabilem ; cur natura Divina summam dicens bonitatem secundum rationem intellectualitatis 2. modo explicatam non erit participabilis per gratiam ? Si enim secundum rationem communem naturæ intellectualis , & secundum rationem se ipsam videntis , & diligentis actu quidditativeparticipatur ab homine secundum animam , & secundum visionem , & amorem beatificum per formas intrinsece vitales, & de linea intellectuali ; cur non idem dicendum de secundo modo imitabilitatis ?

28 Sed dices 1.Gradus intellectualitatis naturæ divinæ est intellectualitas per modum actus 1. Deum perfectissime comprehendens, & omnia alia extra se cognoscibilia ; sed ratio actus puri Deum cõprehensive cognoscentis , est imparticipabilis ab aliqua creatura; sicuti , & ratio summæ immaterialitatis,in qua eius intellectualitas fundatur : ergò gratia nequit participare naturam divinam secundum gradum intellectualitatis.2.Possibilis est substantia supernaturalis, quæ quidem participaret naturam divinam secundum gradum intellectualitatis, vi cuius connaturaliter radicaret visionem , & amorem Dei; & tamen prædicta substantia supernaturalis , non attingeret ad perfectionem gratiæ sanctificantis ; cum esset defectibilis , & peccabilis: ergò perfectio gratiæ non rectè exprimitur per participationem divinitat:secundum gradum intellectualitatis.3.gratia prout in via est participatio divinæ naturæ , & tamen prout in via, non participat intellectualitatẽ Dei, ut virtualiter radicantẽ visionem intuitivam Dei: ergò. Denique, gratiã participare naturam diviuam secundũ gradum intellectualitatis,vel dicit solum esse principium radicale visionis, & amoris Dei; vel aliquid superadditum ? 2. est difficile explicatu, nec hucusque solide probatum. Primum: non negatur ab AA. Societatis; ex quibus plures concedunt talẽ radicationem etiam in genere physico; cum tamen aperte negent gratiã esse intrinsece formam vitalem, multoquẽmagis esse naturã intellectualẽ: ergo aut probationes adductæ nihil probant; aut remanet ignotum, quid sit hoc quod est participare naturam divinam secundum gradum intellectualitatis.

Instabis 1.

Secundò.

Tertiò.

Ultimò.

Sed hæc levia sunt. Ad 1. Resp. 29
instando illud in sanctitate Dei , quæ ex sua specifica ratione est sanctitas per essentiam , & tamen gratia habitualis estparticipatio formalis naturæ Divinæ sub conceptu sanctitatis iuxta P. Ripalda , neutiquam vero sub ratione sanctitatis per essentiam. Similiter visio clara Dei iuxta omnes est participatio formalis visionis Divinæ , & tamen hæc ex sua ratione dicit esse comprehẽsionemDei,quod prædicatum repugnat visioni creatę. Ratio horum est , Nàm participare est partem capere , & partem relinquere. Natura Divina , qua intellectualis est, dicit esse principium visionis, & amoris sui ipsius , & insuper rationem actus puri , entis à se &c. Gratia igitur habitualis capit de natura Divina 1. relicto 2.& ideo dicitur participare illam etiam secundũ gradum intellectivum. Ad 2.negatur assumptum , propter plura absurda, & contradictoria , quæ ex positione talis substantiæ supernaturalis sequũtur; de qua Theologi tract. de visione. Ad 3.Resp.ex D.Th.supra q. 93. a.4. gratiam prout in via imitari naturam Dei intellectualem , quatenus est principium cognoscendi Deum, & amandi saltim imperfecte:inPatria vero imitari naturam Dei intellectualem, quatenus perfecte cognoscit, & diligit Deum. Cumque utrũque prædicatum sit intrinsece de linea intellectuali , sufficit ad præsens assumptũ participare Dei intellectualit: Dei 1. modo. Deinde Resp. conc. mai. dist. min. prout in via non participat &c. ut radicantem visionem, nec illã exigit radicare pro statu Patriæ, neg. min. & aliunde exigit connaturaliter radicare illam pro statu Patriæ, conc. min. & neg. conseq. Gratia enim est ex se fons aquæ salientis in vitam æternam : unde ex imper-

Solut:

Ad 2.

Ad 3.

Alia solut.

fectione ſtatus convenit ipſi, quod actu non ſaliat per modum principij in vitam æternam.

31 Ad ultim. Ad ultim. quod continet diſcrimen inter Thomiſtas, & AA. Societ. negantes gratiam eſſe formam intrinſece vitalem; ſubindeque intrinſece intellectivam. Reſp. In ſententia admittente concurſus partiales in viſionem, actum charitatis &c. Licèt omnis formalitas in actu reperta, tàm vitalitatis, quam cognitionis, & ſupernaturalit. effectivè proveniat à lumine gloriæ: expreſsè tamen negatur formalitatem vitalitatis, intellectionis &c. provenire, ut à cauſa per ſe, à lumine gloriæ, ſed à virtute vitali intellectus, eſto per lumen gloriæ elevata. Quapropter cum viſio ſub ratione cognitionis, & operationis vitalis nequeat provenire, niſi à principio vitali intrinſece cognoſcitivo; ideo conſequenter affirmant lumen gloriæ (idem de quolibet habitu ſupernaturali) eſſe qualitatem intrinſece ſupernaturalem, non vero vitalem. Per oppoſitum vero Thomiſtæ tuentur viſionem beatam non ſolum ſub ratione ſupernaturalis, ſed etiam ſub ratione operationis vitalis, & ſub ratione cognitionis quidditativæ Dei, provenire tanquam à virtute proxima, à lumine gloriæ; cumque omnis perfectio operationis ſub ea ratione, ſub qua per ſe procedit à virtute productiva illius, præcontineatur in illa: ideo conſequenter dicunt lumen gloriæ eſſe principium intrinſece, tùm vitale, tùm etiam intellectivum, eſtò non 1. ſed per modum elevantis vitam naturalem intellectus ad novum gradum, & genus vitæ.

32 Explicat. ſolutio. Adeſt enim magnum diſcrimen inter hæc duo: *Scilicet elevare vitam animæ ad ſuperiorem ordinem, & elevare vitam animæ ad novum genus, & novum gradum vitæ.* Primũ conceditur ab AA. Soc. 2. vero expreſsè traditur à Thomiſtis, & ex rationibus adductis conſtat. Similiter quamvis auctores Societatis per infuſionem gratiæ habitualis concedãt vitam animæ eſſe in ordine ſuperiori collocatam, *non tamen concedunt eſſe vitam ſuperioris ordinis*; cum id, quod ei ſuperadditur per gratiam, non ſit de ordine vitæ. Ex his conſtat primo quam falſo, & cum depreſione ordinis gratiæ locutus ſit P. Oviedo, dùm de iuſtificatione controverſ. 1. punct. 4. n. 52. *Aſſerit gratiam habitualem eſſe qualitatem mortuam*, conſtat, inquam, propter ſuperius adducta, ubi iuxta Scriptur. & PP. gratia, qua iuſtificamur, dicitur *vita ſpiritualis animæ*; eſtque inſuper fons aquæ vivæ ſalientis in vitam æternam; ideoque dum Deus cordibus noſtris gratiam infundit, ſpiritum vitæ ſuæ nobis communicat, ut renati in filios Dei, in novitate vitæ ambulemus. Quomodo autem hæc omnia, niſi abſurde affirmari valent, de qualitate emortua? Quomodo autem huiuſmodi qualitas mortua poteſt animam vivificare, aut ſpiritum vitæ infundere? Nunquid per qualitatem emortuam poterit homo imitari naturam divinam ſecundum quod intellectualis eſt; & ex tali imitatione novam imaginem Dei induere, aut renaſci vitaliter in filium adoptivum Dei? Sed de his ſatis. Dices 1. Si charitas eſt intrinſece vitalis, erit voluntas ſupernaturalis; & ſimiliter lumen gloriæ erit intellectus ſupernat: quòd dici nequit. Sequela prob. quia erit principium vitale amandi, in quo ſiſtit ratio voluntatis. 2. ubi eſt natura vere vitalis intellectiva ſunt veræ potentiæ ab illa dimanantes: ergò ſi gratia habitualis &c. Reſp. Charitatẽ eſſentialiter elevare vitam naturalẽ 1. voluntatis ad altiorem gradum: & eodẽ modo eſſe principium vitale amandi. Voluntas autem, utpotè ſequuta ad animã intra ſuum eſſe naturale ſpecificum, eſt vitalis vitalitate prima in ſuo genere, non quidem elevanti, ſed potius elevabili.

Marin de Viſ. diſp. 5. ſect. 2. ait impropriè, & metaph. eſſe vitã animæ.

Inſtab. ex D. Marin.

Reſpond.

Hinc inferes* gratiam habitualẽ eſſe proprie lumen animæ, vitam illius, & inſuper naturam intellectualem. *Primum conſtat ſuppoſita doctrina D. Th. 1. p. q. 67. a. 1. aſſerentis: *Hoc nomen lux dicit proprie in ſupernaturalibus, non quidem proprietate primæ impoſitionis, ſed communis acceptionis*, qua de cauſa, omne quod eſt proprie manifeſtativum alterius per modum principij, aut operationis, di-

33 Attributa gratiæ.

dicitur lumen; atqui gratia habitualis est principium manifestativum Dei, quatenus radicat, tum lumen gloriæ, tum etiam visionem, qua Deus fit nobis intentionaliter præsens: ergo est vere, & proprie lumen. 2. constat etiam, quia anima ratione gratiæ accipit novum gradū vitæ; videlicet formam, qua eliciat operationes vitales substantialiter distinctas in ratione vitalitatis, ab illis, quas secundum suam virtutem naturalem elicere potest. Unde sicuti cognitio naturalis Dei, & visio clara eiusdem differunt essentialiter, non solum penes naturalitatem, & supernaturalitatem, sed etiam penes vitalitatem intraneam in ratione cognitionis; ita ut de homine cognoscente Deum duplici cognitione descripta verificetur vivere duplici vita actuali, essentialiter in ratione vitæ actualis distincta; ita dicendum de homine, cui infunditur gratia habitualis vivificans spiritualiter animam, & illam elevanti ad operationes vitales altioris ordinis. De 3. idem constat; siquidem, ut probatum relinquimus, gratia est intrinsece intellect: natura, intrinseceque cōformis naturæ divinæ, ut clare cognoscitiva, & dilectiva suæ bonitatis: ergo cum aliunde hæc habeat per modum radicis, in quo constitit munus naturæ, dicenda est natura intellectualis non quidem 1. & per modum substantiæ (hæc enim spectat ad ordinem naturalem) sed 2. ideoque per modum qualitatis elevantis, animam ad novum gradum intellectualitatis, ad quem habet potentiam obedientialem purè remote activam; ideoque gratia non est, quæ videt, & amat Deum, sed id ratione cuius anima videt, & diligit.

Secundū prob.

Tertium prob:

33 Nec obstat, non esse idem esse principium cognitionis, ac esse principium cognoscitivum, ut videre est in specie impressa, quæ nec principium vitale, nec principium cognoscitivum dici potest: ergo ex quo gratia sit principium &c. Resp. añs. esse verum de principio cognitionis se tenente ex parte obiecti, qualiter se habet species impressa; qua ratione, sicut obiectum, ut terminans cognitionem, non dicitur vivens, ita nec species impressa se habens, ut virtus illius. Oppositum vero dicendum de principio cognitionis, & amoris se tenente ex parte subiecti, aut per modum virtutis; sicuti se habent habitus supernaturales, aut per modum naturæ, sicuti se habet gratia habitualis. Hæc sufficiāt pro vitalitate gratiæ habitualis aliorumque habituum supernaturalium.

Cuidam instanc: occurritur.

§. V.

In quo alia ratio proponitur, & expressis testimonijs SS. PP. roboratur.

34 PRob. 1. ex D. Thom. in 2. dist. 26. art. 3. probante gratiam habitualem esse in essentia animæ tanquam in subiecto: & ex D. Dionysio cap. 2. de Cœlesti Hierarch: sic aiente: *Sicut in rebus naturalibus accidit, quod illud, quod non habet speciem per generationem adeptam, non potest habere operationes speciei debitas, ita ille, qui non est adeptus divinum esse per spiritualem regenerationem, non potest participare divinas operationes.* Quæ verba expresse affirmant gratiam habitualem esse participationem divinæ naturæ secundum esse physicum illius, quatenus constituit hominem in quodam esse divino, quo reddatur potens operationes divinas elicere. Unde sic argumentor. Operationes proprię, & connaturales alicuius naturæ, non possunt esse connaturales, & proprie nisi habenti formaliter talem naturam: unde quia ignire, & calefacere sunt operationes proprię ignis, non possunt esse operationes connaturales, & proprię alterius ab igne. Et ratio à priori est; nam cum natura sit principium operationis, nequit dari, aut omnimoda diversitas, aut omnimoda convenientia in operationibus, nisi adsit diversitas, aut convenientia in natura; sed videre Deum prout in se, ipsumque prout in se amare, sunt operationes connaturales, & proprię divinæ na-

Prob. ex D. Tho.

turæ: ergò non possunt esse operationes connaturales, & propriæ, nisi habenti formaliter divinam naturam; atqui videre, & amare Deum, sunt operationes connaturales homini elevato per gratiam habitualem, ut consummatam in patria: ergò gratia habitualis est participatio formalis divinæ naturæ. Min. 1. syllogismi constat, quia nulla creatura potest naturaliter videre, & diligere Deum prout in seipso. Tum quia visio solum potest esse operatio connaturalis illi subiecto, cui est proprium habere essentiam divinam unitam per modum speciei intelligibilis, quod quidem solum convenit Deo.

35 Instabis. Sed dices: hanc rationem, aut nihil, aut multum probare. Siquidem visio, quæ est operatio propria, & connaturalis Dei, non est visio quidditativa tantum, sed comprehensiva. Atqui huiusmodi visio repugnat convenire homini elevato per gratiam habitualem: ergò falsum est visionem, & amorem, prout sunt operationes propriæ Dei, convenire homini per gratiam habitualem. Aut dicendum, gratiam esse eiusdem perfectionis cum natura divina. Añs. constat: Nam iuxta probat. gratia, & lumen gloriæ ex se habent radicare visionem quidditativam Dei, ut actum sibi proprium, & connaturalem.

Respond. Resp. ex D. Thom. 3. cont. Gent. cap. 25. dupliciter aliquam operationem posse esse propriam alicuius agentis superioris: uno modo proprietate solius connaturalitatis; alio modo proprietate essentiali. Visio igitur clara Dei est propria ipsius utroque modo, licet sub diversa consideratione. Si enim consideretur, ut est visio comprehensiva, est propria Dei proprietate essentiali repugnans convenire creaturæ sub quacumque elevatione imaginabili. Si vero consideretur, ut est visio quidditativa Dei, est propria ipsius proprietate connaturalitatis; cum non sit possibilis substantia creata intellectualis respiciens tanquã obiectum proportionatum Deũ, ut clarè visum, de quo D. Thom. 1. p. q. 12. a. 4. & ratio eiusdem S. D. est: *Quia intellectus & obiectũ proportionatum, debent convenire in eodem gradu immaterialit: eũ hæc in Deo sit ratio actus puri, excedentis quemlibet intellectum, & substantiam intellectivam creatam; repugnat visionem quidditativam Dei, esse operationem connaturalem alicuius intellectus creati.* Cum quo tamen componitur prædictam visionem posse esse connaturalem intellectui, ut formaliter elevato lumine gloriæ; sicuti optimè componitur lumẽ gloriæ respicere, ut obiectum proportionatum suæ activitatis, Deum ut clarè visum. Undè ad probationem in contra, scilicet gratiam habitualem respicere visionem, & amorem Dei, ut operationes sibi connaturales. Resp. hoc provenire ex eo, quod gratia habet per prius esse participationem divinæ naturæ, & ex consequenti esse radicem talium operationum. Quapropter semper subsistit discrimen, in radicatione connaturali prædictarum operationum. Quia videlicet talis radicatio convenit naturæ divinæ ex se, & à se; gratiæ vero, quia est impressio, & imitatio Divinæ naturæ. Hæc solutio explicari poterit in sanctitate, & rectitudine operationum gratiæ, ex qua probatur; gratiam participare naturam divinam sub munere sanctitatis.

36 Roborat: ex S. Cyr. Doctrina notanda. Totam doctrinam hucusque traditam docet S. Cyrillus Alexandrinus lib. 7. super Ioan. cap. 10. ubi probans consubstantialitatem Patris, & Filij ex illis verbis: *Ego & Pater unum sumus*, simulque refellens expositionem hæreticorum aientium:* in dicto testimonio solum contineri unitatem affectivam, consistentem in concordia, conspiratione, & consensu voluntatis, eo quod, quidquid vult Pater, vult similiter filius; *ut hanc inquam expositionem refellat, proponit contra se sequentem obiectionem, ab hæreticis excogitatã. *Quemadmodum scriptum est, ego, & Pater unum sumus; ita Ioannis 17.* Argum. Hæretico rum. *dicitur: Pater sancte serva eos in nomine tuo, ut sint unum, sicut, & nos. At qui non possunt discipuli esse unum, nisi voluntatis conspiratione, & concordia: non enim in unam numero substantiam coincidere queunt: ergo neque Pater, & Filius unum sunt identitate substantiæ, & naturæ.*

Huic

37 Huic cavillationi (ut loquitur S.) Resp. *Falsum est discipulos non posse esse unum cum Deo, nisi voluntatis concordia. Nam supra illam est unitas illorum cum Deo per quandam Deitatis conformitatem, & deiformitatem, quia participatione divinitatis eis communicata, in Deum (ut ita dixerim) transeunt, atque transferuntur, servata suæ naturæ unitate; perinde atque ferrum ignitum, & candens per ignis communionem fit igniforme; videturque sublata ferri substantia omnino esse ignis, & huiusmodi unione (quæ longè superior est) & sublimior, quam unio per amorem, & concordiam voluntatum) perit Dominus noster Discipulos esse unum in Deo, ut scilicet, ei inserantur, & intimè coniungantur per Deitatis in se susceptionem, atque participationem. Hæc insuper unio proximè accedit ad summam illam, ac inefabilem unionem, qua Pater, & Filius se invicem immeantes, ac sibi intimè immanentes, unum sunt unitate naturæ: quæ quidem suprema est, & omnium verissima; cuius assimilationem propinquam Discipulis dari per insitionem cum Deo Christus hic petit.*

Proseq. S. Cyril.

38 In quo testimonio clarissimè habetur 1. falsum esse per gratiam habitualem solum haberi in homine consortium morale cum Deo propter concordiam radicalem, & consensum voluntatis in amore boni, & odio mali. 2. habetur falsum esse gratiã habit. unicè participare naturam divinam sub munere sanctitatis sive quoad eius rectitudin. moralem. Siquidem in idem coincidit hominem conformari cum Deo quoad rectitudinem affectus amando id ipsum, quod Deus diligit, ac conformari cum Deo quoad munus sanctitatis in omnibus suis operationibus. Atqui expresse negatur à S. Cyrillo per gratiam habitualem solum reddi hominem Deo similem, & conformem in rectitudine suarum operationum provenienti à determinatione se conformandi cum divina voluntate: ergò expresse negat gratiam solum participare deitatem sub munere sanctitatis. 3. Nam expresse affirmat hominem per gratiam fieri deiformem per deitatis susceptionem sicut ferum candens, & ignitum per ignis susceptionem; quæ quidem communicatio est physica, & per imitationem prædicati physicè convenientis Deitati, in ratione talis, & prout differt ab attributis. 4. habetur: hominem per gratiam inseri Deo; proindèque vivere vita ipsius Dei, ut fructificet in ordine ad vitam æternam; quem admodum lignum, ac ramus, qui inseritur arbori, de vita illius physicè participat; ex quo constat meritò dici gratiam esse formam intrinsecè vitalem ex participatione vitæ divinæ.

Ex hac author. infertur 1. Secundo.

Tertio.

Quarto.

39 Quod autem hæc participatio sit formalis, constat sequenti discursu. Prædicatum illud, quod formaliter convenit Deitati, prout differ ab attributis, & convenit etiam gratiæ habituali, non à se; sed ut est Deitati imitatio, formaliter participatur ab illa: sed ratio naturæ intellectualis connaturaliter, videntis, & diligentis Deum, est prædicatum conveniens formaliter Deo à se ipso: est similiter conveniens gratiæ ex imitatione Deitatis, iuxta superius dicta: ergò gratia est participatio formalis &c. Explicatur hoc, quia visio, qua Deus quidditativè se ipsum videt, formaliter reperitur in ipso qua talis, & non solum qua comprehentiva est; verificatur visionem quidditativam creatam esse participationem formalem divinæ cognitionis in esse talis. Idem de actu dilectionis creatæ relatè ad amorem divinum. Sed proprium est Deitatis, qua Deus in se constituitur, esse naturam intell. radicem visionis, & amoris divini; insuperque reddere Deum viventem vita divina: ergò cum hæc etiam verificentur de gratia &c.

Gratia est participi formalis.

Explicat.

40 An autem gratia participet naturam divinam non solum quoad prædicata Deitatis, scil. naturæ intellectualis, sanctitatis radicalis &c. sed etiam quoad modos essendi eiusdem, scilicet, * infinitatis, aseitatis * independentiæ, & summæ actualitatis &c? dubitatur in præsenti à Theologis. Partem affirmativam tuentur M. Gonet cum Vincentio de relect. de gratia Christi pag. 14. Albelda, & alijs; sed negativa est frequentior,

An participet modos Deit?

Resp. negativè.

magi sque verirati conformis. Ratio est. G ratia nequit participare naturam divinam, secundum illum modum, sive formalitatem, quæ ex sua ratione exprimit repugnantiam, ut conveniat gratiæ; sed sic se habent in natura divina ratio entis à se, actus puri, independentiæ, infinitatis &c. ergò. Explic. & urg. hoc. Gratia non participat naturam divinam, secundum quod hæc dicit esse cognoscitivam comprehensivè Dei; idem constat de visione beata, & dilectione creata, quæ non participant cognitionem, & dilectionem divinam, quoad modum comprehensionis: & hoc quidem: quia talis modus comprehensionis expressè repugnat convenire cognitioni creatæ: ergò cum eadem repugnantia reperiatur in modis convenientibus naturæ divinæ &c.

Explic.

§. VI.

Solvuntur argumenta.

41 Arg. 1. OBijcies 1. ex illo Ioan. 1. *Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen eius manet in eo.* Nunc sic: semen non est participatio formalis naturæ generantis, sed tantum virtualis; sed sic se habet gratia iuxta verba relata: ergò non est participatio formalis, sed tantum virtualis naturæ divinæ. Resp. Communiter prædicta verba intelligi de semine, quatenus dicit esse principium visionis, & amoris Dei præscindens à principio se habentis per modum radicis, aut per modum virtutis instrumentariæ; non vero de virtute seminali strictè. Constat hæc expositio ex illis verbis, ubi dicitur * hominem nasci ex Deo, *nativitas autem petit procedere in similitudinem naturæ sub ratione talis. Tum quia gratia est fons aquæ salientis in vitam æternam; quod superat munus virtutis instrumentaliter causantis vitam æternam.

Resp.

42 Instabis. Si dicas: gratia habitualis non est propriè natura ordinis supernaturalis; Tum quia iuxta D. Thom. q. 27. de Verit. a. 2. *Gratia se habet, ut dispositio ad gloriam*, dispositio autem non obtinet rationem naturæ. Tum quia si gratia esset natura in ordine supernatutali, homo iustificatus per gratiam non speraret adoptionem filiorum Dei; cum nemo speret, quod iam possidet: at qui iustificati per gratiam spectant adoptionem filiorum Dei, ut patet ex illo Paul. ad Rom. 8. *Nos autem primitias spiritus habentes, adoptionem filiorum Dei spectamus*: ergò gtaria non est propriè natura &c. Resp. neg. assumptum ex locis adductis supr. ex D. Thoma, & SS. PP. (& infra adducendis; ubi agemus de distinctione reali inter gratiam, & charitatem.) Ad probationem Resp. D. Thom. accipere dispositionem latè, quatenus gratia reddit hominem idoneum, & aptum ad consequutionem vitæ æternæ: quæ idoneitas, & aptitudo melius salvatur, si gratia sit radix visionis, & amoris Dei. Unde S. D. in 3. d. 13. q. 3. a. 1. ad 1. ait, * gratiam disponere ad operationem, sicut operationis principium. * Similiter 3. contr. Gent. cap. 53. appellat lumen gloriæ, quod est principium activum, dispositionem ad visionem. Ad 2. Resp. In illo supponi aliquid apertè falsum, scilicet, hominem iustificatum in via, non esse verè filium adoptivum Dei, utpotè oppositum constat ex definitione iustificationis tradita à Trid. ponenti ex parte termini ad quem statum adoptionis filiorum Dei; & insuper opponitur pluribus testimon. Sac. Script. expressè id ipsum asserentibus; ut est illud: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri &c.* Unde verba Apost. exponuntur à D. Thoma de adoptione quantum ad eius perfectionem, & consummationem, quæ solum habetur per visionem claram Dei.

Resp. Ad 2. prob. Ioan. c. 1.

43 Arg. 2. Obijcies 2. Si gratia participaret naturam divinam sub ratione naturę, illam participaret prout est in se; sed hoc repugnat: ergò. Maior constat: Nàm esset participatio quoad esse physicum illius. Min. vero probat. Natura divina prout est in se, adhuc in ratione naturæ, est natura intellectualis per essentiam, & comprehensiva Dei. Sed repugnat gratiam participare naturam divi-

vi-

Confirm. vinam sub hac ratione: ergò repugnat &c. Confirm. dum dicitur gratiam participare formaliter naturam divinam sub ratione naturæ; vel dicitur participare illam solum secundum rationem communem principij visionis, & amoris Dei; vel dicitur etiam participare illam, secundum gradum proprium, & specificum ipsius? Hoc 2. nequit affirmari; cum gradus proprius, & specificus naturæ divinæ sit esse intellectivam comprehensive ipsius Dei; quæ ratio nequit participari à gratia. Primum autem non probat participationem naturæ divinæ per essentiam talis; cum ratio principij visionis, & amoris Dei prout sic præscindat à creato, & increato. Quapropter solum infertur convenire cum natura divina in aliquo prædicato utrique communi, quod non sufficit ad participationem; sicuti ex convenientia hominis cum equo in ratione animalis; non infertur hominem aut equum participare hominem formaliter secundum rationem hominis: ergò.

44 Argumentum instatur in visione creata, de qua nulla est specialis ratio, ut non sit formalis partici-
Respond. patio Divinæ cognitionis; idemquè de actu charitatis respectu Divinæ dilectionis; siquidem tam Divinæ cognitioni, quam dilectioni, convenit ex sua ratione constitutiva, & prout est in se, attingere Deum comprehensive; quod ex terminis repugnat visioni, & dilectioni creaturæ. Quapropter distinguenda est mai. illam participaret, prout est in se adæquatè, & secundum omnem modum, vel etiã formalitatem spectantem ad rationem naturæ, neg. mai. illam participaret, prout est in se inadæquatè, conced. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Cum enim participare, sit partem capere, & partem relinquere; non est necesse, ut gratia participet de Divinitate munus naturæ, quod capiat in se formaliter id, quod, vel se habet ut modus, vel ut differentia quasi specifica illius, sed sufficit habere convenientiam formalem cum natura Divina in aliquo prædicato proprio illius in ratione naturæ, & prout differt ab attributis. Huiusmodi se habet hoc, quod est esse principium connaturaliter radicans visionem, & amorem Dei prout his terminis explicatur; etiam si non exprimatur modus comprehensionis in cognoscendo, & amando Deum. Cum autem, ut probatum relinquimus, tale prædicatum formaliter conveniat gratiæ habituali; ideò verificatur esse formalem participationem Divinæ naturæ.

Ad confirm. Respond. in natura Divina triplicem inveniri con- 45
siderationem iuxta doctrinam D. Thom. 1.p. q.93. art.4. 1. Esse prin- Ad con-
cipium cognitionis, & amoris Dei. firm.
2. Esse principium connaturale, & proportionatum habens, tanquam actum proprium; videre clarè, & quidditative ipsum Deum, illumque ut Authorem gratiæ super omnia diligere. 3. esse principium visionis, & amoris comprehensivi. 1. Consideratio dicit rationem communem omni creaturæ intellectuali tam humanæ, quam Angelicæ; quapropter de omni substantia intellectuali creata verificatur esse participationem virtualem Divinæ naturæ sufficientem ad rationem imaginis Dei; ellò imperfectam. 2. autem consideratio dicit aliquem conceptum obiectivum proprium naturæ Divinæ proprietate connaturalitatis; sed repugnantem convenire omni substantiæ intellectuali creatæ ex proprijs, ut probat D. Thom. 1.p. quæst. 12. art. 4. Sed quia id, quod repugnat convenire alicui creaturæ ex se, potest communicari à Deo per gratiam: hoc ipsum verificatur de homine per gratiam habitualem, scilicèt, pertingere ad assimilationem perfectam cum Deo in radicando tùm virtutes supernaturales, tùm etiam visionem, & amorem Dei immediatè prout est in se. 3. autem consideratio est propria naturæ Divinæ proprietate essentiali, & ideo incommunicabilis.

Ex quibus ad confirm. Resp- 46
ond. eligendo primam partem dilematis; quin obstet ponderatio ibi adducta. 1. Instatur in visione creata, Explicat.
& dilectione; quia esse visionem con- solutio.
venit tam visioni increatæ, quam

crea-

creatæ. 2. Nàm licèt esse radicem videndi, & amandi Deum, sit prædicatum commune, tam gratiæ, quam naturæ divinæ, attamen naturæ divinæ convenit ex se, & à se, gratiæ vero quia est impressio, & sigillatio divinæ bonitatis. Rursus: natura divina ita est radix connaturalis visionis, & amoris, ut sit constitutivè radix visionis, & amoris comprehensivi Dei; ideòque est divina natura per essentiam, & habens in se prædicata, quæ possint communicari ad extra, & prædicata, quæ sint ad extra incommunicabilia. Utrumque requiritur ad participabilitatem; cum ut dictum relinquimus, participare sit partem capere, & partem relinquere: maximè si sit participatio per convenientiam analogam, qualis est in præsenti. Nec paritas de homine probat; quin potius, si homo esset animal per essentiam, tunc casus equus participaret de homine animalitatem; at vero quia utrumque est animal per differentias proprias contrahentes rationem communem æqualiter eis convenientem, non verificatur de equo participare ab homine rationem animalitatis. Hæc omnia tradi debent à tuentibus grat. participare formaliter Deit. sub ratione sanctitatis, quæ quidem quatenus dicitur de Deo, est sanctitas per essentiam, pugnansque essentialiter cum qualibet capacitate ad peccardum, quod repugnat creaturæ.

47 Arg. 3. Objc. 3. Si gratia esset participatio formalis divinæ naturæ, verificaretur gratiam esse participativè naturam divinam. Consequens est falsum: ergò. Prob. min. Si gratia esset participativè natura divina, fieret participativè prædicatum *divinitatis*; atqui hoc nequit dici: ergò. Prob. min. iuxta superius à nobis concessa. Ratio entis à se, increati, actus puri &c. nequeunt formaliter participari à gratia. Atqui divinitas constitutivè dicit rationem entis increati, à se, actus puri &c. ergò. Urgetur. Urgetur. Non minorem perfectionem dicit divina natura in ratione talis, quam modi, sive attributa, quæ ex illa virtualiter derivantur; cum omnis perfectio illorum præhabeatur eminenter in ipsa natura divina tanquam in fonte; ergò si huiusmodi attributa, scilicet, ratio entis à se, actus puri &c. nequeunt à gratia formaliter participari, nec pariter ipsa ratio naturæ. Consequ. patet. Nam de ratione boni est esse communicabile; si ergò non obstat perfectionibus supra relatis incommunicabilitas, cur obstabit perfectioni naturæ.

48 Opinio M. Carrasco. Levis obiectio, si antea dicta memoriæ recolantur. Sed adeo gravem scrupulum intulit Sap. M. Carrasco, ut neget gratiam habitualem posse dici participativè naturam divinam. Pro quo advertit, aliud esse gratiam participare formaliter naturam, quæ in re est divina; aliud vero prædictam naturam participatam à gratia, esse *divinam*. 1. concedit, 2. negat; eo quod esse divinum dicit expressè rationem entis à se; atqui natura divina prout participata à gratia, non est ens à se, sed ab alio: ergò gratia non est participativè natura divina. Idem asserit de visione beata, quæ etsi sit participatio formalis cognitionis divinæ, non potest dici operatio divina adhuc participativè; quia videlicet ly *divinum* explicat modum proprium, quo perfectiones reperiuntur in Deo. His reijcit solutionem M. Ferre oppositum tuentis.

49 Reijcit. Sed meo videri, verius, & maiori consequentia doctrinæ procedit M. Ferre. 1. quia ut vidimus ex testimonijs SS. PP. & præsertim S. Cyrilli, expressè habetur: *Hominem per gratiam suscipere, & fieri unum cum Deo per quandam Deitatis conformitatem, & deiformitatem.* Et rursus: *Per participationem divinitatis transferri in Deum.* Ubi non solum affirmat gratiam participare naturam, quæ est *Deitas*, quæ est *divinitas*, sed etiam esse participationem, & susceptionem *Deitatis*, atque *Divinitatis*. Quo nihil clarius. 2. Hoc nomen *Deus* iuxta expressam doctrinam D. Thom. 1. p. q. 13. a. 10. *Dicitur analogicè de Deo vero, de Deo per participationem, & de Deo secundum opinionem, scilicet, eorum, qui idòla colebant, ut Deos.* Nunc sic. Hoc nomen *Deus* ex sua ratione ut communi ana- Secundo.

lo-

logicè Deo vero,& per participationem, dicit de formali Deitatem; sed implicat aliquod nomen dici analogicè de eo, quod est tale per essentiam, & quod est tale per participationem, nisi ratio formalis significata per illud in uno inveniatur per essentiam, & in alio participativè: ergò homo, qui ratione gratiæ dicitur Deus per participationem, debet ratione gratiæ participare Deitatem. Ex quo à fortiori sequitur potiori ratione gratiã dicendam esse participativè Divinam; siquidem apud Theolog. luculentius loquentes, estò ratio *entitatis Divinæ* sit communis naturę, & attributis, ratio *tamen Deitatis* est propria solius naturæ. Idem probat.

S.D ibi: Analog. non variat significationé nominis.

Tertio. ex D. Thom. 2. 2. quæst. 85. art. 2. ad 1. ubi ait: *Nomen Divinitatis communicari per participationem.* Et quæst. 95. art. 2. ait: Iuxta Isidorum: *Divini dicuntur quasi Deo pleni.* Sed per gratiam homo est plenus Deo quoad animam; cum solum Deus ei dominetur, & sit in illa ut apretiativè dilectus: ergò. Rursùs. In 2. dist. 26. art. 7. asserit: *Per gratiam hominem adipisci esse Divinum per spiritualem generationem.* Idem docet art. 4. ad 3. & art. 5.

4. Et explic. hoc. Iuxta plura testim. Script. homo per gratiam fit Deus iuxta illud: *Ego dixi, Dij estis*, & illud Ioann. 6. *Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est &c.* Quod confirmari potest ex alijs testimonijs asserentibus homines per gratiam Dei nasci ex Deo, & regenerari in filios Dei; qui autem est filius Dei, etiam est Deus, quemadmodum dixit Christus Dominus. Ioann. 3. *Quod nascitur ex carne, caro est, quod nascitur ex spiritu, spiritus est.* Nunc sic. In eo sensu, in quo affirmatur de aliquo esse Deum, affirmari debet, habere in se Deitatem, nisi sit litigium, aut potius abusus significationis concreti; quale est hoc nomen Deus: ergò si per gratiam habitualem homo dicitur participativè Deus, debet ratione gratiæ participare Deitatem. Hanc replicam sibi objcit M. Carrasco, cuius solutionem non percipio.

50

Quarto. Psalm. 81

51 Quapropter Respond. Gratiam habitualem esse participativè naturam Divinam, non quidem per convenientiam univocam, sed analogicam cum illa. Sicut enim hoc nomen *Deus*, ut vidimus ex D. Thom. est nomen commune analogicè respectu veri Dei, & Dei per participationem; ita etiam dicendum de hoc nomine *Natura Divina* respective ad eam, quæ est per essentiam talis, & illam, quæ est eius participatio: Non enim apparet aliqua ratio discriminis, imo potius unum necessario infertur ex alio, cum hoc nomen *Deus* sit nomen naturæ; * si ergò homo iustus est participativè Deus, cur gratia non erit participativè natura Divina? Rursùs falsum est ly *Divinum* in sua abstractione exprimere rationem entis à se, increati &c. proindequè non esse participabile. Ratio est: Nàm potiori ratione hoc idem dicendum esset de Deo, ut significatur hoc nomine *Deus*, proindequè non posset dici analogicè de Deo vero, & per participationem; omnis enim ratio analoga est communis analogatis. Huic accedit, quod Theologi communiter disput. de obiecto Divinæ voluntatis. *An, scilicet, sit bonitas Divina? sicuti de obiecto intellectus Divini; an, scilicet sit verum Divinum?* dicunt frequenter se non loqui de bono, aut vero Divino abstrahenti ab eo, quod est Divinum per essentiam, vel participationem, sed determinatè de bono Divino per essentiam tali? Igitur hoc nomen *Divinum* in sua acceptione communi, & analogicè tali non dicit rationem *entis à se, increati &c.* proindequè non explicat imparticibilitatem. Undè munus naturæ divinæ, hoc est, radicis videndi Deum participatur à gratia: non quia præcisse dicit perfectionem, & bonitatem; sed etiam quia non explicat modum proprium proprietate differentiali, qualiter perfectio divina explicatur his terminis actus purus, ens à se &c.

Vera responsio.

*Sic S.D. ibi art. 8.

Roborat. solut. 1.

Secundo.

Objc. 4. Natura Divina in ratione naturæ est natura divina, quatenùs dicit rationem principij visionis, & amoris Dei, sed repugnat illam sub hac ratione participari ab aliquo creato: ergò gratia

52

Arguit. 4

ne-

nequit &c. Probat. min. Repugnat iuxta communem sensum Thom. negantium possibilitatem speciei impressæ quiditativæ Dei, naturam divinam sub ratione obiecti quiditativè visibilis prout est in se, participari ab aliquo creato: ergò pariter repugnat naturam divinam prout est principium videndi, & amandi Deum prout est in se, participari ab aliquo creato. Consequ. const. & Probat. 1. à paritate. 2. à ratione: nàm sicuti essentia divina, ut passivè intelligibilis dicit actualitatem, & immaterialitatem propriam Dei; ita dicit eandem actualitatem quatenùs est intellectiva. Siquidem tam ratio intelligibilis, quam intellectivi fundatur in immaterialitate, & actualitate: ergò si &c. 3. Sicuti in natura divina distinguitur, & munus principij connaturalis visionis, & amoris divini; & munus principij cognitionis, & amoris comprehensivi Dei: qua ratione sub primo munere est participabilis à gratia; ita similiter in essentia divina debet distingui, & munus obiecti quiditativè intelligibilis prout est in se, & munus obiecti intelligibilis comprehensivè: ergò si propter primam diversitatem est participabilis natura divina sub uno munere, & non sub alio; ita dicendum de specie creata potenti participare essentiam divinam, ut quiditativè intelligibilem, esto non ut comprehensivè; vel si hoc non conceditur: idem dicendum de natura divina in ratione intellectivæ. Urgetur. Sicut species impressa dicit convenientiam formalem cum obiecto, cuius est species; ita participatio formalis dicit convenientiam formalem cum eo, cuius est participatio; deindè sicuti in natura divina ratio intellectualitatis fundatur in ratione actus puri, & quia est suum esse; ita similiter ratio obiecti clarè visibilis: ergò si stat aliquid creatum dicere convenientiam formalem cum natura divina quatenùs est intellectiva, quin conveniat cum illo in ratione actus puri; ita dicendum erit de specie creata quiditativè repræsentante Deum; proindequè ratio Thomistarum pro repugnantia speciei quiditativè representantis Deum erit inefficax.

Prob. consequ. 1.

Sic S. D. 1. p. q. 14 ar. 1.

Secundo.

Tertio.

Urgetur.

Hoc argum. probat etiam visionem beatam non esse formalem participationem divinæ cognitionis, cuius oppositum communiter tuetur à Theologis. Undè sicuti rectè stat divinam cognitionem participari sub ratione cognitionis divinæ à visione creata, & non participari sub ratione visibilis quiditativè (quandoquidem Christus Dominus per scientiam infusam, & specie superaditam cognoscit comprehensivè suam visionem, quin tamen quiditativè cognoverit per illam divinam cognitionem (ita stare poterit, naturam divinam participari à gratia in esse intellectivæ, non tamen in esse intelligibilis quiditativè. Ratio disparitatis est: Nam quando dicimus gratiam participare naturam divinam sub ratione naturæ; natura divina accipitur secundum quod virtualiter distinguitur ab attributis, unde in ratione participabilis à gratia non dicit rationem entis à se, actus puri &c. sed præcisse munus principij connaturalis visionis, & amoris. At vero natura divina in esse cognoscibilis visione intuitiva, & quiditativa à beatis, includit actu, & de formali rationem actus puri, & omnia alia attributa. Qua de causa est concors Thomistarum sententia, naturam divinam non posse videri sine attributis, nec unum attributum, sine alio. Ex quo discrimine constat; cur species impressa quiditativa Dei nequit esse quid creatum; cum iuxta dicta deberet participare formaliter omnia attributa divina, scilic. rationē actus puri, entis à se &c. Cum autem hoc non requiratur ad participationē divinæ naturæ ut radicaliter intellectivæ: inde fit in hac participatione nullam apparere repugnantiam. Ex his constat ad 1. prob.

53

Respond.

Conc. antec. neg. consequ.

Ad 1. probat.

Ad 2. dist. mai. Essentia divina, ut passivè intelligibilis quiditativè dicit immaterialitatem propriam Dei, proprietate solius connaturalitatis, neg. mai. proprietate essentiali, conced. mai. & distinct. eodem modo min. neg. consequ. Diximus enim essentiam divinam clarè visibilem includere de formali rationem summi boni, entis à se, actus puri &c.

54

Ad 2. probat. conf.

&c. quæ perfectiones sunt propriæ Dei proprietate essentiali, vel differentiali, exprimentes repugnantiam, ut possint formaliter reperiri in aliqua creatura. Non sic contingit in munere radicis connaturalis visionis, & amoris Dei. Nàm supposito, ut fide certum, intellectum creatum posse elevari ad visionem intuitivam Dei, ad quam necessario sequitur amor, necesse est pro connaturali elicientia horum actuum, aliarumque operationum supernaturalium, dari naturam ordinis supernaturalis, à qua tanquam à radice prædictæ operationes procedant, ut convincit ratio D. Thom. hac 1. 2. quæst. 110. art. 2. Nec obstat aliquos ex Thom. propugnare gratiam etiã participare naturam divinam divinam quoad rationem entis à se, & alios modos proprios Dei. Non, inquam, obstat, quia tantum concedunt talem participationem in aliquo sensu valdè diminuto, & longè inferiori ad illum sensum, in quo tuentur esse participationem naturæ divinæ. Ex quo patet prædictam participationem non favere possibilitati speciei impressæ; siquidem hæc dicit veram similitudinem formalem in prædicatis quiditativis obiecti.

55 Arguit. 5. Obijc. 5. Probabilis est Thomist. sententia tuentium naturam divinam in ratione naturæ constitui per intelligere actuale; sicuti iuxta aliquos; constitui per rationem *entis à se, vel potius per ipsum esse actualissimum existentiæ*, pro quo videri potest Illust. Godoy, & Montalvan, & alij circa constitutionem metaphysicam illius. Sed gratia habitualis non est participatio formalis intelligere actuale; nec existentiæ Divinæ per modum actualitatis purissimæ; cum eius essentia, nec in actu 2. per modum operationis, aut existentiæ consistat: ergò. Confirm. Natura Divina in ratione talis radicat nedum intellectum, & voluntatem, verum etiam omnipotentiam; sed gratia habitualis non radicat aliquid se habens per modum intellectus, & voluntatis; multoque minus aliquod habens virtutem omnipotentiæ: ergò gratia habitualis non est participatio &c.

Confirm.

56 Solutio. Propter probationem Argum. plures Thom. tuentur naturam Divinam non posse methaphysicè constitui per intelligere actuale; eo quod gratia habitualis iuxta Doctr. D. Thomæ participat formaliter naturam Divinam; cum tamen intelligere actuale nequeat à gratia sic participari. Undè vel talis opinio nequit admitti; si prob. est efficax, vel ea admissa Respond. iuxta illorum opinionem in intellectione Divina distingui, & munus operationis vitalis, & munus primæ, & purissimæ actualitatis per se subsistentis radicantis intelligere actuale sub munere operationis, & alia attributa ad cognitionem spectantia. Qua distinctione supposita, respondent gratiam participare intelligere Divinum sub ratione primæ actualitatis radicantis alia attributa; licèt non sub munere operationis vitalis, sub qua obtinet rationem attributi. Idem dicunt de constitutione per ipsum esse actuale existent: Nàm in tali opinione ingreditur ad constitutionem naturæ Divinæ ratio actus puri, & summe immaterialis; proindeque esse principium intelligendi; cum summa immaterialitas Dei, & actu esse solum inadæquatè differant ab eius intellectualitate. Quare etiam in hac opinione (quę est difficilior) gratia participat esse Divinum, non prout hoc dicit præcisse actum purum essendi, sed ut radicat virtualiter intelligere, & velle. Ad confirm. Respond. lumen gloriæ, donum intellectus, alioque habitus perficientes partem intellectivam, se habere per modum intellectus, sicuti, & charitatem per modum voluntatis; eo quod dant simpliciter posse ad agendum, licèt non obtineant propriè rationem potentiæ, de quo alibi.* Ad instantiam de omnipotentia, Respond. quod licèt gratia non radicet aliquam virtutem, quæ sit omnipotentia, aut participatio illius secundum modum infiniris; benè tamen quoad aliquam perfectionem propriam illius, scilicèt, posse aliquæ, quæ sunt supra vires naturæ? & hoc convenit gratiæ ratione virtutum supernaturalium, quas tadicat ad iuste vivendum,

Ad confirm.

* M Ferre de Visquæst. 7.

dum, & promerendum vitam æternam.

§. VII.

An gratia sit radix physica visionis?

57 OBijcies 6. Si gratia esset participatio formalis physica naturæ Divinæ sub ratione naturæ, esset radix physica visionis claræ Dei; hoc est falsum: ergò non est participatio physica &c. Mai. constat; quia natura Divina sub munere naturæ est radix physica virtualis visionis, & amoris Dei: ergò. Min. vero prob. 1. Gratia habitualis nequit physicè radicare id, quod respicit pro ultimo fine sui. Sed visio clara Dei, utpotè beatitudo nostra, est ultim. finis gratiæ: ergò. 2. Gratia habitualis nequit radicare physicè visionem Dei, nisi radicando physicè lumen gloriæ, quæ est virtus proxima elicitiva talis visionis; sed gratia habitualis nequit radicare physicè lumen gloriæ: ergò nequit visionẽ Dei. &c. Min. in qua est difficultas, probat. 1. Id quod se habet, ut præmium meritorum procedentium à gratia habituali, nequit radicari physicè in ipsa gratia. Tùm quia de ratione præmij est conferri à Deo liberè, & supposita eius gratuita promissione; si autem gratia radicaret physicè lumen gloriæ, otiosa esset promissio conferendi lumen gloriæ habenti gratiam. Tùm quia præmium dicitur relativè ad causam moralem, non verò ad causam physicam; sed lumen gloriæ se habet ut præmium meritorum, & etiam gratiæ ut dignificantis illa: ergò. 2. Si gratia esset radix physica luminis gloriæ, hoc ei conveniret, ut est consummata in termino, sive in Patria, cum prout in via non radicet lumen gloriæ; sed hoc nequit dicit: ergò. Probat. min. Gratia habitualis constituitur in termino, & dicitur gratia consummata per lumen gloriæ; cum non possit assignari alia perfectio, à qua dicatur consummata; sed implicat gratiam, ut perfectam lumine gloriæ, radicare physicè ipsum gloriæ: ergò.

Arguit. 6.

Min. probat. 1.

Secundo.

Quod non radicat lumẽ gloriæ probat. 1.

Secundo.

Propter hæc, & alia, Mag. à S. Thom. tom. 1. in 1. 2. quæst. 2. disput. 2. art. 6. §. *Veritas ergò est*; M. Albelda disp. 28. sect. 1. Cabrera 3. p. quæst. 9. art. 5. disp. 4. Illust. Araujo, tom. 2. in 1. 2. de Origine gratiæ, sect. 3. conclus. 2. tuentur gratiam habitualem non radicare physicè, sed solum moraliter lumen gloriæ. Sed oppositum tenendum est cùm Illust. Godoy tom. 2. in 3. p. disp. 52. §. 7. à num. 171. ubi solvit fundamenta Mag. à S. Thom. & cum Magist. Ferre in præs. tract. 9. de Gratia Dei, quæst. 10. §. 15. à num. 187. quibus frequenter adhærent alij Thom. existimantes manifestam in conseq. doctrinæ in hoc dicto, semel quod gratia sit participatio formalis physica naturæ Divinæ in esse talis. Et quidem si ratio præmij ex parte luminis obstaret, ut radicetur physicè in gratia habituali; idem dicendum erit de visione, amore, & gaudio beatifico; cum sit certum hæc omnia esse præmium meritorum; cum in eis formal: vita æterna consistat. Quod si hoc incõveniens devoretur, sequitur, quod gratia habitualis in patria modo nullam operationem supernaturalem physicè radicet. 2. Gratia habitualis est natura intellectualis in ordine supernaturali: ergò radicat proprietates intellectuales talis ordinis. Sed istæ per se loquendo, sunt lumen gloriæ, & habitus charitatis; cum habitus fidei per accidens, & ratione status viæ in illa radicetur: ergò gratia per se radicat lumen gloriæ. Iste discursus ferè est D. Thom. quoad omnia in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 2. q. 1. ad 2.

58 Opinio aliq. Thomist.

Reijcit. 1

Secundo.

3. Et explicat. hoc. Nequit aliqua natura radicare per se virtutem affectivam alicuius ordinis, quin prius per se radicet virtutem intellectivam eiusdem; cum omnis amor, & virtus amandi per se sequatur ad cognitionem, & virtutem cognoscitivam; * sed gratia habitualis per se physicè radicat habitum charitatis, se habentẽ ut virtutem affectivã ordinis supernaturalis: ergò etiã virtut: per se exactam à charitate, quæ alia nequit esse, nisi lumen gloriæ. 4. Quia natura Divina in ratione naturæ

59 Tertio.

*Sic ex S. D. 1. p. q. 19. art. 1.

Quarto.

ræ per prius dicit, esse radicem virtualem intellectus, & voluntatis, quam esse radicem visionis, & amoris: ergò si non participat de illa radicare physicè lumen gloriæ, quod est participatio Divini intellectus, non participabit conceptum physicè spectantem ad munus naturæ. Denique: Quia ex opposito rationes probativæ redduntur frustraneæ; siquidem, aut visio connaturaliter procedit à gratia habituali in Patria, vel non? Si 2. non erit participatio formalis naturæ Divinæ; cum non sit principium connaturale videndi, & amandi Deum. Si 1. ergò cum operatio non procedat connaturaliter ab aliqua natura, tanquam à radice, nisi virtus proximè activa in ipsa per prius radicetur; dicendum erit gratiam physicè radicare lumen gloriæ. Et quidem si hoc habet in Christo Domino, ut docet D. Thom. 3. p. q. 7. art. 1. idem dicendum in alijs iustis.

Quinto.

60 Hac ergò solutione omissa. Ad argum. Respond. conc. mai. neg. min. ad 1. prob. Respond. duplicem esse finem ultim. unum obiectivum, per modum rei; alterum formalem, & ut *quo*, se habentem per modum operationis: visio beata dicitur beatitudo formalis, & finis ult. *quo*, quatenus per illam homo actu vitaliter possidet summum bonum, scilicèt, Deum, qui est beatitudo obiectiva, & finis ultim. per modum rei. Ex quo constat visionem debere radicari physicè in ipsa gratia; cum sit operatio perfectissima vitalis; proindequè a vita gratiæ physicè proveniens. Ad 1. min. probat. Respond. 1. instando in visione, & amore beatifico procedentibus physicè à gratia habituali; cum tamen sint etiam præmium nostrorum meritorium. Deinde homo eliciens actus intensiores habitu charitatis præexistente, merentur augmentum gratiæ, & tamen prædictis actus ultra causalitatem meritoriam exercent etiam causalitatem physicam dispositivam ad tale augmentum. Rursùs. Christus Dominus meruit gloriam corporis, quæ ipsi erat debita physicè propter gloriam animæ; non ergò causalitas meritoria necessario excludet omnem aliam causalitatem physicam. Imò nec causalitas de meritoria id necessario excludit; siquidem peccatum habituale læthale demeretur privationem gratiæ, & eandem necessario physicè, & essentialiter causat. Similiter primus gradus gloriæ debetur physicè iusto titulo hæreditatis; & tamen si se disponat per actum charitatis, debetur illi per modum præmij. Veritas tamen est, quod gratia habitualis non radicat physicè lumen gloriæ, nisi prout in termino, sive consummata; cumque quod gratia perveniat, & collocetur in tali statu, pendeat à libertate Dei; qui quando vult imponit finem vitæ homini iusto; indè est, quod talis phys. radicatio pendet ex nova gratia, & beneficio Dei. Ex quo constat promissionem Dei conferendi lumen gloriæ homini habenti gratiam non esse otiosam; sicuti esset promissio conferendi potentiam intellectivam homini habenti animam rationalem; quia videlicèt talis radicatio requirit novum statum pendentem unicè ex gratia Dei donantis per severantiam in illa propter coniunctionem cum morte.

Pars affirmat. defenditur.

Ad 1. pro bat. min.

Sic freq.

61 Ad 2. probat. Respond. Gratiam habitualè consummari propriè per lumen gloriæ, & visionem beatam; siquidem cum rem consummari sit idem, ac accipere ultimam perfectionem, & complementum; cum huiusmodi se habeant lumen gloriæ, & visio; sine dubio gratia habitualis per illam propriè consummatur. Attamen ultra hanc consummationem necesse est dari in gratia aliam, estò imperfectam, consistentem in quodammodo imitabilitatis, & perfectissimæ subiectionis animæ Deo, per quem inamissibiliter perficiat animam. Sic Isaias cap. 54. v. 2. *Dilata locum tentorij tui &c. quia dominabitur tui.* *Nec huiusmodi superadditio est voluntatia, ut videre est à simili in gratia habituali collata Adamo innocenti; de qua communis Thomist. sententia asserit radicasse iustitiam originalem subijcientem appetitum rationi, & alia dona propria status innocentiæ. Pro qua tamen radicatio-

Ad 2.

*Sic Catechec. Roman. de Oration. Dom. §. 12.

De hoc egi tom. 3. de peccat. orig. dub. ultimo.

Explicat. solutio.

tione recurrunt ad ipsam gratiam, ut modificatam quodammodo supernaturali. Cum enim natura Divina sit infinite perfecta quoad substantiam, & infinitos modos spectantes ad rationem naturæ nobis incomprehensibiles, nulla apparet difficultas in eo, quod gratia habitualis participet naturam Divinam cum hoc, vel illo modo speciali actualitatis, & perfectionis, ut ratione illius radicet physicè hanc, vel illam virtutem supernaturalem, quam sine tali modo radicare nequit. Nec inferas quod modus compl. infinitatis &c. se habeant de materiali; se habeāt enim de formali ad participationem sumptam adæquatè, scilicet, ad excessum quo gaudet, ut est divina, & ut gratia relinquat plura de Divinitate Dei per essentiam.

Nota.

62

Roborat. solut. ex freq. Doctr. Theol:

Tota hæc doctrina est communis inter Theolog. iuxta quos una, eademque forma, tùm ratione status novi; tùm ratione subiecti potest radicare aliquas proprietates, quas, illis deficientibus, radicare nequit. Sic contingit in lapide, qui extra centrum radicat motum, & in centro radicat quietem. Similiter gratia habitualis in Christo radicat iustitiam commutativam, quam tamen nequit radicare in puro homine; & in Angelis non radicat virtutes infusas moderantes passiones; quas tamen in homine radicat: Et in Angelis non radicat virtutem penitentiæ, propter intrinsecam inflexibilitatem, quam tamen radicat in hominibus. Igitur non repugnat, quod gratia in statu separationis animæ à corpore, dum modo sit plenè purgata, propter aliquem novum modum ei superadditum radicet physicè lumen gloriæ. Et quamvis talis modus non sit perfectè status comprehensoris est tamen ultimo dispositivè, propter necessariam connexionem cum beatitudine. Nec huic obstat, quod si gratia radicaret physicè lumen gloriæ, deberet etiam radicare unionem essentiæ Divinæ per modum speciei intelligibilis, quod de se dicit manifestam repugnantiam. Non, inquam, obstat; propter manifestam instantiam in anima rationali radicante physicè intellectum, quin species intelligibiles, aut unionem earum cum intellectu physicè radicet. Et hoc quidem, quia unio speciei se tenet ex parte obiecti; intellectus vero se tenet ex parte subiecti. Sufficit ergò quod talis unio sit iuxta inclinationem, & exigentiam gratiæ, ut perfectæ modo supernaturali supra recensito; quod optimè verificatur de gratia, quæ dicitur fons aquæ salientis in vitam æternam. Advertendum tamen, quod estò talis unio, & radicatio luminis gloriæ sint iuxta inclinationem gratiæ, per prius tamen convenit gratiæ radicatio luminis gloriæ, per quod fit ei connaturalis unio essentiæ Divinæ per modum speciei intelligibilis, ut docet D. Thom. 1. p. q. 12. art. 4. de necessirate luminis gloriæ ad videndum Deum.

Cuidam instantiæ occurrit.

§. VIII.

Aliqua notantur pro clariori intelligentia.

63

Nota 1.

UT dicta melius percipiantur; & instantijs primo aspectu difficilibus expeditius occurratur, advertendum 1. munus naturæ in Deo prout differt ab attributis esse, munus radicis visionis, amoris, & aliorum attributorum. Undè si gratia hoc participat; participat de illa munus naturæ. Sed tamen nota munus radicis comprehensionis, & etiam munus radicis visionis quiditativæ Dei esse munus naturæ: quia non est munus attributi: ergò si gratia non participat utrumque non participat munus adæquatum naturæ Divinæ; sed relinquit aliud munus ei intraneum constitutivè, & hoc contingit quia est participatio inadæquata, & solum Analogicè conveniens. Undè non solum relinquit modos; verum etiam munus naturæ diferentiale. Quare partim capit naturam, & partim etiam naturam relinquit; nàm si ly *partim* appellet supra modos, hos in sensu formali totaliter relinquit. Imò etiam adest in natura Divina aliquod munus naturæ imparticipabile, scilicet, radicis om-

omnipotentię, immutabilitatis, æternitatis &c. Hinc nō debet concedi, quod participat analogicè naturam divinam ; quia non participat modos, sed quia conceptum differentialem actualissimum nō participat. Videns igitur Deus in sua essentia, & natura prout tali dari radicem virtualem cognitionis, & radicem virtualem cognitionis intuitivæ, & radicem cognitionis comprehensivę sui: voluit derivare primum, & secundum munus : primum per animam ex vi creationis: secundum per gratiā intrinsecā ; 3. vero, non voluit, nec potuit. Quia tamen primum solum habetur ex creaturarum cognitione, non est nisi participatio virtualis Deitatis. Undè hic syllogismus : *natura divina dicit constitutive in ratione naturæ radicem comprehensinis, hanc expressionem gratia non participat* : ergò. Sic debet solvi, disting. cons. non participat rationē naturæ, quoad omnia prædicata de linea naturę, conc. quoad aliquod prædictum proprium naturæ in esse talis, neg. Instatur in sanctiate, in visione, & alijs. Si enim in ratione naturæ divinitus non excederet per essentiam gratiam habitualem, non participaretur analogicè.

64 Hinc si arguas sub alia forma. Natura divina qua talis, & prout differt ab attributis, dicit constitutivè rationem subsantiæ immaterialis radicaliter intuitivę &c. sed gratia non participat rationem subsantiæ immaterialis : cum ex specie sua sit qualitas immediatè animæ inhęrens: ergò non participat formaliter de divinitate conceptum naturæ. Ad hoc respond: dist. conseq. non participat de Deit: omne munus adæquatè sumptum adhuc in ratione naturæ, conc. conseq. inadæquatè. neg. conseq. Vel aliter : non participat per convenientiam univocam rationem naturæ, conc. conseq. per convenientiam analogam, neg. conseq. solutio constat ex dictis. Et argumentum eandem vim videtur habere, etiam si præscindatur à natura divina ratio subsantiæ, & unicè exprimatur, ut constitutivum illius, esse radicē cognitionis comprehensivę Dei : quod enim de gratia non verificatur, ab ipsa non participatur; quare instantia facta nihil spectale difficultat: addit. Quapropter, ut eius inefficacia appareat. 3. Respond. dist. idem consequens : non participat per modum naturæ elevabilis, conced. per modum naturæ gratuito elevantis naturam intellect: ad consortium deitatis, neg. conseq. quod enim gratiæ repugnet conceptus quidditativus subsantiæ, potius conducit, ut sit divinitatis participatio, cum sit talis quia est natura ordinis supernaturalis, & idęò creaturam intellect: ad esse divinū elevans, proindeque supponens eam subsantialiter constituram.

Eadem fere doctr: solvitur, quædam instantia contra vitalitatem gratię dessumpta ex D. Thom. 1. p. q. 18. art. 2. ubi distinguens duplicem acceptionem vitę, scilicèt, *pro operatione, & pro principio illius*, ait : *Quod licet hoc nomen vitæ sumatur ab hoc, quod est movere se ipsum, non est impositum ad hoc significandum, sed ad significandum subsantiam, cui convenit movere se ipsum, vel agere se quocumque modo ad operationem* : ergò repugnat vera vita, aut principium, sive natura vere vivens, quæ non sit subsantia. Resp. ibi loqui de vita primo conveniente rebus, quę est consideratio illius in sensu metaphysico : & quatenus differunt viventia quolibet genere vitę à non viventibus. Vita autem gratię est altioris ordinis ; nec illius consideratio erat opportuna dicto loco : cū ibi intendat explicare diversa genera viventium ex diverso modo, quo se movent ab intrinseco ad proprias operationes. Alia argum: obijci solēt contra vitalitatem gratię, & habituū supernatur: quę solvuntur ab Illustr. Godoy, & M. Boliv. tract. de visione. Sed instat quidam Recent: sicuti de ratione actus naturalis est esse ab intrinseco naturę, ita de ratione actus vitalis est esse ab intrinseco viventis; sed de ratione motus naturalis est esse ab intrinseco naturęper emanatio nē, vel exigentiā : ergò ad rationem actus vitalis requiritur procedere ab intrinseco animę viventis per emanationē, vel exigentiam. Sed actus, & habitus superni, non sunt humi-

65

Instabis.

Resp. dupliciter.

Resp. 3.

Alia instantia.

Respond.

Iterum replicab.

* Iuxta Thom.

modi: ergò neque actus ab eis procedens est vitalis, neque habitus.*

66

In primis dicere actum supernaturalem procedere ab anima, & voluntate per emanationem, vel exigentiam, est prorsus falsum: de

Respond. 2. patet: alias non esset quoad substantiam supernaturalis, si non est supra illius exigentiam: de 1. prob. Nàm emanatio significat naturalem resultantiam ex parte eius, quod ab alio dimanat, & quod sit iuxta illius inclinationem inadæquate contentum: quod asserere de actu superno relatè ad virtutem innatam voluntatis videtur absurdum. Deindè. Ipsa instantia de se præbet sibi solutionẽ; Nàm si actus vitalis ex genere suo præscindit ab actu vitali entitate naturali, & supernaturali; quomodo potest serio contendi, ex eo quod naturalis petit esse ab intrinseco naturæ modo recensito; hoc idem habeat omnis actus vitalis, tàm naturalis, quàm supernaturalis.

67

Etsi vitalitas gratiæ habitualis ex nativitate, & filiatione adoptiva Dei, quàm homo per illam consequitur, maneat efficacissimè pro-

Nota diligenter. bata: quia varia sunt hominum infinita, præcavere oportet, nè fortè ad evasionem eorum, quæ in probationem adduximus; aliquis respondeat gratiam habitualem esse improprie vitam animæ, & pariter filiationem adoptivam, & regenerationem ab ea præstitam tantum esse

Pone hãc conclus: fi gratia nõ est in vero sensu physic: natura vitalis &c nõ est in vero sensu sanctitas iuxta Trident. metaphoricè, & impropriè dictam. Ex hoc enim cõsequitur rationes probativas nullius roboris esse. Undè oportet hoc dictũ refellere, quia existimo præsens punctũ esse gravissimũ, & ad veram intelligentiam testim. Sacræ Script: & SS. PP. valdè necessarium, & quod magis est: ad refellendum errorem hæreticorum negantium veram sanctitatem intrinsecam nobis à Deo communicatam. Idem existimo: si gratiæ habituali solùm concedatur ratio vitæ moralis, hoc est, quatenus dignificat opera nostra, eaque reddit viva propter ius ad vitam æternam. *Primo videtur mihi certum generationem*

Assertum Theol: dignum. *spiritualem, & filiationem adoptivam convenientem homini ratione gratiæ esse vere, & proprie talem; proindeque falso dici esse improprie, aut metaphorice dictam.* Prob. 1. ex pluribus testim. Sacræ Script. ubi absolutè, & sine ulla restrictione affirmatur *prædicta nativitas, regeneratio, & adoptio.* Supra quæ testim: SS. PP. & Concilia nullam dictionem sensum improprium, multoqueminus metaphoricum, significantem apponunt, aut insinuant. Nunc sic: verba Sacræ Script: mysterium fidei, & præcipuũ ex incarnatione filij Dei nobis proveniens, sunt accipienda in sensu vero, & proprio; si alias nec à Concilijs, & SS. PP. eis utentibus nulla dictio alienans, aut sensum improprium continens apponitur. Sed sic se habet nativitas, & regeneratio spiritualis per gratiam Iesu-Christi, quæ est fundamentum filiationis adoptivæ Dei: ergò talis nativitas, regeneratio secundum spiritum, & adoptio est vere, & propriè talis. Minor constat; & quoad omnia constabit legenti Concil: & SS. PP. testim: citata exponentes. 2. Negari nequit sanctitatem, quàm Deus nobis infundit per sacramenta causantia gratiam, & dùm illam infundit extra Sacramenta, expressè contineri, & significari, probarique à Concil: & SS. PP. ex testim: citatis. Atqui si illa non accipiuntur in vero & proprio sensu, talis probatio est multum deficiens, favetque magna ex parte eis, qui negant nos vere esse iustos, & Sanctos coram Deo; ut de se constare videtur, & ex illo S. Dionys. & Aug. *Theologia symbolica non est argumentativa* præcipuè ad solidè, & efficaciter aliquod mysterium comprobandum: ergò.

In Evang. ep. Ioan. habetur quater, & decies nativitas ex Deo.

Regeneratio 1. Petri. 2. & ad Titum 3.

Ad optio quinquies apud Apostol: & pluries vide verbo filius.

* S. D. in 1. prol: a. 5. & 1. p. q. 1. a. 10.

68

Tertiò.

3. Pone Doctorem Cathol: probantem ex testim: adductis hominem per gratiam esse vere sanctum, iustum, & hæredem vitæ æternæ, & non solum metaphorice, impropriè, aut æquivalenter. Nonnè si illa sensum improprium redoleant, & dùm dicitur Ioannis 3. epist. 1. *Ut filij Dei nominemur, & simus*, similis improprietas reperitur; probatio erit innanis, & soliditate vacua? Quod quis credet? Immo si tot testimon: de sanctificatione, de remissione

pec-

sione peccatorum de iure hæreditatio ad vitam æternam in sensu proprio accipiuntur; cur non idem de nativitate, regeneratione, & adoptione? 4. Nàm sequitur definitionē,

Quarto. tùm iustific: impij, tùm Sacram: Baptismi, continere sensum impropriū, aut metaphor: in illa enim ponitur ut terminus *ad quē status adoptionis filiorum Dei*; in hac vero ponitur quòd gratia ab illo causata sit

Quinto. *regenerativa.* Consequens concedi nequit: ergò. 5. Negari nequit Evangelistas, & Apostolos in sensu proprio expressisse finem proximum incarnationis Verbi Dei: & maximè ipsum Verbum incarnatum quòd Deus constituit Magistrum, & Doctorem iustitiæ. Nobis enim vocatis à Deo, & in lege gratiæ constitutis datum est nosse mysterium Regni Dei, & iam non in Parabolis, ut loquebatur ad turbas, & in lege veteri; sed per semetipsum exprimere dignatus est inæstimabilem dilectionem, in qua Clamamus Abba Pater. Sed prædictus finis sic explicatur ab Evangel: & Apost: & ab ipso salvatore dicente, *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto &c.* Et iterum, *qui nascitur ex spiritu, spiritus est*: ergò.

69 Urgeo hoc ex ponderat: mihi efficacissima. Dum Christus Dominus verba relata dixit Nicodemo; iste non intelligens mysterium, sed aprehēdens quamdam duritiam in verbis, * ait: *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Num quid potest inventrem matris suæ iterato introire, & renasci?* Ecce difficultatē, *& simul Dominum Iesum illum docentē, & exponentē priora verba ante dicta. *Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit &c.* * Non mireris, quia dixi oportet vos nasci denuo. Spirit: ubi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis, undè veniat: sic est omnis, qui natus est ex spiritu. *Et cum insisteret Nicodemus dicens: *Quomodo possunt hæc fieri?* ait Dominus: *Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras? Amen, Amen dico tibi; quia quod scimus loquimur.* Attendat Prudens lector qualiter Dominus semper insistit in suo dicto; si autem hæc impropriè dicta essent, ut quid repetit illa, & eum increpat, quia non vult, ut sonant verba, credere. Vide M.P. exponentē prædicta verba, & duplicem generationem in nobis statuentem ex Sacra Scriptura. Quod Deus sit vere Pater noster per gratiam, & nos vere simus refratres Christi probat Catheciſm. Pij V. c. 1. §. 9. de orat: Pater noster §. 1. 2. & 3. & 10. & 11. & 14. & 17. & reliquis: ubi plura Christianæ Doctr: dogmata inveniētur. Id quod dicitur de vita morali, si vita physica gratiæ non conceditur; est inutile: si enim est dignificatio, & vivificatio ad hęreditatē Patris, & præmium filiorum Dei; hoc habet, quia eos prius filios Dei constituit. Non enim quis meretur præmium, nisi sit pro priori ad illud proportionatus, quare illa dignificatio erit purè extrinseca. Si enim fundatur in sanctificatione; hæc cum supponat dilectionem Dei simpliciter talem: supponit eum consortem in natura; cum sine illa non habeat homo à Deo bonum supernum simpliciter tale. Quare S.D. q. 114. a. 3. probat gratiā valorare opera; *quia per illam homo fit consors divinæ naturæ, & adoptatur in filiū. Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced.*

Non simus similes Nicodi:

De vera Paternit:

Vita purè moralis reijcitur.

Est etiam petitio principij.

Urgetur.

* Sic Chrysostomus apud D. Tho. ibi.

DUBIUM IV.

AN GRATIA HABITVALIS SINE ullo favore extrinseco superaddito possit constituere hominem filium adoptivum Dei, si ei innocenti infundatur?

§. I.

PRÆMITTUNTUR ALIQUA.

N. 1 GRATIA habitualis, qua de facto homines iustificantur, dupliciter potest considerari quoad sui 1. infusionem; 1. quidem si in subiecto, cui infunditur præcedat aliquod peccatum habituale, uti contingit in parvulis, qui baptizantur, & emundantur à peccato originali, & similiter in adultis peccato personali infectis; in hac enim consideratione gratia habet pro effectu formali, tum effectum negativum sanctitatis consistentem in remissione peccati; tum etiam effectum positivum constituendi hominē simplic: Deo amicabiliter dilectū, filium Dei adoptivum, & secundum spem hæredem vitæ æternæ. De hac enim iustificatione loquitur expresse Concil. Trident. sess. 6. per totam, eamque appellat iustificationem impij, utpotè *translationem ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum filiorum Dei &c.* Ubi utrumque effectum supra descriptum ponit. 2. potest considerari infusio gratiæ habitualis, prout fit in subiecto, in quo nullum præcedit peccatum habituale; qualiter fuit infusa Angelis, & Adamo in statu innocentiæ; hanc enim iustificationem appellat D. Thom. hac 1. 2. q. 113. art. 1. simplicem generationem, quæ est de privatione ad formam; 1. vero appellat *iustificationem secundum rationem motus, qui est de contrario in contrarium, de statu, scilicet, iniustitiæ ad statum iustitiæ.* Dubium non procedit de gratia habituali infusa homini præexistenti in peccato habituali, sed de gratia infusa homini, in quo nullum præcessit peccatum, & præcisivè ab illius actuali remissione. Licèt enim iuxta communem Thom. sententiam, gratia habitualis absque ullo favore extrinseco superaddito utrūque effectum statutum præstet (ut infra constabit) attamen pro maiori claritate, & ut diversitas opinionum in præsenti solidius impugnetur; solum erit assumptum probare gratiam quoad effectum positivum sanctificationis, & præcisive à præcedentia peccati, esse causam sufficientem illum præstare sine ullo pacto, aut favore extrinseco ei superaddito. Pro qua restrictione deservire potest in exemplum infusio gratiæ habitualis in Angelis, & in Adamo innocenti. Si namque ultra infusionem gratiæ fuit necesse Deum superaddere novū favorē acceptationis ad vitam æternam, ut Angeli fuissent sancti, & grati Deo, absdubiò erit falsa sententia communis Thomist. etiam facta quoad effectum posit: sanctit: restric-

Supponē dum.

trictione ad effectum positivum sanctitatis, & filiationis adoptivæ Dei.

2 Nec huic obstat, quod ad denominationem sancti necessario requiritur carentia, aut remissio peccati; ut constat ex definitione sanctitatis tradita à D. Dionys. *scilicet, ab omni immunditia libera, perfecta, & in contaminata munditia*: ergò implicat concedere ad sanctific: gratiam habere vim intrinsecam, & negare ei eandem vim intrinsecã ad remissionem peccati. Non inquam obstat: stat enim quàm optimè remissionem, aut carentiam peccati, requiri ad effectum formalem sanctificationis, & gratiam carere vi intrinseca ad remissionem peccati, cum virtute intrinseca ad sanctificationem. Ratio est; Nàm iuxta opinionem, quam modo admittimus, talis carentia, aut remissio peccati, solum prærequiritur per modum conditionis; non autem inadęquatè per modum effectus essentialiter inclusi in sanctitate. Ut autem aliqua forma præstet per sibi intrinseca aliquem effectum formalem, non petit habere eandem vim intrinsecam ad conditiones requisitas: ut videre est in gratia habituali, quæ de se est intrinsece sufficiens constituere hominem filium adoptivum Dei, iuxta Thom. cum tamen non habeat vim intrinsecam præstare extraneitatem personæ necessariò requisitam ad filiationem adoptivam. Idem constat in sententia plurium Thom. tuentium dilectionem naturalem Dei super omnia, & altissimam contemplationem Dei, ut Auctoris naturæ, de facto reperiri in Pueris existentibus in Limbo; quin tamen talis amor, & contemplatio reddat illos beatos adhuc beatitudine naturali; quia videlicet ad talem denominationem requiritur exclusio peccati. Et quamvis illa præsuppositа (uti contingeret in statu naturæ integræ) amor naturalis Dei super omnia redderet ab intrinseco hominem beatum beatitudine naturali, non propter hoc conceditur vis intrinseca prædicto amori ad remissionem peccati. Ex quibus constat stare sufficientiam intrinsecam, & sine favore superaddito in forma, ut præstet aliquem effectum formalem, cum intrinseca insufficientia ad conditionem requisitam ad illum. Hæc dicta sunt in favorem opinionis, de qua infra iudicium nostrum proferemus. Videatur interim Illust. Godoy tom. 3. in 3. part. disp. 52. à num. 105.

Si dicas.

Respond.

Roborat: exempl:

Bolivar. de necess. grat. dub. 8. in fine.

2. Supponendum: dub. procedere de favore superaddito infusioni gratiæ; non vero de favore in illa actu incluso. Certum enim est, gratiam, ut denominantem hominem filium Dei adoptivum, ipsique amicabiliter dilectũ esse, aut provenire ex magno Dei favore; utpotè sine meritis pręcedẽtibus illius infusionem. Quod ex ipsa ratione adoptivæ filiationis manifestè convincitur, cum hæc sit gratuita, & liberalis assumptio personæ extraneæ ad æternam hæreditatem. Quapropter solum disputatur de novo favore subsequuto ad gratiæ infusionem; an videlicet requiratur aliquod pactum, ordinatio, & acceptatio per quam Deus hominem præditum gratia habituali ordinet ad consequtionem vitæ æternæ, ut gratia infusa ipsum denominet filium, sive Deo amicabiliter dilectum? Aliqui enim existimant dignitatem, & virtutem gratiæ in ordine ad iustificationem positivam hominis, se habere, sicuti se habet moneta secundum valorem moralem considerata. Nàm quemadmodum moneta ex decreto, & acceptatione regis, ultra valorem intrinsecum, accipit novum valorem, & æstimabilitatem, & tali acceptatione deficienti deficit pariter prædictus valor, & æstimabilitas; ita tuo modo aliqui Theol. discurrunt de entitate gratiæ habitualis; quæ quidem, etsi sit dignitate excellens; non tamen est sufficiens reddere hominem Deo gratum, filiumque eius adoptivum, nisi accedat ex parte Dei novus favor, acceptans prædictum donum gratiæ, ac si esset forma de se sanctificans, & sufficiens constituere il-

3 Secundò.

Sensus dubij.

illum dignum vita ęterna. Undè & si de facto gratia habitualis reddat hominem sanctum, & gratum Deo; hoc tamen contingit, quia Deus de facto decrevit reputare, ut sibi amicabiliter dilectum, & cum iure ad vitam ęternam pet modum hęreditatis omnem hominem, cui donum gratię habitualis communicaverit.

4

Tertiò.

3. supponendum aliud esse hominem actu acceptari ad vitam ęternam; aliud verò esse acceptabilem, sive dignum, ut Deus intuitu gratię conferat ei vitam ęternam. Constat enim ex communi Theologorum sensu, varijsque testim. SS. PP. gratiam non habere essentialem connexionem cum gloria, possęque Deum hominem iustum privare de potentia absoluta ęterna felicitate. Qua de causa prędestinatio, per quā homines efficaciter ordinantur ad consequtionem glorię, est providentia specialissima, facta etiam comparatione ad providentiam generalem supernaturalem, per quam homines iustificantur, ut videre est in reprobis. Oppositum huius tenet P. Aranda, eo quod Deus nequit facere miracula in depressionem gratię. Hęc tamen ratio parum probat; siquidem denegatio glorię homini etiam perseveranti in gratia non fieret in depressionem, & quasi abiectionem dignitatis eiusdem, sed ad ostensionem omnipotentię, & supremi dominij Dei supra naturam gratiæ habitualis, & ut ostenderet gloriam esse novum, & speciale donum ipsius, estò connaturaliter debitum gratiæ. Dato autem, quod actualis acceptatio ad gloriam, sit novus favor Dei, dummodo gratia secundum sibi intrinseca reddat hominem acceptabilem, sive dignum vita æterna, verificabitur gratiam secundum sibi intrinseca habere vim sufficientem, ut constituat hominem sanctum, Deo gratum, & filium adoptivum illius. Ratio est; Nàm homo dignus, ut Deus ipsi conferat vitam ęternam, nequit non esse Deo gratus, & simpliciter ab ipso dilectus. Tū quia talis dignitas, & ius est maximum bonum; tum quia vita ęterna solum debetur his, quos Deus reputat ut amicos, iuxta illud Iob. 36. *Annunciat de ea (scilicet luce gloriæ) amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere*: ergò dummodo probetur convenire gratię habituali secundum sibi intrinseca, & præcisa omni promissione, debitum connaturalitatis respectu vitæ æternæ, & condignitatem sufficientem ad ipsam; probabitur gratiam secundum sibi intrinseca, & nullo expectato favore, reddere hominem iustum, & filium Dei adoptivum.

Occurritur motivo in oppositum.

5

Sententię

Duplex in hac parte versatur sententia 1. asserit gratiam habitualem non natura sua, sed ex Dei acceptatione, & ordinatione habere, ut hominem Deo gratum reddat. Quia ut est qualitas physica, & talis speciei, non est sufficiens præstare effectum positivū sanctitatis, & filiationis adoptivæ; nisi superaddito favore, quo Deus deputavit gratiam habitualem ad hunc effectum præstandum; admodum quo moneta regis sygillo consignata certum valorem, & æstimationem habet. Ita Nominales in 1. dist. 17. Ocham ibi q. 1. Gabriel q. 1. art. 1. Gregorius, & Aliacensis cum alijs: quam sententiam frequenter tuentur etiā Scotistæ cum suo Mag. ubi supra q. 2. 2. per oppositum docet gratiam habitualem ex natura sua reddere hominem iustum, sanctum, Deo gratum, & filium adoptivum ipsius; ita omnes Thom. & P. Suar. lib. 7. de gratia cap. 1. num. 14. Vazquez 1. 2. disp. 204. cap. 2. Bellarm. lib. 2. de iustific. cap. 16. & alij RR. In prę-si agemus de filiatione, in seq: de sanct.

Divisio penes adoption: & sanctit:

§. II.

AFFIRMATIVA CONCLUSIO.

Gratia habitualis secundum sibi intrinseca, & nullo extrinseco favore expectato constituit hominem filium adoptivum Dei.

6

Probatur

NON loquimur de adoptione sumpta formaliter, aut relativè, in

in hoc enim sensu certũ est, præstari tanquã à forma à relatione distincta; sed loquimur de illa sumpta fundamentaliter, pro regeneratione, scilicet, spirituali. Prob. ex testim. dub. 3. relatis ubi à Script. & PP. affirmatur.* Gratiam habitualem esse participationem divinæ naturæ, sive Deitatis, * quæ testim. intelligenda esse de participatione, nedum morali, sed etiam physica, ibidem probatum relinquimus. Ex quibus sic argum. forma constituens hominem spiritualiter genitum, constituit illũ filium adoptivum Dei; sed gratia habitualis se sola, & ab intrinseco, nulloque extrinseco favore expectato constituit hominẽ spiritualiter genitum: ergò se sola, & quoad sui entitatem est &c. mai. constat, & min. prob. Id, quod accipit à Deo naturam spiritualem secundum suã entitatem intrinsecam analogicè convenientem in ratione naturæ cum naturâ Dei, redditur per illã spiritualiter genitus à Deo; quemadmodum subiectum accipiens naturam eiusdem speciei cum natura generantis est naturaliter genitum ab ipso. Sed gratia habitualis se sola, & secundum suam entitatem intrinsecam nullo extrinseco favore expectato est participatio naturæ divinæ sub ratione talis analogicè conveniens cum ipsa: ergò &c. min. constat ex adductis dub. relato.

7 Prima solutio.

Respondebis 1. admisso gratiam habitualem secundum sibi intrinseca esse participationem divinæ naturæ sub ratione naturæ, adhuc tamen non esse sufficientẽ constituere hominem filium adoptivum; eo quod ad huiusmodi filiationem requiritur ulterius ius ad hæreditatem divinam in visione, & amore Dei consistentem; hoc autem ius nequit à gratia provenire, nisi accedat ordinatio extrinseca, & promissio Dei, volentis acceptare hominem, cui infundit gratiam habitualem ad consequutionem gloriæ. Quis enim negare poterit Deum posse homini gratia habituali ornato nolle conferre beatitudinem æternam? Ex quo constat ad paritatem de generatione naturali: qui enim à generante accepit naturam eiusdem speciei cum illo, necessariò etiam accepit ius naturale ad hæreditatem Patris, & sine favore extrinseco alicuius legis, aut promissionis; ideoque ex ipsa acceptione naturæ denominatur filius naturalis eiusdem.

8 Rejicitur 1.

Sed contra obstat 1. auctoritas D. Thom. 1. 2. q. 114. art. 3. in corp. dicentis: *Attenditur etiam præmium operis secundum dignitatem gratiæ, per quam homo consors factus divinæ naturæ adoptatur in filium Dei; cui debetur hæreditas ex ipso iure adoptionis secundum illud ad Rom. 8. si autẽ filii, & hæredes.* Ubi ad dignitatem gratiæ, quia est participatio divinæ naturæ, reducit S. D. ius, & debitum ad æternam hæreditatem. 2. ad filiationem adoptivam sufficit ius connaturalitatis: non vero ius infallibilitatis ad hæreditatem adoptantis; sed prædictum ius præstatur à gratia habituali ratione suæ entitatis intrinsece, semel quod sit participatio naturæ divinæ sub ratione naturę: ergò. Prob. mai. omni naturę proportionatæ cum aliquo fine debetur connaturaliter illius consequtio; sed gratia habitualis semel quod sit participatio naturę divinę sub ratione naturę divinę, est natura proporcionata cum visione beata, quę est hęreditas Dei: cum eatenus sit participatio modo dicto, quatenus est principium radicale videndi, & amandi Deũ: ergò. 3. & urgetur hoc. Omni naturę debet assignari finis proprius, ad quem ab intrinseco ordinetur, & cuius assequtio debeatur ei debito connaturalitatis, alias talis natura esset frustra: ergò si gratia habitualis secundum sibi intrinseca est natura perfectissima in ordine supernaturali: debet ei secundum sibi intrinseca assignari finis proprius, & cum conditionibus supra dictis. Sed hic nequit esse alius, nisi visio clara Dei, quę est illius hęreditas: ergò.

Secundò.

Tertiò.

9 Confirm.

Eisdem motivis prob. gratiam habitualem ratione suę intrinsecę entitatis, nulloque favore extrinseco expectato, prębere homini ius condignitatis, & sufficientię ad gloriam: cum semel, atque, gratia sit par-

ticipatio naturæ divinæ; proindeque radix visionis claræ Dei, reddit secundum sibi intrinseca hominem Deo simpliciter dilectum; utpotè ipsi similem in natura, & quasi esset alter Deus. Sed nequit homo esse simpliciter, & amicabiliter eidilectus, nisi sit dignus saltim quoad sufficientiam videre facie ad faciem, & frui ipso Deo: ergò. Hoc ipsum manifeste probant illud Ioannis cap. 4. ubi de gratia asserit *esse fontem aquæ salientis in vitam æternam*, & illud Pauli ad Colloseñ. 1. *qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine*, & iterum in epist. 1. Ioannis 3. *omnis, qui natus est ex Deo non peccat, quoniam semen Dei manet in illo.* Cumque nec levis mentio fiat in prædictis testimonijs alicuius favoris superadditi infusioni gratiæ, dicendum eam secundum suam naturam reddere hominem dignum gloria, & tanquam luci supernaturali, & fonti aquæ vivæ deberi vitam æternam: debitò inquam connaturalitatis, & sufficientis condignitatis; quamvis in actuali coniunctione cum gloria interveniat favor specialis incipiens à perseverantia finali, cui, vel sub cuius conditione, promissa est vita æterna. Videatur D. Thom. & eius Commentatores infra q. 114. art. 3. probantes gratiam secundum sibi intrinseca dignificare, & valorare opera nostra in quantum est motio Spiritus Sancti, ut ratione illius de condigno mereantur vitã æternam.

10 Secunda solutio.

Respondeb. 2. falsum esse, gratiam sine ullo favore extrinseco reddere hominem spiritualiter genitum, proindeque filium Dei adoptivum; nisi accedat aliquis favor quo velit reputare, ut filium suum hominem, cui gratiam habitualem infundit. Nec probatio de participatione urget: cum gratia solum sit participatio consistens in concordia affectuũm cũ volunt: divina. Sed cõtra hanc solutionem obstant omnia, quæ supra dub. 3. diximus probando gratiam esse participationem formalem physicam Deitatis, esseque veram naturam inordine supernaturali. 2. obstant illa testim. in quibus affirmatur, * hominem per gratiam nasci ex Deo, illamque esse semen Dei, * quod quidem non salvat prædicta solutio. Si enim, ut homo nascatur ex Deo, ultra entitatem gratiæ requirit favorem, quo promittit ei vitam æternam, estò sit verum dicere *hominem nasci, cum ei gratia infunditur, non tamen nasci per gratiam;* Nàm hæc dictio *per* denotat causam formalem: de ratione autem causæ formalis est per sui entitatem intrinsecam, ut communicatam subiecto, præstare suum effectum formalem, & non mediante aliquo extrinseco ipsi formæ: cũ sit ipsa forma communicata. Sed illud extrinsecũ realiter distingiatur ab ipsa forma: ergò nequit includi actu in effectu formali illius.

Reijcitur 1.

Secundò.

11 Tertiò.

Quod autem gratia habitualis antecedenter ad promissionem divinam superadditam de conferendo homini gloriam, reddat hominem filium adoptivum, constat 1. ex Trident. sess. 6. cap. 16. dicenti: *Atque ideo bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, tanquam gratia filijs per Christũ Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione ipsorum bonis operibus, & meritis fideliter reddenda.* Ubi duo dicũtur 1. gloriam etiam per modum coronæ esse gratiam, consideratã in radice, iuxta illud Ioan. 1. *& gratiam pro gratia.* 2. huiusmodi gloriam esse promissam filijs Dei. Si autem talis promissio prærequireretur ad filiationem adoptivam; talis loquutio est falsa esset, aut impropria; cũ subiectũ, cui aliquid promittitur, necess. præcedat ipsam promissionem. Undè iuxta opinionem contrariam sic deberet loqui Concilium: *Atque ideò perseverantibus usque in finem proponenda est vita æterna tanquam gratia habentibus entitatem gratiæ habitualis misericorditer promissa.* Hinc constat promissionem gloriæ, vel quemcumque alium favorem de facto superadditum, solum requiri, ut homo quo ad efficaciam acceptetur ad gloriam, propter defectum necessariæ connexionis gratiæ cum illa; non vero, ut sit acceptus quoad sufficientiã con-

condignitatem, & idoneitatem; quæ sufficiunt, ut homo sit spiritualiter genitus, proindequè filius adoptivus Dei.

12 Probat. 2. idem assumptum. Si gratia habitualis secundum sibi intrinseca non reddit hominem spiritualiter genitum à Deo, nec etiam ut coniuncta cum favore extrinseco promissionis, aut alterius legis, potest reddere purum hominem spiritualiter genitum à Deo: ergò, aut negandum iustos esse verè filios adoptivos Dei, & verè renasci ex ipso; aut asserendum prædictum effectum præstari à gratia habituali secundum sibi intrinseca. Probat. añs. Id, quod non reddit hominem procedentem à Deo in similitudinem saltim analogam in natura ipsius sub ratione naturæ, non reddit hominem spiritualiter genitum à Deo; sed si gratia habitualis secundum sibi intrinseca non præstat hunc effectum puro homini, nec etiam potest præstare prædictum effectum coniunctum ex entitate gratiæ, & favore extrinseco: ergò. Mai. constat ex definitione generationis communiter ab omnibus approbata, scilicèt, *origo viventis à vivente &c.* Tùm quia id, quod non reddit unum hominem procedentem ab altero in similitudinem univocam naturæ illius, à quo procedit, nequit denominare ipsum naturaliter genitum: ergò similiter &c. Patet conseq. quia filiatio adoptiva Dei est quædam imitatio filiationis naturalis. Min. vero probat. In primis gratia habitualis secundum sibi intrinseca non est similis, adhuc analogicè, Deo secundum suã naturã; cum iuxta illius doctrinam non sit participatio naturæ divinæ sub ratione naturæ; coniunctio enim affectiva cum Deo pènes conformitatem in rectè operando cum Divina voluntate, non est conceptus proprius naturę; Aliunde promissio gloriæ, vel quilibet favor Dei, non reddit hominem similem ipsi in ratione naturæ, ut est evidens: ergò nec entitas gratia habitualis, nec coniunctum ex tali entitate, & favore extrinseco facit hominem procedere à Deo in similitudinem, aut veram imitationem suæ naturæ.

1. Ratio.

Nec valet dicere ad generationem spirit. fundantem filiationem adoptivam non requiri communicationem adhuc per similitudinem naturæ, & convenientiam analogam cum natura generantis, nisi ad summum, affective conditionate: ut patet assimili in adoptione humana. Siquidem Adoptivus, nec naturam, nec aliquam participationem naturæ adoptantis recipit, nisi ad summum conditionate affectivè. Sed tamen quia accipit ius ad hæreditatem, verè adoptatur in filium: ergò similiter, licèt gratia habitualis, & promissio gloriæ, non sint divinæ naturæ formalis participatio; coniunctum ex illis potest reddere hominem spiritualiter genitum à Deo. Non, inquam, valet, propter supra, quæ adduximus plura dubio 2. §. 4. impugnantes eandem solutionem, quæ ibi videri possunt. Et quidem si voluntas inefficax conditionata dandi naturã simul cum volunt. inefficaci gloriæ, sufficeret ad generationẽ spiritualem; etiam peccatores essent geniti spiritualiter à Deo, & filij adoptivi illius; cum Deus, & velit quantum est ex se dare grat. & simul salutem æternam. Nec recurras ad impedimentum peccati. 1. Quia hoc potius confirmat assumptum: quomodo enim potest concedi vera sufficientia ad præstandam filiationem adoptivam Dei, illi entitati, quæ ex se nequit excludere filiationem Diaboli? 2. Quia prædicta voluntas etiam respectu hominis non habentis impedimentum peccati esset insufficiens constituere hominem filium adoptivum Dei; cum talis voluntas possit salvari præstando solum auxilia sufficientia; non vero gratiam habitualem. Deindè omnis adoptio, vel est communicativa naturæ adoptantis, vel supponit eandem naturam specificè in adoptato, per quam sit idoneus ad hæreditatem; & sic contingit in humanis. Unde hic sola assumpt. ad hæreditatem sufficit ad adoptionem; oppositum vero opposita de causa requiritur in adoptione divina.

13 Si resp.

Reijcit. 2

Secundo.

Si dicas coniunctum ex entitate gratiæ habitualis, & promissione gloriæ ei superaddita, esse equivalen-

14

ter,

Alia respons refellitur 1.

ter, sive moraliter participationem divinæ naturæ, quatenùs, scilicet, æquivalet ipsi in iure ad hereditatem Dei. Contra est 1. Nàm si hæc sunt vera sequitur, solum æquivalenter, non tamen in sensu vero, & formali, hominem, cui Deus infundit gratiam habitualem, *renasci ex ipso, & esse filium adoptivum ipsius*; cum in eodem sensu, quo de aliquo verificatur definitio generationis, in eodem verificetur ratio definiti. Hoc autem concedere, videtur absurdum; utpotè in sensu valdè improprio tantum acciperentur plurima testimonia Scripturæ asserentia hominem *per gratiam renasci, & fieri filium adoptivum Dei*, pro quo vide dicta dub. 3. incorollarijs. 2. Quia æquivalentia quoad ius ad Dei hereditatem non est æquivalentia quoad munus naturæ, proindequè, nec quoad munus geniti spiritualiter à Deo. Ratio est, iam prædictum ius non se habet convertibiliter cum generatione; ut videre est in Spiritu Sancto, qui habet ius per essentiam ad Patris hereditatem: Cùm tamen non procedat per generat. similiter constat in eo, qui alterum relinquit hęredem suorum bonorum.

Secundo.

15 Hoc autem provenit, ex quo non ideo *Aliquis est filius, nec genitus ab altero, quia habet ius ad hereditatem, sed potius e converso*: undè ponere aliquid æquivalere quoad munus filiationis, quin æquivaleat quoad præstandum ius ad hæreditatem, est, ponere aliquid æquivalere in aliquo se habenti indifferenter ad filiationem, & ad eius carentiam; undè ex tali æquivalentia non rectè probatur determinatè filiatio. Rursùs æquivalentia propria filiationis in ordine ad hæreditatem supponit rationem filiationis, & rationem geniti quoad æquivalentiam: ergò nisi prius probetur coniunctum ex entitate gratiæ, & promissione gloriæ æquivalere quoad munus generandi spiritualiter hominem, assimilando illum Deo in sua natura, non probabitur æquivalere filiationi adoptivæ quoad ius proprium ad hęreditatem Dei. Quod si mutuo convertuntur in homine esse *hæredem Dei, & filium adoptivum illius*; hoc contingit, quia visio beata solum est promissa, & confertur renatis per gratiam habitualem. Undè si visio clara Dei non dependet essentialiter à gratia habit. nec adstruatur in ea sanctitas formalis; nec titulo grat. consummatæ contineat eminenter perfectionē gratiæ habitualis; in hoc casu, & cum his conditionibus homo videns Deum, ipsum possideret; non tamen esset filius adoptivus illius: de quo alibi. Aliæ rationis in sequentibus proponentur.

Ratione impugn. 1.

Secundo.

§. III.

Solvuntur argumenta.

16 OBJICIES 1. Forma secundum sibi intrinseca insufficiens præbere homini verū ius ad gloriā est de se insufficiens constituere illum filium adoptivum Dei; sed huiusmodi est gratia habitualis: ergò mai. constat ex illo Pauli: *Si filij, & hæredes.* Min. vero probat. 1. Forma secundum sibi intrinseca non adæquans in valore, & dignitate gloriā, nequit præbere homini verum ius, sive condignit. ad gloriā; sed talis est gratia habitualis secundum sibi intrinseca: ergò. Probat. min. Id, quod se habet ut dispositio, & inchoatio gloriæ, non adæquat in valore, & dignitate gloriam. Sed sic habet gratia habitualis iuxta D. Thom. quæst. 27. de Verit. art. 2. ad 7. & 2. 2. quæst. 24. art. 3. ad 3. ergò. 2. Ex hoc ipso. Causa finalis est simpliciter perfectior illo, quod ad ordinatur ad ipsam; sed gloria seu vita æterna se habet iuxta Trident. sess. 6. cap. 7. ut causa finalis gratiæ habitualis: & insuper; quia gratia respicit, ut finem ultimum sui gloriæ consequutionem: ergò. 3. Id, quod est summum bonum in genere bonorum participabilium à creatura, excedit in valore, & dignitate quodcumque donum gratiæ; sed sic se habet beatitudo æterna quantum ad actum iuxta D. Thom. 1. p. quæst. 26. art. 3. ad 1. ergò.

Arguit. 1

Ad Rom. 8. min. prob. 1.

Secundo.

Tertio.

17 De excessu perfectionis gratiæ habitualis respectivè ad visionem beatam agemus ex professo

Respond.

tract.

tract. de Sanct. formali contra M. Albelda, Illust. Araujo, Cabrera, & alios; quorum fundamenta diluemus; & prope finem huius tract. de hoc agemus. Undè iuxta ibi dicenda cum frequenti Thom. sententia, neg. min. & eius probat. Ex duabus enim perfectionibus, quarum una est participatio formalis divinæ naturæ, & altera est participatio divinæ cognitionis, absdubio prima est perfectior; tùm quia participat maiorem perfectionem saltim virtualiter, & ex nostro modo concipiendi: tùm quia se habet, ut natura, & radix superans in perfectione omnem operationem ab illa procedentem. Ad 1. probat. in contra Respond. D. Thom. ibi accipere *dispositionem* lato modo, quatenùs gratia habitualis facit hominẽ verè *idoneum* ad gloriæ consequtionem; admodum quo virtus definitur à Philosopho *dispositio perfecti ad optimum*; cum tamen illa non sit propriè *dispositio*, seu ad genus causæ materialis spectans; sed causa effectiva principalis operationis rectæ, & si hæc sit supernaturalis, procedit iuxta Thom. à virtute infusa, ut adæquata ratione agendi. Similiter quando dicitur gratiam habitualem esse *semen gloriæ*, talis loquitio non sumit ur propriè, & cum proportione ad naturalia; cum in naturalibus tantum sit causa instrumentalis: gratia autem est radix, & causa principalis visionis beatæ. Quare prædicta loquutio est vera, in sensu lato accepta; quatenùs gratia germinat tam physicè, quam moraliter per opera meritoria consequutionem vitæ æternæ.

Gratia excedit visionem.

Ad 1. probat. min.

18

Ad 2. Respond. ex illa probari beatitudinem naturalem esse perfectiorem simpliciter anima rationali, & substantiam Angeli, secundum sua naturalia consideratis; siquidem talis beatitudo est finis ultimus illarum. Similiter probat divinam intellectionem esse virtualiter perfectiorem natura divina; cum sit ultimus finis illius. Sicut ergò in exemplis adductis non probatur excessus in perfectione simpliciter tali, sed tantum secundumquid, & in aliquo sensu propter expressionem maioris actualitatis: eo quod beatitudo naturalis, & divina cognitio solum se habent, *ut finis quo, sive formalis, non vero ut finis ultimus qui, aut obiectivus*; ita dicendum de visione beata, relativè ad gratiam habitualem. Ad 3. Respond. explicando 1. D. Thom. de bonis participalibus in genere *virtutis*, & in genere *actus*, *sive operationis*; secus vero de his, quæ obtinent rationem naturæ, & radicis; uti se habet gratia habitualis. 2. Respond. Explicando ipsum S. Doct. de beatitudine quantum ad actum; non solum secundum id, quod dicit de formali, sed etiam secundum ea, quæ includit per modum principij; qualiter se habet gratia habitualis; in quo sensu solum contraponitur ad dona naturalia, & etiam ad alias virtutes etiam supernaturales non ingredientes per modum principij actualis beatitudinis. Videatur M. Ferre pro excessu perfectionis ex parte gratiæ habitualis tom. 1. in 1. parr. quæst. 7. §. 50.

Ad 3.

Sed demus pronunc visionem Beatam excedere in perfectione gratiam habitualem; adhuc argumentum est inefficax. Ut enim gratia habitualis ratione sui reddat hominem filium adoptivum Dei; sufficit præbere ipsi ius proprium ad Dei hæreditatem, ad quod non requiritur adæquare ipsam, adæquatione Aritmetica, sed Geometrica, & morali ratione proportionis, & condignitatis æterna fœlicitate. Et quidem lumen gloriæ iuxta probabiliorem sententiam est inferius ordine perfectionis visione beata; & tamen ipsi, vel intellectui ut elevato lumine gloriæ, debetur saltim physicè, & ex natura rei visio beata: ergò quamvis gratia habitualis non adæquet in perfectione physica, & Arithmeticè visionem beatam; cum tamen sit proportionata, & eiusdem ordinis cum illa tanquam principium, & radix ordinis supernaturalis, potest præbere homini ius morale fundatum in tali proportione ad vitam æternam. Quæ doctrina confirmatur ex D. Thom. 1. 2. quæst. 114. art. 3. ad 3. ubi ait: *Quod gratia Spiritus Sancti, quam in præsenti habemus,*

19

Alia solutio.

mur, & si non sit æqualis gloriæ in actio, est tamen æqualis in virtute: Sicut semen arboris, in quo est virtus ad totam arborem. Ex his ad sequentem propositionem, cui omnes probationes innituntur; scilicèt, *gratia nequit præbere ratione sui ius proprium ad id, quod simpliciter est illa perfectius:* debet responderi cum distinctione sub his terminis; si talis excessus in perfectione auferat à gratia habituali veram rationem naturæ, & radicis in ordine supernaturali, conc. Si non auferat, neg. Quod si instes, * non componi gratiam esse veram participationem naturæ divinæ, & aliunde esse imperfectiorem visione beata:* Respond. hanc instantiam procedere contra opinionem Thom. quam in præsenti admittimus; siquidem utrum que prædicti AA. componunt, ut videre est in ipsis, de quo in præsenti non curamus.

Si instes
Respond.

20 Sed replicabis, & 2. obijcies. Nequit gratia habitualis secundum sibi intrinseca præbere homini veram condignitatem, & ius ad vitam æternam, in qua hæreditas Dei consistit, si homini habenti gratiam habitualem non debetur vita æterna ex vera iustitia; sed sic de facto contingit: ergò. Mai. constat, nàm obiectum iustitiæ est ius. Min. vero probat. Si homini habenti gratiam habitualem deberetur ex vera iustitia vita æterna, non posset Deus adhuc de potentia absoluta homini gratia habituali ornato denegare vitam æternam; cum Deus nec de potentia absoluta possit contra iustitiã agere; sed homini iusto potest denegare vitã æternã: ergò. Confirm. 1. Id, quod comparatur ad gratiam habit. ut gratia, sive donum gratuitum, nequit supponere in illa verum, & proprium ius; sed sic se habet visio beata respectu gratiæ habitualis, ut constat ex illo Paul. ad Rom. 6. *Gratia Dei vita æterna.* Et ex illo Ioann. 1. *Et gratiam pro gratia*: ergò. 2. Id, quod misericorditer promittitur homini prædito gratia habituali, non supponit ex parte gratiæ verum, & strictum ius; sed iuxta Trident. sess. 6. cap. 16. *Vita æterna misericorditer promissa est à Deo hominibus iustificatis per gratiam ipsius*: ergò.

Arguit. 2.
Confir. 1.
Secundo.

De materia huius arguenti agit latè, & eruditè Illust. Godoy tom. 3. in 3. p. disp. 52. §. 7. & Mag. Prado de Pœnitent. Dub. 7. latissimè adquem pro pleniori intelligentia remittimus Lectorem. Pronunc sufficiat duo advertere. 1. Gratiæ habituali non deberi debito condignitatis quoad sufficientiam, & debito connaturalitatis gloriam, nisi sub conditione perseverantiæ finalis, ut constat ex illo: * *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Quemadmodum gloria, ut corona non debetur homini elicienti opera meritoria, nisi in gratia perseveret, iuxta decissionem Trident. authoritate supra cit. & in eadem sess. 6. Canon. 32. 2. Omne ius hęreditarium conveniens gratiæ habituali respectu glorię provenire liberaliter à Deo, & insuper existere sub supremo Dominio Dei. His animadversis, concedimus cum Illust. Godoy referenti pro se plures ex Thom. contra alios, posse Deum de potentia absoluta denegare homini iusto, & perseveranti usque in finem fœlicitatem æternam; quod efficacissimè probatur ex D. Thom. in 4. dist. 46. quæst. 1. art. 2. q. 2. in solut. ad 3. iliis verbis: *Dicendum, quod damnare Petrum, cui ex beneficio gratiæ sibi collatæ salus debetur, esset contrarium iustitiæ; undè hoc Deus non potest, loquendo de potentia ordinata.* Ubi duo animadvertere opportet. Primum ly *damnare*, non summi strictè, sive formaliter, quatenùs dicit denegationem gloriæ sub ratione pœnę; hæc enim necessariò prę supponit culpam; sed accipi tantum materialiter pro ipsa carentia gloriç, cui accidit denominatio pœnç. 2. Nomine contrarij ad iustitiam intelligi non iustitiam in toto rigore, sed prout comprehendit etiam debitum connaturale ex parte creaturæ; quem admodum ex suppositione creationis alicuius essentię Deus iuste agit, conferendo proprietates ei connaturaliter debitas. * Quibus animadversis, colligitur ex authoritate adducta cum illa restrictione: *Hoc Deus non potest de potentia ordinata*, D. Thom. sentire talem denegationem esse possibilem de potentia absoluta.

21 Pro solution. Nota 1. * Matth. 10. Secundo. Respons. * Sic ubi supra in corp.

Con-

22 Concessa igitur possibilitate denegationis gloriæ attenta potentia absoluta Dei, ex illa nullatenus infertur gratiæ habituali non deberi iure hæreditario, & debito connaturalitatis vitam æternam; ut videre est in proprietatibus alicuius essentiæ, & in beatitudine naturali de potentia absoluta seperabilibus à natura creata, & substantia Angeli. Cum quo rectè cõponitur verum debitum, & ius physicum (ut ita dicam) tùm ad proprietates, tùm ad beatitudinem naturalem. Nec Deum sic operans operaretur contra iustitiam, aut contra ius creaturę; esto ageret supra iustitiã, & supravim illius. Cum enim ius hæreditarium condignitatis ad gloriam conveniens gratiæ habituali sit sub supremo Dominio Dei, & cuius dispositioni omnia suaptè natura subduntur, nullatenus in tali denegatione aliqua iniustitia, aut iniuria fieret creaturæ. Hinc patet discrimen inter filiationem naturalem humanam, & filiationem adoptivam Dei. Nàm ius naturale, quod filius naturalis habet ad Patris hæreditatem, non subditur Patris dominio, & ideo iniuste illum privaret hæreditate; ius autem connaturale; quod convenit iustis ratione gratiæ ad hęreditatem Dei; est supremæ illius potestati subditum; ideòque licèt non sit possibilis de potentia ordinaria denegatio gloriæ, benè tamen de potentia absoluta.

Occurrit. cuidam instant.

23 Nec inferas filiationem naturalem humanam esse perfectiorem filiatione adoptiva Dei, quia nimirum ius ex illa proveniens est magis inseparabile. Non, inquam, inferas; quia perfectio filiationis desumitur pènes excellentiorem formam, quę præstatur, & pènes excessum hæreditatis, ad quam quis assumitur. Ad 2. probat. Respond. Vitam æternam appellari gratiam, non quidem formaliter, sed radicaliter; quia datur propter gratiam, in qua radicatur. Undè Deus donans gloriam iure hæreditatis perseveranti in gratia, est liberalis liberalitate in radice illius, licèt non formaliter, loquendo per se, & attentis naturis rerum. Ad 3. Respond. Quod sicuti, ut collatio gloriæ sit novum beneficium supra gratiam habitualem, sufficit, quod de potentia absoluta possit separari ab illa; ita ut sit etiam à Deo misericorditer iustis promissa, sufficit eadem separabilitas. Præterquamquod: sicuti ratio gratiæ, aut doni gratuiti non desumitur per ordinem ad gratiam, sed per ordinem ad subiectum; (qua ratione auxilium efficax ad aliquando supernaturaliter operandum dicitur absolutè gratia, esto sit debitum gratiæ habituali; quia, scilicèt, est indebitum naturæ) ita similiter vita æterna absolutè dicitur misericorditer promissa homini iusto propter carentiam omnis debiti ex parte naturæ, sive subiecti.

Alteri occurrit.

Ad 2. probat.

Ad 3.

24 Obijcies 3. Nequit gratia habitualis præstare ius ad gloriam per modum hæreditatis, absque promissione Divina, & illius ordinatione superaddita infusioni gratiæ: ergò absque promissione Divina, quæ est favor extrinsecus, gratia non constituit hominem filium adoptivum Dei. Añs. probat. Non est minor proportio in operibus iustorum gratia, & charitate informatis, cum gloria per modum coronæ, quam in gratia, ut informante subiectum cum gloria ut hæreditate; sed non obstante ista proportione, in operibus iustorum non datur ius ad gloriam, ut coronam, absque promissione Divina, & illius ordinatione superaddita extrinsecè illorum entitati; ut est satis probabilis sententia: ergò non obstante proportione gratiæ habitualis cum gloria, ut hæreditate; nequit gratia habitualis præstare ius ad gloriam &c.

Arguit. 3.

25 Huic argum. Respond. aliqui, quod sicuti ad meritum de condigno gloriæ essentialis solum requiritur pactum superadditum, non per modum rationis formalis præbentis valorem meritorium; sed tantum per modum conditionis; ita similiter dicendum de iure adoptionis ad gloriam per modum hæreditatis provenienti à gratia habituali; videlicèt ad illud requiri favorem Divinæ promissionis, non quidem per modum rationis formalis, sed tantum per modum conditionis. Ex quo non sequi-

1. Solut.

quitur gratiam secundum sibi intrinseca non esse sufficientem, constituere filium adoptivum Dei per modum formæ ; quemadmodum de meritis gratia informatis verificatur secundum sibi intrinseca, fundare ius ad gloriam per modum coronæ, licet requirant aliquid extrinsecum per modum conditionis. *

26 Hæc tamen solutio non placet 1. Nàm id, quod nec per modum conditionis requiritur, ut gratia habitualis constituat hominem spiritualiter genitum à Deo, non requiritur per modum conditionis, ut illum reddat filium adoptivum Dei ; sed promissio divina, aut quilibet alius favor extrinsecus superadditus gratiæ, non requiritur, etiam per modum conditionis, ut hominem reddat spiritualiter genitum à Deo : cum omni extrinseco favore secluso, gratia sit participatio naturæ divinæ sub ratione naturæ : ergò non requiritur, ut reddat hominem filium adoptivum : ergò nec, ut ei præbeat ius ad gloriam. 2. Nàm ponere requiri per modum conditionis ordinationem, aut promissionem divinam dandi gloriam iustis perseverantibus usque in finem, solum potest verificari in casu, pro quo ad filiationem adoptivam requiratur ius ad divinam hæreditatem, dicens infallibilem connexionem cum gloria ; secus vero, si solum sit necesse pro filiatione adoptiva ius solius connaturalitatis ad illam. Atqui nulla est ratio, ut homo sit filius adoptivus Dei, quod habeat ius infallibiliter connexum cum gloriæ consequutione ; siquidem hoc ipso quod ratione gratiæ connaturaliter debeatur gloria, est Deo amicabiliter dilectus : ergò. Denique ; Nàm ponere divinam promissionem requiri per modum conditionis non vero præbentem aliquam condignitatem gratiæ in ordine ad gloriam per modum hæreditatis, non est ad mentem D. Scoti, quē in præsenti impugnamus, pro quo videatur idem Mag. tract. de merito iusti à num. 1155. inter opera M. Ferre.

Non placet 1.

Secundò.

Tertio.

27 Hac igitur solutione omissa, aliter. Resp. reddendo disparitatem. 1. Nàm ius meritorium non solum est ius connaturalis exigentiæ ad gloriam ; sed ius, & debitum legale proveniens ex ordinatione divina ; siquidem Deus nequit agere contra ius meritorii, alias non esset iustus : undè necesse est ponere ad ius meritorium, statutum, & ordinationem Dei, ultra condignitatem intrinsecam operis meritorij. Quod efficaciter colligitur ex D. Thom. 1. 2. q. 112. art. 3. ad 1. ubi illa verba glossæ ad Rom. 5. *Deus recipit eum, qui ad se confugit, aliter esset in Deo iniquitas.* Sic exponit dicens: *Dicendum quod Glossa loquitur de illo, qui confugit ad Deum per actum meritorium lib. arb. iam gratia informati, quem si non reciperet, esset contra iustitiam, quam ipse statuit.* Ex quibus constat ius meritorium de condigno inducere debitum legale, proindeque requirens in Deo ordinationem, conferendi præmium sub conditione meriti, & insuper tale ius inducere infallibilem connexionem cum gloria, quæ deficiente ordinatione divina subsistere nequit. 2. ratio discrim. est : quia bona opera, etsi procedentia à gratia, & illa moraliter dignificata, non habent inducere aliquod ius ad gloriam per modum coronæ : secluta divina ordinatione, ut videre est in bonis operibus animarum existentium in purgatorio. Et ut plures probabiliter sentiunt, idem videre licet in Noe, & Elia, quorum operationes, & si excellenti honestate præditæ, & à gratia habituali procedentes, non inducunt debitum morale in Deo conferendi gloriam per modum coronæ. Deindè ; Nàm opera hominis iusti sunt debita Deo pluribus titulis ; scilicèt gratitudinis, tupremi dominij &c. Undè ut inducant debitum morale ad gloriam per modum coronæ non sufficit ordinatio iuclusa in collatione gratiæ, ut est principiū boni operis ; sed requiritur decretum conditionatum conferendi præmium pro operibus gratia dignificatis. Oppositum autem, oppolita de causa contingit in gratia habituali, quæ cum de se sit participatio naturæ divinæ, & semen Dei, fonsque aquæ

Verior solutio.

sa-

salientis in vitam æternam; decretum conferendi gratiam habitualem, est decretum generandi spiritualiter hominem, & conferens ius connaturalis exigentiæ ad gloriam per modum hæreditatis.

28

Illatio ex dictis.

Hinc inferes ad meritum de condigno non sufficere æqualitatem in valore cum præmio; ut videre est in actibus animæ separatæ, & iustificatæ respectivè ad gloriam, quam tamen non promerentur; & similiter in operibus Christi Domini relatè ad redemptionem: Dæmonum. Undè ulterius requiritur ius, & debitum legale consequendi præmium; quod sine pacto, promissione, aut decreto superaddito, non subsistit. Ex hoc autem minimè incidimus in sententiam Scoti requirentis ad meritum de condigno ultra decretum conferendi gratiam, & bona opera, aliud decretum promissivum gloriæ per modum acceptationis præbens bonis operibus valorem, & dignitatem, ut sint meritoria de condigno vitæ æternæ. Quod si quis velit distinguere inter esse *filium adoptivum Dei, & esse dignum hæredem vitæ æternæ*, poterit cum M. Serna ubi supra dicere; ad primum nullam requiri ordinationem, sive decretum conditionatum dandi gloriam distinctum à decreto collativo gratiæ habitualis etiam per modum conditionis; eo quod ut diximus in antec. sine tali decreto gratia constituit hominem spiritualiter genitum, in quo consistit ratio filij; at vero ut homo iustus sit hæres gloriæ, sive habeat ius, & debitum recipiendi hæreditatem gloriæ, requiritur ordinatio, aut promissio superaddita. Ratio huius est; quia ius hæreditatis non procedit ex generatione, aut ex filiatione purè ex natura rei, sed dependenter à legibus, iuxta quas plures sunt filij, qui hæredes non sunt, ut constat ex illo Pauli ad Galat. 4. *Non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ*; & similiter lib. Iudicum cap. 11. *Hæres in domo Patris nostri &c.* Quod si iuxta Paulum dicitur: *Si filij, & hæredes*, loquitur secundum præsentem providentiam, in qua Deus promisit gloriam homini iusto sub conditione perseverantiæ.

Dices: Si gratia pręberet ab intrinseco homini verum ius ad gloriam, non posset Deus iuste privare gloria illum tali gratia ornatum: sed hoc est falsum: ergò. Probat. min. Potest Deus decernere dare gloriam homini solum sub conditione innocentiæ, sive sub conditione quod numquam læthaliter peccet. Deficiente hac conditione propter lapsum; potest homo iustificari, ut patet, cum tale peccatum non sit irremissibile, nec intrinsecè, nec extrinsecè. Et tamen talis homo punietur à Deo privando ipsum gloria, ut constat ex vi talis decreti: ergò. Respond. Tunc casus denegationem gloriæ non fore strictè pœnam peccati, quo statum innocentiæ amisit; cum illud foret perfectè remissum etiam in ratione demeriti sequuta ad illius malitiam aversivam. Rursùs quia peccatum remitti est iuxta D. Th. 1. 2. q. 113. art. 2. Deum pacari; quæ pax nequit subsistere, si Deus se ostenderet, ut indignatum puniens damnat. æterna sub ratione pœnæ. Quare tunc negaret gloriam tanquam beneficium in debitum; se habente ratione indebiti tanquam motivo; amissione vero innocentiæ, ut conditione. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. Mag. ubi præced.*

29

Instabis.

Ripalda tom. 2. disp. ult. n. 305.

Respond.

DU-

DUBIUM V.

AN VT GRATIA CONSTITVAT hominem iustum, & sanctum positivè, requiratur aliquis favor extrinsecus ex parte Dei?

§. I.

CONCLUSIO EST NEGATIVA, ET PROB.

N. 1 NON disputatur in præsenti: An gratia indigeat favore extrinseco, ut remittat peccatum; quæ remissio dicitur effectus negativus iustificat? sed solum de effectu positivo fit sermo; an scil. grat. sua natura sit vera sanctitas, & iustitia; an vero indigeat aliquo favore superaddito, quo sit, vel perficiatur, & compleatur in ratione sanctitatis? Hic autem favor potest consistere, vel in ordinatione ad vitam æternam; vel in speciali complacencia entitatis gratiæ; cuius intuitu potest Deus hominem reputare ut sanctum, & sibi specialiter dilectum. Supponimus ut fide certum formam, qua de facto iustificamur positivè, esse donum intrinsecum realiter nobis inhærens; scilicèt, gratiam; sive hæc sit realiter à charitate distincta; vel non, ut vult Scotus. Undè difficultas est circa dignitatem, & perfectionem convenientem prædictæ qualitati in ordine ad sanctificandum; an videlicèt, hunc effectum habeat ex specie sua; sicuti albedo ex specie sua facit album; an vero pro tali effectu requirat aliquem favorem Dei augentis eius valorem, & dignitatem: sicuti valor metalli augetur ex voluntate principis. Conclusio est communis contra Nominales, & Scotistas; qui licèt asserant gratiam habitualem suapte natura iustificare, dicunt hoc esse verum de gratia habituali, ut nomine *gratiæ* significatur; quæ prout sic includit favorem Dei; secus tamen de entitate, aut qualitate, quæ dicitur gratia; si secundum sibi intrinseca consideretur.

Advert.

AA. pro opposita tent.

Probat. 1. ex dictis Dub. anti. 2
Forma, quæ ex specie sua constituit hominem filium Dei adoptivum, ex specie sua reddit illum sanctum, & iustum; sed huiusmodi se habet gratia habitualis, ut probatum relinquimus: ergò ex specie sua habet reddere hominem iustum, & sanctum. Maior est certa ex definitione iustificationis tradita à Trident. ubi pro termino adquem, quæ est iustitia, & sanctitas, ponit etiam statum adoptionis filiorum Dei. Deindè: Quia plus est reddere hominem filium adoptivum Dei, quam iustum, & sanctum; plures enim satis probabiliter tuentur actum charitatis, & visionis Beatæ, obtinere veram rationem sanctitatis; cum tamen non reddat hominem spiritualiter genitum à Deo; cum ex vi actus dilectionis, aut visionis claræ Dei, non participent naturam Divinam in ratione naturæ. Undè licèt ratio adoptionis includat actu sanctitatem habitualem, & excellentiorem; non tamen omnis sanctitas est adoptio: ergò si gratia non indiget favore, ut hominem reddat filium adoptivum &c. Nec ex hoc inferas præsentem conclusion. esse inutilem suppositæ veritatæ primæ; siquidem gratia adoptionis dicit necessario rationem sanctitatis, & addit aliquam digni-

1. Ratio.

ta-

tē ſupra munus ſanctitatis, aut iuſtitiæ ut ſic. Non inquam inferas. Nàm licet ſit recta conſequentia ab una ad alteram, adſunt tamen rationes ſpeciales pro eis, & ex diverſis principijs deductæ. Undè ad veram intelligentiam aliquorum teſtimoniorum Sacræ Scripturæ deſcribentis noſtram iuſtificationem titulo *nativitatis*, *& filiationis ſpiritualis*, *& titulo ſanctitatis*, *& iuſtitiæ*, & inſuper titulo *veræ amicitiæ*; valdè conducit examinare perfectionem convenientem entitati gratiæ habitualis ad omnia munera recenſita præſtanda.

3 Secunda ratio.

Prob. 2. ex Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. ubi de cauſa formali noſtræ iuſtificationis ita inquit: *Demum unica cauſa formalis noſtræ iuſtificationis eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua iuſtos nos facit; qua videlicet ab eo donati renovamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modo reputamur, ſed vere iuſti nominamur, & ſumus: iuſtitiam in nobis recipientes, unuſquiſque ſuam ſecundum menſuram, quam Spiritus S. partitur ſingulis prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem.* Ubi plura habetur 1. cauſam formalem noſtræ iuſtificationis, ſive per quam formaliter denominamur iuſti, eſſe unicam. 2. illam non eſſe iuſtitiam, qua Deus in ſe iuſtus eſt, ſed ab ipſo effective provenientem. 3. huiuſmodi iuſtitiam recipi iniuſtificatis iuxta diſpoſitionem uniuſcuiuſque. 4. per illam hominem interius renovari ſecundum ſpiritum. Hæc autem efficaciter probant qualitatem gratiæ habitualis ſuaptè natura, & ſine ullo favore extrinſeco ſuperaddito reddere hominem formaliter iuſtum.

Ponderatur.

4 Formatur diſcurſus.

Pro quo ſuadendo ſic argum: Id, quod ex ſpecie ſua eſt iuſtitia hominis coram Deo, non indiget ullo favore extrinſeco Dei, ut hominem reddat formaliter iuſtum; ſed huiuſmodi eſt donum gratiæ habitualis: ergò non indiget ullo favore extrinſeco &c. Mai. conſtat, & min. prob. donum gratiæ habitualis eſt iuſtitia hominis coram Deo, prout ab ipſo effective provenit; ſed id, quod convenit gratiæ habituali, prout eſt donum à Deo effective proveniens, convenit ipſi ex ſpecie ſua: ergò donum gratiæ habitualis ex ſpecie ſua eſt vera iuſtitia hominis coram Deo. Min. conſtat & mai. prob. ex illis verbis Concil: *Cauſa formalis noſtræ iuſtificationis eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit.* Donum gratiæ habitualis eſt ſanctitas, ſive iuſtitia hominis apud Deum, quatenus per illam Deus vere nos facit iuſtos; ſed iuſtitia, per quam Deus vere facit nos iuſtos, eſt iuſtitia ut à Deo effective proveniens: ergò donum gratiæ habitualis obtinet rationem iuſtitiæ, quatenus effective provenit ab ipſo Deo.

5 Confirm.

Confirm. & urgetur hæc ratio. Donum gratiæ habitualis ita obtinet rationem iuſtitiæ hominis coram Deo, ut verificetur *Deum eſſe cauſam efficientem principalem noſtræ iuſtificationis*; ſed ſi gratia indigeret favore extrinſeco, ut illa obtineret veram rationem iuſtitiæ formalis, non verificaretur Deū eſſe cauſam efficientem principalem noſtræ iuſtificationis: ergò ſine ullo favore extrinſeco obtinet veram rationem iuſtitiæ. Mai. conſtat ex Trid. ubi ſupr. miro ordine deſcribente omnes cauſas noſtræ iuſtificationis; inter quas enumerat *iuſtitiam nobis donatam pro cauſa formali, & Deum pro cauſa efficiente*; utraque enim cauſalitas continetur in illis verbis: *Iuſtitia Dei, qua Deus nos iuſtos facit.* Min. vero nequit verificari Deum eſſe cauſam efficientem principalem noſtræ iuſtificationis, ſi id, à quo gratia obtinet veram rationem iuſtitiæ, non eſt à Deo, ut cauſa efficiente principali; ſed favor extrinſecus, à quo iuxta Adverſ. habet, quod donum gratiæ habitualis obtineat veram rationē iuſtitiæ corā Deo non provenit ab ipſo, ut à cauſa efficiente principali; cum talis favor ſit actus divinæ voluntatis acceptantis hominem hominem ad vitam æternam, vel illū reputantis, ut ſibi ſpecialiter gratum, & dilectum: ergò &c.

Urgetur. Urgetur, & brevius: Deum esse causam efficientem principalem nostræ iustificationis, est illum esse causam efficientem principalem iustitiæ, qua vere, & formaliter sumus iusti; quis hoc neget? Sed Deus solum est causa effectiva principalis entitatis gratiæ habitualis; nullatenus vero favoris extrinseci, ut est evidens: ergò vera ratio iustitiæ convenit dono gratiæ habitualis independenter ab ullo favore extrinseco ex parte Dei.

6 Dices 1. illa verba Concilij, scilicèt *Deum esse causam efficientem principalem nostræ iustificationis*, non esse accipienda de iustificatione, sive iustitia adæquatè sumpta, prout illa includit complexū ex entitate gratiæ habitualis, & favore extrinseco, ut bene probat argumentum; sed intelligenda esse de iustitia inadæquatè sumpta, prout dicit entitatem gratiæ, cui Deus gratis annectit favorem extrinsecum, ut veram rationem iustitiæ sortiatur. Et hoc sufficit, ut absolutè dicatur, Deum nobis infundere, & esse causam principalem effectivam nostræ iustificationis. Hoc videtur innegabile in sententia Thom. negantium modum unionis inter materiam, & formam; siquidem homo nec effective producens materiam, nec effectivè producens animam, dicitur absolutè esse causam productivam hominis, eo quod activè unit animam rationalem materiæ 1. ergò ut Deus sit causa vere effectiva nostræ iustitiæ, non est necesse, quod etiā effective producat favorem sui extrinsecum; sed sufficit, infundere nobis entitatē gratiæ, & ei moraliter activè unire favorem extrinsecum constituentem ipsam in ratione formæ iustificantis. Quæ solutio roborari potest in alijs concretis, de quibus verificatur illa produci effective; quin omnes partes illius effective producantur, imò verificatur cum sola productione illius, quod se habet de materiali in tali concreto: ut videre est in homine effective producente offensam infinitam peccati læthalis, & tamen forma, à qua provenit infinitas offensæ, scilicet Maiestas Divina, nullatenus effective produci valet à peccatore.

Prima respons.

Roboratur exemplis.

Sed contra est 1. Iuxta doctrinam Concil: iustitia adæquatè sumpta est à Deo, ut à causa effectiva principali: ergò illa adæquatè consistit in entitate gratiæ habitualis. Añs. prob. Iustitia, prout est unica causa formalis nostræ iustificationis, est iustitia adæquatè sumpta; sed iustitia, prout est unica causa formalis nostræ iustificationis, est à Deo, ut à causa efficienti principali: ergò. Mai. in primis videtur innegabilis; Nam iustitia, prout est unica causa formalis nostræ iustificationis, est iustitia, qua unice formaliter sumus iusti; sed iustitia unice iustificans per modum formæ est iustitia adæquatè sumpta; alias illa non esset unice, hoc est, tantum iustificans formaliter: ergò. Deinde. Esse unicam causam formalem nostræ iustificationis est esse causam formalem, totalem sive adæquatam illius: ergò est iustitia adæquatè sumpta. Ulterius. Nam iuxta Adv. ponentes iustitiam, qua homines formaliter iustificantur, coalescere ex gratia habituali, & favore extrinseco Dei, nequeunt ponere unitatem simplicitatis in causa formali nostræ iustificationis: ergò solum adstruere valent unitatem compositionis; proindeque iustitia, ut unice formaliter iustificans, est iustitia adæquatè sumpta. Min. etiam constat ex ipso contextu Concil: sic aientis: *Unica causa formalis nostræ iustificationis est iustitia Dei, qua Deus nos iustos facit.* Sed iustitia, qua Deus nos iustos facit, est iustitia à Deo effective proveniens: ergo &c. Et item quia est iustitia nobis data: undè ait: *qua videlic: donati.* 7

Impugn: 1. radicitur.

2. & prob. idem assumpt. Si Deus est causa efficiens principalis, nostræ iustificationis adæquatè sumptæ, iustitia adæquatè sumptæ consistit in gratia habituali, iuxta veritatem, & doctrinam solutionis datæ; cum favor extrinsecus in actu divinæ voluntatis consistens, nequeat à Deo effective in tēpu veroprovenire: sed 8

Secundò impugn:

sed res ita se habent : ergò iustitia adæquatè consistit in dono gratiæ habitualis. Min. prob. 1. Nàm dicere, quod, dum Concil: describit omnes causas nostræ iustificationis, sive iustitiæ, qua formaliter iustificamur, non ennumerat illas pro iustitia adæquatè, sed tantũ inadequatè accepta est voluntarium, & rursus; quia diminutè processisset Concil. 2. Nàm eodem tenore, quo asserit causam efficientem iustificationis esse Deum, asserit causam meritoriam illius, esse Christum Dominum, mediante sua passione: & item causam finalem esse gloriam Dei, & vitam æternam. At qui Christus Dominus est causa meritoria iustificationis adæquatè sumptæ; similiterque iustificatio adæquatè sumpta ordinatur in gloriam Dei, tanquam in causam finalem: ergò dum asserit Deum esse causam effectivam nostræ iustificationis loquitur de iustificatione adæquatè sumpta. 3. Nàm dum Concil: asserit Deum esse causam efficientem princip: nostræ iustificationis, loquitur de iustificatione, *prout est sanctificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, unde ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus*, * *sed iustificatio prout dicit sanctificationem, & renovationem interioris hominis, per quam homo fit iustus, & amicus Dei* est iustificatio adæquatè sumpta;* cum iuxta Adversˢ. gratia habitualis sine favore extrinseco, nec actu *sanctificet*, nec hominem Dei vere *amicum* constituat: ergò iustificatio adæquatè sumpta, & non tantum partialiter accepta pro entitate gratiæ, provenit à Deo, ut à causa princip: effectiva. Mai. In qua potest esse difficultas, constat ex ipso textu Concil. ubi cap. 7. post verba supra relata, in quibus asserit *iustificationem esse sanctificationem, per quam homo fit iustus, & Deo amicabiliter dilectus, & hæres vitæ æternæ*, immediatè subdit: *Huius iustificationis causæ sunt, finalis, gloria Dei, efficiens misericors Deus &c.* ergò dum Concil: assignat iustificationi causam effectivam, loquitur de iustificatione adæquatè, & non tantum inadæquatè sumpta.

Prob. min 1.

Secundo.

Tertio, & urgetius.

Nec exempla adducta in solutione aliquid probant. Fatemur enim sufficere, ut aliquod concretum proveniat ab aliquo, ut à causa vere effectiva, unionem formæ cum subiecto, ab ipso active procedere, ut videre est in homine vere generante hominem, & in peccatore active offendente Deum simpliciter infinitè, & in Christo Domino elicienti merita valoris simpliciter infiniti. * Cæterum si influxus effectivus agentis terminetur formaliter, & appellet immediatè non supra concretum, sed supra formam constitutivam illius, & quasi in abstracto acceptam, necesse est ad veram effic: nedũ unionẽ formæ, & subiecti provenire effective ab agente, verum & ipsam formam quoad sui speciem acceptam. Sic contingit in præsenti. Nàm non solum Concil: asserit ibi Deum *efficere homines iustos, sibique amicabiliter dilectos*, verum expressis verbis asserit; *iustitiam, qua homo formaliter iustus, & amicus Dei constituitur, provenire à Deo*, ut à causa efficienti, *ipsamque iustitiam in nobis intrinsece recipi*, ut ex verbis in 1. ratione adductis constat. Undè necesse est, quod si iustitia in abstracto sumpta consistit in entitate gratiæ, & favore extrinseco Dei, utrumque vere sit effective à Deo, ut verificetur dicta propositio Concilij. Quod roboratur retorquendo ad hominem exempla nobis adducta. Quia enim merita Christi Domini duplicem valorem, & dignitatem habent; unam ex obiecto, alteram ex persona Verbi, non conceditur ab aliquo Thom. * dignitatem, sive valorem convenientem meritis ex persona verbi tanquam à forma, provenire effective à Christo Domino. * Similiter nec ab ullo Thom. conceditur * quod valor operum Christi Domini adæquatè sumptus provenit ab illius Pers: * solum enim conceditur,

9

Exempla adducta in solut: refelluntur.

* Sic sentiunt aliqui cum Ill. Godoi alij vero negant.

Retorquẽtur.

quod valor sumptus ex obiecto; hoc modo effective à voluntate in procedat. Idem dicendum de gravitate offensæ, distinguendo inter gravitatem desumptam ex obiecto, & inter gravitatem desumptam ex persona offensa. Cum ergò Concil. iuxta superius adducta asserat: *iustitiam Dei unice, & adæquate nos sanctificare per modum causæ formalis*, & insuper *iustificationem, prout est sanctificatio, provenire à Deo, ut à causa efficienti*, non apponendo aliquam restrictionem; sed loquendo de illa secundum conceptum formalem, & munus actualis iustificationis: fatendum est, iustitiam sumptam adæquatè, & quoad sui constitutiva in esse iustitiæ, provenire à Deo ut nobis illam effective infundenti.

10 Tertia ratio.

Prob. 3. conclusio insistendo illis verbis Concil. *Causa formalis nostræ iustificationis est iustitia Dei, qua ab eo donati renovamur spiritu mentis nostræ, & per quam vere iusti sumus*: & insuper illis verbis: *Iustificatio non est sola peccatorum remissio, sed sanctificatio, & renovatio interioris hominis.* Quæ verba desumpta sunt ex varijs testim. Sacræ Scripturæ, in quibus iustificatio describitur per interiorem renovationem mentis, ut constat ex illo Paul. ad Ephesios 4. *Renovamini spiritu mentis vestræ*: & ad Titum 3. & ex illo: *Sion renovaberis*, ubi promittitur infusio gratiæ iustificantis propter adventum Christi. Et ex illo Psalm. 40. *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis*: & Psalm. 103. *Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis &c.* Ex quibus sic argumentor. Gratia habitualis est causa formalis nostræ iustificationis, quatenùs est donum Dei, quo homo interius renovatur secundum spiritum; sed gratia habitualis gaudet hac perfectionem secundum sibi intrinseca, & non ratione alicuius favoris extrinseci: ergò gratia habitualis ratione sui, & independenter à favore extrinseco, est forma sanctificans. Mai. constat ex testim. supra adductis, & min. prob. 1. Hominem renovari à Deo interius secundum spiritum, est accipere à Deo *novum esse interius spirituale, & divinum*; sed gratia habitualis secundum sibi intrinseca, habet constituere hominem in quodam esse spirituali, & divino interius perficienti animam; cum sit secundum sui naturam, *qualitas divina*, ut loquitur Catheciſm. Rom. & insuper sit *forma spiritualis, & consortium, sive imitatio Deitatis*: ergò secundum sibi intrinseca &c. Prob. 2. eadem min. Gratia habitualis nequit esse forma renovans interius hominem secundum spiritum, ratione illius doni, quod est pure extrinsecum homini: effectus enim formalis intrinsecus nequit à forma pure extrinseca provenire. Sed sic se habet favor extrinsecus Dei ordinantis hominem ad vitam æternam, vel specialiter complacentis in homine reputando illum, ut sibi gratum, & filium adoptivum: cum favor Dei, quocumque modo acceptus sit actus divinæ voluntatis: ergò quod gratia sit renovatio interioris hominis habet secundum sibi intrinseca, & non à favore extrinseco ei superaddito.

11 Urgetur.

Urgetur. Favor extrinsecus Dei, aut est forma interius renovans hominem secundum spiritum, saltim inadæquatè; aut talis renovatio adæquatè provenit à dono intrinſ. gratiæ habitualis, tanquam à forma unica? 1. repugnat, 2. firmat nostram sententiam: ergò gratia habitualis ratione suæ entitatis, & non ratione favoris est forma sanctificans. Minor quoad 1. partem constat; Nàm id, quod nullum esse spirituale, & divinum intrinsecum præstat animæ, nequit adhuc inadæquatè interius per modum formæ eam renovare. Sed sic se habet favor Dei acceptantis, vel ordinantis hominem præditum gratia habit: ad vitam æternam: ergò nec inadæquatè per modum formæ concurrit ad renovationem hominis internã secundũ spiritum. Nec fieri potest recursus ad aliquod esse morale intrinsecũ pro-

Prima pras min. constat 1.

Secundo. proveniens à tali ordinatione divina. Non inquā fieri potest: quia hoc apprehendere est efformare aliquod ens rationis, apprehendendo scilicet actum divinæ voluntatis, ut formam intrinsecam animæ; unde iustificatio inadæquate consisteret in aliquo tantum habenti esse perfectionem intellectus. Tùm quia per iustificationem homo de facto *vere, & proprie* renovatur interius secundum spiritum, & non tantum *æquivalenter, aut purè in prudentū existimatione*, alias testimonia Sacrę Script: exprimentia sanctificationem per talem renovationem impropriè acciperentur. Præsertim, quia nulla

Tertio. res vere, & strictè talis, potest diffiniri vera definitione per id, quod tantum est moraliter, sive reputative, aut æquivalenter tale; atqui sanctificatio sic definitur à Concilio: ergò loquitur de vera, & propria interiori renovatione; proindeque, nec inadæquatè provenienti à favore extrinseco.

Quoad 2. partem probatur. Iustificatio adæquatè sumpta exprimi-

12 tur à Tridentino per interiorem hominis renovationem secundum spiritum: ergò si talis renovatio unice provenit à gratia, ab illa unicè

Secunda pars prob ut à forma proveni nostra iustificatio. Añs. prob. Unica causa formalis nostræ iùstificationis est iustificatio adæquatè sumpta; sed iuxta Concilium unica causa formalis nostræ iustificationis *est iustitiæ donum, quo homines donati renovantur interius secundum spiritum*, ut verbis citatis in anteced: expresè docet:

Urgetur, & prob. eadē pars ergò. Idem urgeri potest ex testim. Sacræ Script. in quibus *sanctitas* solum exprimitur *per interiorem renovationem spiritualem animæ*, nulla facta mentione alicuius favoris extrinseci ei superadditi, ut illa videnti constabit: ergò asserere renovationem interiorem secundum spiritum à sola gratia habituali provenire, non vero rationem sanctitatis est contra scripturam, & Concilium. His accedunt illud Pauli ad Titum 3. Deus *secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus Sancti, ut iustificati gratia ipsius simus hæredes vitæ æternæ.* Et illud ad Galatas 5. *In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, sed nova creatura.* Idem ergò est renovari hominem secundum spiritum, ac illum esse iustum, & sanctum: ergò si favor extrinsecus non renovat hominem, non ingreditur ad sanctificat.

Sed notandum non quamcumque interiorem renovationem hominis esse illius sanctificationem; sed solum eam, quæ dicitur secundum spiritum, sive secundum animam, quatenus est spiritualis, & ad imaginem Dei creata. Hæc autem renovatio fit adæquate per illam formam, per quam assimilatur Deo secundum sui naturam; hoc est, secundum quod est vita purissima radicans virtualiter cognitionem, amorem, & alias actiones ipsius. Nàm sicuti anima nostra secundum esse naturale dicitur esse ad imaginem Dei, quatenus illum imitatur in gradu vitæ intellectualis principiantis cognitionem, & amorem naturalem Dei; ita renovatur inordine gratiæ accipiendo novam imaginem recreationis imitando naturam divinam, ut est principium intuitive videndi, & amandi se ipsum, ut est Author gratiæ. Ex hac renovatione derivatur, & renovatio secundum intellectum per virtutem fidei, & dona Spiritus Sancti in gratia radicata; & item renovatio secundum voluntatem per habitum charitatis, & alias virtutes, & dona Spir: S. perficientia partem affectivam; & tandem consequitur renovatio secundum utrumque appetitum sensit: per virtutes morales infusas à gratia dimanantes. Ex quibus constat solam gratiam esse formam ex se sanctificantem, cum ab illa proveniat prima, & principalis renovatio hominis: & insuper constat non posse negari hominem sic interius renovatum esse vere iustum: cum evidenter appareat illum esse simpliciter perfectum; formaliter quidē secundū animam, & radicaliter se-

13 Qnænam renovat: sufficiat ad sancti:

cundum omnes potentias illius per ordinem ad Deum, ad se,& ad proximum, iuxta diversa officia virtutum, & donorum. Nec inferas prædicta dona pertinere ad rationem sanctitatis, ex quo Concilium asserat *talem renovationem fieri per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum.* Non inquam inferas; Nàm loquitur de illa completè, & integraliter sumpta, & hoc modo etiam virtutes, & dona pertinent ad sanctificationem sumptam completè, licèt non ad sanctificationem quod sui essentiam. Eodem modo debet exponi dum Canon: 11. ait: *Requiri gratiam, & charitat: diffusam per Spirit: S.* ad sanctificationem: si charitas accipiatur strictè pro virtute Theologica.

Occurritur cuidã instantiæ.

§. II.

Alia ratio desumpta ex Trident.

14 PRob. 4. Conclusio alia ratione desumpta ex illis verbis Concil. *Unica causa formalis nostræ iustificationis est iustitia Dei &c.* gratia habitualis infusa homini est formalis causa nostræ iustificationis; sed hoc ipso secundum sibi intrinseca habet rationem formæ iustificantis: ergò gratia habitualis secundum sibi intrinseca &c. mai. Salva fide videtur innegabilis, tùm quia alias unica causa formalis nostræ iustificationis esset favor extrinsecus Dei, quod est damnatum à Concil. tum quia causa formalis nostræ iustificationis est iustitia Dei, quam ab ipso donante recipimus; sed huiusmodi est gratia habitualis: cum sola illa cum alijs donis supernaturalibus diffundatur in cordibus nostris: ergò. min. vero prob. Si gratia habitualis est causa formalis nostræ iustificationis præbet effectum formalem sanctitatis per sui intrinsecã communicationem, cum causa formalis non aliter præstet suum effectum: ad distinctionem causæ efficientis, finalis, & exemplaris. Sed id quod provenit à gratia per sui intrinsecam communicationem, provenit ab illa secundum sibi intrinseca: ergò. Si &c.

Qu arta ratio.

Urgetur hæc ratio. Si gratia habitualis est forma sanctificans, hominem esse sanctum est effectus formalis illius; sed hoc ipso secundum sui naturam obtinet rationem sanctitatis: ergò. prob. minor: si hominem esse sanctum est effectus formalis gratiæ habitualis, esse sanctum est quid realiter indistinctum ab ipsa gratia habituali: cum effectus formalis formę sit ipsaforma subiecto communicata. Sed id,quod præstatur à gratia habituali, ut quid realiter indistinctum ab ipsa, præstatut ab illa secundum sui rationem: ergò si &c. Ulterius. Vel id, quod præstatur à gratia habituali, proùt est qualitas spiritualis, & in tali specie constituta, est intrinsece de linea sanctitatis, vel non? si 1. ergò gratia habitualis secundum sibi intrinseca, & prout est qualitas spiritualis, obtinet rationē formæ sanctificantis. Si 2.ergò omnis perfectio de linea sanctitatis est extrinseca gratiæ habituali secundum sui naturam consideratæ: ergò tota ratio sanctitatis est favor extrinsecus realiter distinctus à natura gratiæ habitualis; sed tota ratio sanctitatis est causa formalis adæquata, sive unica sanctificationis: ergò unica, & totalis causa formalis iustificationis est favor extrinsecus: quod salva fide videtur non posse concedi iuxta doctrinam Tridentini. 15 Urgetur. Ulterius.

Mirum est, quantum hoc argutum torqueat Adversˑ. varijsque solutionibus connentur illud solvere. Respond. gratiam habitualem dici causam formalem iustificationis; quin per hoc ratione suæ naturæ, & secluso omni favore extrinseco, habeat constituere hominem iustum, & sanctum: quia videlicèt solum est causa formalis moralis, non physica, ad quam sufficit, quod ratione suæ naturæ, dicat quandam proportionē,& aliqualē exigentiam, ut Deus intuitu suæ excellentiæ annectat favorem extrinsecum acceptationis, vi cuius reddat hominem iustum, & sanctum. Undè illa pro- 16 Resp. Ad versˑ.

propositio: *effectus formalis formæ est realiter ipsa forma*, & iterum: *effectus formalis præstatur à forma per sui intrinsecam cõmunicationẽ, & informationem* tenet in effectu formali præstito à causa formali physica, non vero à causa formali morali: ad hanc enim sufficit, quod per sibi intrinseca dicat exigentiam, & condignitatem ad id, quod ratione sui præstat talem effectum formalem.

17 Impugn: 1. munus causæ moralis.

Hæc tamen solutio deficit 1. Nàm si gratia habitualis solum est causa formalis moralis nostræ iustificationis, sequitur, aut nullam dari causam formalem physicam illius, aut eam esse favorem pure extrinsecum Dei; sed primum videtur aperte falsum: secundum vero valde periculosum in fide: ergò præfata solutio nullatenus sustineri debet. Minor quoad 1. partem probatur: hominem esse positive iustum, & sanctum est quid positivum supernaturale de linea physica, hoc est vere intrinsece, & realiter afficiens hominem; sed hoc ipso repugnat nullam dari causam formalem physicam nostræ iustificationis; cum omnis affectus præsertim formalis debeat proportionari cũ sua causa: ergò dicere nullam dari &c. Maior videtur certa; tum quia esse positive sanctum dicit iuxta Concilium renovationem *interiorẽ animæ secundum spiritum*; tùm quia esse positivè sanctum est recipere per realem physicam inhærentiam iustitiam Dei diffusam per Spiritum Sanctum in cordibus nostris; tùm quia esse sanctum non est solum reputari, & prudenter æstimari, ut sanctum, sed vere *denominari*, & *esse sanctum*, ut ait Concilium; *tùm quia esse positive *sanctum est esse conversum permanenter ad Deum*, ut finem ultimum, & *potentem Deum redamare*, & *per bona opera consequi vitam æternam*; quæ omnia, quid physicum dicunt, & non solum æstimationem hominum apprehendentem esse sanctum quasi esset quid nobis intrinsecum vere, & realiter. Ex hac doctrina constat obiter valorẽ monetę posse provenire ex voluntate Regis, quia videl: est pure moralis, & in æstimatione humana, sive est valor pure imputativus, & civilis non sic se habet denominatio sancti.

* Vere iusti nominamur & sumus.

18 Prob. favoré non sanctific: physice.

Quoad 2. vero prob. Si enim favor extrinsecus Dei est causa formalis physica nostræ iustificationis, sequitur inordine ad sanctificationem hominis illum obtinere primatum, & cum maiori proprietate de ipso verificari esse formam sanctificantem, & nostram iustitiam: effectus enim formalis per prius, & principalius attribuitur illi perfectioni, à qua intrinsece, & secundum sui naturam præstatur immediatè, quam ei, aqua solum mediatè, & quatenus dicit aliquam congruentiam ad illius exhibitionem. Dicere autem quod sic se habet favor extrinsecus opponitur Concilio Tridentino asserenti * unicam causam formalem nostræ iustificationis esse iustitiam Dei in nobis receptam, & per quam interius renovamur secundum spiritum * cum nihil horum de favore extrinseco verificetur. Quod si dicatur Concilium loqui de causa formali morali, & non physica, est irrisorie exponere Concilium: cum relinquat intactam causam formalem principalem, & solum designet causam formalem secundum quid talem. Si enim describit causam effectivam strictè moralem, scilicet, meritoriam, & causam effectivam principalem physicam, scilicet, Deum, & causam physicè recipientem; cur non describit causam formalem physicam, si hæc est à iustitia nobis inhærenti realiter distinctæ? Rursus quomodo potest esse causa formalis physica nostræ iustificationis, id quod nobis solum moraliter applicatur, & extrinsecum imputari potest, qualiter se habet actus divinæ voluntatis ordinantis hominem in vitam æternam?

19 Prob. gratiam esse causam physic: formal:

Deficit 2. Nàm ponere gratiam habitualem esse causam formalem moralem nostræ iustificationis, quia ratione suæ excellentiæ habet congruitatem ad favorem extrinsecum, est ei attribuere causalitatem formalem impropriam. 1. quia etiam quodlibet donum supernaturale habet hanc congruitatem, vel

Secundò. saltim actus charitatis,& martyrium propter Deum. 2. quia hoc est confundere causalitatem meritoriam, vel dispositivam, cum causalitate formali; illa enim ratione dignitatis repertæ in operibus bonis movere potest ad hoc, ut Deus ulteriora dona conferat; quin propter hoc dici valeat meritum ad genus causæ formalis pertinere. Constat hoc in Maiestate Regis; quæ licet ratione suæ excellentiæ dicat congruentiam, & dignitatem, ut ei plura obsequia præbeantur, sivè etiam ut pluribus donis potiatur ad Regie, & magnifice operandum, non verificatur talem operandi modum provenire àMaiestate Regia ut à causa vere formali; sed tantum ut à causa dispositiva, vel efficienti moraliter: ergò ex quo gratia habitualis sit talis conditionis, ut sit digna favore extrinseco Dei, non probatur in vero sensu esse formalis nostrā iustitiā, & sanctitatem. Immò si ponitur vera condignitas ex parte gratiæ secundū sui naturam ad favorē acceptationis in vitam æternam; ponitur in illa secundum sui naturā vera ratio sanctitatis; cum per illam homo sit dignus acceptari ad vitam æternam: ergò placens Deo simpliciter, & ipsi gratus: iuxta illud: *qui dignos nos fecit &c.* & illud: *ut digni habeamini in Regno Dei &c.* Quapropter solum potest concedi in illa iuxta Adversi: aliqua ratio congruitatis, cum quo nequit componi sanctificare per modum causæ formalis.

Ad Coloss. 1. 1. Ad Thessal. 1.

19 Hucusq: dicta illustrantur.

Hæc omnia clariorem lucem accipient, si exemplum, quo utuntur Adversarij, ut explicent dignitatem gratiæ habitualis, & modum quo se habet in ordine ad sanctificationem; in medium proferamus. Illud desumitur ex moneta, cuius valor, & æstimabilitas desumitur à voluntate principis, & suo sygillo signata, licet præter huiusmodi valorem, negari nequeat etiā, metallum aliquem valorem, & æstimabilitatē intrinsecam in se habere. Idem cernere licet in alio exemplo Theologico, scilicet, meritorum Christi Domini, quorum valor personalis iuxta Thom. desumitur à persona verbi, ut à forma; licet habeant etiam valorem intrinsecum, sive ex honestate obiecti desumptum. Et in sententia Scotistarum constat idem assumptum, iuxta quos valor meritorius nostrum operum non provenit adæquate ex honestate operis, & sanctit: merentis; sed etiam, & præcipuè ex promissione Dei illa acceptantis, ut condigna vita æterna. Propter quod hi A. divinam ordinationem præmiandi nostra bona opera adstruunt, non ut puram conditionem, sed ut formam prædicta opera valorantem. His præmissis.

20 Ostenditur efficacia prob.

Nemo absolute proferet sequentes propositiones: *Unica forma valorans, & reddens formaliter monetā tanti æstimabilem, est pretiositas metalli ab intrinseco ei conveniens. Unica forma valorans, & dignificans nostra opera bona in ordine ad vitam æternam est illorum intrinseca bonitas moralis ex obiecto proveniens. Opera Christi Domini habent, quod sint meritoria, & satisfactoria pro peccatis nostris à rectitudine morali ipsis intrinseca, ut à causa unica formali.* Et hoc quidem propter doctrinam supra traditam, quia videlicet licet Adv. in exemplis adductis aliquem valorem intrinsecum concedant, & etiam aliquam rationem congruentiæ, ut ipsis super acrescat novus valor, & æstimabilitas; hoc tamen est insufficiens ad verificandam hanc propositionem: *unica forma valorans &c.* cum idem sit dicere: *est unica forma* valorans, ac forma *integre, & adæquatè valorans.* Nunc sic: atqui iuxta Trid. *Unica causa formalis nos iustificans est iustitia Dei, nobis donata, recepta in cordibus nostris, & à Deo gratuito illam infundente: & rursus: iustificatio est renovatio interioris hominis secundum spiritum per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, cuius unica causa formalis est iustitia Dei, qua nos iustos facit &c.* ergò si ultra entitatem gratiæ nobis intrinsece inhærentem, & à Deo infusam, requiritur favor extrinsecus Dei, illam elevans, & præbens valorem, & dignitatem, ut munus sanctitatis obtineat, prædictæ propositiones absolutè erunt falsæ; aut in sensu val-

valdè improprio debent interpretari.

21 Quod sic amplius urgeo, etiam admisso gratiam habitualem, & favorem extrinsecum Dei concurrere per modũ unius causæ formalis adæquatæ ad sanctificationem hominis. Siquidem de causa formali inadæquatè influenti in aliquem effectum; nequit verificari esse causam unicam formalem; quapropter hæc propositio (insistendo exemplis adductis) est absolutè falsa: *Moneta unicè habet valorem à voluntate Principis. Merita unicè valorantur à persona verbi, vel à promissione divina. Gravitas peccati unicè tanquam à forma desumitur à persona offensa*, & hoc quidem; quia cum ly *unica causa formalis* sit dictio exclusiva, est ponere causam formalem inadæquatè præstantem aliquem effectum, ac si esset causa formalis unica, & adæquata illius. Undè si Concil. sentiret, aut esset iuxta illius mentem, entitatem gratiæ, & favorem extrinsecum esse causas formaliter inadæquatè Nos iustificantes, non debuit asserere unicam causam formalem esse iustitiam in nobis receptam, nec pariter debuit silentio præterire sequentem propositi: *Favor extrinsecus Dei est causa formalis nostræ iustificationis.*

Urgetur.

§. III.

Entitas gratiæ, & favor non sunt causæ partiales sanctitatis.

22 QUia fortasis ab aliquo potest dicendo gratiam habitualem secundum sui naturam esse formam sanctificantem inadæquatè, & idem de favore extrinseco Dei; ideòque causam formalem adæquatam nostræ iustificationis esse coniunctum ex entitate gratiæ, & favore supra dicto. Ratio huius potest esse, quia sanctificatio positiva duo dicit, & renovationem interioris hominis secundum spiritum; & esse hæredem vitæ æternæ; ut constat ex Concil. cap. 7. primum præstatur à gratia secundum sibi intrinseca: cum sit qualitas spiritualis animæ inhærens; secundum vero à favore Dei ordinantis hominem ad vitam æternam; undè nec unicè sanctificatur à gratia secundum sui naturam, nec unicè à favore, sed ab utroque simul importato in hoc nomine *gratia*, & in hoc nomine *iustitia.*

Respond.

Reijcit. 1. ob in conseq. Doctrinæ circa rationem quidditformæ sanctific. Nequit enim esse inadęquatè sanctitas, quod non participat conceptu quidditativũ sanctitatis; sed talis est renovatio interior ab entitate gratiæ ratione sui proveniens: ergò. Probat. min. Conceptus diffinitivus sanctitatis iuxta Adversarios est *ius morale ad gloriam, sive acceptatio Dei ordinantis hominem ad vitam æternam*; qua ratione asserunt de potentia absoluta posse hominem absque dono intrinseco sanctificari; cum sine tali dono possit, & adoptari in filium, & hæres gloriæ constitui. Atqui renouatio interior conveniens entitati gratiæ non præbet ratione sui verum ius morale, aut dignam acceptationẽ ad vitam æternam; ut fatentur Advers: ergò. Confirm. 1. hæc ratio. Ideo iuxta plures amor beatificus est inadæquatè beatitudo formalis; quia inadæquatè participat eius diffinitionem, scilicèt, possidere formaliter Deum. Similiter ideo Materia prima inadæquatè constituit hominem; quia homo essentialiter dicit rationem substantiæ corporeæ, & materialis: ideo etiam prędestinatio inadæquatè constituitur iuxta aliquos per actum voluntatis; quia secundum sui essentiam dicit ordinationem efficacem, & liberam mediorum in ordine ad gloriam; ex quibus primum convenit actui intellectus; reliqua vero proveniunt ab actu voluntatis: ergò ut renovatio proveniens ab entitate gratiæ inadæquatè sanctificet, opportet; ut hæc pertineat ad conceptum sanctitatis ut sic. Sed hoc negatur ab Adv. aliter enim nemo posset sanctificari, & adoptari in filium sine dono physicè inhærenti: ergò.

23 Impugn. 1.

Provid. diversũ variat essent. rerũ.

Confir. 1.

2. Talis renovatio iuxta Adv. non distinguentes gratia à charitate consistit in eo, quod charitas ratione

24 Confir. 2

ne suæ physicè entitatis est virtus per modum principij elevantis voluntatem ad diligendum Deum; sed hoc ratione sui non dicit aliquem conceptum sanctitatis: ergò renovatio posita ab Adv. nec inadæquatè est ratio sanctitatis: ergò. Prob. min. Tùm quia voluntas Divina; cuius est participatio virtus charitatis, nec inadęquatè Deum constituit sanctum; cum non prębeat ipsi se ipsum clarè videre; in quo stat eius gloria, & beatitudo: nec sit concepceptus radicis, aut naturæ. Tùm quia ratio sanctit. est constituere hominē Deo charum, & dilectum; atqui charitas ratione sui solum ex se reddit hominem potentem diligere Deum: ergò. Tùm quia id, quod ratione sui non excludit peccatum; aut ratione sui non exigit physicè formam exclusivam peccati, nequit obtinere ratione sui inadæquatè munus sanctitatis; hæc enim dicit, & incipit à carentia peccati; iuxta diffinitionem D. Dionysij, scilicèt, *ab omni immunditia libera &c.* Sed charitas secundum physicam sui entitatem, nec dicit repugnantiam physicam, aut essentialem cum peccato habituali, nec physicè exigit condonationem illius iuxta Advers. ergò nec inadæquatè participat ratione suæ entitatis conceptum quidditativum formæ sanctificantis.

25 Nec inferas hanc Doctrinam adversari antea dictis, iuxta quę probavimus gratiam habitualem esse ratione sui sanctitatem; quia per illam homo interius renovatur secundum spiritum. Non, inquam, inferas: Nàm prædicta renovatio est per participationem naturæ Divinæ, quæ in Deo obtinet rationem sanctitatis. Tùm quia est renovatio per formam obtinentem munus radicis virtutum tam in via, quam in Patria perficentium hominem; proinde obtinet veram rationem iustitiæ consistentis in recta dispositione hominis in ordine ad Deum ad se, & ad proximum rectè, & laudabiliter operando. Tùm quia est renovatio constituens hominem ratione suæ entitatis spiritualiter genitum, proindequè filium adoptivum Dei. De hac enim renovatione loquitur Concilium; non verò de illa, quam ponunt Advers. Hinc dum Concil. ait: *Iustificatio est sanctificatio, & renovatio interior hominis secundum spiritum; undè ex iniusto fit iustus, ex inimico amicus, & hæres gloriæ*: non ponit diversos conceptus inadæquatos sanctitatis; aut indicat eos à diversis formis partialibus provenire; sed solum explicat rationem *sanctitatis* per varias expressiones, & munera iuxta Doctrinam Sacræ Scripturæ significantis iustitiam hominis coram Deo omnibus prærogativis supra descriptis. Quod clarè infertur ex Concilio; nàm postquam dixit sanctificationem *esse interiorem renovationem &c.* subdit: *Undè homo ex iniusto*; declarans munus sanctitatis inferri ex renovatione interiori; ut ly *unde* expressè significat.

Occurrit. cuidam instantiæ.

Præcluditur 2. Nàm opponitur Concilio asserenti unicam causam formalem *esse iustitiam in nobis receptam*; causa autem unica formalis est causa formalis adæquata: sed si hæc concurgit ex entitate gratiæ, & acceptatione Divina extrinseca; talis propositio esset falsa; cum una pars formalis non recipiatur; nec nobis inhæreat: ergò. Explicat. hoc: Si favor extrinsecus in actu Divinæ voluntatis ordinantis hominem, ut sit hæres gloriæ, est inadæquatè *iustitia, qua formaliter iusti sumus.* Falsò dicetur: *Unica causa formalis, qua iusti sumus est, quid creatum*; & similiter: *Causa formalis, qua unicè formaliter iusti sumus, est aliquid de linea qualitatis.* Idem videre licèt in Persona verbi inadæquatè dignificanti sua opera; & in pacto Dei iuxta Scotistas inadæquatè *dignificanti opera meritoria.* Siquidem iuxta horum opinionem falso quis dicet: *Unicam formam valorantem, aut merita Christi, aut nostra merita, esse quid creatum.* Ratio est: Nàm iuxta Doctrinam solutionis hęc propositio est vera aliqua causa formalis nostræ *iustificationis non est in nobis recepta, ut favor Dei extrinsecus*: quę contradicit propositioni traditæ à Concilio. Videatur dicta à n. 22.

26

Impugn. 2.

Explicat.

Sed quia frequenter distinguunt Advers. in gratia habituali, & rationem gratię, & rationem qualita-

27

Alia diſt. Adverſ. impugn. 1.

tatis; dicuntque rationem *gratiæ* habere ex conſortio favoris extrinſeci; ſolumque ſecundum ſui entitatem eſſe qualitatem inſufficientem conſtituere hominem iuſtum, & ſanctum; neceſſe eſt hanc diſtinctionem examinare, & quæ falſo in illa continetur refellere. Primo: Nàm ſi entitati gratiæ habitualis convenit denominari gratia gratum faciens hominem, & iuſtitia, ratione favoris extrinſeci; licèt ſit verum aſſerere *entitatem gratiæ* nobis inhærere, & *effectivè* produci à Deo; non tamen; aſſerere *gratiam*, & *iuſtitiam*, qua ſumus iuſti, formaliter nobis inhærere, & à Deo effectivè produci; non enim concretum in ſenſu formali cauſatur effectivè à Deo, ſi forma non cauſatur; undè ſi malitia à Deo non provenit, ut à cauſa; falſum eſt dicere *peccatum à Deo produci*; eſto eius entitas produ-

Secundo. catur ab illo. 2. In eodem ſenſu accipit Concilium *iuſtitiam*, & *gratiam* dum aſſerit de illa eſſe noſtram ſanctitatem, ac dum aſſerit (proſequendo) * eā cauſari effectivè à Deo, meritoriè à Chriſto Domino, & in nobis recipi, ſeu inhærere; *quis hoc neget? Sed primum aſſerit de entitate gratiæ, prout includit, & elevatur per favorem extrinſecum iuxta Adverſ. ergò ſecundum verificatur de entitate gratiæ, ut formal: elevatę, & dignificatæ per talem favorem. Sed hoc repugnat: cum prout ſic dicat quid Divinum extrinſecum nobis, & repugnans inhęrentię, & receptioni: ergò ſi denominatio *gratiæ*, *iuſtitiæ* eſt extrinſeca entitati, quæ vocatur gratia habitualis, non verificatur Doctrina Trident.

28 3. Reijcitur ex alio capite. Non repugnat aliquid creatum obtinere ex ſua ſpecie rationem *iniuſtitiæ*, & *iniquitatis*; ut patet in pec-

Ult. rat. & 3. impugn. cato læthali: ergò nec repugnabit produci à Deo entitatem ex ſua ſpecie obtinentem rationem iuſtitiæ, & ſanctitatis: plus enim poteſt Deus operari gratioſè, quam homo defectibiliter. Si ergò homo de theſauro (ut ita dicam) ſuæ defectibilitatis, & iniquitatis, poteſt proferre formam ex ſua ſpecie ſortientem munus iniuſtitiæ, & inimicitiæ coram Deo; cur Deus de theſauro ſuæ omnipotentiæ ſanctitatis, & puritatis non poterit proferre perfectionem, & donum ex ſui ſpecie obtinentem rationē iuſtitiæ ſanctitatis, & amicitiæ coram ipſo? Urgeo: Peccatū Urgetur. læthale eſt offenſa, & iniuſtitia coram Deo ex ſua ſpecie, quia eſt averſio ab ipſo, & converſio ad bonum commutabile, ut ad finem ultimum; ſed non repugnat Deum convertere hominem ad ſe ipſum, ut finem ultimum ſimpliciter ratione alicuius doni creati, & hanc prærogativam convenire ei ratione ſuæ ſpeciei; vel aſſigna caput repugnantiæ: ergò non repugnat donum habituale gratiæ habere ex ſua ſpecie munus iuſtitiæ, & ſanctitatis. Deniquè: Apud Ad-

Ultimo. verſ. negantes ſanctitati rationem naturæ in vera radicatione conſiſtentem; ſed ſolum in quadam rectitudine, aut congruitate morali cum ordinatione ad gloriam: plus eſt eſſe hæreditatem, & poſſeſsionem ſummi boni; quam ſolum dare ius, & dignitatem ad talem hæreditatem. Sed non repugnat, imo, & de facto datur perfectio creata, quæ ex ſua natura eſt hæreditas, & poſſeſsio actualis ſummi boni, ſcilicèt, viſsio Beata, velamor beatificus: *ergò nec repug-

* Sic Scotus. nat perfectio creata ex ſui natura prębens ius ad Dei hæreditatem: proindequè, quæ ex ſua natura ſit *ſanctitas iuſtitia*, & *gratia*, non ſolum, quia gratis detur, ſed quia hominem Deo gratum facit.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

29 OBijcies 1. ex D. Paulo 2. ad Cor. 1. & ad Epheſ. 1. ubi gratiam, qua per Spiritum Sanctum

Arguit. 1. iuſtificamur, appellat *ſignum*, & *pignus vitæ æternæ*; ſic enim ait: *Signati eſtis Spiritu promiſsionis Sancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.* Sed gratia nequit eſſe ſignum naturale ſanctificationis noſtræ, ut per ſe videtur certum: ergò eſt ſignum ad placitum, & ex impoſitione, & ordinatione divina. Confirm. 1. Nihil eſt Confir. 1. pignus alicuius hęreditatis v. g. ex

natura sua, sed solum ex conventione, vel ex instituto: ergò gratia habitualis solum est pignus hæreditatis æternæ ex ordinatione Divina: ergò solum ex tali ordinatione præbet homini ius, & condignitatem ad vitam æternam: proindeque dependenter à tali ordinatione, & favore, est forma
Secundo. iustificans. 2. Ex Tridentin. sess. 6. Can. 11. dicente: siquis dixerit: *Gratiam, qua iustificamur, esse tantum favorem Dei, anatema sit*: ergò aperte sentit Concilium gratiam, qua iustificamur, ultra entitatem intrinsecam ipsius nobis inhærentem, includere favorem Dei extrinsecum.

30 Hoc argumentum est parum efficax; aut probat gratiam qua iustificamur, non esse qualitatem nobis
Resp. 1. inhærentem per modum causæ formalis in ordine ad nostram sanctificationem. Nàm dum dicitur de illa esse *signum*: vel res significata per illam est dilectio amicabilis Dei, vel est denominatio formalis iusti, & sancti? Si primum: nihil probat; cum dilectio amicabilis Dei possit significari, & manifestari per aliquam perfectionem creatam ex natura rei; sicuti visio clara Dei est signum ex natura sua repræsentans gratuitam Dei electionem ad gloriam, quemadmodum beatitudo naturalis Angeli v.g. significat dilectionem naturalem Dei erga illum. Si 2. ergò gratia non est causa formalis nostræ iustificationis, sive non est forma, qua formaliter iusti sumus; cum forma nequeat esse propriè signum sui effectus formalis: ut modo tanquam certum suppono.
Secundo. Deindè est valde consonum sensui Sacræ Script. in prædictis verbis significari, non qualitatem, aut iustitiam nobis inhærentem; sed ipsam Personam Spiritus Sancti nobis infundentem donum gratiæ; ut videre est apud D. Thom. super cap. 1. ad Ephesios exponentem illa cum Glossa *de Persona Spiritus Sancti*; iuxta quam expositionem; *idem est homines signari Spiritu Sancto, ac esse discretos per Spiritum Sanctum ab iniustis, & peccatoribus.*
Tertio. Denique hoc omisso Resp. gratiam habitualem secundum suâ speciè esse signum repræsentativum dilectionis amicabilis Dei, & signum discretivum gregis Christi agrege diaboli, & signum etiâ configurativum iustorum cum Deo; quatenùs assimilat, & reddit eos consortes naturæ divinæ. Hoc autem nihil obest, ut secundum sibi intrinseca reddat hominem formaliter iustum; sicuti fides verè discernit fidelem ab infideli; quamvis intrinsecè ex natura sua reddat hominem formaliter credentem.

Ad 1. confirm. de pignore. Respond. Gratiam dici pignus hæreditatis; quia facit spem rei habendæ, & quia tantum, vel plus valet, quantum vita æterna. Ex quibus nihil obstat, ut gratia ab intrinseco sit forma iustificans; cum non debeant apropriari gratiæ omnia, quæ de pignore humano affirmantur. Ad 2. confirm. Resp. ex propositione à Concil. damnata non inferri favorem extrinsecum Dei ingredi ad iustificationem; siquidem talis propositio sic exponitur: * *Gratia, qua iustificamur; non est favor extrinsecus, vel est aliquid aliud distinctum à favore extrinseco.* Quæ cum sit disiunctiva, verificatur etiam si adæquata iustitia sit qualitas gratiæ nobis inhærens. Sicuti hæc propositio: *Iustitia, qua formaliter sumus iusti, non est sola imputatio iustitiæ Christi*; quæ etiam definitur à Concilio, verificatur, quamvis iustitia Christi non se habeat formaliter adhuc inadæquatè, ut simus iusti. Idem de hac propositione damnata: *Sola fide iustificatur impius*, quin inferas: *ergò fides ingreditur deformali saltim partialiter ad nostram iustificationem.*

31 Ad 1. confirm.

Cum sit exclusiva, & pertineat ad dict. Regit.

Obijcies 2. Gratia habitualis secundum sui naturam non habet
32 reddere hominem Deo gratum: ergò indiget ulteriori favore Dei ad præstandam talem denominationem. Anteced. probat. Si gratia habitualis ex sui natura redderet hominem Deo gratum, consideratio bipartita illius, & in esse gratiæ; & in esse qualitas, esset repugnans; & pariter ratis repugnanter affirmaretur de illa: *posse augeri in esse gratiæ, & non in esse qualitatis*; cum nulla forma possit augeri secundum rationem specificam, quin augeatur secundum rationem generica, sive; secundum unum prædicatum secum identificatum, & non se-

Arguit. 2.

secundum omnia realiter identificata. Sed talis consideratio bipartita admittitur frequenter in gratia habituali; iuxta quam dicunt Thom. per bona opera remissa *augeri in esse gratiæ, & non in esse qualitatis; & insuper: Grattam habitualem in Christo Domino fuisse infinitam in ratione gratiæ, & non in esse qualitatis*: * ergo. Hinc infertur, quod denominatio gratiæ, ut gratificantis, & reddentis hominem acceptum ad vitam æternam, est accidentalis, & separabilis à gratia habituali, prout est qualitas spiritualis. Urgetur. Si gratia habitualis secundum sui naturam est iustitia, & sanctitas; dispositiones conferentes ad augmentum illius in esse sanctitatis, & iustitiæ, pariter conducerent ad augmentum illius in esse physico, sive in esse qualitatis; sed hoc est falsum; cum iuxta Thom. opera remissa disponant adhoc, ut statim augeatur in ratione sanctitatis, non vero in esse physico: ergò.

*Sic ex S. D. 3. p. q. 7 art. 11.

Urgetur.

33 De hoc argum. diximus dub. 1. à num. 28. Mag. Serna tract. de Merito iusti inter opera Mag. Ferre à num. 1318. existimat illa verba Concil. sess. 6. cap. 10. *Iustificati euntes de virtute in virtutem renovantur de die in diem, & in iustitia crescunt*; debere intelligi de iusto eliciente actus intensiores; *eo, quod ire de virtute in virtutem* iuxta D. Greg. & D. Aug. significat diversos gradus charitatis, & virtutis: quatenus iustus ex minori dilectione Dei, se movet ad intensiorem; qua ratione de illo verificatur, ponere ascensiones in corde suo; ideòque egregie S. Par. dicit: *Quanto ergò plus amaveris, tanto plus ascendes.* In hac enim opinione, quam Alij cum Mag. Choquetio sequuntur, falsum est gratiam per opera remissa augeri in esse gratiæ, & sanctitatis. Hæc solutio videtur mihi verisima; & ab illa non dissentiunt Thom. docentes gratiam habitualem augeri in esse gratiæ per actus remissos; siquidem nequeunt loqui de augmento intrinseco verè, & ex parte obiecti tali; cum gradus sanctitatis in gratia sint gradus maioris participationis Divinæ naturæ in esse radicis: ergò dum in munere radicis, & naturæ, non augetur, nec etiam augetur in munere sanctitatis per se cõsequuto ad munus naturę. Rursùs. Si per opera remissa est magis gratus Deo amicabiliter; cum dilectio amicabilis Dei sit effectiva, & infundens bonitatem; necesse est, quod ex illa derivetur aliquid de novo intrinsecè inhærens animæ; vel quod idem est: necesse est animam realiter immutari intrinsecè: quod non salvatur per augmentum gratiæ in esse gratiæ, & non in esse qualitatis; cum revera gratia maneat in eodem gradu intensionis.

Solutio.

Psalm. 83

Roborat. solu.

Quapropter talis loquutio Thom. intelligi debet de augmento in iure, & in debito; qui enim habet ius, & meritum de condigno ad aliquid, dicitur illud iam moraliter habere. Et quamvis etiam mereatur augmentum gratiæ in esse qualitatis; quia tamen hæc est denominatio de linea physica, & denominatio gratiæ in esse sanctitatis, vel gratiæ, est pro expresso de linea morali; in qua linea est formalissimè ratio meriti; ideo primum augmentum concedunt convenire gratiæ per opera remissa, non vero secundum. Verum tamen est, quod iustus sic remisse operans magis placet Deo, est que magis gratus, hoc est, magis dilectus; cum placeat illi, & ratione grat. & ratione operum; sed non est actu magis dilectus amicabiliter, nec magis gratus simpliciter; sicut nec in esse geniti spiritualiter à Deo ullum gradum intensionis recipit: proindeque nec in esse filij adoptivi: ergò pariter nec in esse iusti, & sancti. Ad illud de gratia habituali in Christo Domino; Respond. hanc infinitatem consistere in quadam dignitate morali propter coniunctionem cum Persona verbi; quæ condignitas est idem, ac infinita æstimabilitas revera ipsi extrinseca; si Persona verbi se habet, ut forma eam dignificans. Sed quia denominatio æstimabilitatis impropriè, si non absurde, adaptatur expresioni qualitatis in esse talis; utpotè de linea physica; ideò non dicitur esse infinitam in esse qualitatis. Notandum S. Doct. 3. p. quæst. 7. art. 11. tribuere gratiæ habituali Christi Domini

34 Exponit. loquutio Thom.

Ad exemplum adductum.

mini infinitatem in ratione gratiæ; quia habuit omnes effectus illius: propter quod ait * esse infinitam secundumquid; * sicuti obeandem rationem lux Solis dicitur infinita; & quælibet species Angelorum.

35 Obijc. 3. Gratia habitualis ex natura sua non reddit hominem Deo amicabiliter dilectum: ergò nec Arguit. 3 iustum, & sanctum, nisi addatur favor extrinsecus Dei. Añs. probat. Potest Deus homini prædito gratia habituali denegare vitam æternam; sed hoc repugnaret, si ex se, & ab intrinseco redderet hominem Deo amicabiliter dilectum; cum verificaretur, Deum cum illo se gerere, ut amicum, & non sic se gerere; denegando, scilicèt, hæreditatem propriam Confirm. amicorum sui: ergò. Confirm. Ut homo sit Deo amicabiliter dilectus, requiritur ex parte Dei decretum, vel promissio conditionata conferendi gloriam homini, si perseveraverit usque in finem; sed entitas gratiæ non connectitur ex se, & ab intrinseco cum huiusmodi promissione; cum possit infundi à Deo ob alios fines sibi notos: ergò. Mai. videtur expressa in D. Thom. hic quæst. 110. art. 1. dicente: *Dilectio specialis Dei est, per quam dicitur, diligere aliquem simpliciter; quia secundum hanc dilectionem vult Deus simpliciter creaturæ bonum æternum, quod est ipse*, sed non omnibus, quos iustificat, vult bonum æternum voluntate efficaci absoluta: ergò debet illud velle voluntate efficaci saltem conditionata; inefficaciter enim velle non est velle simpliciter. 2. Nàm nullum bonum creaSecundo. tum potest necessitare Deum ad dilectionem amicabilem; siquidem talis dilectio importat gradum perfectissimum amoris Deo liberrimum; propter quod Aliqui Thom. cum Illust. Godoy tract. de Charit. tuentur, *Deum posse diligere hominem gratia habituali præditum solum amore concupiscentiæ; ob sui, scilicèt, honorem, & gloriam*: ergò gratia habitualis ratione sui, & sine ullo favore superaddito, non reddit hominem Deo amicabiliter dilectum.

36 Argum. confundit id, quod requiritur, ut gratia habitualis sit ab intrinseco, & ex natura sua, sanctitas formalis, cum eo quod non est omnino requisitum ad munus sanctitatis. Nàm ad rationem formæ sanctificantis ex se, & independèter à favore extrinseco, sufficit, quod ex natura sua faciat hominem Deo amicabiliter dilectum; licèt hoc ei essentialiter non conveniat. Quemadmodum, ut calor ex se, & independenter ab aliqua ordinat: extrinsecus sit causa formalis reddens calidum, & formaliter expellens frigiditatem; non oportet ut id ei essentialiter conveniat: ergò etiam si gratia habit. non sit essentialiter stricta amicitia hominis cum Deo, sed possit de potentia absoluta non trahere dilectionem amicabilem illius (iuxta opinionem Illust. Godoy:) non probatur ex se non habere rationem sanctitatis. Conseq. adhæc dicendum; in hac opinione salvari gratiam habitualem esse essentialiter *sanctitatem, & iustitiã, & etiam formam regenerantem spiritualiter hominem; ipsumque constituentem hæredem, quoad condignitatem, vitæ æternæ*. Istæ enim denom. numquã separari valèt à grat. habit. puro homini communicata, quidquid sit de eo; quod sit obiectum actu terminans amicitiam Dei. Sidicas: Admissa tali opinione sequitur gratiam indigere aliquo favore, ut hominem reddat Deo amicabiliter dilectum: cum sit effectus formalis ab ea separabilis: quod non cohæret cum excellentia gratiæ tantopere ponderata à Thom. Resp. distinguo. sequel. favore &c. attenta natura gratiæ, & providentia ordinaria attendente exigentiam physicam illius, nego. Attenta potentia absoluta Dei: subdistinguo: favore exacto, & non suplente aliquem defectum dignitatis in gratia, concedo. Favore non exacto, aut suplente defectum dignitatis in gratia, nego. Favor enim ita ponitur ab Scotistis tùm ad sanctific. tùm ad constituendum hominem Deo amicum, ut supleat valorem gratiæ; eamque elevet, & reddat condignam vitæ æternæ.

Respond.

De hoc etiam Suarez lib. 7. c. 4.

Instabis.

Respond.

Hoc notato, nego anteced. & 37 illius probat. Ratio enim amicitiæ in Explicat. Deo, utpotè coniuncta cum supremo solut.

Do-

Dominio potenti operari supra connaturalem exigentiam rerum, componi potest, cum eo quod homini iusto, non conferat vitam æternam. Aliud namque est esse acceptabilem, & vita æterna dignum; aliud esse actu acceptatum, & reipsa fœlicem; primum sufficit ad rationem amicabilis dilectionis; non vero requiritur necessario secundum. Hoc patet assimili in peccato læthali reddente hominem dignum pœna æterna, & ipsi Deo inimicum; quamvis Deus possit non inferre pœnam damnationis pro illo, etiam si numquam remittatur. Nec per talem negationem gloriæ Deus desineret esse amicus homini; quia esto talis denegatio non esset effectus amicitiæ; non excluderet amicitiam consistentem in gratiæ infusione, & conservatione. Cum igitur hæc duo, scilicèt, infusio gratiæ, & negatio gloriæ, sint diversa; in uno segereretDeus, ut amicus, in alio vero non.

Explicat.

38 Ad 1. confirm. Respond. 1. Permissa mai. neg. min. loquendo per se, & ex natura rei; cum Deus de potentia ordinaria nequeat homini gratia habituali prædito non conferre gloriam, si perseveret in gratia. Undè ex se, & ab intrinseco, connectitur cum tali decreto conditionato.

Ad 1. confirm.

Resp. 2. Respond. 2. neg. mai. De requisito essentiali etiam per modum solius conditionis; ut patet in peccato læthali facienti hominem ex seDeo inimicum; quin connectatur cum inflictione pœnæ, etsi à Deo non remittatur; & de facto sic accidit in peccatis damnatorum. Nec huic Doctrinæ obstat Auth. S. Doct. nàm cum gratia ex se præbeat ius connaturalitatis ad vitam æternam; Deus volendo communicare suam bonitatem per gratiæ donationem, vult etiam communicare se ipsum per modum Beatificantis. Undè talis dilectio, esto non sit *simpliciter* ex parte modi; benè tamen ex parte rei dilectæ; cum terminus illius sit maximum bonum, scilicèt, æterna beatitudo. In hoc sensu accipitur ly *simpliciter* à D. Thom. cum iuxta hanc Doctr. subsistat discrimen ibi statutum inter dilectionem Dei, secundumquam diligit omnia, quæ sunt; & dilectionem secundumquam specialiter diligit iustos; cum per primam solum velit Deus aliquod bonum naturale; quod respectu ordinis gratiæ solum secundumquid dici potest bonum; utpotè impotens liberare hominem à miseria peccati, & illum æternaliter beatum constituere.

Quid sit Deum simpliciter diligere hominem?

Ad 2. confirm. & eius prob. constat ex dictis solut. ad 2. argum. Undè in forma; admissa tali opinione dist. antec. Non potest necessitare absolutè, concedo añs. ex aliqua suppositione Deo libera; subdist. necessitate metaphysica connexionis omninò infallibilis, concedo añs. necessitate physica connexionis ex natura rei, nego añs. & conseq. Gratia enim habitualis, & quoad sui infusionem petit ex natura rei causari à dilectione amicabili Dei; & suppositа eius conservatione usque in finem, ex natura rei petit coniungi cum hæreditate gloriæ conferenda ex complacentia amicabili; cum hoc petat ratio filij adoptivi, & geniti spiritualiter à Deo, attentaque eius rectitudine, & suavitate. quam denominationem sive effectum formalem, nequit non præstare gratia habitualis communicata puro homini. Si dicas: Collatio gloriæ etiam homini perseveranti est speciale, & novum beneficium, exigens specialissimam providentiam, scilicèt, prædestinationem: ergò non debetur gratiæ habituali physicè, & ex natura rei. Respond. dici novum beneficium, quia absolutè poterat Deus homini perseverant: illam denegare. Prædestinatio autem dicitur specialis providentia, respectu provident. generalis supern. non se extendentis ad donum perseverantiæ; non autem dicitur specialis respectu provid. donantis perseverantiam; cum hæc sit effectus proprius illius.

39 Prima solut admissa sen. Illust. God.

Instabis.

Respond



§. V.

§. V.

Alia solutio, & probat. gratiam necessario reddere hominem Deo amicum.

40 Notandũ. LIcet opinio Illust. Godoy sit satis probabilis ; oppositam tamen veriorem existimo cum Mag. Ferre tom. 2. in 2. 2. tract. 4. §. 7. & §. 60. à n. 55. Pro quo notandum aliud esse *an virtus charitatis sit essentialiter amicitia hominis ad Deum ; aliud vero, an gratia habitualis essentialiter habeat terminare dilectionem amicabilem Dei, sive denominare hominem Deo amicabiliter dilectum.* Si enim habitus charitatis non dependeat essentialiter à gratia, ut plures probabiliter sustinent ; in hoc casu, nec actus charitatis erit amicitia actualis, nec habitus, amicitia habitualis ex defectu communicationis cum Deo in natura per gratiam habitualem. Cum quo tamen componitur, quod dilectio, qua Deus infunderet gratiam sine habitu charitatis, esset amicabilis ex parte Dei, utpotè orta ex complacentia in sua infinita bonitate, ut communicabili per participationem suæ naturæ. Undè Illust. Godoy, qui propter independentiam essentialem habitus charitatis à gratia habituali negat prædictum habitum esse essentialiter amicitiam hominis ad Deum: quantum est ex hoc motivo ; non opponitur nostræ assertioni, scilicèt: *Dilectio Dei infundens homini gratiam habitualem, est essentialiter dilectio amicabilis.* Opponitur tamen prædictæ assertioni: quia existimat etiam Deum posse infundere gratiam habitualem per amorem concupiscenttæ eam ordinando ad suam utilitatem extrinsecam, scilicèt, gloriam, & honorem.

41 Concluſ. Huic tamen motivo dissentimus, cum alijs Thomistis, & P. Suarez lib. 7. de Gratia cap. 10. Aranda in t. 2. lib. 12. disp. 44. à num. 232. ideoque sustinemus oppositum, scilicèt: *Gratiæ habituali convenire essentialiter denominare hominem Dei amicum.* Sed pro hoc advertendum, quod homo dupliciter potest dici *amicus Dei, vel activè, vel passivè, seu terminativè.* Primo modo solum dicitur amicus Dei, qui est potens proximo ipsum redamare, redamatione fundata in communicatione Divinæ naturæ per gratiam habitualem. Secundo modo dicitur aliquis amicus Dei per illam formam, per quam terminat dilectionem amicabilem illius. Pro qua diversitate circa denominationem amici Dei, affertur à M. Ferre exemplum satis opportunum in personalitate verbi sanctificanti formaliter humanitatem Christi Domini; proindequè reddente illam gratam, & amicabiliter Deo dilectam : non quidem amicam Deo activè; cum ex vi personalitatis non possit diligere Deum super omnia ; * sed tantum amicam passivè, seu terminativè, hoc est, terminantem dilectionem specialem, & amicabilem ex parte Dei communicativam infinitæ sanctitatis. Dum ergò de forma iustificante dicitur in Trident. per illam *hominem fieri ex inimico amicum Dei*, per ly *amicum* non intelligitur amicitia activa actualis, aut habitualis proxima ex parte illius, sed amicitia passiva aut terminativa; hoc est illud donum per quod homo terminat dilectionem Dei simpliciter talem, seu amicabilem. Aliter enim actus charitatis, & virtus charitatis essent forma sanctificans, si alias sit coniuncta cum gratia habituali. Constat hoc etiam in peccato originali; de quo verificatur per illud hominem fieri *Deo inimicum*; non quidem inimicitia activa ratione facultatis ad Deum odio habendum, sed inimicum passivè, & terminativè ; quatenus per illud homo redditur Deo abominabilis dignusque privari æterna hæreditate amicis promissa

* Potu human. carere omnia xil. supe nat.

Quædam Trident. Doctr. explicatur.

His notatis probat. assumptum 1. Iustificatio dicit essentialiter reddere hominem Deo amicabiliter dilectum : ergò gratia habitualis, quæ essentialiter habet iustificare hominem, habet essentialiter reddere hominem terminantem dilectionem amicabilem. Añs. probat. ex definitione iustificationis tradita à Trid. c. 7 quæ licet secundum id, quod dicit ex parte termini *à quo*, solum sit pro iusti-

42 Probat. 1.

iustificatione impij, scilicet *ex iniusto, & inimico* fieri iustum, & amicum, ex parte tamen termini *ad quē* prædicta definitio de se cōvenit omni iustificationi. Confirm. Gratia habitualis essentialiter habet terminare dilectionē specialem, & simpliciter talem ex parte Dei, sed hoc ipso habet essentialiter terminare dilectionem amicabilē: ergò. Maior est D. Tho. hic ar. 1. Minor vero prob. dilectio specialis ex parte Dei, & simpliciter talis est, per quam trahitur homo ad participationem summi boni, & per quam vult Deus se ipsum cōmunicare creaturę, ut obiectum beatificum; sed hæc est dilectio amicabilis, cum ex vi illius Deus summam Societatē ineat cum creatura: ergò. Maior est D. Thom. & minor de se constat.

Confirm. 1.

43 2. Gratia habitualis reddit hominem purum genitum spiritualiter à Deo, & filium eius adoptivum: sed repugnat Deum non amare amicabiliter subiectum, cui suam naturam communicat, & filium adoptatum constituit; cum talis amor sit amor Dei, ut Patris spiritualis erga hominem sibi gratum: ergò. Ulterius ideo defacto amor infundens gratiā habitualem est amicabilis, quia licet Deus diligat hominem, & donum gratiæ propter suam bonitatem, ut finem ultimum, vult tamen illum propter suam bonitatem, ut communicandam in via per cōmunicatē suæ naturæ, & in Patria ut communicandam creaturæ media fruitione sui ipsius: sed in omni casu Deus infundens gratiam habitualem vult illam propter suam bonitatem, ut diffundendam per participationem propriæ naturæ, & etiam media fruitione, & amore sui: ergò. Prob. min. quoad 2. partem. Gratiam habitualis est semen gloriæ, & fons aquæ salientis in vitam æternam; undè Trid. assignat pro causa finali iustificationis *gloriam Dei, & vitam æternam*: ergò licet expressè Deus posit infundere gloriam, & non unicè ex amore suæ bonitatis, ut communicandæ per visionem, & cognitionem beatam; vult tamen hoc implicite, quod sufficit, ut sit amor benevolentiæ; cum sit non præcisè propter gloriam, & honorem extrinsecum Dei, sed propter suam bonitatem ut obiectum fruibile per beatitudinem.

Secundo.

Tertio.

44 Hinc quando dicitur gratiam constituere hominem obiectum congruum dilectionis amicabilis Dei, tenet verum de congruitate respectu dilectionis amicabilis conservantis gratiam, aut etiam respectu dilectionis communicantis æternam hæreditatem (præcisivè à perseverantia; Nàm hac posita fundat ius connaturalis exigentię:) Attamē respectu dilectionis eam infundentis, non solum reddit hominem ex congruitate Dei amicum, verum, & necessariò, ut ex adductis constat. Nec obstat, quod amor ut primo infundēs gratiā non provenit ex complacentia in homine; cum ante illam non habeat aliquam bonitatem moventē ad talem infusionem: ergò nequit esse amicabilis; Nā hic necessario dicit velle bonum alteri ex complacentia in illo. Non inquam obstat, Nàm illud tenet verum de amicitia non causanti bonum; secus vero de illa, quæ est causans bonum, sive quæ est amor practicus. Undè ipse amor est intransitive complacentia in homine, cui infundit gratiam. Quod si velis assignare complacentiam antecedentem amorem amicabilem infusivū gratiæ; pones complacentiam in divina bonitate, ut communicabili creaturis in similitudinem suæ naturæ, & in obiecto beatificanti titulo filiationis adoptivæ.

Explicatur communis locutio.

Instabis.

Resp.

45 Obijcies 4. Si gratia habitualis ex natura sua redderet hominem dignum vita æterna; & supposita perseverantia, cum vero iure ad illam; falso diceretur, *quod habentibus illam, & bene operantibus usque in finem, proponenda est vita æterna tanquam gratia filijs per Iesum-Christum misericorditer promissa.* Consequens est expressè cōtra Trid. sess. 6. cap. 16. omnia verba relata edocens: ergò ultra entitatem gratiæ requiritur specialis favor &c. Sequela

Arguit. 4

prob. Implicat aliquod donum esse vere gratiam, & esse misericorditer promissum; si ad illud præcedit vera dignitas, & insuper, verum ius ex parte subiecti: non enim ob aliud gratia Dei vocatur, nisi quia gratis, hoc est sine condignitate, & absque ullo iure confertur: ergò si &c.

46 Huic arg: dedimus communem solut: dub. 4. à num. 23. sed quia illo in publicis disput: utuntur Discipuli Scoti, placet ulterius, & eius inefficaciam iuxta illorum doctrinam ostendere, & solidam intelligentiam Auth. Trid. exhibere. 1. sic probo. Nihil frequentius apud illos, quàm asserere hoc *concretum iustificatum* dicere non solum entitatem gratiæ, verum etiam de formali favorem Dei acceptantis hominem ad vitam æternam ex gratuita ipsius ordinatione, aut promissione. Qua de causa, licet entitati gratiæ negent condignitatem, aut ius verumetiam sub conditione perseverantiæ ad vitam æternam; secus vero ut coniuncte cum favore Dei: sub hac enim consideratione est vera gratia, & hominem Deo gratum constituit, hæredemque vitæ æternæ. Atqui in prædictis verbis loquitur Concilium de homine iustificato, & de fructu iustificationis, ut constat; tùm ex epigraphe capituli, & ex initio eiusdem, quod istiusmodi est: *Hac igitur ratione iustificatis hominibus proponenda sunt Apostoli verba: Abundate in omni opere bono &c.* post quæ subdit verba nobis obiecta, quasi in vi consequentiæ. *Atque ideo &c.* ergò per illa prob: adhuc *addito favore, & denominatione iustificati*, supra entitatem gratiæ; hominem non esse dignum, & iustè hæredem vitæ æternæ. 2. Licet iuxta ipsos entitas specifica gratiæ sine novo favore non faciat hominem filium Dei adoptivum; secus tamen illo adiuncto: & ideo asserunt; *quod etsi filijs Dei debeatur hæreditas gloriæ iuxta illud *si filij, & hæredes*: secus tamen, si in eis entitatem gratiæ sine tali favore consideremus. *Atqui in Auth. adducta expresè asserit Trid. vitam æternam esse proponendam ut gratiam filijs Dei per Iesum-Christum misericorditer promissam: ergò probat etiam entitatem gratiæ ut adiuncto favore constituentem hominem cum denominatione filij, non esse dignum &c.

Ostenditur arg: inefficacia duplici ex cap.

1. ad Cor. 15.

Hoc supposito transeo ad 2. 47
assumptum. Duo ibi asserit Trid. 1. *proponendam esse vitam æternam iustis bene usque in finem operantibus, & in Deo sperantibus; tamquam gratiam misericorditer promissam, & tamquam mercedem fideliter reddendam bonis operibus, & meritis illorum.* Cum autem merces sit id, quod alicui tribuitur ex iustitia tanquam pretium in recompensationem operis, vel laborum: Ex his clarè perspicitur Trid: dupliciter considerare vitam æternam: uno modo in intentione pro decreto efficaci, quo decernit absque ulla prævisione meritorum, aut iuris dare gloriam iustis; alio modo, prout in executione illam confert. Si 1. modo consideretur *est gratia misericorditer promissa ex meritis Iesu-Christi*: cum nullum meritum fuerit prævisum, nec ulla dignitas ratione gratiæ ante talem intentionem, & prævisionem. Si autem consideretur 2. modo, tunc habet rationem mercedis, & præmij supposita prævisione meti: vel rationem iustę hæreditatis; si homo non elicit merita, ut contingit in Parvulis. Undè vita æterna non est iuxta Trid. filijs, qui iam prævidentur filij, misericorditer tanquam gratia promissa; sed tamquam gratia misericorditer promissa danda filijs Dei; attamen non danda tāquā gratia strictè formaliter in se ipsa, sed tanquam merces, & præmium, si adsint merita, & tanquam hæreditas debita ex natura rei titulo filiationis adoptivæ. Hanc doctrinam compendiosè tradit D. Bern. dum *de grat. & liber. arb.* exponens illlud ad Timoth. Apost. 2. cap. 1. *Scio quia potens est depositum meum servare*: sic ait: *Dei promissum, suum depositum appellat, promissum quidem ex gratia, sed tam ex iustitia per solvendū.* Ex quibus facilis est solutio in forma: quæ nequit nō placere

Secundū caput.

Sic S. D. q. 114. a. 1. Exponitur Auth: Trid.

re hominis tuentibus electionē efficacem ad gloriam fuisse pure gratuitam, tàm in Adultis, quàm in Parvulis.

48 Quia Mag. Mastrius non renuit concedere (& satis consequenter ad eius opinionem) totam rationem sanctificandi esse favorem extrinsecum Dei; gratiam vero (quoad sibi intrinseca) solum secundum congruentiam: cuius dicti falsitas ex probationibus adductis apparet: placet sic illud reijcere 1. Tota ratio sanctificandi est tota sanctitas; sicut tota ratio dealbandi est tota albedo; idem de omnibus abstractis relate ad sua concreta: ergò si favor extrinsecus Dei est tota ratio sanctificandi hominem est tota sanctitas illius: ergò cum ille sit quid extrinsecum, & actus divinæ voluntatis: tota sanctitas hominis est quid extrinsecum ipsi; & actus divinæ voluntatis. Quod nescio, an concedi possit iuxta Script: & Trident. * Nàm sequitur sanctitatē non infundi; nec donari à Deo: & illam in sensu reali entitativo esse iustitiam, qua Deus est sanctus: cum decreta libera non differant entitative à Deo. Aliter. Tota ratio sanctificandi est tota sanctitas faciens sanctum, sed non per modum causæ effectivæ iuxta præf. M. ergò per modum causę formalis: ergò favor est tota, proindeque omnis causa formalis nostræ iustificationis: ergò est quid extrinsecum, & in Deo existens &c. nec habens veram causam effectivam, nec meritoriam. 2. Iuxta eundem M. si lumen glorię esset tota ratio videndi Deum, intellectus creatus esset tantum per accidens, & pure denominatione videns Deum: sicuti aqua calida modo dicto tantum calefacit: ergò si tota ratio sanctificandi, & tota sanctitas, est favor acceptationis divinæ; gratia, sive charitas tantum per accidens, & pure denominativè sanctificat: *Et hæc de hoc dub: applic. litteræ Mag. ubi præced.*

(o)

Nota.

Reijcit. 1.

Trid. sess. 6. c. 16. ait esse inhærentem.

* Ecce tria incōven.

Aliter.

Secundo.

DUBIUM VI.

AN GRATIA HABITUALIS SOlum gaudeat oppositione morali cum peccato læthali?

§. I.

PRÆLIBANTUR ALIQUA, ET REFERUNTUR SENTENTIÆ.

N. 1 VIDIMUS dubio anteced: gratiā habitualem secundum sibi intrinseca, nulloque favore extrinseco expectato præstare effectum formalem positivum sanctificationis consistentem, in eo quod homo sit Deo gratus, filius adoptivus, & hæres gloriæ; modo quærimus qualiter remissio peccati habitualis ab ipsa præstetur, & quanta sit eius dignitas, & efficacia intrinseca pro tali remissione. Ex quo manifeste constabit, qualiter ipsi conveniat ratio iustitiæ, & sanctitatis quoad omnem eius effectum. Nàm cum ad veram, & integram

Primo.

gram iustificationem, sit necessarium peccatum vere remitti, si fortè præcesserit in homine, ut cōstat ex Trid. sess. 6. cap. 4. 7. & 14. Satis apparebit gratia habitualem obtinere perfectam rationem iustitiæ, & sanctitatis, si ex natura sua, & independenter ab aliqua lege, vel favore Dei, præbet homini, nedum effectum formalem positivum sanctitatis in interiori renovatione consistentem, sed etiam effectum negativum secundarium destructionis peccati.

2 Secundo.

Nomine peccati læthalis intelligimus peccatum habituale, sive originale, sive personale, de relictum ex peccato actuali, & se habens ut terminus illius. Constat enim hominem postquam peccare cessavit ob desitionē physic: peccati actualis in opere consistentis, manere adhuc peccatorem, Deo abominabilem, maculatum, & dignum æterna damnatione, à quo indiget *absolvi*, & *mundari coram Deo*. Undè necesse est fateri existentiā talis peccati sic ob illius permanentiam appellati. Nàm ut rectè arguit Mag. Par. lib. 1. de nuptijs cap. 26. *Si à peccando desistere sufficeret, ut homo non haberet peccatum, sufficeret, quod nos moneret Scriptura Sacra dicens: filij peccasti non adijcias iterum. Non autem sufficit, & ideo addit: sed de præteritis deprecare, ut tibi remittantur.* Habemus ergò ex Scriptura, & August. transacto actuali peccato manere hominem peccatorem, seu peccatum durare, & perseverare in illo per modum habitus; propter quod merito *peccatum habituale* appellatur. In quo autem consistat huiusmodi peccatum habituale; magnum dissidium est inter Theol. Alij enim cum Scoto sentiunt illud consistere in reatu ad pœnam æternam proveniente ex divina ordinatione, qua destinat hominem ad illam. Alij (& est frequentior opinio inter Iesuitas) sentiunt illud consistere in actuali peccato, ut moraliter perseveranti: quæ quidem perseverantia moralis consistit in eo quod peccatum actuale physice præteritum non sit ullo modo à Deo condonatum. Alij ex Thom. sentiunt illud consistere in quodam termino positivo morali ex peccato actuali derelicto, per quem homo manet habitualiter conversus ad bonum creatum, ut ad finem ultimum, & aversus à Deo incommutabili bono. Alij etiam ex antiquioribus Thomistis tuentur, peccatum habituale, tàm originale, quàm personale, consistere in privatione voluntaria gratiæ habitualis, sive in privatione gratiæ, ut inducta ex peccato actuali: quam opinionē pro posse nostro defendimus tract. de constit. personal: peccat. & orig: *cui modo dicendi sufragantur etiā plures AA. Societ. Bellarminus, Toletus, Valentia, Suarez, Vazquez, & Alij. *Tom. 2. & 3.

3 Tertio. Peccata vere, & proprie remittuntur. Prob. 1.

Hoc tamen discrimine non obstante, omnes Theologi catholicè fatentur peccatum habituale vere, & proprie destrui, ac remitti in iustificatione impij. Ita præter plura testim. Sacræ Script. Concil. Trid. sess. 6. cap. 7. damnans hæreticos asserentes peccata nostra non vere remitti, aut destrui, sed tantum tegi, operiri, aut non imputari ad pœnam. Verba Conc. etiā sess. 5. can. 5. hæc sunt: *Siquis per Iesu-Christi Domini nostri gratiam, quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit, non tolli totum id, quod veram & propriam rationem peccati habet, sed illud dicit, tantum radi, aut non imputari, anathema sit.* Quæ doctrina traditur à D. Paulo ad Rom. 8. & 6. dicenti: *Nihil damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu; consepulti cum ipso per baptismα, qui non secundum carnem ambulant, * sed veterem hominem exuentes, & novum, qui secundum Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij ac Deo dilecti: effecti sunt hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Per quæ verba clarè convincitur in homine iustificato nihil remanere, quod veram, & propriam rationem peccati habeat; *siquidem exuere* veterem hominem, & induere novum hominē, scilicet Christum Dominum: similiterque hominem esse coram Deo vere *innocentem, purum,* * Sic Trid.

rum, immaculatum, ac Deo amicabiliter dilectum &c. subsistere nequit, si revera in ipso manet macula, & impuritas peccati. Deinde iustificatio impij iuxta definitionem traditam à D. Thom. hic q. 113. artic. 1. & approbatam à Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. *Est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei*; ubi ex parte termini *à quo* ponitur peccatum, seu status in iustitiæ, & ex parte termini *ad quem* gratia, per quam homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus. Sed de ratione termini *à quo* est destrui, seu desinere esse adveniente termino *ad quem* eiusdem mutationis: ergò in iustificatione impij vere, & proprie destruitur, quidquid rationem peccati habet. Quod si charitas dicitur 1. Petri cap. 4. *Operire multitudinem peccatorum*, & Psalm. 31. & 84. *dicitur Deum operire, & tegere peccata nostra*: nihil officit catholicæ doctrinæ; quin potius illam firmat testante M. P. Aug. si enim (inquit) *peccata sunt Deo operta, occulta, & tecta; profecto abolita sunt.* Cū enim Deus omnia intueatur, & aperta sint oculis eius, si peccata non videt in homine, peccata in illo non sunt.

Prob. 2.

Occurritur cuidam inst.

In Ps. 33.

4 Suppositō ergò peccatum habituale nunquam coexistere cum gratia iustificante; sed vere, & proprie destrui, ac remitti: quærimus in præsenti de qualitate oppositionis inter gratiam, & peccatum habituale. Triplex autem oppositio potest intervenire inter aliqua extrema; scilicet metaphysica, seu essentialis, physica, seu ex natura rei, & moralis. Extrema illa, quæ nec de potentia Dei absoluta coniungi valent, dicuntur opponi inter se metaphysicè, aut essentialiter, qua ratione lux, & tenebræ; vita, & mors opponuntur modo dicto. Illa vero, quæ licet attenta potentia ordinaria Dei operantis conformiter ad naturas rerū coexistere nequeūt; bene tamen Deo miraculose operanti, dicuntur opponi tantum physicè, seu ex natura rei. Sic opponuntur duæ qualitates contrariæ in gradibus intensis respectu eiusdem subiecti, & duo corpora in ordine ad existendum in eodem loco, & his similia. Oppositio moralis consistit pro nūc in quadā indecētia cōiunctionis orta ex excellētia unius extremi, quæ sine dubio deprimitur, si cum extremo altero nimis vili, abiecto, & vehementer indigno, coniungatur. Talis est oppositio inter dignitatem pontificiam, & hominem improbæ vitæ, inter sceptrum regium, & hominem in fimæ notæ: quamvis secundum potentiam etiam ordinariam Dei possit aliud decerni, & oppositum contingere.

Triplex oppositio in duo extrema.

5 Hæc, licet de se satis clara, aliqui obscurare connantur pro indaganda oppositione inter gratiam, & peccatum habituale. Existimant enim adhuc admisso gratiā habit: & peccatum habituale, nec de potentia Dei absoluta posse coniungi; illorum oppositionem non esse dicendam physicam: cum hæc versari debeat inter extrema physica, cuiusmodi non est peccatum habituale, si illud consistat in peccato actuali physicè præterito, & tantum moraliter perseveranti. Hæc tamen levissima sunt, & doctrina à nobis supra tradita satis solidè apparet, & ad decisionem oppositionis cum peccato valdè opportuna. Aliud enim est considerare extrema opposita, aliud vero ipsorum oppositionem, sive pugnam, quam inter se habent; parum enim refert, quod extremum sit de linea moris, si secundum suam naturam, & non nisi miraculosè, coexistere valet cum altero; ad hoc, ut oppositio illius in vero sensu appelletur physica, hoc est ex natura rei, & à Deo operante iuxta naturas rerum insuperabilis. Quemadmodum ab opposito discurrendō; parum refert, quod aliqua extrema sint vere, & proprie de linea physica, & aliunde difficulter inter se coniungibilia; si attentis naturis ipsorum absque ulla violentia possunt simul in eodem subiecto coexistere; ut videre est in qualitatibus de se contrarijs in gradibus remissis. Non igitur venanda

Aliqua la via cōtra Doctrinā tam.

Solutio.

est qualitas oppositionis penes qualitatem extremorum illius, sed penes pugnam, & modum inconiungibilitatis; si enim pugna ad coexistendum sit à Deo physicè, & de potentia ordinaria operanti superabilis, ad summum oppositio erit pure moralis. Si autem solum vinci possit à Deo operanti miraculosè, & supra naturas rerum, erit physica; si autem nec Deo utenti potentia absoluta superari valeat, erit oppositio metaphysica, sive essentialis.

6 Roboratur exemplis.


Explic. & roboratur hoc duplici exemplo omnibus Theolog. satis pervio. Tripliciter enim aliquid dici valet impossibile, scilicet *metaphysicè*, *physicè*, *& moraliter*. 1. modo dicitur impossibile, quod repugnat ex habitudine terminorum; v. g. hominem esse equum: qua de causa dicitur etiam impossibile essentialiter. Dicitur autem impossibile physicè, quod repugnat ex naturis rerum, & Deo operanti secundum earum virtutem, & inclinationem; uti ignem debite applicatum passo dispositio illud non comburere; idemque de reunione animæ ad corpus, & his similia. Dicitur tandē impossibile pure moraliter, id quod regulariter, & non sine aliquo extraordinario modo operandi nequit contingere; v. g. in Hyemenon pluere, & in Vere non esse Tonitrua. Conformiter ad immediatè dicta distinguitur etiam triplex necessitas, scilicèt metaphysica; v. g hominem esse animal, & necessitas physica v.g. substantiam corpoream esse quantitate affectam, & videntem Deum clarè, ipsum amare super omnia: & tandem necessitas moralis; v. g. evenire aliqua scandala, & his similia. Sicut ergò impossibilitas dicitur moralis, & physica; non quia extrema de quibus verificatur, sint determinatè de linea physica, aut de linea moris; sed quia prima nequit vinci, nisi Deo miraculosè operante, & secunda vinci valet Deo naturaliter operanti, etsi præter usitatum cursum rerum; ita dicendum de oppositione physica, metaphysica, & purè naturali iuxta doctrinam num. antec. traditam.

7 Sententiæ & AA.

His suppositis 1. opinio asserit gratiam non expellere peccatum, nec opponi cum illo physicè, & ex natura rei; sed ex lege, & ex institutione Dei decernentis ad præsentiam gratiæ remittere peccatum, ita ut nulla vis fieret gratiæ, etiam si Deus, illa existente, non remitteret peccatum. Sic Ocham, Gabriel, Ricardus, & pro eadem communiter refertur Subtilis D. in 2. dist. 28. & dist. 37. q. unica, & in 4. dist. 16. q. 2. Secunda opinio parum differens à 1. asserit: gratiam ex natura rei opponi cum peccato habituali, quatenus dicit quandam moralem repugnantiam ortam ex sui excellentia ad coexistendum cum peccato. Hæc tamen oppositio non pertingit ad repugnantiā vere physicam, ut gratia coexistat cum peccato; cum etiā sine stricto miraculo, & Deo operanti de potentia ordinaria, possit talis coexistentia poni in rerum natura; ita Lessius, Salas, & Alij, quos refert, & sequitur Ripalda tom. 2. de ente supernaturali disp. ultima sect. 4. 3. opinio asserit gratiam opponi physicè, & ex natura rei, omni lege, & ordinatione secluſa, cum peccato habituali; ita ut talis oppositio solum possit superari Deo operanti de potentia absoluta, quidquid sit, an etiam opponatur essentialiter cum peccato: de quo infra; ita Magister Curiel, Zumel, Suarez, Vazquez, referens plures AA. & à fortiori quam plures Thom. tuentes, nec de potentia absoluta posse gratiam coexistere cum peccato, quos omnes citatos invenies apud Magistrum Bolivar tract. de iustificatione dub. 5. §. 1.

Secunda.

Tertia.



§. II.

PRIMA CONCLUSIO.

Remissio, sive destructio peccati habitualis, provenit à gratia, ut à causa, & causa formali.

8

Advert:

ANte prob. 1. partis notandū, * aliud esse peccatum destrui, dum homo iustificatur per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum; aliud vero huiusmodi remissionem esse effectum provenientem à gratia, non utcumque, sed ut à causa formali. * 1. enim salvari potest per solam coniunctionem, & concomitantiam remissionis peccati cum infusione gratiæ. 2. autem dicit veram causalitatem ex parte gratiæ respectu remissionis peccati. Circa 1. nullus Catholicus dubitare potest; cum sit de fide in homine iustificato non remanere maculam peccati, seu in illo non remanere aliquid damnationis. Circa 2. vero, etsi sit fere communis sententia omnium Theologorum, non tamen adeò certa, ut oppositum ab uno, vel altero Theologo non defendatur. Hoc supposito. Prob. 1. ex Trid. sess. 5. can. 5. *Definiente per gratiam, quæ in baptismate confertur, tolli totum id, quod veram, & propriam rationem peccati habet.* Ubi illa dictio *per*, non puram concomitantiam denotat, sed expressè veram causalitatem ex parte gratiæ circa expulsionem peccati designat. Idem constat ex eodem cap. 7. definiente: *Unicam causam formalem nostræ iustificationis esse iustitiam nobis intrinsecam, & inhærentem.* Sed iustificatio impij necessariò includit peccati remissionem: ergò gratia non solum est causa, à qua provenit effectus positivus sanctificationis, & renovationis, sed etiam ab illa provenit effectus secundarius, & negativus, qualis est remissio peccati. Confirm. hoc ex Cathec. Romano iussu Pij V. editi, ubi hæc habet: *Est autem gratia*, quemadmodum Tridentina Synodus ab omnibus, *sub pœna anathematis credendum decernit, divina qualitas, quæ peccatorum maculas delet, ipsasque animas pulchriores, ac splendidiores reddit*: ergò ex vi gratiæ provenit, tum pulchritudo, & sanctitas animæ, tum etiam remissio, & expulsio peccati habitualis.

Prima ratio pro destruct: peccati per grat:

9

Secunda ratio.

Pro eodem assumpto affertur alia prob. ex Concilio Tridentino sess. 6. cap. 7. definiente: *Iustificationem, non esse solam peccatorum remissionem, sed interiorem hominis renovationem*; ubi supponit Concilium peccati remissionem non præsupponi, aut pure commitari iustificationem; sed in illa actu includi saltim, ut effectum secundarium. Nunc sic: Id à quo provenit, ut propria causa iustificatio impij, provenit id quod actu includitur in ipsa, & se habet quasi pars integr: illius; sed gratia habitualis est causa nostræ iustificationis: ergò ex vi gratiæ ut causę habetur, tùm renovatio interior, tùm etiam remissio peccati. Hanc tamen probationem non reputat satis efficacem Pater Suarez tom. 1. in 3. p. disp. 4. sectione 8. cum ex hac propositione: (inquit) *Iustificatio impij non est sola peccatorum remissio*, non inferatur per necessariam consequentiam sequens conclusio: *Iustificatio impij includit quasi inadequate peccatorum præced: remissionē*, ut patet assimili in hac: *Iustificatio non est tantum favor extrinsecus*; de qua dubio antecedenti in sol. arg. diximus non inferre hanc conclusionem: *Favor extrinsecus Dei ingreditur de formali ad iustificationem, sive hanc: ut gratia habitualis denominet hominem formaliter iustum indiget favore superaddito.*

Hæc ratio non placet ex toto aliquib.

10

Occurrit: motivo in contra.

Sed contra: Nàm licet ex tali propositione absolutè sumpta non inferatur remissionem peccati pertinere ad rationem iustificationis; secus tamen, cum additamento posito à Concilio, sic enim prosequitur: *Iustificatio non est sola peccatorum remissio, sed renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ: unde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus.* Ubi expressè asserit gratiam receptam,

ita interius sanctificare, & renovare hominem, *ut per illam homo fiat ex iniusto iustus, & ex inimico amicus.* Sed hominem fieri per gratiam ex iniusto iustum, & ex inimico amicum, est gratiam ut iustificantem causare remissionem peccati: ergò. Prob. minor: hominem fieri per gratiã ex iniusto iustum, & ex inimico amicum, est iniustitiam, & inimicitiam se habere, ut terminum *à quo* in iustificatione impij, sed de ratione termini *à quo* cuiusvis motus est excludi per terminum ad quem illius: ergò.

11 3. prob. Fide certum est Sacram. novæ legis, scilicet Baptismum, & Pœnitentiam causare gratiam sanctificantem, & non utcumque, sed ex opere operato, ita Trident. sess. 7. canon. 8. sed etiam est fide certum Baptismi Sacramentum ordinari ad remissionem peccati originalis, & Sacramentum Pœnitentiæ ad remissionem peccati personalis: ergò peccatum originale remittitur per virtutem gratiæ collatæ in Baptismo, & peccatum personale per virtutem gratiæ habitualis collatæ in Sacramento Pœnitentiæ. Urgeo: Sacerdos v.g. ministrans Sacramentum Pœnitentiæ verè remittit peccata personalia subiecto rectè dispositio; ut patet ex forma absolutionis: *ego te absolvo &c.* vel ergò talis remissio peccati provenit instrumentaliter, sive ministerialiter, à Sacerdote per gratiam habitualem, quam etiam ministerialiter causat, vel pro priori ad illam? Si 1. habemus intentum; scilicet prædictam remissionem esse effectum provenientem à gratia. 2. est absurdum, cum ante infusionem gratiæ nil positivum infundatur à Sacerdote, vi cuius possit expellere peccatum; undè dicendum, ad salvanda dogmata fidei, circa Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ, & alias SS. PP. & Concil: loquutiones, remissionem peccati esse effectum formalem provenientem à virtute intrinseca gratiæ.

Tertia ratio.

Urgerur.

12 Confirm. hoc ex communi doctrina Theolog. tuentium actum contritionis disponere ad iustificationis gratiam consequendam, ut constat ex Trident. sess. 6. cap. 6. & canon. 3. sed etiam est certum apud omnes Theolog. actum contritionis habere pro effectu remissionem peccati personalis: ergò talis remissio provenit tanquam à causa à gratia habituali. Urgetur, & explic. hoc. Remissio peccati provenit à contritione non tanquam à causa formali, sed tantum tanquam à causa materiali dispositiva. Ita S.D. 3.p. q. 66. ar. 6. & q. 28. de verit. 8. ad 1. & 2. ergò necesse est assignare aliquam formam, ad quam disponat pro remissione peccati: cum omnis dispositio necessariò requirat formam, ad quam disponat; sed hæc forma est unicè gratia iustificans, ut patet ex Trid. ubi supra: ergò absque omni dubitatione tenendum est remissionem peccati non se habere purè anteced. aut purè committanter, sed illã provenire à dono gratiæ habit. infusæ, ut effectum secundarium illius. S.D. pluribus in locis idem expressè affirmat hac 1. 2. q. 113. ar. 1. ubi ait: *Iustificationem impij esse peccatorum remissionem, eo quod terminus ad quem illius, scilicet iustitiam, vere excludit terminum à quo, scilicet, iniustitiam*; undè sic eam definit: *transmutatio de statu iniustitiæ ad iustitiæ statum*: & art. 7. *iustificatio originaliter cõsistit in gratiæ infusione: per illam enim, & liberum arbitrium movetur, & peccatum remittitur*: & ar. 6. *in iustificatione impij, primo concurrit infusio gratiæ &c. Consummatio, sive perventio ad terminum motus iustificationis, est remissio culpæ*: & ar. 8. *gratia est causa remissionis culpæ, & adeptionis iustitiæ*, & alibi sæpissimè tota quæst. 113.

Confirm.

Confirm. expressis. testim. Angelic. D.

)(✠)(

§. III.

Probatur illam esse à gratia, ut causa formali.

13 Prob. ex D. Thom

QUod autem gratia habit. expellat peccatum in genere causæ formalis (quæ est secunda pars conclus.) traditur expresse à D. Thom. hic quæst. 113. art. 6. ubi ait *infusionem gratiæ, & culpæ remissionem se habere, sicuti se habent in naturalibus generatio unius formæ, & corruptio alterius.* Et quæst. 28. de Verit. art. 1. ad 7. *Sicuti iustitia formaliter iustificat, ita, & culpam formaliter abijcit: sicut formaliter Albedo abijcit ingredinem. Sic ergò remissio culpæ, ut est effectus formalis gratiæ, sequitur gratiam.* Et art. 7. ad 4. *Gratia inhærendo formaliter expellit culpam*, & ad 5. *Gratia non expellit culpam effectivè: sed formaliter*, quam Doctrinam tradit, & probat in corpore; ubi asserit; *quod licèt in genere causæ materialis remissio culpæ præcedat infusionem gratiæ; in genere tamen causæ formalis prior est infusio gratiæ, quàm remissio culpæ.* Ex omnibus testim. hucusque adductis colligo, quam merito Pater Oviedo de Iustific. controv. 1. puncto 1. *Asserat *nullum Catholicum posse dissentire conclusioni positæ*; unde satis temerarie, & contra Trident. sentiret, qui admissa iniustificato sanctificatione, & remissione peccatorum assereret remissionem peccatorum comitari infusionem gratiæ; seu prius poni peccatorum remissionem, & postea infundi gratiam; ita ut gratiæ infusio nullo modo influeret in remissionem peccati.* Card. Bellarm. lib. 2. de Iustificat. cap. 6. §. *est autem asserit esse de fide iustificationem fieri per formam inhærentem, non solum quantum ad interiorem renovationem, sed etiam quantum ad peccatorum remissionem.* Pater Suarez lib. 7. de Gratia cap. 12. num. 3. & 8. ait: *Sine temeritate non potest negari remissionem peccati provenire à gratia, & iustitia inhærente, ut effectum formalem illius.* Quod ultra testimonia superius adducta confirmat ex alijs testimon. in quibus *peccatum, & gratia, comparantur ut lux, & tenebræ.* Ita ad Ephes. 5. & 2. ad Corinth. 6. Similis est comparatio, qua conferuntur *ut sanitas, & ægritudo; ut mors, & vita*, de quo August. in Enchirid. cap. 52. idem de puritate, & pulchritudine relatè ad impuritatē, & deformitatem peccati. *Sed lux, sanitas, & vita expellant tenebras, ægritudinem, & mortem in genere causæ formalis: ergò.* Ratio enim à priori deducitur ex præcedentibus; siquidem gratia constituit hominem spiritualiter genitum, filium Dei adoptivum, & vita æterna dignum; *peccatum verò reddit hominem filium Diaboli, & illum privat iure ad vitam æternam, proindequè privat illam filiatione adoptiva*; sed forma illa, quæ constituit hominem spiritualiter *genitum &c.* expellit formaliter privationem iuris ad gloriam, & privationem filiationis adoptivæ Dei: ergò.

Quid sentiant gravissimi D.D.

Idem Tuentur omnes Thom.

§. IV.

Solvuntur aliquæ instantiæ.

COntra hanc conclusionem obijcies aliqua, etsi parvi momenti. 1. Ex Trident. sess. 6. cap. 7. *Dicenti: in iustificatione simul cum remissione peccatorum dari gratiam, & alia dona* quæ verba *significant solum comitantiam inter gratiam, & remissionem*; non autem *aliquam causalitatem ex parte gratiæ.* Imò: si remissio peccati esset effectus formalis gratiæ; videtur superfluum dicere; cum *remissione peccati datur gratia*; nam clarum est data forma dari effectum formalem illius. 2. Remissio culpæ præcedit infusionem gratiæ; ita S. Doct. pluribus in locis præcipuè hac 1. 2. quæst. 113. art. 6. & quæst. 28. de Verit. art. 7. sed effectus formalis formæ nequit præcedere formam: ergò remissio peccati &c. 3. *Solus Deus potest peccata remittere*, ut dicitur Ioannis 5. ergò remissio peccati non provenit à gratia nobis intrinsecè inhærente. 4. Remissio peccati attribuitur Morti, & Passioni Christi; at verò iustificatio quoad effectum positivum attribuitur eius resurrectioni: iuxta illud ad Rom. 4. *Mortuus est propter delicta nostra: resurrexit propter iustificationem nostram*; sed si proveni-

14

1. Instant.

Urgetur.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

niret à gratia, ut causa formali; attribueretur resurrectioni: ergò.

15 Hæc tamen levia sunt, ad 1. Respond. verba Concilij esse huiusmodi: *Undè in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infussa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, fidem, spem, & charitatem.* Ex his constat falso affirmari; quod Concil: *Dicat cum remissione accipere gratiam.* Nàm ly *simul solum* appellat supra *fidem &c.* Hoc tamen omisso Resp. 2. quod estò ibi Conc. non ponat remissionem peccati, ut effectum gratiæ, non tamen eam excludit; illamque affirmat alijs locis relatis. Ad urgentiam dicatur nullam superfluitatem committi explicando effectus formales formæ sequutos ex positione formæ; cum talis explicatio conducat ad clariorem notitiam perfectionis, & quidditatis formæ illos præstantis. Rursùs illud esset verum de effectu formali primario; non tamen de secundario purè negativo. Ad 2. Respond. remissionem præcedere in genere causæ materialis; quatenus remotio formæ contrariæ disponit subiectum ad introductionem alterius; subsequi vero in genere causæ formalis, & finalis, ut expresse docet S. Doct. ibi, & confirmat exemplo expulsionis unius formæ naturalis relatè ad introductionem alterius; cum tamen talis expulsio sit effectus formalis secundarius *iuxta illud: generatio unius &c.*

Reſpond. ad 1.

2. Resp.

Ad urg.

Ad 2. inſtant.

16 Tertia instantia solum probat de causa effectiva principali; non vero de causa formali; nàm similes locutiones etiam de effectu positivo sanctitatis inveniuntur in Scriptura: *Quis enim potest facere mundum &c.* & illud: *Non est aliud nomen datum, in quo oporteat nos salvos fieri.* Ad 4. dicatur illam attributionem non denotare diversitatem causæ meritoriæ; cum tam effectum positivum sanctitatis, quam negativum remissionis peccati, meruerit Christus Dominus sua Sanctissima Passione; ut est definitum à Trident. sess. 6. cap. 7. & constat ex innumeris testimon. Sacræ Script. Undè iustificatio attribuitur resurrectioni, ut causæ exemplari, quam homo imitari debet; ut quemadmodum Christus mortus est, & resurrexit in novam vitam gloriæ; ita oportet, ut nos commortui peccatis, in novitate vitæ ambulemus. Ita S. Doct. ibi.

Ad 3. Job 14. Actor. 4

Ad 4.

Ex hucusque dictis inferes quã parũ solidè secure in re adeo gravi, & materiam fidei concernenti procedant aliqui AA. inter quos Ripalda tom. 2. de Ente supernaturali, disput. ult. num. 297. asserendo in præsenti providentia remissionem peccati, in eo, qui iustificatur, præcedere infusionam gratiæ habitualis, nec ac illa provenire tanquam à causa. Nàm in tali modo dicendi non salvatur Doctr. Trident. *Scilicèt, per gratiam remitti peccatum*; licèt possit salvari remissionem peccati non dari sine gratiæ infusione. Fateor tamen prædictos AA. consequenter in dicto asserto procedere. Cum enim constituant peccatum habituale in peccato actuali physicè præterito, & inmorali perseverantia illius propter carentiam actus Divinæ voluntatis illud condonantis; tunc verificatur destrui peccatum habituale, quando desinit id, per quod formaliter definit talis carentia; cumque hæc deficiat formaliter per actum Divinæ voluntatis condonantis, per illum formaliter excluditur peccatum habituale; & infusio gratiæ ex tali decreto condonandi proveniens subsequitur omnino formalem remissionem peccati. Ob hoc enim motivum, & inconveniens ex tali constitutione deductum illã reiecimus tract. de Constit. habit. Pecc. & eruditè reijcitur à P. Aranda tract. de Iustificat. lib. 12. disp. 43. §. 2. ex qua Doctrina. Siquis voluerit impugnare opinionem constituentem peccatum habituale consistere inadæquatè in carentia Divinæ condonationis &c. poterit illam impugnare ab inconvenienti: *Quia videlicet sequitur de facto peccatum remitti per favorem extrinsecum, & non per gratiam*: Et hoc opponi Trident. iuxta omnia huiusque adducta.

17 Illatio contra Aliquos.

Redarg. ex Auth. citatis supra §. 3.

Tom. 2. dub. 4.

Argum. efficax.

Nec te moveat Mag. Torres Trinitarium novissimè quæst. 8. art. 3. à num. 56.* Talem opinionem iudicare, ut probabilem; ideoque ait: nimis fidenter appellari à P. Aranda ab-

18 Reijcitur quoddam dictum.

absonam veritati Catholicæ:cum eam tueatur Ripalda, & alij ex Scotistis.* Non,inquam, te moveat; nàm nequit argui, ut præsumptuosus in asserendo aliquam opinionem opponi Trid. Doct. ille, qui sequens plures AA. præsertim, Suarez, Bellarm. eadem verba cum istis profert; sed isti, ut vidimus,iudicant Catholice; aut sine magna temeritate, non posse defendi de facto non remitti peccatum per gratiam habitualem, & in oppositum stare definitionem Trident. ergò sine causa arguitur de præsumptione P. Aranda dicens:*Opponi Trident. asserere peccatum de facto remitti per puram extrinsecam condonationem.*

19 Motivũ præf.M.

Sed videamus, quid prædictus Mag. addat, ut salvet non esse absurdum ponere de facto remissionem peccati fieri per aliquid extrinsecum. Ait enim num. 59. * debere distingui inter causam formalem destructionis, & remissionis peccati, & inter ipsam formalem destructionem,& remissionem eiusdem. Quando enim effectus est purè negativus, & si causa formalis expulsiva illius sit forma positiva; eius tamen formalis destructio est nihil, sive pura carentia. Undè esto calor sit causa formalis expulsiva frigiditatis; expulsio tamen frigiditatis est carentia sui: ergò stat quã optime, quod causa formalis expulsiva, & remissiva peccati sit gratia (& hoc est quod asserit Trident.) intrinsecè afficiens hominem, & quod formalis remissio peccati sit extrinseca, utpotè in nihilo consistens. Sed hoc parum roboris continet.* Nàm admisso formalem expulsionem peccati esse nihil; sive sui carentiam; minimè prob. illam dicendam fore omnino extrinsecam, aut in aliquo extrinseco consistere. * Siquidem etiam privatio gratiæ in nihilo consistit,(idem de alijs privationibus) & tamen absolute dicitur esse homini intrinsecam, & hoc; sive illa sit purè pœna,vel in ea consistat peccatum originale, vel personale iuxta plures etiam ex AA. Societatis. Non enim dicitur intrinseca positivè, sed remotive; quatenus removet aliquid intrinsecum; unde iuxta eius definitionem appellatur: *Carentia formæ insubiecto &c.* Quapropter communiter tuetur à Jesuitis cum P. Suarez peccatum actuale dicere privationem rectitudinis,non quidem intrinsecam actui, sed voluntati; quæ tenetur rectè operari. Deindè: Quia q.7.à num. 70. tuetur exclusionem peccati habitualis esse effectum formalem primarium gratiæ, & cum illa identificatum: ergò non cohærent ab illo dicta de remissione extrinseca.

Occurrit. 1.

* Loquimur Theologicè.

Peccatũ originis est parvulis iuxta Trident.

Ad hominem.

Sed omisso formalem expulsionem peccati consistere in aliquo extrinseco; dum modo causa formalis expulsiva sit intrinseca, & hæc sit gratia; subsistit veritas Doctrinæ supra propugnatæ.Cum hoc salvari nequeat, si peccatum habituale inadæquatè consistat in carentia actus Divinæ voluntatis illud condonantis. Nàm tunc pro priori ad gratiam, ut infussam, habetur destructio peccati; cum deficiente aliquo constitutivo, etsi partiali alicuius speciei, species deficiat;cum species sint sicut numeri sed defectus condon. exclud. sui carentiam:Habetur ab actu condonanti,utà causa formali intrinsecenti:ergò. Rursùs:Nã esto formalis expulsio proveniat à carent.peccati,ut à forma, aut quasi forma,provenit etiam iuxta solutionem, à gratia, ut à causa unica formali per influxum, aut exigentiam talis remissionis; undè hæc est effectus secundarius gratiæ. Atqui iuxta constitutionem peccati habitualis supra descriptam defectus formalis peccati habetur, non pro poster: ad gratiã, sed pro priori,scilicèt, pro signo actu Div:volunt:condonantis:*ergò non salvatur grat.in præsenti providentia esse unicam causam formalem nostræ iustificat:includentis remissionem peccati.

20 Secundo.

* Gratia est huius effectus.

Id quod addit de Scotistis;scilicèt,*eos tueri peccatorum remissionem fieri unicè per favorem extrinsecum Dei; *est omnino falsum,ut in ipsis videre est. Aliud enim est contendere contra illos negantes oppositionem intrinsecam gratiæ cum peccato, debere ab ipsis concedi, quod remissio peccati fiat purè per favorem extrinsecum.aliud vero hoc ipsum ab eis planè concedi. Primum est verum, secundum falsum. Sicuti ex quo con-

21 Aliud dictum reijcit.

concedant gratiam indigere favore extrinseco ad positivè sanctificandum; non fatentur talem sanctificationem fieri unicè per favorem extrinsecum. Addit etiam prædictus Mag. remissionem formalem, & destructionem peccati semper esse extrinsecam; *quia videlicèt remissio* propriè loquendo est *actus liber offensi, aut iudicis, extrinsecus ofendenti.* Sed in tam paucis verbis plura continentur falsa. 1. Quia pro eodem reputat remissionem peccati propriè sumptã, ac eius destructionẽ: licèt enim remissio sit etiam actus voluntatis, destructio tamen peccati propriè dicitur etiam de dono intrinseco illud expellente. Ideo Trident. ubi supra, ait *per gratiam tolli id, quod veram rationem peccati habet.* Undè etsi gratia non remittat propriè omnimodo; propriè destruit, & expellit peccatum, præsertim in eius opinione adstruente oppositionem essentialem. 2. Nàm remissionem formal: ponit in actu libero personæ ofensæ: cum tamen talis remissio potius sit dicenda activa, quam formalis. Et quidem per gratiam remitti reatum peccati originalis docet etiam Trident. sess. 5. Can. citato: ergò aut solutionis Doctrina est falsa aut Trident. loquitur de Remissione impropriè accepta. Quare necessario fateri debet oppositum. stando Doctrinæ D. Thom. frequentissimè asserenti *per gratiam culpam remitti; & remissionem culpæ subsequi in genere causæ formalis introductionem gratiæ.* Ne ergò dicamus S. Doct. impropriè fuisse locutum de remissione; fatendum illam propriè accipi tum pro actu Divinæ voluntatis infundentis gratiam, quæ dicitur remissio activa; tùm pro gratia, quæ dicitur remissio formalis, aut passiva, quia per modum formæ.

Aliud dictum.

Reijc. 1.

Secundo.

Oppon. D. Thom

***

§. V.

SECUNDA CONCLUSIO.

Si gratia habitualis solum ex pacto, & ordinat: Divina expellit peccatũ, non provenit ab illa, ut à causa; nec, ut causa formali destructio peccati.

VIdimus conclusione præcedenti peccatum habituale, sive maculam ex peccato actuali relictam, verè remitti per gratiam; illamque esse causam formalem prædictæ remissionis; quam conclusionem esse omnino certam ibidem propugnavimus varijs testimonijs Concilij, & SS. PP. quo supposito opinionem Nominalium tuentium gratiam ex natura rei non opponi cum peccato, sed unicè ex ordinatione Divina decernente ad præsentiam illius remittere peccatum: refutare connamur deducendo illam ad inconveniens supra ponderatum, scilicèt, in tali modo dicendi non verificari per gratiam infussam remitti peccatum, aut illam esse causam formalem talis remissionis. 22

Prima pars sic probat. Peccatum habituale in vero sensu remitti aut destrui per gratiam nobis inhærentem, est eam habere verum influxum in destructionem peccati; sed si gratia solum ex ordinatione Divina destruit peccatum non habet verum influxum in destructionem illius: ergò non verificatur cum proprietate sermonis per gratiam nobis à Deo infussam remitti peccatum. Maior est certa: Nàm ly *per gratiam remittitur peccatum* non denotat puram comitantiam infusionis gratiæ, & remissionis peccati; alias de omnibus rebus se invicem comitantibus posset verificari unum produci per aliud; aut destrui per illud; quod est absurdum. Minor vero probat. 1. Gratiam destruere peccatum ex lege, aut ordinatione Divina, est Deum decernere destructionem peccati ad præsentiam gratiæ habitualis; sed totum hoc subsistere valet absque ullo influxu ex parte gratiæ in illius destructionem: ergò. Minor constat: Tum ex his 23

Prob. rat.

Min. probat. 1.

his, quæ communiter proferunt Philosophi contra aliquos Antiquos, qui asserebant causas creatas solum influere in effectus creatos, quatenus Deus ad præsentiam earūillos producebat: de quo S. Doct. 3. contra Gent. cap. 69. Constat, inquam. Siquidem revera omnem veram causalitatem, & activum influxum negabant. Tùm ex his quæ de Sacramentis veteris legis docent pariter Theologi negantes verum influxum in gratiam; licèt Deus ad præsentiam illorum eam infunderet; qua de causa illa appellat D. Paulus ad Gal. 4. *Vacua, & egena elementa.* Tùm quia potest Deus infundere gratiam habitualem; imo, & decernere unionem hypostaticam sub aliqua conditione purè naturali; & tamen propter hoc non diceretur per illam verè produci gratiam; aut eam verum influxum exercere in unionem hypostaticam. ergò.

24 Secundo. Probat. 2. eadem minor. Gratiam verè influere in desitionem peccati est eam habere aliquam veram oppositionem cum peccato; sed iuxta opinionem, quam impugnamus, nulla adest oppositio inter gratiam, & peccatum: ergò nequit in vero sensu dici per gratiam habitualem remitti peccatum. Maior est certa, nàm ubi unum verè influit in desitionem alterius, adest vera pugna, & incompatibilitas cum illo, in quo ratio oppositionis consistit. Min. vero prob. Omnis vera oppositio pro præsenti, aut est privativa, aut contraria, aut contradictoria; sed nulla ex his in prædicto modo dicendi reperitur inter gratiam, & peccatum. Ratio est: Nàm extrema aliqua opponi uno ex modis relatis convenit eis pènes ipsorum naturas, ut patet ex eorum definitionibus: ergò cum iuxta præfatum modum dicendi gratia ex natura sua nullam oppositionem habeat cum peccato, nequit ratione ordinationis Divinæ ei omnino extrinsecæ, ulla vera oppositione gaudere.

25 Probat. 2. pars. 2. Pars conclus. probat. Id provenit à gratia habituali, ut à causa formali, quod provenit ab ipsa secundum sibi intrinseca; sed iuxta opinionem, quam impugnamus, destructio peccati non provenit à gratia secundum sibi intrinseca: ergò non provenit ab ipsa, ut à causa formali. Maior constat: Nàm id, quod provenit ab aliquo, ut à causa formali, provenit ab ipso quatenus habet rationem formæ; sed unumquodque sortitur rationem formæ, per id quod intrinsecè ei convenit, & non per id quod accipit ab alio: ergò. Tùm quia, quod exhibetur ab aliquo, ut à causa formali, exhibetur ab illo per sui communicationem. Sed quod exhibetur ab aliquo per sui communicationem, præstatur ab illo secundum sibi intrinsecum: cum nulla res possit formaliter communicare, quod in se formaliter non habet: ergò. Confirm. Gratia habitualis iuxta Adv. secluso pacto ex partre Dei non habet virtutem destructivam peccati eius infusionem præcedentis; alias ex natura rei pugnaret cum illo: ergò nec posito pacto habet vim expellendi peccatum. Prob. conseq. 1. Tale pactum nullam vim intrinsecam communicat gratiæ; utpotè ipsi pure extrinsecum. Sed hoc ipso nequit ab ipso accipere vim expellendi peccatum per modum formæ: ergò. Probat. min. Expellere peccatum in genere causæ formalis est illud expellere per modum actus; forma enim est propriè actus: Proindequè præbendo subiecto quod informat, aliquod esse intrinsecum actuale pugnans cum peccato. Sed implicat formam de se non habentem vim, ut præbeat subiecto aliquod esse intrinsecum actuale, illud præstare per coniunctionem cum aliquo, ipsi purè extrinseco: nihil enim magis intrinsecum rei, quam eius actualitas: ergò si gratia intrinsecè non pugnat cum peccato; & ordinatio Divina est illi purè extrinseca, implicat &c.

Confirm. Prob. conseq. 1.

2. Et præocupatur tacita solutio. Tale pactum nequit vim aliquam moralem, & moraliter intrinsecam, communicare gratiæ habituali: ergò gratia in vi illius nequit expellere peccatum in genere causæ formalis. Añs. probat. Prædicta virtus moralis, & moraliter intrinseca gratiæ, nequit esse aliud, quam quædam æstimabilitas, & condignitas ad remissionem peccati. Sed hæc repugnat communicari ex vi pacti, sive ordi-

26 Secundo.

dinatione Divina. Tùm quia in dicto casu Deus non solum decerneret destruere peccatum in præsentia gratiæ, ut volunt Adversi. sed etiam propter dignitatem gratiæ. Tùm quia talis æstimalitatis utpotè ex parte obiecti extrinseca gratiæ, solum habere potest locum respectu æstimabil. hominum apprehendentium denominationes extrinsecas; ac si essent rebus quid intrinsecum; secus vero respectu Dei æstimantis res secundum bonitatem, & perfectionem, quam in se habent; & cuius amor non supponit, sed potius causat bonitatem rerum: ergò talis æstimabilitas purè extrinseca ex parte obiecti, nequit à Deo communicari gratiæ habituali, ut per modum formæ expellat peccatum.

Promiss: inducit debit: non auget valor:

§. VI.

PRÆCIPUA CONCLUSIO.

Oppositio gratiæ cum peccato habituali non est solum moralis.

27 NOmine oppositionis moralis iuxta superius notata, non intelligitur aliqua dissonantia cum Regulis morum, nec oppositio orta ex principijs moralibus; uti est oppositio Dei cum peccato, & mendacio, ipsi conveniens ratione summæ sanctitatis: quæ tamen est essentialis; sed intelligitur quædam indecentia coexistentiæ gratiæ cum peccato proveniens, ex excellentia gratię, & indignitate peccati, cum qua componitur quod sine miraculo, & etiam nulla violentia gratiæ irrogata consideratæ secundum sibi intrinseca, possit peccato coexistere, sive illud non expellere. Probat. 1. Gratia habitualis ex natura sua dicit oppositionem cum peccato habituali: sed ex natura sua habet vim expellendi peccatum: ergò non solum moraliter, sed etiam physicè repugnat cum illo coexistere. Añs. probat. Gratia habitualis ex natura sua est vera sanctitas, & iustitia: sed de ratione sanctitatis, & iustiæ est oppositio cum peccato habituali, quod est iniquitas, & iniustitia: ergò. Hæc tamen probatio indiget maiori robore, ut directè probet assumptum. Aliud namque est gratiam ex natura sua dicere oppositionem cum peccato; aliud vero dicere oppositionem physicam, sive quæ solum miraculosè, & non de potentia ordinaria, possit à Deo superari. Primum appellat supra principium unde oritur oppositio; secundum vero supra modum talis oppositionis. Quapropter quidquid secundum sibi intrinseca dicit aliquam pugnam cum alio, sine hæc proveniat ab eorum physica entitate, sive ab aliqua dignitate, & morali excellentia illius, in aliquo vero sensu dicitur opponi ex natura rei cum illo. Cuius ratio est: Nàm indecentia adhoc, ut unum alteri coexistat, est aliqualis oppositio cum illo: ergò id quod ex natura sua dicit talem indecentiam, ex natura rei pugnat cum ipso. Consequenter adhæc dicendum: improbitatem vitæ opponi ex se cum Dignitate Pontificatus; licèt talis pugna sit superabilis absque ulla violentia. Cum ergò iuxta Adversi. gratia habitualis ex natura sua sit donum excellentissimum, licèt indigeat favore superaddito ad sanctificandum; & peccatum habituale sit malum penè infinitum, & ex probrabile; ex natura sua pugnat coexistentiæ cum peccato. Sicuti imago Regis ex se pugnat contemptui, tùm ob eius æstimabilitatem, tùm ob eius egregiam pulchritudinem.

Ratio aliquorum.

Indiget roborari.

28 Probat. conclus. insistendo verbis Trident. repetitis, scilicèt: *Unica causa formalis nostræ iustificationis est iustitia Dei nobis intrinsecè inhærens, & à Deo cordibus nostris infussa.* Gratiam esse causam formalem nostræ iustificationis, est illam per sui realem, & intrinsecam commmunicationem expellere peccatum habituale; si illius infusionem antecedat. Sed hoc nequit subsistere; si gratia solum sit moraliter incomposibilis cum peccato habituali: ergò gratia non gaudet sola incomposibilitate morali cum peccato habituali. Mai. constat: Nàm gratiam habitualem esse causam formalem nostræ iustificationis, est illam per sui realem, & intrinsecam communicationem, reddere hominem iustum, & Deo amicabiliter di-

Aliter proponitur.

dilectum; sed hoc ipso, per sui realem, & intrinsecam communicationem expellit peccatum habituale: ergò. Minor, in qua potest esse aliqua difficultas constat 1. Quia iustificatio iuxta doctrinam Trident. includit remissionem peccati, se habentis, ut termini *à quo* respectu illius; proindequè si gratia ex sui intrinseca communic: iustificat. &c. Tùm quia forma, quæ per sui intrinsecam communicationem præstat effectum formalem iusti, & dilecti amicabiliter Deo, per sui intrinsecam communicationem expellit id, quod est impedimentum formale, & se habens ut forma contraria denominationi formali iusti, & Deo amicabiliter dilecti: hoc enim est proprium cuiuscumque causæ formalis, ut eadem intraneitate, & exigentia, qua præstat suum effectum formalem positivum, expellat id, quod formaliter, & cum contrarietate impedit prædictum effectum formalem; ut patet exemplo caloris, & frigoris, Albedinis, & Nigredinis. Cum ergò peccatū habituale impediat, & contrarietur cum denominatione formali iusti, & Deo amicabiliter dilecti, si grat: per sui realem, & intrinſ: communicationem reddit hominem formaliter iustum, per eandem realem, & intrinsecam communicationem expellit peccatum habituale.

29 Probat. min. 1.

Min. vero 1. syllog. probat. 1. Gratiam esse incomponibilem moraliter cum peccato habituali, est, dari in ipsa quandam exigentiam congruitatis, ut Deus ex dignitate gratiæ moveatur ad remissionem peccati. Sed hoc minimè sufficit, ut verificetur gratiam per sui realem, & intrinsecam communicationem expellere peccatum, aut esse causam formalem prædictæ remissionis: ergò. Probat. min. Id, quod convenire potest, tùm causæ purè dispositivæ: tùm etiam causæ impulsivæ, non sufficit ad rationem causæ formalis, nec, ut aliquis effectus tribuatur ab aliqua forma per sui realem, & intrinsecam communicationem. Atqui congruitas, & dignitas ex parte alicuius perfectionis, ut Deus motus ex illa præstet aliquem effectum, potest quam optimè convenire, & de facto convenit causæ dispositivæ, & impulsivæ; siquidem actus charitatis præcedens iustificationem; alijque actus supernaturales obtinentes munus dispositionis moralis, hoc modo influunt in iustificationem; scilicèt, excitando, & movendo moraliter Dei misericordiam ad infusionem gratiæ: ergò. 2. Probat. eadem minor. Gratiam esse solum moraliter incomponibilem cum peccato habituali, est connectionem gratiæ cum peccato esse indecentem, & indecorosam attenta dignitate gratiæ, & indignitate peccati; sed hoc non probat gratiam per sui realem, & intrinsecam communicationem expellere peccatū: ergò. Probat. min. Nemo negavit esse indecens, & indecoro sum habitui fidei, alijsque virtutibus supernaturalibus, coexistere cum peccato; peccatum enim est indecens naturæ rationali, & contra eius inclinationem innatam ad recte, & virtuosè operandum; & insuper tanta est indignitas peccati, ut homo propter illā mereatur privari omni dono supernaturali. Et tamen, nec de habitu fidei, nec etiam de actu charitatis ratione sui verificari potest per sui realem, & intrinsecam communicationem expellere peccatum: Dato etiam quod Deus ex illorum excellētia moveretur ad illius destructionem: ergò. Et licèt hæc indecentia magis appareat in gratia habituali; verum tamen, hæc maioritas, vel minoritas, non variat speciem incomposibilitatis, sed intra eandem speciem remanet, etsi sit maior intensivè. Ex quo manifestè colligitur, non posse fieri pro ter illam transitum ad munus causæ formalis, utpotè spectantis ad aliud genus causæ, ex æquo distincta à genere causæ impulsivæ, dispositivæ &c.

Secundo.

30 Confirm.

Confirm. hæc ratio. Gratiam esse solum moraliter modo explicato incomposibilem cum peccato est remissionem peccati non provenire à gratia, ut à causa formali, sed à favore extrinseco Dei; sed hoc repugnat iuxta dicta in hoc dub. concluſ. 1. ergò, & prob. mi. Nequit provenire à gratia, ut à causa formali remissio peccati, si talis remissio potest deficere etiam de potentia ordinaria, existente gratia; sed si solum gaudet in-

com-

compossibilitate morali cum peccato; gratia potest coexistere cum peccato de potentia ordinaria fatentibus Adversarijs: ergò. Mai. in qua potest esse difficultas aliqua, prob. Tùm quia de ratione formæ est præbere subiecto capaci saltim de potentia ordinaria omnem effectum formalem tam primarium, quam secundarium, tam positivum, quam negativum per expulsionem formæ, ei oppositæ: ergò cum homo sit capax remissionis peccati, si gratia &c. Tùm quia si gratia naturaliter, & de potentia ordinaria potest coexistere cum peccato, non habet vim sufficientem ad illius expulsionem. Sed nequit provenire à gratia, ut à causa formali effectus ille, adquem gratia non gaudet sufficientia virtutis: ergò. Tùm quia nequit provenire à gratia, ut à causa formali, & per sui intrinsecam communicationem, quando hæc intrinseca communicatio salva, & integra subsistere potest etiam Deo operante de potentia ordinaria, & iuxta naturas rerum: ergò si attenta potentia ordinaria Dei gratia &c.

31 Urget. & probat. remissionem peccati fore immediatè per favorem extrinsecum Dei. 1. Remissio peccati ab illo provenit, ut à causa formali, quod ratione sui, & immediatè, sine inter ventu alicuius formæ pugnat cum peccato; sed sic contingeret, si gratia habit: solū moraliter esset cum illo incompatibilis: ergò. Prob. min. Si gratia solum moraliter est incompatibilis cum peccato, eatenus influeret in illius remissionem, quatenùs ob sui excellentiam moveret Deum, ut vellet remissionem peccati; sed talis volitio, & est favor extrinsecus Dei, incomponibilis ratione sui cum peccato, & ex illo nulla forma intrinseca derivatur, quæ sit remissiva peccati, ut est certum: ergò remissio peccati proveniret ab illa voluntate extrinseca, ut à forma remissiva peccati. 2. Et explicat. hoc. Dum adest duplex perfectio, quarum una ex natura rei, & de potentia ordinaria est componibilis cum peccato; alia vero essentialiter inconiungibilis cum illo; & quarum una solum influit in remissionem peccati mediatè, & movendo contingenter voluntatem divinam ad formam immediatè, & ratione sui destructivam peccati; quis dubitare valet prædictam remissionem peccati provenire, ut à causa formali à secunda perfectione; à prima vero solum ad summum mediatè, & dispositivè, sive ex congruitate. Sed sic contingit facta comparatione inter gratiam habitualem, & voluntatem remissivam peccati, à Deo liberrimè conceptam de potentia ordinaria etiam attenta excellentia gratiæ iuxta modum dicendi, quem in præsenti impugnamus: ergò remissio peccati, vel non haberet causam formalē, à qua proveniret; vel illa esset purè extrinseca; scilicèr, volitio concepta intuitu dignitatis, & excellentiæ gratiæ. Hæc probatio urgeri potest, casu quo Deus moveretur, ut potest, ex excellentia fidei ad destructionem peccati; quis enim diceret peccati remissionem tunc provenire à fide actuali; vel habituali, ut à forma, sive in genere causæ formalis? Esset enim causa formalis, ut homo actu, vel habitu crederet; non tamen, ut à peccato mundaretur.

Prob. remissionē esse favorem extrinſ.

Secundo.

§. VII.

Solvuntur argumenta.

OBijcies 1. Forma illa, quæ intrinsecè inhærens causat remissionem peccati, est causa formalis talis remissionis. Sed gratia habitualis intrinsecè inhærendo causat remissionem peccati, etsi solum sit incompossibilis moraliter cum illo: ergò talis compossibilitas non tollit à gratia habituali, quod sit causa formalis remissionis peccati. Maior constat: Nàm causare intrinsecè inhærendo est causare informando intrinsecè subiectum, in quo exprimitur munus proprium causæ formalis. Min. vero probat. Gratia eatenus causaret remissionem peccati propter incompossibilitatem moralem cum ipsa, quatenus ratione suæ excellentiæ moveret Deum ad illius remissionem. Sed huiusmodi excellentia convenit gratiæ per intrinsecam informationem subiecti, illud elevando ad esse supernaturale: ergò gratia non aliter causaret remissionem peccati, nisi intrinsecè informando subiectum, a quo

32 Arguit. 1.

Urgetur. quo auferretur peccatū. Urget: hoc, gratiam ratione suæ excellentiæ movere divinam voluntatem ad remissionem peccati est, esse causam talis remissionis; sed non per modum causæ efficientis moralis, nec per modum causæ dispositivę: ergò per modum causæ formalis. Conseq. patet; Nàm causa materialis receptiva aut finalis, in præsenti locum non habent. Min. vero prob. causa efficiens physica, aut moralis, agit per operationem à se elicitam, sed in dicto casu nulla esset operatio elicita à gratia habituali, ut est certum: ergò non causaret remissionem peccati per modum causæ efficientis, aut moralis. De causa vero dispositiva prob. eadem min. excellentia gratiæ, vi cuius moveret Deum ad remissionem peccati, est excellentia in ratione naturæ, & radicis ordinis supernaturalis; sed hæc excellentia longè distat à genere causæ dispositivæ, sive in esse physico, sive in esse morali: ergò.

33 Argum. probat, quod si Deus (ut potest) moveretur ad remissio-
Respond. nem peccati ex honestate actus fidei, vel actus alterius virtutis supernaturalis, talis remissio proveniret ab illo actu, ut à causa formali; siquidem non causaret destructionem peccati, nisi intrinsece inhærendo in subiecto, *à quo* auferretur peccatum. Ut igitur gratia sit causa formalis remissionis peccati, duo requiruntur, 1. quòd intrinsece informet. 2. quod remissio peccati proveniat ex vi, & efficacia illius effectus formalis, quem præstat intrinsece inhærendo; cum proprium munus causæ formalis sit causare per exibitionem, & communicationem suę entitatis. Licet igitur in dicto casu gratia intrinsece informaret animā, non tamen expelleret peccatum ex vi, & efficacia effectus formalis, quē intrinsece communicaret animæ, nisi ad summum remote, & mediate, quatenus obiective moveret divinam voluntatem ad remissionem peccati. Rursus; tunc effectus secundarius, & negativus unius extremi provenit ab alqua forma, ut à causa proprie formali, quando per se, & ex natura rei consequitur ad effectum formalem primarium, & positive præfitum à tali forma: remissio autem peccati non consequitur per se ad aliquem effectum formalem positivum primario ex natura rei præstitum à gratia; cum iuxta Adversi. gratia habitualis indigeat favore ei superaddito, ut reddat hominem in actu 2. formaliter iustum, & sanctum; unde non restat locus ad munus causæ formalis respectu remissionis peccati.

Ad urg. Resp. in dicto casu 34
gratiam habitualem non exercere veram causalitatem, sed secundum Ad urg.
quid talē, quatenus diceret quamdā congruitatem, ut Deus remitteret peccatum: quæ quidem congruitas reducitur ad genus causæ dispositivæ moralis. Quidquid enim reddit aliquod subiectum idoneum, & aptum ad receptionem alicuius favoris, aut beneficij, secluso omni iure stricto, & exigentia physica illius, dicitur causa dispositiva ad talis beneficij consequutionem. Cum ergò hoc modo, tunc casus se haberet gratia habitualis, dicenda esset causa dispositiva moraliter, & ex congruo influens in illam. Nec huic obstat, quod excellentia conveniens gratiæ consistit in munere radicis ordinis supernaturalis. Non, inquam, obstat, quia inconsequenter hoc dicitur, vel sola voce affirmatur: cum ab ipsis expresse negetur gratiam esse participationem veram naturæ divinæ in ratione naturæ radicantis physicè visionem, & amorem Dei, solumque attribuitur ipsi esse participationem; quatenus ex quadam condecentia movet Deum, ut eius intuitu conferat vitam æternam.

Obijc. 2. In genere effectivo dis- 35
tinguitur duplex causa efficiens, physica, scilicèt, & moralis: ergò etiam Arguit. 2.
in genere causæ formalis debet adiuncta, & causa formalis physica, & pure moralis. Nunc sic: causa formalis moralis, & quę moraliter influit in suum effectum, scilicèt, movendo voluntatem agentis ad illius productionem, dummodo intrinsece informet subiectum, & non interveniat

aliqua operatio ab ipsa elicita : ergò gratiã habitualem intrinsece inhærentem animæ movere ob sui excellentiam Dei voluntatem ad remissionem peccati est , illam exercere munus causæ formalis moralis prædictæ remissionis , licet non munus causæ formalis physicæ. Atqui ad salvandam doctrinam Trid: statuentis gratiam esse causam formalem nostræ iustificationis includentis remissionem peccati, sufficit adhibere munus causæ formalis maximè congruentis præfatæ remissioni pertinenti ad lineam moralem : ergò ex doctrina Trid: non impugnatur sola oppositio moralis inter gratiam, & peccatum habituale. Confirm. ad salvandam doctrinam Trid: sufficit Deum remittere peccatum propter gratiã se habentem per modum formæ moralis. Sed ad hoc sufficit ut Deus intuitu suæ dignitatis , & excellentiæ remittat peccatum : ergò. Prob. min. Dùm venditor tradit equum v. g. intuitu alicuius prætij; hoc exercet munus formæ moralis respectu venditionis equi , & hoc quidem , etsi tantum sit prætiũ congruum , & non adæquans æstimabilitatem equi ; non enim alia causalitas ibi intervenire potest , nisi munus causæ formalis moralis : ergò similiter Deum intuitu æstimabilitatis, & prætiositatis gratiæ remittere peccatum &c. Quod sic urgeo. Nàm ponendo gratiam exercere munus formæ moralis remittentis peccatũ; salvatur doctr: Trid: damnantis hæreticos tuentes iustificat: esse favorem pure extrinsecum ; & peccata nostra remitti sola imputatione iustitię Christi.

Confirm.

Urgeo.

36 Admitto duplicem modum causæ formalis.

Non renuam concedere duplicem modum causæ formalis in arg: contentum, præsertim iuxta frequẽtem Thom: sententiam asserentium gratiam habitualem dignificare per modum formę moralis opera meritoria ; similiterque Personam Verbi valorare formaliter opera elicita à Christo Divino , & idem tuentium de Maiestate Divina inordine ad gravificandam offensam: & tandem asserentium Deitatem, ut distinctam virtualiter à persona verbi; sanctificare per modum formæ moralis humanitatem. Attamen ex his omnibus nihil infertur efficaciter suadens opinionem , quam impugnamus. 1. quia effectus formalis ab eis præstitus , habetur efficaciter ex vi communicationis, sive unionis pure moralis nullo expectato favore superaddito , aut alio influxu præter sui communicationem intrinsecam moraliter. Quapropter attenta illorum natura , imò etiam inspecta potentia absoluta Dei , non potest suspendi effectus formalis ab eis proveniens. Hoc autem longè exulat à gratia habituali, prout ab Advers. ponitur incomponibilis moraliter cum peccato. Quandoquidem expulsio peccati non habetur efficaciter , nec naturaliter adhuc inspecta potentia ordinaria Dei , ex vi communicationis gratiæ habitualis, sive illa consideretur secundum esse physicum in ratione qualitatis , sive secundum sui excellentiam , ut spectat ad genus morale: cũ iuxta eos tantum dicat quamdam exigentiam per modum congruentiæ reddentem indecentem coexistentiã gratiæ cum peccato , non autem impossibilem , ex natura rei loquendo. 2. quia talis denominatio formæ pure moralis contingit propter unionem cum subiecto , scilicèt , intrinsecam iuxta prudentum æstimationem ; vel quia prædicto subiecto non præbent aliquem effectũ de linea physica, ut cõtingit in unione mediata Deitatis, cum humanitate Christi Domini. Tum quia effectus formalis à perfectionibus recensitis proveniens cõtinetur adæquatè, & intrinsece in eis ut obtinentibus munus formæ moralis. Cumque non sic contineatur remissio peccati in gratia iuxta Advers. sed in complexo ex illa , & favore, ineptè attribuunt gratiæ munus formæ moralis per modum causæ formalis expellentis peccatum. Nec exẽpla adducta probant causam formalem : Nàm Scurrilitas morum non est causa formalis carentiæ Pontificatus, nec præsentia Regis illuminationis cubiculi. Idem de peccato relative ad privationem habituum supernatur; ob eius indignit:

Nonfavet argum.

Hinc

37

Roboratur solutio.

Hinc constat prædictas perfectiones influere per modum formæ moralis, non quia influant movendo obiective voluntatē agentis ad præstandum suum effectum formalem, sed quia solum uniuntur intrinsece moraliter, & quia effectus formalis ab eis proveniens spectat ad lineam moralem. Undè gratia habitualis, etsi moveat Dei voluntatem, ut conferat prævium debitum operibus ab ipsa dignificatis; non tamen ut sit forma illa dignificans, & valorans, & idem de exemplis à nobis adductis. Quare in gratia dignificante merita duplex effectus distingui debet, unus formalis; scilicèt, reddere illa condigna præmio; alter vero, quasi effective ab ea proveniens, scilicèt, præmium collatum. Primus habetur à gratia ratione sui, & pro priori ad motionem voluntatis divinæ: secundus habetur, quatenus movet voluntatem ad elargitionem præmij. Ad hoc autem non se habet, ut causa formalis adhùc vere moralis, sed ut causa effectiva, aut quasi effectiva nō ponens in numero cum ipsis meritis, aut cum ipso merente qua tali. Hinc constat falsum esse omnem influxum moralem in forma morali consistere in movendo voluntatem agentis ad productionem sui effectus tàm formaliter, quam effective præstiti, licèt sit verum de influxu morali relatè ad terminum effective productum ab agente. Quapropter instantia probat remissionem peccati provenire effective moraliter à gratia; sicuti effective physice provenit à divina voluntate. Admodum quo gratia condigna æterna fœlicitate, quatenus Deus intuitu illius eam largitur, exercet respectu visionis munus causæ effectivę moralis; inordine vero ad subiectum, quod condignum constituit, exercet munus causæ formalis.

38

Ad confirmat.

Ad confirm. Resp. ex illa solum probari gratiam esse causam formalem extrinsecam remissionis peccati; quemadmodum hoc modo se habet pecunia v. g. ad emptionem equi. Rursus sicut offerens prætium pro aliqua re, concurrit in genere causæ effectivę moralis ad consequutionem prædictæ rei (qua ratione Christus Dominus ut Redemptor, & ut satisfaciens, fuit causa moralis redemptionis generis humani) ita prætium oblatum reducitur ad idem genus causæ, iuxta illam certam, & universalem doctrinam D. Tho. pluribus in locis; scilicèt, *quidquid se tenet ex parte alicuius causæ ad causandum, eodem genere causæ concurrit cum causa principaliter causanti.* Hac ratione expulsio unius formæ, utpotè se tenens ex parte materiæ primæ, reducitur ad genus causæ materialis in ordine ad introductionem alterius formæ; ita D. Tho. q. 28. de verit. ar. 7. Similiterque quia bonum movet obiective voluntatem: etiam cognitio eiusdem boni, & pariter proponens, & persuadens bonum, etiam obiective movent volūtatem; ita S.D. 1.2. q.80. ar.1. Ex quo colligitur, quod excellentia gratię, qua tenus se tenet tamquam medium, cuius intuitu Deus remittit peccatū, concurrit effective ad talem remissionem; sicuti ipse Deus est causa effectiva principalis eiusdem. At vero ut se tenet ex parte subiecti, cui infunditur, cōcurrit in genere causæ disponentis moraliter ad illā, & insu per secūdū quod obiective allicit voluntatē divinam, concurrit per modum causæ moralis extrinsecæ, ut supradictum manet. Hinc constat causalitatē gratię, ut formæ pure moralis nō esse ad mentē Trid: cum cap. 16. asserat causā formalem: *esse iustitiam nobis à Deo effective infusam, & inhærentem*, quæ verba sensum physicum præseferunt.

Illatio.

39

Arguit. 3.

Confirm.

Obijc. 3. Cognitio movet in genere causæ formalis voluntatem ad amorem, etiam si amor libere, & contingenter sequatur cognitionē: ergò quamvis remissio peccati hoc modo sequatur infusionem gratiæ, poterit ab illa provenire, ut à causa formali. Confirm. stat per gratiam vere remitti peccatum, & tamen infusionem gratiæ non habere necessariam connexionem cum remissione peccati: ergò ad salvanda verba Concil: asserentis per gratiam remitti peccatum; sufficit oppositio moralis inter utrumque. Añs. prob. 1. Per

Anteced. prob. 1.

merita Christi, aut B. Virginis vere obtinemus plura dona gratiæ: & tamen ex parte illorum non datur necessaria connexio, cum eorum consequtione; siquidem poterat Deus eis prævisis non largire dona gratiæ: ergò. 2. gratia excitans sanctæ illuminationis, & inspirationis in genere causæ formalis concurrit ad conversionem nostram in Deum. Et tamen adhùc posita tali gratia non sequitur necessariò conversio: ergò. 3. Denique, certum est hominē iustum ex vi, & causalitate meritorum obtinere gloriam; & tamē potest Deus meritis existentibus, illam non largire: & hoc non alia ratione, nisi quia Deus intuitu meritorum confert gloriam: ergò similiter ad verificandum Deum remittere peccata in vi infusionis gratiæ, aut per gratiam, sufficit, quod intuitu illius sibi complacendo in eius excellentia remittat peccatum, estò contingenter. Sic Ripalda disp. ult. à n. 247. tom. 2.

Secundo.

Tertio.

40 Si motiva à nobis adducta solum inniterentur huic propositioni, *per gratiam infusam remittitur nobis peccatum*: non satis efficaciter probarent incomponibilitatem physicā gratiæ cum peccato, nec insuper probarent gratiam expellere formaliter peccatum, ut constat exemplis in argumento adductis, & insuper in actu dilectionis, & contritionis. Deus enim dicitur remisisse peccata Magdalenæ, quia illum dilexit, licet non fuerit causa formalis prædictæ remissionis talis dilectio. Quare ratio à nobis posita innititur in eo quod; gratia nobis inhærens sit causa formalis unica iustificationis includentis iuxta doctrinam Trid. remissionem peccati. Est enim de ratione talis causæ præbere effectum formalem tàm primarium, & positivum, quàm secundarium, & negativum per sui intimam comunicationem, negativum, inquam, formæ oppositæ, & se habentis per modum termini *à quo* respectu prædictæ causæ formalis. Cumque gratia sit iuxta Trid. & causa formalis unica nostræ iustificationis, in qua peccatū se habet per modum termini *à quo*, & gratia ut terminus *ad quem*; & ulterius peccatūse habet *ut iniustitia, & inimicitia*; gratia vero *ut iustitia, & amicitia* hominis cum Deo, non subsisteret munus prędictum ex parte gratiæ, nisi ratione sui formaliter, & immediatè expelleret peccatum. Quæ solutio roborari valet exemplo albedinis formaliter excludentis nigredinem: cum eadem ratio militet; si verba Trid. attente inspiciuntur, & Auth. PP. appellantium *peccatum mortem, tenebras, egritudinem, iniustitiam; gratiā vero, vitam, lucem, sanitatem, & iustitiam.*

Respond.

Hinc ad arg. Resp. 1. probare gratiam fore proprie causam formalem sanctificationis, quoad effectum positivum, & si tantum contingenter, & adiuncto favore Dei ipsum effectum formalē præstaret: de quo egimus dub. antec. Deindè, Nàm cognitio boni solum movet formaliter obiective, & extrinsece; gratia vero est causa formalis intrinseca remissionis peccati, quæ necessariò includitur in iustificatione. 2. Peccatū est terminus *à quo* iustificationis, gratia vero terminus *ad quem*; undè necessariò dicit inconiungibilitatem cum illo. Cognitio vero contingēter movens ad amorem; cum indifferenter proponat amorem, & eius omissionē suaptè natura utique coexistere valet. Quis autem dicet iustitiam nobis inhærentem, qua iusti, & immaculati sumus, se habere indifferenter, ut coexistat iustitiæ, & immunditiæ peccati? *Quæ enim Societas* (ait Paulus) *lucis ad tenebras, aut participatio iustitiæ cū iniquitate, aut conventio Christi ad Belial?*

41

Prima solutio.

Secunda.

Ad 1. confirm. intellectam de causa formali proprie tali, & unica, sine adæquata, neg. ant. Primum exē plum non est ad rem; cum eius causalitas sit effectiva consistens in perfectione morali potente obiective movere voluntatem ad collationem præmij. Attamen si servetur paritas quoad munus causæ formalis, exemplum potius est in favorem nostrum. Id enim, quod merita Christi Domini infinita constituit per modum causæ formalis in ratione condignitatis, ut à Deo bonum ob-

42

Ad 1. pr. anteced.

obtineant aliquod præmium, non convenit eis contingenter, sed necessariò; licet ad actu causandum præmium requirant aliquam conditionem contingentem. Ad 2. Resp. Quod si grat: excit: accipiatur pro actibus subitis, tantũ dispositive concurrit ad liberam conversionem; si vero pro auxilio fluido, influit effective. Undè non percipio aliquam causalitatem formalem, ut ait Ripalda. Effectus enim formalis positivus est ipsa forma subiecto communicata, quod longè distat ab actu libero conversionis relatè ad sanctam cogitationem, & subitam affectionem. Quod si velit illos se habere, ut causam formalem relatè ad libertatem actus, quia hæc est denominatio pure extrinseca, hoc nihil refert. Ad 3. constat ex dictis; nostra enim ratio loquitur de causa formaliter expulsiva peccati, & aliam causam formalem non admittenti. Undè, nisi probetur gratiam contingenter se habere ad præstandum effectum formalem positivum sancti, & renati spiritualiter in Deo, non probabitur contingenter se habere ad expulsionẽ peccati; vel probet cũhoc componi eam provenireà gratia, ut à causa unica formali, & per modum effectus formalis negativi ab ea dependentis.

Ad 2.

Ad 3.

43 Obijcies 4. Eodem modo attribuit Concilium Trid: gratiæ habituali, ut causæ formali remissionem peccati, ac ipsi attribuit constituere hominem filium adoptivum, & hæredem vitæ æternæ. Sed hos effectus tantum præstat gratia ad iuncto pacto, & lege, non vero necessario ex natura rei, ut plures Theologi Ripalda Adversantibus in præsenti tuentur, inter quos est Bellarm. lib. 2. de iustificat. cap. 16. §. *quartus effectus*: ergò munus causæ formalis in gratia ad expulsionem peccati non probat &c. Urgetur 1. Translatio hominis de statu peccati instatum gratiæ non est physica, sed moralis: ergò sufficit quod terminus *ad quem* expellat solum moraliter terminum *à quo*, scilicèt peccatum; hoc est, connexione morali partim ex natura rei, partim ex lege, & favore Dei. 2. Conversio physica substantiæ panis in Corpus Christi sola connexione morali ponit destructionem substantiæ panis; ita (ait Ripald.) tenet Coninch. 3p. q. 75. ar. 4. num. 145. *quem ego secutus sum lib. 1. de generatione*: ergò potiori ratione cum simili connexione inter infusionem gratiæ, & remissionem peccati, stabit translatio de statu peccati ad statum gratiæ, in qua translatione iustificatio consistit.

Arguit. 4 ex Ripald.

Urget. 1.

Secundo.

Hæc ad rem adeo gravem, parũ efficacia sunt. Quod gratia habitualis se ipsa absque favore superadditò faciat hominem filium Dei adoptivum, sive spiritualiter genitum, probatum relinquimus, tũ dubio 14. antecedenti, tùm dubio 2. ubi illam esse veram participationem divinæ naturæ abunde probavimus; in qua participatione denominatio filij, & geniti per se fundatur. Circa denominationem hæredis Dei dicendum; quod licet actualis acceptatio ad illam sit novus favor supra infusionem gratiæ; secus tamen acceptabilitas, sive ius condignitatis ad hoc, ut homo iustus actu elevetur ad æternam Dei visionem. Ex quibus, constat denominationem hæredis cum iure infallibili indigere pacto, & ordinatione divina superaddita; secus vero denominationem hæredis cum iure connaturalitatis, & sufficientiæ dignitatis ad illam. Videantur dicta.

44 Respond Ad arg.

45 1. Urgentia instatur manifeste in denominatione iusti, & grati Deo convenienti entitati gratiæ, simul cũfavore Dei; siquidẽ translatio de statu peccati ad talem denominationem est moralis, & tamen gratia, ut denominans hominem iustum & gratum Deo dicit essentialem oppositionem cum peccato. Rursus iuxta expressam doctrinam D. Tho. in iustificatione impij est duplex mutatio, una de peccatore in non peccatorẽ, altera de non esse grato & iusto ad esse iustum, & gratum. Certum est primam esse mutationem moralem, ut potè inter terminos morales versantem; & tamen terminus *ad quem* essentialem oppositio

Ad 1. urg.

tionem dicit cum termino *à quo*, cum contradictorie inter se opponantur. Ulterius, si denominatio translationis sumi debet ex termino ad quem, à quo accipit speciē, cum gratia sit vere, & physicè qualitas supernaturalis,& radix donorum supernaturalium,non debet dici translatio moralis:sed physica,non quidem physica phylosophice, sed Theologicè. Undè potest distingui illa maior : translatio &c. est moralis; quia versatur inter terminos morales deli neaboni,&mali,conc.añs.est moralis in alio sensu,neg. añs. in linea enim morali dari potest oppositio, tùm naturaliter invincibilis, tùm etiā essentialiter, ut videre est indenominatione iusti, & iniusti.

46

Variæ opiniones circa conv: Eucharist

Ad 2.Resp.not:circa destructionē substantiæ panis in Sacramento Eucharistiæ duplicem versari opinionem : prima asserit talem destructionem necessariò inferri ex ipsa veritate formæ consecrationis ; scilicèt *hoc est Corpus meum* ; hæc enim verba non solum significant ibi realiter adesse Corpus Christi,sed etiam totum contentum sub speciebus esse Corpus Christi; ita D.Th. & omnes eius discipuli, de quo videatur M. à S.Thom. tom.de Sacram. q.77.ar.1. & M.Prado tom.de Eucharist. q.77. dub. 5. Alia opinio tuetur oppositū; cum ly *hoc* possit etiam accipi inadęquate, scilicèt, pro aliquo contento sub speciebus, quod esset verum,etsi sub eisdem contineretur substantia panis. Ita Scotus, & Alij Juniores, qua ratione dicunt fidem Catholicā, qua credimus,*ibi nihil remanere de substantia panis*inniti acceptationi Ecclesiæ credentis ly *hoc* in forma consecrationis accipi adæquate pro omni substantia sub speciebus contentā. Consequenter ad hæc 1. opinio asserit ex vi actionis,qua ponitur Corpus Christi destrui substantiam panis : cum illa actio sit vere , & ab intrinseco conversiva,& in omni vera conversione oporteat assignare terminum *ad quem* oppositum cum termino *à quo*. 2. vero opinio affirmat nullatenus inferti destructionē substantiæ panis,estò actio consecrativa sit conversiva; siquidem Canonicus dicitur converti in Monachū, quamvis ex natura rei possit homo simul utroque statu gaudere : etsi Deus vellet conservare in eodē subiecto lucem, & calorem , posset dici subiectum converti de calido in lucidum. ita Aliqui cum Lugo.

47

Impugn:

Hanc tamen cogitationem falsitatis convincit M.à S.Thom.ex ipsa definitione conversionis, scilicèt, *transitus unius rei in aliam*.Ubi ly *trānsitus* non denotat puram habitudinem inter duas res, sed verā , & realem mutationem cum habitudine inter extremum desinens , & extremū succedens. Hinc colligitur, quod & si in conversione substantiali partiali, vel accidentali , subiectum illius vere mutetur , non tamen dicitur de illo , quod convertatur de uno , in aliud. Undè, & si materia aquæ mutetur de privatione ad formā ignis, non tamen dicitur , quod materia convertatur in ignem. Ratio est clara: quia id,quod cōvertitur in aliud, non permanet in se, sed desinit esse. Rursus,id quodconvertitur in aliud, transit in illud; id autem, quod permanet in se, non transit: ergò de ratione extremi, quod convertitur, est quod vere, & proprie desinat , sive non permaneat in esse. Ex qua doctrina constat , quod licet Corpus Christi absolutè possit coexistere cū substantia panis sub eisdem speciebus; secus tamen proùt est terminus conversionis substantiæ panis ; hoc est proùt fit *ex pane* , non solum per connexionem moralem , sed etiam physicam, & essentialem cum desitione panis.Si enim substantia panis maneret, quomodo esset verum illā transire in Corpus Christi? aut in illud vere cōverti? Cum hispanice idē sit, ac *bolverse, y mudarse*. Undè exēpla adducta sunt penitus inefficacia , & contra communem modum accipiendi conversionem unius in aliud , & contra quidditatem ipsius, ut à Phylosophis explicatur.*

Quid requiratur ad veram conversi.

* Vide S.D. 3.p.q 1.a. 1.

Et hæc de hoc dub.applic. litter.Mag.ubi præced.

(o)

DU-

DUBIUM VII.

AN OPPOSITIO GRATIÆ CVM peccato habituali sit strictè talis ex natura rei, adeo ut naturaliter nequeant simul coexistere?

§. I.

CONCLUSIO EST AFFIRMATIVA, ET PROB.

N. 1 QUIA omnis oppositio orta ex naturis rerum, sive sit moralis, sive physica, dici potest ex natura rei, ideo ponimus oppositionem gratiæ cum peccato esse strictè talem, & naturaliter, sive de potentia ordinaria à Deo insuperabilem, qualis est oppositio inter frigus intensi & calorē. Hac ratione cōmuniter appellatur physica, quia nimirum gratia se ipsa, & sine novo favore libere à Deo provenienti, connectitur cum expulsione peccati. Plures rationes ad probandam conclusionem efficacissimæ, adducentur dub. sequenti, ubi probabimus oppositionē essentialē inter utrumque. Quapropter in præsenti alias proponemus convincentes ad minus connexionem necessariā attentis naturis rerum inter gratiam habit. & expulsionem peccati. Prima ex hucusque dictis est. Forma illa, quæ secundum sibi intrinseca opponitur cum peccato, & non oppositione tantum morali in indecentia consistenti, opponitur cum illo oppositione necessaria ex natura rei, & solum à Deo inspecta potentia absoluta superabili. Sed gratia habitualis secundum sibi intrinseca pugnat cum peccato, & non oppositione pure morali, aut ex lege, & pacto Dei statuentis destructionem peccati ad præsentiam illius: ergò. Minorē quoad 2. & 3. partem relinquimus probatam in antecedentibus; & quoad 1. est omnino certa, adeo, ut saltim sit temerarium illam negare. Tum quia iuxta Trid. per gratiam tollitur omne id, quod veram rationē peccati læthalis habet. Tum quia gratia nobis *intrinsece inhærens* est unica causa formalis nostræ iustificationis includentis necessariò remissionem peccati. Tùm quia per gratiā homo ēst iniusto fit iustus, & ex inimico amicus iuxta idem Concilium. Sed hæc omnia evidenter convincunt gratiam secundum sibi intrinseca dicere aliquam oppositionem cum peccato: ergò.

Prima ratio.

2 Horum ratio à priori sic explicari potest. Si grata nobis inhærens nullam oppositionem dicit secundum sibi intrinseca cum peccato, nullam vim habet expulsivam peccati, nec aliquam veram causalitatem exercet in illius expulsionem; sed hoc pugnat cum eo quod ipsi, ut causæ unice formali tribuatur remissio peccati; aut quod per illam destruatur peccatum; aut quod per illam homo vere fiat ex iniusto iustus &c. Siquidem tantū erit conditio cōgrua, ad cuius præsēt: Deus suo favore remittet peccatum, quod longè distat à munere causæ formalis,

Explicat.

lis, proùt distinctæ à causa efficienti, & alijs: cum illa per sui præsentiam effectum formalem præbeat: ergò innegabile est gratiam secundum sui naturam habere oppositionem cum peccato.

3 Alia ratione prob.

2. Ratio est. Forma, quæ necessariò ex natura rei reddit hominem Deo gratum, necessariò ex natura rei connectitur cum destructione peccati habitualis; sed sic se habet gratia habitualis: ergò. Maior constat: Nàm hominem esse Deo gratum, & esse ei inimicum, sive abominabilem, sunt effectus formales inter se incompossibiles; sed peccatum habituale reddit hominem Deo inimicum, abominabilem, dignumque privari vita æterna: ergò. Minor vero prob. forma illa, quæ necessariò ex natura rei reddit hominem Deo simpliciter dilectum, reddit ipsum Deo gratum; sed huiusmodi se habet gratia habitualis: ergò. Maior constat, & min. prob. Deum diligere hominem est velle illi communicare aliquod bonum: ergò iuxta magnitudinem doni est dilectio Dei ad hominem: ergò illud bonum, quod est simpliciter bonum, utpotè maximum, & excellentissimum intra ordinem gratiæ accidentalis, reddet hominem à Deo simpliciter dilectum. Sed huiusmodi est gratia habitualis iuxta illud; *Maxima, & pretiosa &c.* ergò gratia habitualis necessariò ex natura rei reddit hominem Deo simpliciter dilectum.

Epist. 2. Petri cap. 1.

4 Confirm.

Confirm. donum illud, per quod homo redditur consors divinæ naturæ, reddit ipsum Deo amicabiliter dilectum, sed gratia habitualis ex natnra sua reddit hominem consortem divinæ naturæ: ergò ex natura sua reddit illum Deo amicabiliter dilectum. Maior constat; Nàm hominem fieri consortem divinæ naturæ est fieri Deum per participationem, iuxta illud: *ego dixi dij estis*; cumque amicus sit alter ego, nequit Deus non diligere amicabiliter saltim ex natura rei, & per se loquendo, hominem factum alterum Deum. Tum, quia similitudo est causa amicitiæ: * ergò perfecta similitudo, qualis est communicatio in natura divina, quæ est possibilis puro homini, necessario ex natura rei causat amicitiam inter Deum, & hominem. Minor vero latè probata relinquitur dub. 2. Urgetur. Actus charitatis procedens à gratia habituali est vera amicitia actualis hominis cum Deo, ut communiter fuentur Theologi contra Durandum; *cum sit mutuus benevolentiæ amor fundatus in communicatione bonorum*: ergò gratia habitualis ex natura sua reddit hominem terminantem dilectionem amicabilem Dei. Prob. conseq. Id, quod ex natura sua præstat per modum actus dilectio actualis super omnia, præstat radicaliter ex natura sua gratia, à qua radicaliter procedit: ergò si &c. Undè gratia secundum sibi intrinseca, & necessariò ex natura rei, est amicitia radicalis cum Deo, quatenus est principium redamandi ipsum, & est id, per quod homo terminat amicitiam ex parte Dei.

Psalm. 81

*De quo S.D. 1.2. q. 27 a. 3.

Urgetur.

5 Tertia ratio prob.

3. Ratio. Id quòd necessariò secundum sibi intrinseca reddit hominem iustum, & sanctum, dicit necessariò, & ex natura rei oppositionem cum peccato; quod est iniustitia, & iniquitas. Sed gratia habitualis necessariò, & ex natura sua habet reddere hominem iustum, & sanctum: ergò. Maior constat; Nàm iustitia, & iniustitia, necessariò ex terminis nequeunt coexistere: ergò ea ratione qua aliqua perfectio obtinet rationem sanctitatis, & iustitiæ, excludit, & connectitur cum expulsione peccati. Min. vero prob. Gratia habitualis per se, & ex natura sua est sanctitas, & iustitia hominis cum Deo: ergò. Prob. añs. 1. Id, quod perfectè convenit gratiæ habituali, convenit ei per se, & ex natura sua; sed gratiæ habituali convenit perfectè ratio iustitiæ, & sanctitatis: cum sit sanctitas perfecta, ut communiter tenent Theol. contra Albertum Pighium, & Canonicos Colonienses oppositum asserentes: * ergò. 2. Quod est unica causa formaliter iustificans est iustitia, & sanctitas ex natura sua; sed gratia habitualis est unica causa formalis

*De quo cõtrov. & Vazquez disp 202. cap. 1.

lis iustificans iuxta Trident. ergò. Mai. prob. Id quod est unica causa formaliter iustificans, non indiget aliquo alio, à quo adhuc partialiter accipiat rationem formæ sanctificantis; sed id quod convenit gratiæ, ut causæ formali, & independenter ab alio, ut à forma, convenit ei per se, & ex natura sua: ergò. Aliter: Id quod identificatur unicè cum gratia, convenit ei per se, & ex natura sua; sed si esse iustum, & sanctum præstatur unicè à gratia, ut à causa formali, sanctitas, & iustitia identificatur unice cum gratia; cum effectus formalis formæ sit ipsa forma communicata: ergò gratia per se, & ex natura sua est sanctitas, & iustitia.

Aliter.

6

4. Ratio. Id, quod ex natura sua reddit hominem dignum vita æterna, ex natura sua expellit peccatum, quo homo fit dignus privari vita æterna; sed talis est gratia habitualis: ergò. Mai. constat. Cum repugnet hominem esse dignum vita æterna, & simul esse dignum illa privari. Minor vero prob. 1. ex illo Ioannis 4. *Ubi gratia appellatur fons aquæ vivæ salientis in vitam æternam*; sic intelligitur à Trid. sess. 6. cap. 16. In his exprimitur inclinatio innata grat: & impetus simul cum vera continentia æternæ fœlicitatis, in quam propendit. Undè sic arguo: Gratia habitualis ex natura sua innatè inclinat, & impetuosè propendit in vitam æternam, eamque in se continet, tanquam fons continet fluvium ab illo profluentem. Sed inclinatio innata simul cum vera continentia æternæ fœlicitatis, est condignitas, imo, est ius physicum ad illam: ergò. Hinc excluditur favor extrinsecus: ut gratia sanctificet: Inclinatio enim innata fundatur per se, & ab intrinseco innaturis rerū; non in eis extrinseco. Undè res nec possunt inclinationes innatas amittere; aut novas acquirere. 2. Gratia habitualis, utpotè natura in ordine supernaturali, reddit hominem dignum aliqua fœlicitate; cum debeat respicere aliquem finem sibi proportionatum, in quo quiescat. Sed non aliam fœlicitatem potest respicere, tanquam finem ultimum, nisi vitam æternam: ergò. 3. Nàm, ut probatum relinquimus in antecedent. gratia ex natura sua necessario reddit hominem genitum spiritualiter à Deo, proindequè filium adoptivum Dei; *si autem filij, & hæredes*: *ergò*. His accedit illud Pauli ad Ephes. 5. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filij lucis ambulate.* Et rursùs: * *Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.* Atqui ratio lucis propriè dicitur de gratia iuxta D. Thom. 1. p. quæst. 67. art. 1. & aliunde favor extrinsecus ineptus est, ut aliqua perfectio, quæ de se non est lux, dicatur propriè lux: ergò dicendum gratiam ratione suæ naturæ reddere hominem dignum æterna fœlicitate. Solutiones, quibus occurri potest his rationibus, dub. seq. commodius reijcientur.

Prob. alia ratione.

Ad Colos. 1.

§. II.

Solvuntur argumenta.

7

OBijcies 1. Remissio peccati, & infusio gratiæ, sunt iuxta Doctrinam Trident. sess. 6. cap. 7. duo beneficia, ex quibus consurgit iustificatio: Constat hoc dum ait. *Quæ non est sola peccatorum remissio, sed sanctificatio &c.* Sed si gratia necessario diceret expulsionem peccati, illa duo reputarētur unicum beneficium; non enim est locus beneficientiæ speciali; ubi non est novus favor: ergò. Probat. argum. Quod si Persona verbi assumeret humanitatem prius peccato infectam, unio hypostatica non expelleret necessario ratione sui peccatum ipsam præcedens: Siquidem tunc esset verum dicere: *Iustificatio præfatæ humanitatis non est sola peccati remissio &c.* Rursus: Si iuxta Trident. sunt duo beneficia ex æquo distincta; utique debent præstari à formis diversis; atqui oppositum docet Concilium asserens unicam causam formalem iustificationis esse iustitiam nobis inhærentem, & à Deo effectivè infusam: ergò. Rursùs: Nàm esto infusio gratiæ habitualis iuxta Adversf. ex natura rei non expellat pec-

Arguit. 1.

Argum. inefficax.

Retorq.

peccatum ; secus tamen gratia *ut sanctificans* ; alioquin posset homo esse simul iustus, & iniustus, quod ex terminis repugnat, & Adversarij expresse reijciunt. Atqui verba Concilij nobis obiecta expresse numerant remissionem peccati, & sanctificationem sub his nominibus : ergò.

Respond. directè. Undè nego esse duo beneficia relatè ad hominem peccatorem, sed unicum beneficium coalescens ex remotione mali, ut effectu secundario, & positione boni, ut effectu primario eiusdem formæ. Dixi relatè ad peccatorem ; nàm ex se separari valent, ut si gratia infundatur innocenti. Respectu tamen illius sunt duæ partes eiusdem beneficij.

8 Obijcies 2. Expulsio peccati nequit esse effectus necessario sequtus ad infusionem gratiæ : ergò.

Arguit. 2. Probat. añs. Expulsio peccati non continetur in gratia secundum se, & secundum ea, quæ ipsi intrinsecè conveniunt : ergò. Probat. añs. Expulsio peccati est effectus infinitæ æstimabilitatis ; cum sit remotio mali infiniti ; scilicèt, peccati, & remotio mali tanti æstimetur, quanti æstimatur malum, quod removetur. Sed hoc ipso nequit contineri in gratia ratione sui tanquam effectus ab ipsa præstitus ; cum gratia sit finitæ æstimabilitatis : ergò. Nec valet dicere 1. Prædictum effectum esse secundarium ; ideòque posse præstari à gratia, esto finitè digna, finitèquè æstimalis sit. Non, inquam, valet. Nàm hoc non tollit contineri adæquatè tanquam in causa formali in gratia ; & sit contra rationem effectus excedere simpliciter causam principalem, à qua sive efficienter, sive formaliter præstatur. Urgetur. Forma magis exprimit suam perfectionem tam physicam, quam moralem in effectu primario ; quam in secundario : ergò si respectu illius ubi exprimit suam actualitatem, & perfectionem nequit ab illo excedi, multo minus excedi poterit ab effectu secundar. Nec dicas talem effectum esse negativum. Non, inquam, dicas : Nàm esto res ita se habeat obiectivè, attamen æstimatur prudenter, ut quid infinitum : ergò nequit prudenter iudicari præstari formaliter ab aliquo finitè æstimabili. Eadem enim Regula, qua existimatur aliquid, ut infinitum, debet existimari præstari à causa infinita. Nec dicas 2. Gratiam communicatam subiecto peccatori etiam esse infinitè æstimabilem in se. Non, inquam, dicas 1. Nàm sequitur posse ab illa procedere meritum infinitæ æstimabile, & in ordine ad præmium infinitum ; quid enim prohiber, ut non communicet actui æstimabilitatem, qua gaudet ? 2. Nàm forma non accipit perfectionem à subiecto ; nec à malo opposito, quod excludit, sed potius illud malum excludit, quia gaudet tanta perfectione.

1. Resp. & reijcit.

Urgetur.

2. Resp.

Deficit 1

Secundo.

9 Argum. freq. reputatur inefficax ; eique varias solutiones adhibent Auth. nostræ sententiæ ; quarum aliquæ manent insinuatæ, & reiectæ ; undè salva illarum probabilitate. Respond. 1. Non esse discurrendum pari modo de incompossibilitate alicuius formæ cum peccato per oppositionem physicam ; ac per oppositionem moralem cum illo per modum condignæ satisfactionis. Verum quidem est ad huiusmodi oppositionem requiri æqualitatem inter opus satisfactorium, & inter gravitatem offensæ ; secus tamen ad incompossibilitatem formalem, & physicam. Sit exemplum in actu dilectionis supernaturalis Dei super omnia ex natura sua, imo, & essentialiter inconiungibilis cum odio ipsum antecedenti ; idem cum quolibet peccato actuali læthali ; inconiungibilis, inquam, activè, utpotè necessario destruens ipsum, Et tamen eius rectitudo non adæquat gravitatem offensæ repertæ in odio ; cum illa sit saltim ordinis superioris. Nec dicas talem actum dilect : non destruere peccatum habituale ; non, inquam, dicas : Nàm destruit actuale, in quo gratuitas maxima invenitur. Rursùs : Nàm potest aliquis actus non adæquans in valore gravitatem alicuius peccati illud efficaciter impedire ; ut patet in actu virtutis adimpletivo præcepti naturalis, necessario impediente

1. Solutio

omis-

omissionem peccaminosam ; cuius gravitas excedit ordine , & simpliciter, rectitudinem talis actus. Si autem id quod est inferius inæstimabilitate potest vincere , & impedire efficaciter malum excedens in gravitate; poterit etiam expelli physicè , & ex natura rei à forma non adæquantè illud in valore, & æstimabilitate.

10 Respond. 2. Dupliciter posse aliquem effectum, sive denominationem à forma provenientem, gaudere æstimabilitate infinita ; *vel per se*, vel per modum *removentis prohibens*. Quemadmodum dupliciter potest aliquid influere in effectum ; scilicèt, directè, & per se per positivum influxum in existentiam illius; vel indirectè per modum removentis prohibens. Remissio peccati gaudet æstimabilitate infinita ; non quæ talis sit per se ; sed quia removet malum infinitum , scilicèt , peccatum. Licèt ergò effectus proveniens ab aliqua forma , sive primarius , sive secundarius , nequeat excedere in æstimabilitate convenienti ipsi *per se* formam , à qua præstatur ; benè tamen inæstimabilitate convenienti ei , quia removet maius malum. Ut patet assimili in causa efficienti per modum removentis prohibens; quæ potest excedi ab effectu : Et in causa impedienti, quæ esto inferior, potest efficaciter impedire maius malum iuxta superius dicta. Hæc Doctr. clarè roboratur , disting. in peccato habituali rationem mali peccantis, & rationem offensæ sequutæ ad aversionem : gratia opponitur directè peccato in prima consideratione , & ex consequenti rationi offensæ, supra primum fundatæ. Remissio solum gaudet æstimabilitate infinita, prout removet offensam ; & hæc remotio solum indirectè , & ex consequenti præstatur à gratia. Vide M. Carrasco circa oppositionem gratiæ cum peccato. Sed dices 1. Solutionem se ipsam impugnare. Si enim ipsa remissio formalis peccati est infinitæ æstimabilis , quia removet malum infinitum ; cur gratia , quæ per modum formæ , & causæ formalis ipsum removet , non erit infinitè æstimabilis ? 2. Quod convenit ratione sui , & ex intrinsecis, remissioni peccati , convenit ei *per se* ; sed sic se habet remissio peccati : ergò infinita æstimabilitas convenit per se.

2. Solutio

Dices 1.

Secundo.

Ad 1. Respond. Quod sicut privatio accipit speciem à forma, qua privat , & non à causa inductiva illius (speciem , inquam, quam negatio , & privatio possunt habere) accipit etiam æstimabilitatem à malo , quo privat ; vel gravitatem à bono , cuius est privatio. Undè cum remissio peccati immediatè sit remotio mali infiniti, scilicèt, offensæ peccati, accipit infinitam æstimabilitatem à non esse peccati ; tanquam à forma extrinseca. Gratia autem non accipit ullam speciem à malo , quod removet ; eo quod talis remotio est effectus secundarius, proindequè supponens gratiam constitutam in sua specie , & dignitate sibi propria. Undè esto remissio peccati sit infinitæ æstimabilis ; non tamen gratia remittens : quia id, quod se habet , ut tribuens speciem, & æstimabilitatem ipsi remissioni sub hac expressione consideratæ, non sic se habet respectu gratiæ. Hinc constat , quod licèt gratia sit unica causa formalis , à qua intrinsecè provenit tanquam effectus secundarius remissio peccati, datur alia causa, quasi forma extrinseca , à qua accipit speciem , & æstimabilitatem, ut communiter dicitur de privationibus, & negationibus , tùm in physica ; tùm in Theolog. tract. de Peccatis 1. 2. quæst. 72. art. 1. Ad infinitatem autem æstimabilitatis sufficit, quod aliqua forma, aut quasi forma specificativa, possit illam causare. Ad 2. Respond. ly *per se* accipi à nobis, prout significat idem , ac *propter se* , & seclusò respectu ad aliquid extrinsecum, quod removet.

11 Respond. ad 1.

Ad 2.

Obijcies 3. & potest esse replica contradicta. Gratia eatenus causat expulsionem peccati , quatenus media sui bonitate , & excellentia, movet Deum ad talem expulsionem. Sed bonitas , & excellentia gratiæ nequit Deum movere necessario ex natura rei ad remissionem peccati ; ergò. Probat. min. Gra-

12 Arguit. 3.

tiam

tiam movere Deum media sua bonitate ad remissionem peccati est Deum plus complacere in bonitate gratiæ, quam displicere in malitia peccati; sive est; complacentiam Dei in bonitate gratiæ prævalere contra displicentiam in malitia peccati. Bonum enim non movet physicè Dei voluntat: sed purè obiectivè medio amore sui. Sed repuguat loquendo ex natura rei Deum plus complacere in bonitate gratiæ, quam displiceat in malitia peccati, utpotè excedenti præfatam bonitatem: ergò. Maior 1. syllogism. probat. Oppositio gratiæ cum peccato non pensatur præcisivè à complacentia, vel displicentia, quam in Deo excitare possunt dignitas gratiæ, & malitia peccati; quo pacto pensatur oppositio inter calorem, & frigiditatis. Probat: quia oppositio inter gratiam, & peccatum solum pensatur, quatenùs proprium est gratiæ reddere hominem Deo amicum &c. peccatum vero reddit illum Deo inimicum. Sed istæ expressiones dicunt signatè ordinem ad Dei complacentiam, & displicentiam: ergò.

13 Solutio. Argum. probaret. Si gratia expelleret peccatum in genere causæ effectivæ moralis per modum meriti, & dignæ satisfactionis; ille enim ait S. Doct. 3. p. quæst. 48. art. 2. *Satisfacit perfectè pro offensa, qui exhibet offenso id, quod æquè, vel magis diligit, quam oderit offensam.* Nàm talis causa movet obiectivè, & sic movendo causat. Gratia autem non expellit peccatum per modum meriti, aut satisfactionis, sed per modum causæ formalis iustificationis necessario includentis peccati remissionem. Adhoc non requiritur excessus in complacentia. Constat hoc in dilectione efficaci Dei necessario excludente odium illius, si ante immediatè præcesserit; & tamen non excedit complacentia Dei circa eius rectitudinem displicentiam de odio, cui immediatè succedit. Idem de assensu fidei immediatè succedenti, & expellenti dissensum. Ulterius. Adhoc ut remissio peccati sequatur necessario ex natura rei ad gratiæ infusionem, non requiritur quod complacentia perfectionis prævaleat contra displicentiam in peccato; ita ut motivum primarium, & formale sit talis perfectio; sed solum quod Deus prævidens oppositionem naturalem invincibilem inter gratiam, & peccatum, motus primario ex sua bonitate, & suavitate operandi iuxta exigentias rerum, velit infundere gratiam, proindequè velit eadem voluntate destruere peccatum.

14 Instabis. Dices. Dum desinit esse peccatum in homine, desinit in Deo displicentia circa illud; sed non per puram omissionem: ergò propter complacentiam in perfectione gratiæ: ergò quia magis placet perfectio gratiæ, quam displiceat malitia peccati. Respond. negando 2. conseq. Ut enim amor infusivus gratiæ excludat à Deo odium circa existentiã peccati, non requiritur, ut magis amet gratiam, quam odio habeat peccatum; sed sufficit gratiam, & peccatum præstare effectus formales inconiungibiles, aut inter se oppositos; ut patet in amore infundenti actum dilectionis voluntati antea odio habenti Deum. Et quamvis ad depositionem displicentiæ circa peccatum debeat præintelligi aliquod motivum præponderans; sufficit illud esse summam Dei Bonitatem, quæ miserando, & parcendo maximè manifestatur; & insuper etiam illa manifestatur, dum derivat ex se perfectionem creatam adeo perfectam, ut sit vera participatio suæ Divinitatis tam in esse physico, quam in esse sanctitatis formalis pugnantis ab intrinseco cum iniustitia peccati.

Respond.

15 Ad 1. probat. arg. Ad 1. probat. nego antecedens intellectum de causa, ob quam gratia necess. expellit peccatum. Ad eius probat. distinguo mai. quatenùs præbet homini esse amicum in genere causæ formalis, conc. mai. in genere causæ moralis, aut obiectivæ, nego mai. & dist. min. dicunt signatè ordinẽ ad complacent: supponentem effectum formalem gratiæ, conc. min. non supponentem, neg. min. & conseq. Solutio constat ex dictis, & roborari valet exemplo unionis hypostaticæ factæ humanitati peccatrici, quam etiam sanctam redderet, & mi-

immunè à peccato per oppositionē, tùm physicam, tùm essentialem cum peccato. Idem dicend: de visione beata iuxta plures ex natura sua necessario excludente peccatū; si existens in peccato raperetur sine gratia ad visionem, & fruitionem Dei. Notandum insuper hæc duo argumenta fortiori ratione opponi posse, si defendatur gratiam habitualem opponi essentialiter cum peccato.

16 Obijcies 4. Peccatum habituale non opponitur physicè cum gratia habituali: ergò non est physicè inconiungibilis cum illa. Ans. probat. 1. Peccatum habituale, sive consistat in aliquo positivo morali relicto ex peccato actuali; vel in ipso actuali, ut moraliter permanenti, non est quid physicum, sed purè morale; sed oppositio est iuxta naturam extremorum: ergò. 2. Inter ea quæ non sunt eiusdem ordinis, nequit intervenire oppositio physica; sed sic se habent gratia habitualis, & peccatum habituale; cum illa sit ordinis supernaturalis; secus vero peccatum: ergò. Prob. argum. inter unionem hypostaticam, visionem beatam, & peccatum habituale, non dari oppositionem physicam, sed purè moralem. Quod si dicatur illam esse purè moralem ex parte peccati, unionem vero, beatitudinem &c. opponi physicè cum peccato, eo quod sunt quid physicum; pariter, & ego dicam de oppositione inter gratiam, & peccatum habituale. Quod si etiam dicatur talem oppositionem ex parte peccati habitualis cum unione hypostatica &c. dici moralem; non quia ex natura rei; aut etiam de potentia absoluta, sit à Deo superabilis; sed quia peccatum supponitur esse quid purè morale; idem dicemus in nostro casu, & litigium erit futile, & purè denomine. Undè si non vis illam appellare physicam, voca illam ex natura rei per inconiungibilitatem inspecta potentia ordinaria Dei; & quę non consistat in sola indecentia, aut quæ solum reddat moraliter impossibilem coniunctionem gratiæ cum peccato habituali.

Arguit. 4.

Respond.

17 Ex his concessa mai. disting. min. Oppositio est iuxta naturam extremi oppositi, & iuxta modum repugnantiæ ad coniunctionem inter extrema opposita, conced. min. præcisse iuxta naturam extremi oppositi, neg. min. & conseq. Cum enim gratia, & peccatum repugnent coniungi inter se physicè loquendo, sive attenta natura eorum; ideo oppositio dicitur physica. Vel cum Alijs, quos sequitur hic Mag. Bolibar, dicatur: ex quo peccatum habituale sit purè naturale, nec eiusdem ordinis cum gratia, solum probari oppositionem inter illa non esse Physicam Philosophicè, benè physicam Theologicè; quia videlicèt prædicta oppositio non provenit ab aliqua lege, vel favore Dei, sed ex ipsa natura utriusque, & quia præstant effectus formales primarios ex natura rei oppositos.

Solutio in forma.

Ad 2. probat.

Dices: Si peccatum opponeretur physicè cum gratia, illam expelleret physicè; consequens repugnat: ergò. Probat. min. Expellere physicè est expellere per veram causalitatem, & activitatem; sed talis causalitas repugnat peccato habituali, si aliunde in privatione gratiæ consistit, utpotè consistens in nihilo: ergò. Negat mai. Mag. Lorca hic disp. 4. quæst. 5. ait enim* lucem expellere physicè tenebras, non tamen è contra ob defectum activitatis ex parte illarum.* Quam doctrinam applicat gratiæ habituali concedens ei physicè expellere peccatum. Sed non è converso: quamvis inter illa detur oppositio physica. Sed hoc parum difficultatis habet. Si enim asserit peccatum opponi physicè cum gratia, quia ei opponitur ex natura sua, & independenter ab aliquo favore; cur non dicetur expellere etiam physicè gratiam, quia ex natura sua essentialiter est inconiungibile iuxta ipsum cum gratia habituali? Cur inquam ly *physicè* applicatum expulsioni denotat realem activitatem, non vero applicatum oppositioni? distingue ergò iuxta doctrinam sæpè traditam, ut vitetur litigium de voce.

18

Instabis.

Resp. 1.

Alia resp.

Deniquè obijcies. Destructio pec- 19

peccati, utpotè effectus secundarius, & negativus; debet subsequi ad aliquem effectum formalem positivum, & primarium gratiæ habitualis necessario ex natura rei connexum cum illa. Sed talis effectus assignari nequit: ergò. Probat. min. Prædictus effectus formalis, Alijs relictis, esset constituere hominem participem naturæ Divinæ; & conversum habitualiter in Deum. Sed nihil horum connectitur necessario cum carentia peccati: ergò. 1. Pars min. prob. Gratiam participare naturam Divinam est illam radicare habitus supernaturales, quibus homo possit supernaturaliter operari; sed hoc nullam dicit repugnantiã ex natura rei cum peccato spectanti ad genus moris, & quatenus est offensa Dei: ergò. 2. Vero probat. Non repugnat aversio habitualis ab uno fine cum conversione habituali ad eundem; nàm qui commisit peccatũ in continentiæ, si postmodum pœniteat, & eliciat actum virtutis continentię, manet habitualiter conversus ad obiectum continentiæ. Tùm quia talis actus manet habitualiter in sui permanentia morali. Tùm quia per illum producitur habitus virtutis continentiæ: ergò cum aliunde sit aversus à tali obiecto habitualiter, manet simul aversus, & conversus habitualiter respectu eiusdem obiecti sive finis: ita P. Ripalda.

Probat. 1 pars min.

2. Pars probat.

20

Ad 1. min. probat. Respond. 1. Non satis consequenter illam adduci à Ripalda; siquidem iuxta ipsum gratia participat naturam Divinam, prout hæc dicit munus sanctitatis; & munus principij omnis rectitudinis moralis: ita ibi sect. 9. num. 105. Quod autem convenit gratiæ, quatenus est participatio Deitatis, convenit ipsi ab intrinseco, & ex natura rei; sicuti quod convenit visioni creatæ, & dilectioni charitatis, prout sunt participatio Divinæ cognitionis, & amoris; convenit ipsis ab intrinseco, & non dependenter ab aliquo favore superaddito. Si ergò grat: est præcipuè participatio Divinę naturę, quia participat de illa munus sanctitatis: cum de ratione huius sit stricta oppositio, sive pugna cum peccato; illud excludit ex natura rei. Respond. 2. Gratiam participare naturam Divinam sub ratione naturæ, & radicis virtutum supernat: est illam constituere purum hominem spiritualiter à Deo genitum; & ex hoc simpliciter Deo dilectum; & cum iure ad æternam fœlicitatem. Quare licèt talis expressio non sit moralis; secus tamen obiectivè; & per actualem inclusionem; ut ex antea dictis constat: Cum sit rectitudo universalis per ordinem ad Deum, ut finem simpliciter ultimum. * Peccatum vero reddit hominem aversum à Deo filium diaboli, & positivè dignum privari vita æterna.

1. Solut. ad 1. min. prob.

2. Solut.

*Sic definit iustit. S. D. q. 113. art. 1

Probat. 2. part. min. habet contra se communem Doctrinam Philosoph: & Theologorum cum D. Thom. 1. 2. quæst. 1. art. 5. tuentium neminem posse converti actualiter, aut habitualiter simul in duos fines ultimos simpliciter; cum enim omnis aversio habitualis à Deo ut fine ultimo simpliciter, ex conversione ad creaturam tanquam finem proveniat; si aversio à Deo per peccatum non pugnat cum gratia: non pugnat ex natura rei hominem habere simul habitualiter duos fines ultimos simpliciter. Rursùs. Nàm averti à Deo, est à Deo recedere, sive Deum relinquere: ergò si stat aversio habitualis à Deo, ut fine ultimo simpliciter cum conversione ad ipsum habitualiter; stabit habitualis voluntas derelictio Dei, cũ prosequutione eiusdem, ut finis ultim:; & hoc ex natura rei, sive naturaliter loquendo. Deindè: Nàm aversio à Deo per peccatum, vel consistit, vel includit necessario privationem conversionis ad ipsum, ut finem ultimum: Ita S. Doct. in 2. d. 32. q. 1. art. 1. ergò nequit cum habituali conversi. à gratia provenienti coniungi.

21

Ad 2. part. min.

Nec probatio ibi adducta ullam efficaciam habet. 1. Nàm falsum est per unum actum intemperantiæ hominem manere habitualiter aversum ab obiecto talis virtutis; cum sit expressum in D. Thom. hac 1. 2. q. 71. art. 4. per unum actum vitiosum non destrui habitum virtutis acqui-

22

Ad motiva illius.

si-

sitæ. Undè constat aversionem habitualem convenientem peccato habituali, non respicere pro termino *à quo* hoc, vel illud obiectum virtutis in particulari; sed Deum, ut finem ultimum, à quo peccans lethaliter, recedit. Rursus falsum est per unum actum continentiæ hominem converti habitualiter ad obiectum talis virtutis; cum sit expressum in D. Thom. ubi supra, *unicum actum nisi sit valdè intensus, non sufficere ad productionem virtutis acquisitę. Præterquamquod, hoc admisso, talis conversio esset habitualis operativa, scilicèt, de linea qualitatis per modum habitus, quæ destrueret actum incontinentiæ, ut perseverantem moraliter secundum ordinem conversionis ad propriũ obiectum; licèt permaneret sub ratione aversionis à Deo, ut fine ultimo, de quo Bolivar hic dub. 3. n. 35. *Et hæc de hoc dub. applic. litteræ Mag. ubi præcedens.*

*Et q. 51 art. 3.

DUBIUM VIII.

VTRVM OPPOSITIO GRATIÆ cum peccato habituali sit essentialis?

§. I.

REFERUNTUR SENTENTIÆ, ET AFFIRMATIVA propugnatur.

N. 1. SERMO est de gratia habituali non sub denominatione gratiæ, sub qua denominat hominem iustum, & Deo gratum; sed præcipuè, de illa secundum suam speciem, & naturam accepta. Fatentur enim omnes Theologi gratiam sub tali denominatione pugnare essentialiter cum peccato habituali; cum ex terminis repugnet hominem esse simul *iustum, & iniustum; Deo gratum, & ipsi abominabilem; amicum, & inimicum.* Undè difficultas stat in hoc: * an videlicèt sit ipsi essentiale reddere hominem iustum, & sanctum; * si enim res ita se habeat, absdubio erit inconiungibilis etiam inspecta potentia absoluta Dei cum peccato habituali; cui necessario inseparabiliter convenit reddere hominem Deo inimicum, & dignum odio illius. Partem negativam tuentur præter Scotistas, & alios quos dub. præced. impugnavimus, Pater Suarez lib. 7. de Grat. cap. 12. Oviedo, Arriaga, & plures Jesuitæ, quibus adhærent Curiel hic art. 2. dub. 3. M. Zumel supra quæst. 110. disp. 4. tuentes solum oppositionem naturalem; ideoque de potentia absoluta Dei superabilem. Affirmativa vero est freq. apud Thom. cum Mag. Soto lib. 2. de Natura, & grat. cap. 18. Martinez, Rmo. à Santo Thoma Serna, Ferre, Bolivar, Vazquez, Aranda, Lorca, & Alij cum quibus arguo 1.

Sententię

2 Si peccatum habituale consistit in privatione voluntaria gratiæ habitualis, ut tuenter plures Theologi, & videtur conformius Doctrinæ Angelic. Præcept. constituentis maculam relictam ex peccato actuali (quæ absdubio est peccatum habituale) per dictam privationem; facile probatur conclusio. Siquidem privatio formæ, & ipsa forma essentialiter inter se opponuntur; v. g. *Cęcitas, & visus; mors, & vita.* Idem dicendum, si peccatum habituale, estò non constituatur per talem privationem; illam essentialiter induca-

1. Ratio.

Sic teneo tom. 2.

cat; ut tuetur Illust. Godoy, cum ex terminis repugnet hominem esse simul in gratia habituali, & ipsa privatum. Quapropter, licèt in dicta opinione peccatum, & gratia opponantur directè, & immediatè solum contrariè; mediatè, & illative opponuntur privativè. Hæc dicta sunt de constitutione peccati habituali per privationem gratiæ, non solum sub denominatione gratiæ, hoc est gratum facientis, sed etiam de privatione illius quoad sui entitatem, & speciem; sic enim adstruitur ab AA. illam propugnantibus.

3 Sed abhis præscindendo probat. 2. concluſ. Forma, cuius effectus formalis primarius opponitur essen-
2. Ratio. tialiter cum effectu formali primario peccati habitualis, opponitur essentialiter cum ipso. Sed huiusmodi est gratia habitualis: ergò. Maior est certa: cum effectum formalis primarius formæ sit ipsa forma; proindequè oppositio pènes effectum formæ est oppositio pènes essentiam formæ. Min. vero probat. Effectus formalis primarius gratiæ est reddere hominem iustum, & sanctum; effectus vero peccati habitualis est red dere hominem iniustum; sed huiusmodi effectus formales opponuntur essentialiter inter se; cum sanctitas ex suo conceptu essentiali iuxta definitionem D. Dionys. dicat carentia omnis immunditiæ peccati: ergò: Min. quoad 2. partem conceditur ab omnibus Theolog. & ex tali concessione prob. etiam 1. pars min. in
Probat. 1 pars min. 1. qua potest esse difficultas. 1. Si enim non repugnat produci à creatura de fectivè operanti aliquid, cui correspondeat tanquam effectus formalis primarius denominare hominem iniustum, & Deo ingratum; cur repugnabit, quod gratia habitualis, quæ iuxta D. Petrum est maximum, & pretiosum donum nobis à Deo communicatum; habeat pro effectu formali primario reddere hominem iustum, & gratum Deo?

2. Probat. eadem pars min.
4 1. ex definitione tradita à Catheciſmo iussu SS. Pij V. edito, quæ sic se
Secundo. habet: *Est autem gratia, quemadmodum Trident. Synodus ab omnibus sub pœna anathematis credendo decrevit, divina qualitas animæ inhærens, ac veluti lux, & splendor, quæ peccatorum maculas debet, ipsasque animas pulchrioris, & splendidiores reddit.* Cum autem definitio propria cuiuscumque rei exprimat essentiam illius; clarè colligitur ex verbis relatis, gratiam habere pro effectu formali primario sui ipsius reddere hominem iustum, sanctum, & immaculatum. Istæ enim denominationes reipsa identificatur, cum hoc quod est reddere hominem immunem à macula peccati, pulchrum, & coram Deo lucidum, ac splendidum. 3. Effectus formalis Tertio. primarius gratiæ est ille, qui à PP. & Concilijs de gratia habituali loquentibus, nobis innotescit, & intimatur; sed huiusmodi est reddere hominem iustum, sanctum, & immaculatum coram Deo; pro quo sufficiat (pluribus alijs relictis) testimonium Concil. Trident. sess. 6. ubi postquam decernit gratiam esse *causam unicam formalem nostræ iustificaotionis, affirmat per illam hominem fieri ex iniusto iustum, & ex inimico amicum, & filium Dei adoptivum &c. ergò.*

Huic rationi Respondebis 1. 5 Gratiam habere pro effectu formali primario denominare iustum, sanctum, & gratum Deo in actu primo; Respond: 1. ex P. Ripalda, & alijs. quatenus exigit carentiam peccati, aut favorem superadditum, ut denominet sanctum exercitè, & in actu secundo. Huiusmodi autem denominatio non pugnat essentialiter cum peccato; sed solum esse iustum, & sanctum in actu secundo, & quoad efficaciam. Sed contra est. 1. ex dictis. Peccatum habituale habet Impugn. 1. pro effectu formali primario denominare hominem iniustum, Deo ingratum, & abominabilem in actu 2. ergò gratia habitualis habet pro effectu formali primario reddere hominem iustum, sanctum, & Deo gratum in actu 2. Deindè: Gratia habet pro effectu formali primario illam denominationem iusti, & sancti quæ provenit ab ipsa, ut à causa formali unica nostræ iustificationis; sed hæc est denominatio iusti, & sancti in actu 2. ergò. Probat. min. Secundo.

ex

ex Trident. seſſ. 6. cap. 7. ubi loquens de gratia: ait: *Quod Deus ſua gratia nos iuſtos facit, ita ut illa vere iuſti nominemur, & ſimus, & quod per ipſam homo renovatur interius ſecundum ſpiritum, & ſit de inimico amicus &c.* ſed omnia iſta ſignificant eſſe iuſtum in actu ſecundo, & non ſolam aptitudinem, aut potentiam ad eſſe iuſtum: Siquidem per ſolam exigentiam, aut poteſtatem, non verificatur hominem vere eſſe iuſtum, aut fieri ex iniuſto, vel interius eſſe renovatum ſecundum ſpiritum; Alias in caſu coniunctionis gratiæ cum peccato, ut volunt Adverſarij, tales denominationes verificarētur de peccatore: ergò.

Urgetur. Urg: Effectus formalis conſiſtens in complexo, & requirens duas formas ad invicem ſeparabiles; talis effectus nequit dari *unica* cauſa formalis; ſed iuxta ſolut: hominem eſſe *ſanctum* in actu 2. *renovatum*; quod eſt, *ex inimico fieri amicum*; eſt effectus formalis modo dicto: ergò illius non eſt unica cauſa formalis. Sed in tali effectu exprimitur iuſtific: impij: ergò falſo dicitur à Trid: cauſam unicam &c.

Tertio. 3. Et principalius. Eſſe iuſtum, & ſanctum in actu 2. eſt effectus formalis primarius alicuius formæ poſitivæ ſupernaturalis: Tùm quia eſſe iuſtum in actu 2. eſt effectus formalis perfectiſsimus, & perfectior denominatione iuſti tantum in actu 1. & aliundè quælibet forma explicat ſuam perfectionem, in communicatione ſui effectus formalis primarij. Tùm quia eſſe iuſtum, & ſanctum in actu 2. eſt eſſe renatum ſpiritualiter ex Deo; ſed omnis regeneratio interna ſpiritualis eſt effectus formalis primarius alicuius formæ; quæ 1. datùr ad eſſe, & ex conſequenti ad operari: ergò. Nunc ſic: ſed nulla alia eſt forma poſitiva de ordine ſupernaturali, cui poſſit adaptari tanquam effectus formalis primarius eſſe iuſtum in actu 2. quam gratiæ habituali, utpotè natur: ſupern: & radici in tali ordine: ergò effectus formalis primarius

Urgetur. gratiæ eſt eſſe iuſtum &c. Urgetur. Omnis forma poſitiva habet pro effectu primario aliquem effectum formalem poſitivum, & denominationem illius in actu 2. Si ſubiecto capaci cōmunicetur; ſic effectus primarius albedinis, amoris, ſapientiæ, eſt denominare ſubiectum capax, album in actu 2. ſapientem, & amantem in actu 2. Sed gratia eſt forma poſitiva excellentior omnibus recenſitis: ergò habet pro effectu formali primario aliquem effectum formalem poſitivum, & denominationem eiuſdem in actu 2. in ſubiecto capaci, qualis eſt creatura rationalis. Sed hic alius eſſe non poteſt, niſi eſſe iuſtum in actu 2. Deo gratum, amicum &c. vel illum aſsigna: ergò.

6

Reſpond. Nec valet ſi dicas: effectum formalem primarium gratiæ eſſe reddere hominem participem divinæ naturæ, quæ participatio optimè ſalvatur, per hoc quod eſt eſſe potentem iuſtè, & rectè operari intra ordinem ſupernaturalem. Hic autem effectus formalis, & denominatio illius in actu 2. non pugnat eſſentialiter cum peccato habituali; hoc eſt, cum actu peccati ut phyſice tranſacto, & moraliter perſeveranti, ut ex ſe patere videtur. Non inquam valet, & ne aliqua confuſsio ex dictis, & infra dicendis, oriatur:

Notandū pro impugnatt Advertendum, quod nomine effectus formalis primarij intelligitur quidquid re ipſa actu includitur eſſentialiter in gratia habituali, licet non ſit prima expreſsio, aut prima virtualitas illius. Effectus enim formalis ſecundarius eſt, aut expulſio formæ contrariæ, aut aliquid poſitivum re ipſa ſeparabile, & quo deficiente ſubſiſtit integra natura formæ, ut contingit in extenſione ad locum reſpectu quantitatis. Hinc fatemur primam expreſsionē, quam gratia habitualis communicat homini, eſſe conſtituere illum in quoddam eſſe ſpirituali divino, ipſumque reddere Deificatum per conſortium Deitatis, ut ſæpè docet Angelic. Doctor, & ex qua expreſsione ad munus eſſentiæ ſpectanti, oritur alia ad munus naturæ pertinēs, quatenus eſt radix virtutū, & donum ſupernaturalium. Verum-

Ex D. Petro.

tamen contendimus probare gratiam habitualem essentialiter pugnare cum peccato habituali etiam secundum expressiones recensitas, & insuper effectum formalem *iusti, sancti, grati &c.* ab ipsa ut à causa unica formali præstitum, re ipsa esse primarium, utpote actu formaliter inclusum in eius essentia. Hoc actum animadverso.

7 Sic argum. ex doctrina solutionis. Repugnat essentialiter hominem esse in actu secundo participem divinæ naturæ, & simul esse habitualiter peccatorem: ergò effectus formalis primarius gratiæ nequit ullatenus contingi cum peccato habituali. Prob. añs. 1. hominem esse participē in actu secundo Deitatis, est illum esse Deificatum in actu 2. sed esse Deificatum in actu secundo pugnat essentialiter cum peccato habituali: ergò. Minor, inqua potest esse aliqua difficultas, prob. Hominem esse Deificatum est habere in se intimam unionem cum Deo, & habere in se spiritum Dei, esseque Dei formē, & in statu divino collocatum; sed istæ expressiones essentialiter pugnant cum peccato habituali: cum ratione illius homo sit aversus à Deo, sirque ei dissimilis, in statu diabolico, & de spiritu eius maligno participans: ergò. 2. & præocupatur tacita evasio. Hominem esse in actu 2. Deificatum, & constitutū in esse spirituali divino est illum esse coniunctum cum Deo, ut fine ultimo omnem eius inclinationem sibi subijcenti, cum iuxta diversitatē naturæ, sit diversitas finium; atqui per peccatum habituale permanevit homo separatus à Deo, ut fine ultimo, & actu conversus ad bonum creatum, ut finem ultimum sibi dominantē: ergò hominem esse Deificatum per participationem Deitatis pugnat essentialiter cum peccato habituali. 3. & brevius. Quod convenit per essentiam, & à se Deitati, convenit per participationem ei, quod secundum sui essentiam est illius participatio. Quod patet in charitate, & lumine gloriæ participantib: divinā voluntatem, & intellectum. Sed Deitas qua talis per sui essentiam pugnat cum peccato: ergò gratia, quæ secundum suam speciē est participatio illius, & deificatio animæ, pugnat essentialiter, estò per partipationem, cum peccato habituali.

Gratia sub munere naturæ pugnat ef sent: cum peccato

Secundo.

Tertio.

8 Secundò prob. idem assumptum de gratia quatenus exprimit munus naturæ, sive radicis ordinis supernaturalis. 1. Hominem esse in actu 2. ratione gratiæ participem Deitatis sub munere radicis, est illum esse simpliciter rectificatum; formaliter quidem secundum animam, & radicaliter secundum intellectum, & voluntatem ratione virtutum, & donorum supernaturalium; sed huiusmodi effectus formalis à gratia præstitus pugnat essentialiter cum peccato habituali: ergò etiam ipsa gratia, quatenùs est, & explicat munus participationis Deitatis in ratione naturæ. Mai. constat ex ipsa definitione naturæ; scilicet esse radicem &c. Min. traditur expressè à D. Thom. hac 1. 2. q. 113. art. 1. ad 2. & quæst. 28. de ver. ar. 1. & ad 2. ubi affirmat: *Peccatum opponi directe iustitiæ, non vero alteri virtuti, quia iustitia secundum quam homo dicitur iustus apud Deum, dicit rectitudinem universalem hominis, tàm secundum animam, quam secundum intellectum, & voluntatem; quæ quidem iustitia, estò non sit virtus proprie, nominet tamen quamdam statum, secundum quem homo se habet in debito ordine ad Deum, ad proximum, & ad se ipsum.* At qui peccatum habituale dicit necessariò deordinatæ ex parte animæ, & aliarum potentiarum propter aversionem à Deo, & conversionem ad bonum creatum, ut ad finem ultimum: ergò.

Prob. 2. idem assumptum

9 Confirm. nequit homo secundum animam esse potens radicaliter iustè operari, nisi sit rectific: simpliciter quoad esse ex parte animæ, & insuper nisi secundum animam inclinet in Deum, ut finem ultimum simpliciter omnium suarum operatum; sed hæc omnia dicunt essentialem oppositionem cum peccato habituali, cum hoc iuxta omnes es-

Confirm.

essentialiter sit irrectitudo, & aversio à Deo, ut fine ultimo: ergò. Mai. prob. ex illo M. P. *Non possunt homines iuste vivere, nisi prius effecti sint filij Dei.* Et ratio est in promptu: quia cum operari sequatur ad esse, & finis sit principium, undè incipit operatio; repugnat animam aversam à Deo ut fine ultimo omnis honestæ operationis, & non rectificatam moraliter quoad esse; esse principium expeditum ad iuste, rectèque operandum, tàm per ordinem ad Deum, quàm per ordinem ad proximum, & ad se ipsum. Urgetur. Natura divina qua talis dicit essentialem oppositionem cum omni peccato, quia videlicet secundum hanc expressionem dicit radicem omnis rectitudinis ex attributis immediatè provenientis. Quapropter Deus est sanctus per naturam & per essentiã: ergò gratia participans de divinitate munus naturæ dicit essentialem oppositionem cum peccato: cum solo discrimine quod deitati convenit talis oppositio per essentiam: gratiæ vero solum participative, & ab alio.

Urgetur.

10 Ex his constat munus sanctitatis in gratia habituali non distingui actu ex parte obiecti à munere participationis deitatis sub ratione naturæ, sed solum secundum diversitatem expressionis. Undè sicuti ex specie sua habet constituere hominem deificatum, & Dei formẽ spiritu Dei viventẽ; ita expressè sua habet illum denominate iustum, sanctum, & Deo charum: iustum quidem, quia adæquatum cum regula totius rectitudinis; scilicet Deo fine ultimo simpliciter: sanctum vero, quia similem Deo in puritate, & elevatione ab omni affectione terrena, & carnali. Gratum, quia est participatio Deitatis, quam ut summè bonam divina voluntas necessariò summè diligit. Et à pluribus abstinentes, sic se habet ratio sanctitatis respectu gratiæ, sicuti se habet ratio sanctitatis respectu divinæ naturæ, ut Deum iustum, & sanctum per essentiam constituat. Quin obstet sanctitatem esse attributum Deitatis; Nàm ad hoc sufficit subsequi virtualiter ad naturam divinam metaphysice constitutam, licet revera, & ex parte obiecti nulla sit distinctio actualis inter utrumque.

Qualiter se habeãt in gratia munus naturæ, & sanctit:

§. II.

In quo alia solutio communis reijcitur.

REsp. 2. & principalius. Verum esse gratiam habere pro effectu formali primario reddere hominem iustum, & sanctum in actu 2. sed non absolutè, sed conditionate, ex suppositione videlicet quod detur carentia omnis peccati. Admodum quo etiam gratiæ habituali primario convenit reddere hominem spiritualiter genitum à Deo, & filium adoptivum illius; attamen ut hanc denominationem in actu 2. præstet, requirit extraneitatem ex parte personæ habentis gratiam. Qua de causa Christus Dominus, etsi gratus Deo ratione gratiæ habitualis, non dicitur filius adoptivus illius. Sed contra est 1. Repugnat gratiam habitualem, ut constituat hominem sanctum, & iustum in actu 2. pendere à carentia peccati, & quod hæc sequatur in genere causæ formalis (si aliundè cum illa essentialiter non cõnectitur*) ergò repugnat solutio tradita. Prob. añs. Repugnat gratiã habitualem pendere ab effectu secundario sui, ut præstet effectum formalem primario ipsi correspondentem; sed expulsio, aut carentia peccati, est effectus secundarius gratiæ habitualis: iustificatio autem, & sanctificatio effectus primarius: ergò. Min. quoad 1. partẽ constat; Nàm expulsio peccati est effectus gratiæ habit: ut latè probatũ relinquimus dub. 6. §. 2. sed non primarius, utpotè negativus, & gratia sit forma positiva: ergò est effectus secundarius. Ulterius: Nàm gratia est causa formalis unica nostræ iustificationis; sed iustificatio includit remissionem peccati; cum sit translatio ab statu peccati, & iniustitiæ ad statũ gratiæ, & iustitiæ corã Deo: ergò

Secunda Resp.

Reijcitur 1.

* Tunc erit mutua causalitas.

cum expulsio termini *à quo* sit effectus secundarius termini *ad quem*, expulsio peccati est effectus secundarius gratiæ habitualis. Maior enim est certa; Nam repugnat gratiã, & quamliber formam positivam pendere, ut præstet effectum formalem primarium ab illo, quod sequitur ad positionem effectus primarij, sed talis est effectus secundarius omnis formæ positivę: ergò.

12 Confirm. quia exclusio nigredinis est effectus secundarius albedinis, & carentia assensus effectus secundarius dissensus, & his similia; albedo non pendet à carentia ingredinis, ut præstet effectum formalem positivum albi subiecto capaci: etidem de dissensu, & de amore efficaci eiusdem obiecti; aliter enim non esset effectus secundarius, sed aliquid se habens pro priori ad effectum formalem primarium. Hoc autem præcipuum locum obtinet, quando effectus secundarius illius est carentia formæ oppositæ; Nàm cum talis forma sit terminus *à quo*, & defectus termini *à quo* resultet exposit: termini *ad quem*; repugnat quod effectus formalis primarius positivus pendeat à carentia formæ illi oppositę. Quod si gratia habitualis ut præstet denominationem filij adoptivi, prærequirit extraneitatem personæ; hoc contingit, quia ex se nullam oppositionem dicit cum eo quod persona divina terminet naturam humanam, nec carentia personæ divinæ dici valet ullo modo effectus secundario procedens ab illa. Sed vero; cum expulsio peccati hoc pacto se habeat respectu gratiæ, utpotè forma remissiva peccati; nequit ab huius carentia pendere, ut denominet hominem in actu 2. iustum, & sanctum. Verum tamẽ notandum: aliquoties prærequiri carentiam alicuius formæ per modum conditionis habilitantis subiectum, ut altera forma ei inhæreat, ut dicitur de fide, & spe iuxta S.D. 1. 2. q.67. ar.3. relatè ad carentiam visionis; attamen non ex hoc inferas requiri eandem carentiam, ut iam communicata subiecto præstet suum propriũ effectum formalem, & hoc intendunt Adversi relatè ad gratiam.

Confirm.

Occurritur exemplo in fol: adducto.

Nota.

Hinc ponentes carentiam peccati requiri, ut gratia denominet hominem Deo gratum; qua ratione accidit ipsi talis denominatio, revera ponunt remissionem peccati non provenire à gratia, sed à favore extrinseco illud remittenti; sicuti se habet extraneitas personæ, ut gratia denominationem adoptionis præbeat; illa enim non à gratia, sed à Deo decernente unire humanitatem propriæ subsistentiæ provenit. Quod si iuxta doctrinam S. D. præcedit remissio peccati gratiam sub munere iustificantis; ideò hoc contingit, quia simul subsequitur ad illam in genere causę formalis: quod non tollit oppositionem essentialem inter gratiam, & peccatum; ut patet assimili in expulsione formæ viventis ad introductionem formæ cadaveris, & in lucis receptione, & tenebrarũ expulsione: de quibus ipse S.D. ibi. * Idem dicendum de amore pure naturali Dei super omnia, qui, ut sit beatitudo naturalis, requirit carentiam peccati; qua de causa, etsi iuxta aliquos, pueris non baptizatis in Lymbo conveniat, non sunt beati. Siquidem in exemplo adducto, nec effectus formalis primarius amoris est denominare beatum, sed diligentem, & insuper denominatio actu diligendi Deũ ex se nullam oppositionem ex natura rei dicit cum statu peccati; nec ab ipso potest, ut à causa formali proven: illius expulsio iuxta hos AA. uti contingit in expulsione peccati relatè ad gratiam habitualem, quæ est unica causa formaliter iustificans impium.

(o)

13 Nota, ut aliq: instant: occurratur.

* Sic infra q.113.ar. 8. & q 28 de verit. ar.7.

De hoc Bolivar dub. 8. n. 70 de necess: gratiæ.

§. III.

Alia responsio reijcitur.

14 Dices 3. gratiam habitualem habere pro effectu formali primario reddere hominem iustum, & sanctum in actu 2. non quidem *adæquate* sumpto ly iusto *in actu* 2. sed *inadequate*. Ratio distinctionis est: Nàm denominatio iusti *in actu secundo* adæquatè sumpta dicit; tùm positionē gratiæ; tùm etiam carentiam peccati habitualis, sive illius destructionem (si fortè præcessit) ut constat ex definitione sanctitatis tradita à S. Dionysio; scilicèt *ab omni immunditia puritas*. Quapropter causa adæquata, ut ita loquar, talis denominationis est coniunctum ex gratia, & carentia peccati; proindeque à gratia ratione sui impotens præstari tamquam effectus formalis primarius, & specificus; licet quantum ad id, quod dicit talis denominatio de positivo, & inadæquatè sumpta, proveniat à gratia se sola, ut effectus primarius illius. Explicatur hoc in opinione constituente potestatem proximam sperandi per iudicium conditionatum salutis æternæ simul cum carentia notitiæ absolutæ de damnatione: Et in opinione asserenti obiectum de se honestum non esse potentem proximè causare actum moraliter honestum, nisi simul cum eius honestate appareat carentia omnis pravæ circunstantiæ; de quo Mag. Bolivar tract. de bonitate, & malitia dub. 5. à num. 30. In his enim (& similibus) iudicium conditionatum, & iudicium proponens finem de se honestum, habent pro effectu primario reddere hominem potentem sperare, & recte operari, secundum id, quod huiusmodi potestates dicunt depositivo; non vero adæquatè, & quantum ad id, quod dicunt denegativo, & cum quo negativo nullam habent necessariam connexionem.

Tertia Resp. refertur.

Prob. ex proprijs.

Hanc solutionem reijcit Mag. Torres q. 7. à num. 70. ubi supra, contendens gratiam habitualem habere pro effectu formali primario; tùm renovationem interiorem hominis, tùm etiam expulsionem peccati habitualis, si fortè præcesit, quamvis solum habeat pro effectu secundario, & connexive tali, carentiam omnis peccati læthalis. Additque hoc dicendum esse à Thomist: constituentibus peccatum habituale per privationem gratiæ habitualis; siquidem carentia realis carētię gratiæ habitualis est realiter ipsa gratia habitualis: ergò gratiam excludere peccatum habituale nihil importat actu distinctum ab ipsa gratia, proindeque talis exclusio est quid positivum, etsi significetur per negationem. Id ipsum (prosequitur) dicendum ab his, qui constituunt peccatum in esse habitualis per actum præteritum, & carentiam omnis conditionis, tàm extrinsecę, quàm intrinsecę factæ per gratiam habitualem; Nàm in tali opinione exclusio peccati est carentia carentiæ condonationis provenientis à gratia, subindeque est ipsa gratiæ infusio. Hoc suppos. sic impugnat; Implicat gratiam communicari subiecto capaci, quin præstet effectum formal: primarium, & specificum; sed iuxta dicta in omnium opin: sic se habent renovatio interior, & exclusio peccati habitual: ergò.

15 Aliquorum impugnatio.

Hæc tamen doctrina, nec est necessariò pro præsenti assumpto, nec est vera. 1. constat; si namque gratia habitualis sit essentialiter connexa cum exclusione peccati habitualis, estò talis expulsio sit effectus secundarius realiter distinctus à gratia, salvatur veritas nostræ conclusionis. Nec in hac positione invenitur aliqua contradictio, ut patet in amore efficaci, & in assensu fidei Theol: excludētibus essentialiter odium, & dissensum circa idem obiectum: cum tamen horum carentia (sive etiam expulsio, dummodo antea præcesserint) sit effectus negativus, realiterque distinctus à forma positiva. Idem dicendum de omnibus formis essentialiter inconiungi-

16 Non apparet efficax 1.

Nota.

bilibus, etsi utraque sit quid positivum. Ubi obiter notandum, quod licet gratia essentialiter, & præcisive ab omni suppositione, sit inconiungibilis cum peccato habituali, non tamen hoc eodem modo habet expellere peccatum habituale; sed solum ex suppositione, quod præcesserit. Ex quo colligitur talem expulsionem non posse dici proprie effectum primarium gratiæ: cum effectus formalis primarius formæ non dependeat in sui existentia ab aliqua suppositione contingenter convenienti subiecto illius.

17

Secundo.

Deindè non est vera prædicdicta doctrina. Tùm propter immediatè adducta. Tùm quia, etsi carentia carentiæ gratiæ habitualis sit ipsa gratia; secus tamen defectus privationis gratiæ habitualis: siquidem homo conditus in pura natura ante peccatum, nec haberet gratiam; nec privationem illius: in quo casu fallum esset dicere, *carentiam privationis gratiæ habitualis esse ipsam gratiam.* Licèt enim inter extremacōtradictorie oppositā nō detur medium, bene tamen inter illa, quæ privative opponuntur. Propter hanc rationem defendunt Thom. cum suo Angelico Præceptore, iustificationem, & remissionem peccati, esse unicam actionem, esse vero duas mutationes realiter distinctas, etsi peccatum habituale in privatione gratiæ consistat: quia nimirum defectus *privationis voluntariæ gratiæ non est formaliter* ex terminis positio illius. Oppositum tamen contingit in illuminatione aeris, & expulsione tenebrarum; Nàm carentia lucis, quæ est terminus *à quo* introductionis lucis, non differt à termino *à quo* expulsionis tenebrarum, qui est ipsę tenebræ. De quo alibi. Dices: remissio culpæ iuxta D. Tho. est finis iustificationis in hic q 113. ar. 6. & 7. ergò non est effectus secundarius. Resp. finem accipi ibi à D. Th. pro eo, in quo ultimo termin: iustificatio, non pro eo quod intenditur in illa. Sic S. D. q. 1. de malo ar. 5. ait: *Pœnam esse finem culpæ* quo ad rationē termini, sed nō quo ad intentionem illius.

Aliter ergò impugnatur cum eodem M. solutio data. 1. Falsum est denominationem *iusti in actu secundo* includere formaliter constitutive carentiam peccati habitualis: ergò ruit solutio. Prob. añs. Si talis denominatio includeret modo dicto carentiam peccati habitualis, Concilium Trident: non loqueretur de sanctificatione, sive renovatione interiori hominis, & de peccati remissione; tamquam de duobus donis distinctis, atqui sic loquitur, dum ait *iustificationem hominis esse interiorem renovationem, & susceptionem gratiæ, qua homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus*: ergò. Urgetur. Aut gratia habitualis est causa unica formalis adæquate denominationis iusti in actu secundo, vel non? si primum: ergò cum illa sit forma positiva; talis denominatio erit adæquate quid positivum. Si secundum: ergò respectu iustificationis in actu 2. in homine datur in ipso duplex causa formalis intrinseca; scilicèt gratia quantum ad effectum positivum, & carentia peccati habitualis quamvis ad id, quod formaliter dicit denegativo. Undè iuxta solutionem datam, non verificabitur: hominem per gratiam habitualem *fieri ex iniusto iustum, & ex inimico amicum*; siquidem hoc expresè denotat gratiam esse terminum *ad quem* expulsivum peccati, ac proinde carentiam peccati à gratia provenire, ut à causa formali. At vero cum iuxta doctrinam solutionis carentia peccati ingrediatur simul cumgratia ut hominem denominet *in actu secundo iustum, & sanctum*: non autem, ut quid sequutum ex gratia, ut termino *ad quem* iustificationis (quæ est transitus de esse peccatorem ad esse iustum) fit consequens non verificari has propositiones traditas à Trid. *per gratiam vere remittitur, & destruitur peccatum*: per gratiam homo fit *ex iniusto iustus*.

18

Aliter impugnat. 1.

Urgetur.

16

Quod clarè patet in exemplis adductis pro solutione, & in omnibus alijs, in quibus adstruitur aliquid positivum simul cum negativo, ingredi formaliter ad aliquem effectum, aut formalem denomina-

Exempla adducta retorq:

tio-

tionem. Siquidem falso dicitur, iudicium *conditionatum salutis æternæ esse unicam causam formaliter constituentem potestatem proximam sperandi, aut per illud: hominem ex impotenti proxime sperare, fieri proxime potentem.* Similiter falso dicitur: *per tale iudicium tollitur iudicium certum de æterna damnatione*, sine quod idem est: *per tale iudicium conditionatum* homo ex credente suam damnationem fit credens æternam salutem.* Idem contingit incomplexo ex cognitione finis honesti, & carentia omnis pravæ circunstantiæ, neque enim hęc consequenter se habet ad cognitionē finis honesti; sed potius in eodem signo cum illo ingreditur ad constituendū; & complendū finē in esse causantis bonitatem moralem in actu illum prosequenti. Idem cernere licet in carentia existentiæ pro nunc, & existentia postea habenda; ex quibus iuxta AA. Societatis coalescit constitutivum futuri in esse talis. Si ergo esse *iustum in actu secundo*; quod est terminus *ad quem* iustificationis dicit formaliter, & collationem gratiæ habitualis, & simul carentiam peccati: hæc non sequitur tamquam effectus gratiæ, nec se habet ut terminus *a quo* iustificationis; sed potius ingreditur inadæquate ad constitutionem illius.

20 Occurritur motivo adducto in sol:

Nec Alia probatio ibi inserta, scilicet, *sanctitatem definiri per carentiam immunditiæ peccati* aliquid probat. 1. Nam commune est ob imperfectionem nostram in cognoscēdo prædicata positiva exprimere per negationem, ita S. D. 1.p. q.10. ar. 1. ad 1. sic enim punctum definitur *cuius non est pars*: & *unitas per carentiam divisionis, sicuti & individuum, quod est indivisum in se.* Et hoc præsertim contingit in attributis divinis; v. g. in æternitate, immutabilitate, & infinitate: ergò ex quo sanctitas diffiniatur à S. Dionysio per carentiam &c. 2. Nam talis definitio etiam convenit sanctitati divinæ excludenti per essentiam omnem imperfectionem, & peccatum, & tamen prædicta carentia non se habet formaliter, sed ut quid secutū ex sanctitate per essentiā. Nec obstat, quod iustificatio iuxta Trid: *est peccatorum remissio*; proindeque fateri debet carentiam peccati ingredi formaliter ad denominationem iusti. Non inquam obstat: Nam talis propositio verificatur, vel propter unitatem actionis, & motus; quatenus Deus eodē actu, quo infundit gratiā peccatori, remittit peccatum; vel propter connexionem, & causalitatem, quam habent inter se iustificatio, & remissio peccati in ratione mutationis. Quēadmodū dicitur, quod *generatio unius est corruptio alterius.* Si enim generatio, & corruptio accipiantur sub ratione actionis, & motus; talis propositio est vera in sensu identico; si autem accipiantur in ratione mutationis, est vera in sensu causali propter necessariam connexionem inter utramque; licèt realiter differant. Ita S.D. q.28. de ver. ar. 2.

Cuidam instit: occurritur.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

COntra hanc conclusionem militant fere omnia argumenta dub. anteced. proposita, & cum maiori efficacia; cum connexio essentialis excedat connexionem naturalem inter gratiam, & exclusionem peccati. Deindè argues 1. Expulsio peccati habitualis, est effectus secundarius gratiæ sanctificantis; sed hoc ipso est separabilis de potentia Dei absoluta à gratia habituali: ergò hac potentia inspecta potest dari gratia absque exclusione peccati; proindeque non connectitur essentialiter cum illa. Mai. constat: Nam gratia est adæquatè forma positiva; proindeque effectus negativus, qualis est remissio peccati, nequit esse effectus primarius illius; tùm quia gratia existere valet, uti de facto extitit in Angelis, absque remissione peccati, quod non verificaretur, si esset effectus formalis primarius saltim in adæquatus. Minor etiam videtur certa, siquidem Deus potest producere

21 Arguit.

formam absque effectu formali secundario etiam positivo, ut contingit in quantitate Corporis Christi Domini in Eucharistia, cui deficit extensio in ordine ad locum &c. ergò.

22 Probat. argum. non dari oppositionē essentialem inter amorem efficacē Dei, & odium, inter assensum, & dissensum, inter formam substantialem ignis, & ligni v. g. siquidē expulsio, aut destructio, unius ex recensitis solum potest esse effectus formalis secundarius propter rationem in argumento propositam. Idem dicendum de unione hypostatica respective ad peccatum habituale illā possibil: præcedens. Undè oportet distinguere inter effectum secundarium formæ, præsertim negativum, & inter alios effectus secundarios eiusdem. Si enim essentialiter includitur, aut conotatur ab effectu formali primariò, talis separatio est repugnans. Sic contingit in præsenti. Nàm, ut probatum relinquimus, gratia habitualis habet pro effectu formali primario reddere hominem physice participē divinæ naturæ; proindeque sanctum per participationem, & conversum ad Deum, ut finem ultimum simpliciter. In quo essentialiter includitur, & connotatur carentia omnis peccati læthalis, vel remissio illius, si fortè præcesit: ut patet ex definitione sanctitatis; ex ipsa natura deificationis, & conversionis ad Deum, ut finem ultimum simpliciter subijcientem sibi hominem, secundū animam, & illius potentias; saltim radicaliter. Nec obstat, quod expulsio frigoris intensi v.g. est effectus formalis secūdarius negativus caloris intensi, & tamē non connectitur essentialiter cum illo, in sententia satis probabili. Non, inquam, obstat; eo quod in tali opinione calor intensus solum impleat capacitatem naturalē subiecti, non autem obedientialem per ordinem ad Deum, ut miraculosè operantem: quapropter non cōnotat, aut infert essentialiter carentiam frigiditatis intensæ.

Respond.

Occurritur cuidā instant.

23 Obijcies 2. gratia habitualis non habet essentialiter præbere homini effectum formalem essentialiter inconiungibilem cum peccato habituali: ergò non oponitur essentialiter cum illo. Añs. prob. gratia habitualis non habet essentialiter constituere hominem Deo amicabiliter dilectum, ut cum aliquibus AA. tuetur Illustr. Godoy, de cuius opinione egimus dub. 5. à num. 35. sed effectus formalis præcipuus pro oppositione essentiali gratiæ cum peccato est reddere amicabiliter Deo dilectum, ideoque repugnat coniungi cùm peccato læthali reddenti hominem Deo abominabilem, & odio dignum: ergò. Resp. admissa opinione recensita adhùc essentialiter convenire gratiæ habituali præbere homini effectum formalem inconiungibilem cum peccato habituali; videlicet reddere ipsum *Deificatum, & interius renovatum secundum spiritum, & cum iure condignitatis ad vitam æternam*; quæ prærrogativæ essentialiter pugnant cum denominationibus, & defectibus necessariò præstitis à peccato habituali. Et quāvis cum Illust. Godoy concedamus gratiam habitualem solum reddere necessariò hominem obiectum congruum dilectionis amicabilis Dei; adhùc huiusmodi denominatio pugnat essentialiter cum peccato habituali. Nàm talis congruitas iuxta eundem illustriss. explicatur per hoc; quod homo sit dignus, ut ex complacentia in ipso Deus conferat ipsi vitam æternam; ad quam condignitatem necessario requiritur carentia omnis peccati læthalis reddentis hominem positive indignum, ut Deus complaceat in illo, & sit ut obiectum congruū amicitiæ cum ipso.

Arguit. 2.

Respons.

Obijcies 3. Si gratia non habet reddere hominem iustum, & sanctum, nisi sub conditione carentiæ peccati, gratia non est essentialiter inconiungibilis cum peccato: Sed res ita se habent: ergò. Mai. constat: Nàm tùm casus carentia peccati nequit provenire à gratia; ut effectus necessario ex illa secutus. Min. vero probat. 1. Eo, repugnaret talis denominatio cōdit: quia gratia non obtineret rationem sanc-

24

Arguit. 3.

Min pro. 1.

sanctitatis perfectæ; sed hoc minimè sequitur: ergò. Probat. min. Sicuti de gratia affirmatur esse perfectam sanctitatem, ita verificatur de illa esse perfectam filiationem adoptivam Dei, sive regenerationem spiritualem hominis ex Deo. Sed hoc non obstante gratia, ut constituat hominem filium adoptivum Dei, & ab ipso spiritualiter genitum, indiget ut conditione extraneitate personæ; ob cuius defectum non denominat Christum, ut hominem filium Dei adoptivum, & ab ipso spiritualiter genitum: ergò. 2. Nihil detrahitur de perfectione gratiæ, per hoc quod non præbeat homini ius ad beatitudinem, nisi sub conditione carentiæ peccati; sicuti nihil detrahitur perfectioni naturæ Angelicæ, quod non habeat ius ad beatitudinem naturalem, nisi præ intellecta carentia omnis peccati: ergò similiter poterit gratia obtinere munus perfectæ sanctitatis, licèt ad huiusmodi effectum formalem indigeat carentia peccati, ut conditione præintel lecta.

Secundo.

25 Argum est ineffic.

Ex dictis inter probandam conclusionem facilis est argum: solutio. Illud enim probat gratiam habitualē non opponi physicè, sive ex natura rei cum peccato; siquidem inter formas physicè oppositas expulsio unius naturaliter consequitur ad introductionem alterius; quare talis expulsio à nullo ponitur, ut conditio præsuppositа, ut forma de novo introducta præstet suum effectum formalem. Deindè: Quia probationes argumenti eo tendunt, ut suadeant remissionem peccati habitualis non provenire à gratia, nec per illam verè, & propriè remitti peccata; quod adversatur Trident. ut latè ostensum est in antecedentibus.

Ad 1. pro bat. min.

Ad 1. probat. neg. min. cum de ratione sanctitatis, sit libertas, sive puritas ab omni immunditia peccati, proindequè de ratione illius est virtus adæquatè sufficiens ad expulsionem illius, si forte præcesserit. Et quamvis gratia sit sufficiens in actu 1. adæquatè constituere hominem filium adoptivum Dei per modum formæ, ex se tamen nullam dicit oppositionem cum persona Divina, ut terminante naturam, cui personaliter unitur; imo potius tunc existit cum maxima connaturalitate. Undè quod prærequirat, ut conditionem extraneit: personæ, non opponitur eius perfectioni; secus tamen si, ut gratia sit sanctitas perfecta, necessario prærequirit pro priori expulsionem immunditiæ peccati. Ad 2. Respond. Ius naturæ angelicæ ad beatitudinem naturalem esse imperfectum, & insufficiens ad præstandam ullam denominationem sanctitatis: quare non habet ex se expellere peccatum, aut illud impedire. Deindè, quia tale ius est coniunctum cum defectibilitate ad peccandum; ita ut eadem natura, quæ fundat prædictum ius; sit etiam principium peccati. Nihil autem horum invenitur in iure provenienti à gratia habituali.

Ad 2.

Sed dices: Ad perfectionem sanctitatis sufficit, quod naturaliter loquendo expellat peccatum habituale, licèt oppositum miraculosè contingere possit: ergò. Prob. afis. 1. Sicuti gratia obtinet perfectam rationem sanctitatis, ita obtinet perfectionem rationē naturæ, & radicis donorum supernaturalium; sed ad huiusmodi perfectionem sufficit, quod illa radicet naturaliter loquendo, licèt oppositum miraculosè contingere valeat: ergò similiter. 2. Quia ad perfectionem formæ ab intrinseco alteri oppositæ sufficit, quod ex natura rei sequatur expulsio illius, quamvis non sequatur inspecta potentia absoluta Dei; ut videre est in duplici qualitate contraria in gradibus intensis: ergò ut gratia &c. Ratio est: nàm forma supernaturalis ex natura rei pugnans cum peccato habituali, habet ex natura rei conceptum oppositum impuritati, & iniustitiæ; sed talis conceptus obiectivus est conceptus iustitiæ, & sanctitatis: ergò. Ut solutio instant: plenè innotescat, & ratio probativa conclusionis magis firmetur; advertendū, quod licèt gratia sub munere sanctitatis sit iuxta omnes AA. essentialiter inconiungibilis cum peccato, ut ex ipsa *diffinitione sanctitatis* constat; non tamen est certum apud om-

26 Replicab. Prob. antec. 1.

Secundo.

Ratio pro antea dictis.

Advert. pro solutione.

omnes, quod gratiæ essentialiter conveniat munus, & ratio sanctitatis: quapropter si hoc 2. conveniat gratiæ; ita ut *sanctificare, & iustum reddere sit de essentia illius*, sequitur non posse ullatenus coniungi cum peccato habituali. Hoc autem probatum relinquimus §. 1. per totum. Ex quo clare constat, cur aliæ formæ non dicunt essentialem inconiungibilitatem cum formis oppositis; quia videlicèt esto eis sit essentiale præbere suum effectum formalem, in hoc tamen non includitur essentialiter carentia formæ oppositæ. Undè quia formæ viventi essentiale est constituere subiectum vivens, & denominatio viventis dicit essentialiter carentiam cadaveris, forma viventis est ex terminis inconiungibilis cum illo.

27 Nunc autem scire opportet; an sit verum, quod gratia tantum habeat ex natura rei munus, & perfectionem sanctitatis; secus vero essentialiter, sive ex specie sua? Ad quod Respond. negativè. 1. Quia ex specie sua est participatio Deitatis, & renovatio hominis secundum spiritum similem spiritui Dei. 2. Quia inconsequenter conceditur unum, & negatur alterum. Siquidem, id quod tantum connaturaliter convenit gratiæ, ut effectus formalis, deba supponere alium effectum formalem primarium, ei què essentialem, proindequè continentem effectum connaturalem. Atqui repugnat gratiæ convenire effectum formalem primarium; qui aliunde sit perfectior effectu formali sanctitatis: ergò repugnat munus sanctitatis naturaliter tantum convenire gratiæ. Deindè: Cum excludere malum peccati sit maximum bonum, & coniungi cum ipso sit defectus perfectionis; quomodo conceditur gratiæ maior perfectio, & excellentia substantialis secundum id, quod habet naturaliter; non vero iuxta id, quod habet ex specie sua?

Cuidam quæsito Resp.

28 Ex his claritatis gtatia ad instantiam Respond. dist. añs. ad perfectionem sanctitatis in forma habente pro effectu formali primario munus sanctificandi, neg. añs. non habente &c conc. añs. & neg. conseq. Ad 1. prob. in contra Respond. radicare in actu 2. dona supernaturalia non esse effectum formalem primarium gratiæ; sed exigentiam talis radicationis; cum ipsa radicatio ad genus causæ efficientis reducatur. Ad 2. prob. dist. añs. ad perfectionem formæ: in suo effectu formali primario, & specifico non dicente oppositionem, conc añs. dicente oppositionem, neg. añs. Solutio constat ex dictis. Nec te moveat quod in gratia habituali effectus formalis primarius est esse physicam participationem divinæ naturæ, ad quam consequitur munus sanctitatis ad lineam moris spectans. Non, inquam, te moveat 1. nàm hæc dist. tantum est virtualis, & ex modo concipiendi; non vero reipsa, & ex parte obiecti; proindequè in eodem sensu est effectus formalis primarius illius. 2. Quia ex conceptu formali participationis divinæ naturæ dicit essentialem oppositionem cum peccato habituali, in aversione, & dissimilitudine creaturæ rationalis cum Deo consistenti. Ut patet à simili in natura divina, quæ est sanctitas per essentiam. Notandum tamen, quod licèt absolutè conveniat gratiæ esse essentialiter inconiungibilem cum peccato, non tamen convenit essentialiter illud expellere; si sumatur strictè, prout difert ab impedire: sed solum ex suppositione quod præcesserit, ut de se constat, & explicari potest exemplo unionis hypostaticæ, & similiter in oppositione essentiali formæ ignis cum forma ligni in eadem materia prima. Undè licèt gratia essentialiter, & independenter ab aliqua suppositione inferat carentiam peccati habitualis, non tamen carentiam, quæ sit expulsio; aut destructio ipsius; quia hoc supponit illud præcessisse. *Et hæc de hoc dub. applic. litteræ Mag. ubi præcedens.*

Solut in forma.

Ad 2. probat. antec.

***



SUB-

SUB DUBIUM UNICUM.

AN EX OPPOSITIONE physica inter grat: & peccatum habit: rectè probetur oppositio essentialis inter illa?

§. I.

CONCLUSIO EST AFFIRMATIVA, ET PROBATUR.

N. 1 LICET ex terminis loquendo stet quam optimè aliqua esse inconiungibilia physicè, & ex natura rei, & esse coniungibilia metaphysicè, & inspecta potentia absoluta Dei; ut de duplici qualitate contraria in gradibus intensis affirmant pluresAA. & de duplici corpore in ordine ad eundem locum sentiunt communiter Doctores; eo quodDeus supra naturas rerum operari valet, nulliſque naturæ legibus tenetur: attamen ratione materiæ contendunt nobiliſsimi Theologi, præsertim in Schola D. Thom. rectè probari ex oppositione, sive inconiungibilitate physica gratiæ cum peccato, non posse coniungi adhuc inspecta potentia absoluta Dei, sive ut miraculosè operantis. Finis igitur præsentis dubij est examinare bonitatem huius consequ: *Gratia, & peccatum habituale nequeunt physicè, & de potentia ordinaria Dei coexistere: ergò nec metaphysicè loquendo, & de potentia absoluta illius.*

Motivum dubij.

2 Negativam partem tuentur omnes, qui ex una parte concedunt gratiam, & peccatum opponi physicè, & ex natura rei, & ex alia contendunt talem coniunctionem esse posſibilem de potentia absoluta. Ita AA. quos dub: anteced: retulimus inter quos clarius P.Oviedo controv. 4. puncto 3. num. 65. Affirmativam vero tuentur frequenter Thom. inter quos Mag. Ferre tom. 3. in 1. 2. quæst. 4. de Iustificat. impij §.7.M.Bolivar hic dub.6.P.Aranda lib. 12. disp. ult. à num. 283. P. Ripalda tom.2. disp. ultim. sect. 20. aprobans consequentiam, Mag.Torres q. 7. à num. 94. cum quibus sic argumentor.

Sententiæ

§. II.

Ratio fundamentalis.

3 SI gratia ex natura rei inconiungibilis cum peccato, posset de potentia Dei absoluta ei coexistere, Deus esset causa per se, & specialiter influens in permanentiam peccari habitualis; sed hoc repugnat: ergò ex oppositione physica gratiæ cum peccato, rectè probat. oppositio metaphysica, & essentialis cum illo. Min. videtur innegabilis; cum id, cuius prima existentia non est à Deo, ut causa per se, & speciali; nequeat in sui permanentia ab illo modo dicto dependere; præsertim si hoc provenit propter malitiam subterfugientē causalitat: Dei propriè, & per se. Tùm quia prædicta causalitas ex parte Dei importat specialem affectum circa rem, cuius est causa; Deus autem nequit complacere, aut specialiter affici ad-

Ratio sa. tis solida.

adhoc, quod homo permaneat habitualiter ipsi inimicus, & abominabilis. Mai. vero prob. Si gratia posset coniungi &c. talis coniunctio esset miraculosa; utpotè supra naturam, & exigentiam physicam utriusque extremi; sed hoc ipso Deus esset causa per se, & specialiter influens in permanentiam peccati habitualis: ergò. Probat. min. Si talis coniunctio esset a Deo miraculosè operanti, ab illo proveniret id, quod formaliter dicit prædicta coniunctio; sed talis coniunctio dicit formaliter existentiam gratiæ, & exist: peccati habitualis: ergò utriusque existentia esset à Deo, ut causa miraculosè operanti. Sed quod à Deo ut miraculosè operante provenit, ab ipso pendet ut causa per se, & specialiter influenti; cum solum Deus sit causa per se, Authorque miraculorum: ergò.

4 Confirm. Confirm. in casu coniunctionis gratiæ cum peccato habituali; cui ex natura rei nequit coexistere; concursus præstitus à Deo circa permanentiam peccati non esset concursus purè generalis: ergò permanentia peccati habitualis proveniret ab illo, ut à causa specialiter influente. Probat. añs. In dicto casu concursus ex parte Dei esset contra debitum, & exigentiam physicam, gratiæ habitualis; cum illa exigeret destitionem peccati; sed concursus præstitus à Deo contra, aut supra debitum, & exigentiam physicam, est concursus specialis: ergò. Urgetur. Urgetur. Concursus proveniens unicè à Deo, & non à voluntate creata circa peccatum est à Deo, non à causa generali, sed speciali; sed in dicto casu permanentia peccati habitualis taliter esset à Deo, ut nullatenus proveniret tanquam à causa principali, à voluntate creata: ergò esset ab illo, ut causa concursu speciali influente. Probat. min. Permanentia peccati in dicto casu esset supra debitum, & exigentiam physicam gratiæ; proindequè miraculosa; sed repugnat voluntatem creatam posse influere, ut causam principalem in opus miraculosum, aut operari contra debitum, & physicam exigentiam gratiæ habitualis: ergò.

Huic rationi Respond. 1. Miraculum tunc casus eveniens unicè consistere in eo, quod Deus denegaret gratiæ habituali actualem exclusionem peccati, quam ex natura rei exigebat; quapropter carentia expulsionis peccati proveniret à Deo, ut à causa per se, & speciali. Hoc tamen miraculo suppositio, nullus alius influxus; aut concursus requiritur ad perseverantiam peccati habitualis; cum quælibet res de se permanens in suo esse, perseveret deficiente, aut impedita causa destructiva illius. Sed contra est 1. Nàm falsum est tunc casus solum fore miraculosam denegationem actualis expulsionis peccati ex parte gratiæ habitualis; siquidem data mutua oppositione physica inter utrumque: Et gratia naturaliter expellit peccatum habituale; & hoc naturaliter impedit, & petit excludere gratiam, ut patet assimili in duplici qualitate contraria in gradibus intensis; & ex effectibus formalis præstitis ab utroque constat, scilicèt, reddere hominem Deo gratum; & ipsum reddere inimicum Deo. Ad coexistentiam autem gratiæ cum peccato necesse est, ut nec gratia actu excludat peccatum, nec peccatum actu expellat gratiam, ut est evidens. Hac enim ratione prædeterminatio ad consensum nequit coniungi cum dissensu; nàm esto dissensus eam non impediat, benè tamen prædeterminatio ad consensum, quæ immediatè excludendo prædetermiuationem ad dissensum, mediatè ipsum excludit. Hoc supposito difficillimũ apparet, qualiter Deus possit miracul: auferre à peccato habituali actualem exclusionẽ gratiæ habitualis provenientem ab illo, ut à causa formali; nàm cum talis exclusio, utpotè identificata cum malitia morali peccati solum sit à Deo permissivè, nequit auferri per suspensionem concursus. Deindè: Quia existere aliquid sine illo, quod naturaliter exigit, est existere modo speciali, & miraculoso: cum solum de potentia absoluta evenire possit: ergò Deum facere, ne pecca-

5 1. Solut. Reijcit. 1 Petunt mutuo excludi.

catum ratione ſuæ malitiæ actu excludat gratiam habitualem, cui phyſicè ex natura rei opponitur; infert illud exiſtere modo ſpeciali, & miraculoſo excedenti cauſalitatem per ſè voluntatis creatæ.

6 Secundo.

Contra 2. & confirm. idem aſſumptum. Gratiam habitualem in dicto caſu, coexiſtere peccato, neceſſario infert gratiam exiſtere miraculosè: ergò peccatum in dicto caſu coexiſtere gratiæ habituali pariter probat illud miraculosè exiſtere. Añs. videtur innegabile; & conſeq. prob. Eo añs. eſt verum, quia exiſtentia gratiæ eſſet contra debitum, & exigentiam phyſicam peccati, vi cuius petit, nè in præſentia illius Deus infundat, & conſervet gratiam. Sed etiam exiſtentia peccati eſſet contra naturam, & exigentiam phyſicam gratiæ, utpotè ex natura ſua exigentis phyſicè illud actu excludere: ergò permanentia peccati tunc caſus eſſe etiam miraculoſa. 3. & urgetur exemplo ſatis efficaci: quia calor, & frigus in gradibus intenſis, mutuo phyſicè ex natura rei ſunt inconiungibilia, in caſu coexiſtentiæ poſsibili de potentia abſoluta, non ſolum exiſtentia caloris eſſet à Deo, ut ſpecialiter, & miraculosè illam conſervante, ſed etiam exiſtentia frigoris; non enim adeſt ratio ſpecialis in calore præ frigore. Idem dicendum de coexiſtentia duplicis corporis in idem loco, vel unius in duplici loco: ergò ſi peccatum petit ex natura rei expellere gratiam, & econverſo, exiſtentia gratiæ, quantam exiſtentiam peccati eſſet miraculoſa.

Tertio.

7 Quædam Reſponſ.

Si forte dicatur: Nec etiam gratiam in dicto caſu quoad ſui exiſtentiam terminare influxum ſpecialem, & miraculoſum ex parte Dei; ſed ſolum quoad carentiam actualis expulſionis peccati, ita ut in gratia oporteat diſtinguere; & id quod poſitivè ipſi convenit, & id quod poſitivè ei deficit; quorum primum ſit à Deo ſine aliquo influxo miraculoſo; ſecus tamen ſecundum. Contra eſt: Nam ex hac doctrina ſequitur 1. in hoc caſu, & alijs ſimilibus Deum *non propriè miraculosè operari*; cum enim denegatio concurſus non ſit operatio; ſed potius carentia illius; ſimiliterque, cum operari ſit producere res ponendo eas in eſſe; ſi exiſtentia rerum non eſt à Deo miraculosè, ſed unicè defectus alicuius exercitij creaturæ convenientis ex natura rei; non verificabitur Deum propriè miraculosè operari. Immo: cum Deum vere patrare miracula ſit, ſuperare modum connaturalem operandi creaturarum, tollendo ab eis impedimenta pro exiſtentia effectus miraculoſi; ſi vera eſt doctrina ſolutionis; ſequitur ex illa Deum, ut Auth. miraculorum non dicere munus *agentis, aut propriè operantis; ſed munus non agentis, & non operantis* per præciſſam ſuſpenſionem ſui concurſus; quod dicere eſt abſurdum.

Impugn.

8 Ratio pro antea dictis.

Ratio à priori pro coexiſtentia inter quælibet extrema mutuo ſe phyſica ex natura rei excludentia eſt. Nàm concurſus generalis ex parte Dei eſt, & dicitur talis (pro præſenti) quia eſt conformis naturis, & exigentijs rerum; è contra vero dicitur ſpecialis, & miraculoſus, ſi opponatur, vel potius, ſit ſupra id, quod cauſæ creatæ phyſicè ex natura rei expoſcunt. Unde ſi calor intenſus v. g. petit phyſicè produci à Deo cum perfectione poſitiva, ita conſtituente ſubiectum calidum, ut actu expellat ab illo frigiditatem, caſu quo Deus non annuat eius inclinationi, concurſus, quem exhibet circa calorem etiam quoad ſuum eſſe poſitivum, non eſt generalis; cum non ſe extendat, nec conformetur exigentiæ illius quoad eſſe poſitivum. Tota æquivocatio doctrinæ ſolutionis provenit (meo videri) ex eo quod exiſtimat, in qualitate intenſa, v.g. calore, effectum formalem poſitivum conſtituendi calidum eſſe omnino diſtinctum, inconnexum, & quaſi extraneum ab effectu formali expellendi frigiditatē; ſi enim res ita apprehendantur, optimè percipietur, dari in Deo duplicem *concurſum adæquatè diſtinctum, unum generalem circa poſitivum caloris*, alterum miraculoſum circa carentiam expulſionis frigidi-

ta-

tatis ; attamen quia res oppositò modo se habent , ut ex principijs physiosophiæ modo supponò: dicendum , in dicto casu existentiam caloris v. g. (idem in alijs casibus) provenire à Deo specialiter , & miraculosè operanti. Non enim debet aprehendi Dei omnipotentia, ut generaliter , & ut miraculosè operans, quasi duplex potentia , se exercens duplici operatione communicanti creaturæ duplex esse; est enim unica etiam virtualiter potentia, unicaque operatio terminata ad idem esse creaturæ ; quæ si conformetur illius physicæ exigentiæ , erit concursus generalis , si verò non conformetur, erit concursus specialis miraculosus.

§. III.

In quo alia Respons. reijcitur.

9 RATIONI probativæ occurri potest 2. dicendo , coniunctionem gratiæ cum peccatò tunc casus fore miraculosam, si accipiatur præsupositivè , prout dicit ex parte gratiæ carentiam exclusionis peccati, non verò si accipiatur formaliter : vel dato etiam , quod talis coniunctio formaliter sumpta sit miraculosa , hoc solum verificatur de illa inadæquatè sumpta, prout dicit existentiam gratiæ ,non verò adæquatè prout includit etiam existentiam peccati. Hæc tamen solutio manet impugnata 1. Cum probatū sit §. antec. quod concursus miraculosus Dei in hoc casu , & alijs similibus, terminatur ad positivum , & ad negativum. Et rursùs, quia manet etiam probatum idem motivum probans existentiam gratiæ esse miraculosam, probare , esse miraculosam permanentiam peccati. Admissò tamèn tunc casus fore miraculosam carentiam remissionis peccati , non verò existentiam gratiæ quoad sui infussionem, & positivam permanentiam: probo sequi ex hac doctrina peccatum conservari specialiter , & miraculosè. Sit exemplum in igne non comburente puerum Deo suspendente miraculosè combustionem ignis (ut contigit in fornace Babilonis, de quo dicitur: *Vim virtutis suæ oblitus est ignis, ut pueri tui servarentur illæsi. Sap. 16.* Quis enim dicet *vitam pueri , & illius durationem non esse miraculosam?* sive quod, non fuit miraculum propriè loquendo quod pueri viverent inter flammas ignis, sed ad summum impropriè , & præsuppositivè, scilic. in carentia actionis combustivæ? Ex quo exemplo sic impugno doctrinam solutionis : Sicut enim iuxta Advers. est naturale quod permaneat peccatum , dum Deus impedit, quod gratia habitualis illud expellat ; ita connaturale est, quod homo vivat inter flammas ignis, si Deus illum impedit, nè actu comburat : si ergò hoc minimè obstat , quo minus vita hominis inter flammas ignis sit à Deo miraculosè illam conservanti , nec pariter obstabit &c.

Reijcit. 1 xe dictis.

Secundo.

Deindè probatur, tunc casus 10
fore existentiam peccati habitualis miraculosam 1. iuxta doctrinam aliquorum ex Adversarijs constituentium peccatum habituale, per actum peccati physicè præteritū , & à Deo non remissum. Deum esse causā miraculosam non remissionis peccati habitualis est Deum esse causam miraculosam permanentiæ illius, prout hæc dicit quid superadditum ad peccatum , ut primo commissum; sed in dicto casu Deus esset causa miraculosa non remissionis peccati habitualis ; cum miraculosè impediret in gratia habituali expulsionem; seu remissionem actualem ipsius : ergò esset causa , à qua specialiter, & miraculosè proveniret &c. Nec dicas hanc probationem nihil addere sup posita opinione recensita; siquidem libenter concedunt AA. illam tuentes ; habitualitatem peccati , licèt non malitiam habitualem, provenire à Deo illam non condonanti. Non, inquam, dicas. Nàm estò sit apertè falsum habitualitatem malitiæ peccati esse à Deo propter eius deformitatem iuxta illud Div. Bernardi: *Peccare hominū est, permanere autem in peccato Diabolicum* ; de quo ex professo egimus tomo 2. dub. 4. §. 3. de Constit. peccati habitualis ; attamen con-

3. Quia existent. peccati ef set miraculosa.

Quædam Respons. impugn.

concedere peccatum habituale conservari à Deo, non concursu generali, sed speciali, & miraculoso, est absurdum: cum talis modus concurrendi includat specialem affectum, & benevolentiam circa rem, quam conservat. Cum ergò in dicto casu Deus non conservaret præcisse habitualitatē, seu permanent: peccati, sed malitiam peccati commissi; hæc enim est, quę excluditur per gratiam habitualem: manifestè sequeretur Deum tunc casus habiturum specialem affectum, & complacentiam, non solum circa statum habitualitatis; sed etiam, & principalius circa malitiam in statu habitualitatis relictam.

11 Sed præscindendo à tali opinione; probo peccatum habituale tunc casus conservari miraculosè à Deo. Primo ab exemplo suspensionis miraculosę actualis combustionis in igne: quia enim ex tali carentia sequitur per se conservatio vitæ pueri v. g. in flammas illius proiecti etiam prędicta conservatio est miraculosa. Sed ad suspensionem concursus, nè gratia actu excludat peccatum habituale præexistens, necessario per se consequitur permanentia peccati habitualis: ergò concursus miraculosus Dei etiam extenderetur ad permanentiam peccati. Undè licèt admittatur posita tali suspensione sequi connaturaliter permanentiam peccati, hoc non tollit rationem miraculi; eo, quod talis suppositio est miraculosa, & ad ipsam per se consequitur. Plura enim absolutè dicuntur opera miraculosa, licèt reduplicata aliqua suppositione, dicantur connaturalia. Ut ex exemplo adducto constat, & ex coexistentia duplicis corporis in eodem loco Deo auferente ab eis contactum secundum situm.

Aliter impugnatur princip: respons.

12 Respondebis 2. Peccatum habituale non conservari, nec terminare influxum positivum Dei, sed tantum permissivum sine ullo affectu, & complacentia ex parte illius: ergò quod conservetur in præsentia gratiæ habitualis, non probat aliquem concursum miraculosum; hic enim deberet esse positivus, quod in præsenti repugnat, estque contra naturam peccati; cum eodem genere concursus, quores primo existit, permaneat, & conservetur in esse. Sed contra est 1. Nàm inconsequenter procedit solutio; cum carentia actualis exclusionis peccati ex parte gratiæ etiam sit miraculosa; quæquidem, utpotè in nihilo consistens, nequit influxum positivum Dei terminare; imo solum influxum negativum in suspensione concursus consistentem. Undè si quia Deus tenetur attenta exigentia gratiæ expellere peccatum, suppositio illius est miraculosa; cum etiam attenta exigentia physica peccati teneatur non impedire, sive permittere, quod peccatum excludat gratiam, impeditio huius expulsionis erit miraculosa. Nunc sic: Sed repugnat à Deo provenire, ut purè permittente, carentiam concursus permissivi: ergò in dicto casu, existentia peccati sine actuali expulsione gratiæ non est à Deo, ut causa purè permissiva. Explicatur hoc. A Deo provenit, ut causa purè permissiva, tùm malitia peccati actualis, tùm etiam moralis perseverant: talis malitiæ: & similiter quod actu ex vi ipsius expellatur gratia; cum illa sit identificata cum malitia peccati, vel sit proprietas illius. Sicut enim ad perfectionē gratiæ spectat expellere peccatum; talisque expulsio terminat complacentiam Dei, ita ad deformitatem malitiæ habit: peccati spectat excludere gratiam; & quod Deus in illa displiceat: ergò utrumque est à Deo permittente: ergò defectus expulsionis est defectus concursus permissivi: ergò peccatum existere sine actuali expulsione gratiæ non est à Deo permissivè se habente.

Probat. tunc Deū non esse purè permissorem

Explicat.

Dices 2.

Confirm. Non solum repugnat Deum concursu physico specialiter influere in peccatum, sed etiam concursu speciali morali; sed tunc casus Deus hoc 2. modo concurreret ad permanentiam peccati; cum attenta exigentia gratiæ teneretur illud destruere, & non destrueret: ergò licèt Deus in sensu physico non esset causa per se peccati habitualis, benè

13 Confirm.

benè tamē esset causa per se moralis. Cumquè aliunde esset contra, vel supra exigentiam gratiæ, operaretur miraculosè in tali concursu morali. Urgeo ab exemplo creaturæ rationalis ex natura sua impeccabilis; sive ab intrinseco connaturaliter determinatę quoad specificationem ad bonum honestum. Si enim Deus de potentia absoluta sineret eam peccare denegando, scilicèt, auxilium efficax ad actum ad impletivum præcepti in actu 2. exercitè obligantis, communiter defenditur in dicto casu Deum fore plusquam permissorem peccati; eo quod concursus permissivus solum habet locum, quando dispensatur creaturæ liberæ sinendo eam agere iuxta ipsius defectibilitatem, & non contra illius naturam, de quo Mag. Torres erudite quæst. 4. art. 3. quapropter talis concursus non esset à Deo, ut causa generali, quo omnia agit, vel permittit iuxta exigentiam causarum secundarum. Arqui in nostro casu creatura, cui Deus infunderet gratiam habitualem; haberet exigentiam physicam, ut Deus ipsi amplius nō permitteret manere in peccato habituali: ergò talis permanentia non esset à Deo purè permissivè. Huic accedit alia consideratio, videlicèt, quod sicut in exemplo adducto, peccatum, utpotè contra exigentiam physicam creaturæ, esset supernaturale quoad modum, proindequè impotens provenire à voluntate creata viribus proprijs; idem, & eadem ratione dicendum de creatura prædita gratia habituali, vi cuius exigit physicè, ut à Deo destruatur peccatum.

Urgetur.

Confirm. asimili.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

14 LICET ex dictis inter probandam concluſ. nihil se offerat specialem difficultatē secum afferens; attamen pro maioti claritate. Obijcies 1. Stat quam optimè Deum operari miraculosè, ut existat aliquod peccatum; & tamen non esse causam per se, vel specialē illius: ergò ex quo grat: nequeat &c. Ant. prob. 1. In homine à Deo miraculosè resuscitato, quem Deus prævidit illum peccaturum; cum enim commissio peccati necessario penderet ab eius resurrectione, non existeret, nisi Deus miraculosè operaretur. Idem constat in casu, quo Deus miraculosè conferret homini libertatem ad credendum fide divina, & ad illius omissionem, & ipsi denegaret auxilium efficax, quo eliceret actum fidei adquem teneretur ex præcepto; nàm in dicto casu non existeret peccatum nisi Deo miraculosè operante, quin ex hoc sequeretur Deum specialiter influere in peccatum: ergò.

Arguit. 1.

15 Hæc tamen parum urgent; non 1. Nàm miraculum solum esset in resurrectione hominis, omnino independente, & inconnexa cum peccato; proindequè purè præsuppositivè se habenti. Quapropter operatio miraculosa circa resurrectionem non se extenderet ad commissionem peccati. Oppositum vero contigeret in nostro casu; siquidem carentia expulsionis peccati ex parte gratiæ, vel est ipsa permanentia peccati, vel ad illam per se ordinatur. Rursùs. In casu argum. nulla daretur exigentia physica in homine, ut Deus non sineret illum peccare; in casu autem præsentis dubij homo ratione gratiæ habitualis exigeret physicè, ut Deus non permitteret peccatum ei coexistens; & ut non permaneret peccatū habituale añs. illius infusionem: qua ratione illius existentia esset à Deo, ut à causa per se, & speciali. Hinc aliud est non existere *aliquod peccatum nisi Deo miraculosè operante, aliud vero Deum, miraculosè operari, ut existat peccatum, vel miraculosè se gerere in existentia illius.* 1. concedimus; 2. vero negamus, & hoc modo se gereret Deus in casu dubij. Per quod constat ad 2. exemplum; libertas enim dicit indifferentiam ad actum fidei & illius omissionem; non vero exigentiam physicam, ut existat actus præ omissione peccaminosa.

Respond.

Ad 1 exemplum.

Ad 2.

16 Obijcies 2. Deum esse causam miraculosè influentem in pec-

Arguit. 2.

ca-

catum ſupponit Deum eſſe cauſam per ſe eiuſdem. Sed ex coexiſtentia gratiæ cum peccato non ſequitur Deum fore caulam per ſe peccati: ergò. Prob. min. Deum eſſe cauſam per ſe alicuius effectus neceſſariò requirit influere in illum ex intentione ponendi ipſum in eſſe, iuxta illud Mag. Par. *Deo Authore fit, quod ipſo volente fit*; traditurque expreſsè à S. D. q. 1. de malo ar. 3. Sed ex coexiſtentia gratiæ cum peccato, Deo impediente in gratia actualem expulſionem illius non ſequitur talē ſuſpenſionem fieri ex intentione exiſtentiæ peccati: cum poſſet fieri ad oſtēſionem dominij, vi cuius non teneretur ſe conformare cum exigentia phyſica creaturarum: ergò. Hoc

Reſpond. argum. non habet vim in freq: doctrina DD. Societatis, iuxta quos Deus concurrens cum creatura rationali, conferendo ipſi auxilia ad actus liber: ſupernatur: eſt cauſa per ſe illorum; licet non concurreret ex intentione formali; ſed ex alio fine:

Ramirez tom 1. de Prȩd. diſp 11. an. 69 ergò ut Deus in caſu dubij eſſet cauſa per ſe peccati, non eſt neceſſarium, ut Deus ex intentione formali permanentiæ peccati impediret à gratia actualem excluſionem illius. Quod ſi Deus dicitur cauſa per ſe, tùm actus ſupernaturalis, tùm etiam actus honeſti naturalis; quamvis Deus non prȩparet auxilia ex formali intentione; eo quod eſt cauſa per ſe conferens vires, & auxilia de ſe ordinata, & inclinantia ad honeſte operandum tàm naturaliter, quàm ſupernaturaliter: cum etiam carentia actualis expulſionis peccati in gratia miraculosè proveniens à Deo, de ſe ordinaretur, eſſetque connexa cum permanentia peccati Deus foret cauſa per ſe, & ſpecialis illius. Hinc prȩoccupata manet diſparitas de intentione virtuali, & implicita, in uno caſu, & non in altero. Si enim, quia auxilia ſupernaturalia de ſe inclinant, eſto non ſint connexa cum exiſtentia actus ſupernatur: Deus in ipſorum collatione virtualiter, & implicitè vult, & intendit actum ſupernaturalem; idem dicendum in noſtro caſu ob rationem ſupra, & immediatè traditam. Quod urgeri poteſt exemplo coexiſtentiæ duplicis qualitatis contrariæ: qui enim operatur contra exigentiam phyſicam deſtructionis alicuius rei; nollens ipſam deſtruere, abſdubio virtualiter, & implicitè vult illā non deſtruere, ſed conſervare. Dices: Permiſsio non dicens ſpecialē connexionē cū peccato non eſt ullatenus intentio exiſtentiæ illius; cum non ſit ſpecialis procuratio, aut inductio eiuſdem: ſed permiſsio peccati indicto caſu non diceret maiorem connexionem cum illo: ſiquidem, quod talis permiſsio ſit contra exigentiam gratiæ, non reddit illam magis connexam cum peccato; ut eſt certum: ergò. Reſp. cōnexionē poſſe duplic: eſſe ſpeciali: 1. quo ad ſubſtantiam, ob inſeparabilitat: extremorum. 2. quoadmodū; ſi ponatur ex amore ſaltim virtual: exiſtentiæ eorū. Talis eſſet tunc permiſſ. peccati; cū nō pure ſineret volūt: ſed poſitivè ei reſiſteret, & exig: gratiæ.

Inſtab. ex P. Oviedo

Reſp.

18

Obijcies 3. Deum miraculosè impedire in gratia habituali expulſionem peccati coexiſtentis neceſſariò infert coexiſtentiam gratiæ cum peccato; ſed ex tali impeditione non ſequitur Deum ſpecialiter, aut miraculosè concurrere in permanentiam peccati: ergò non ſequitur Deum miraculosè &c. Prob. min. poſita prȩdicta impeditione in gratia habituali, iam non remanet in coniungibilis cum peccato; quinimo neceſſariò, & connaturaliter coexiſteret cū peccato, cum illud excludere, ſuppoſita miracula ſuſpenſione ex parte Dei, ſit chimericum, & repugnans: ergò poſita illa ſuſpenſione Deum non deſtruere peccatum in præſentia gratiæ, non probat &c. Argum: ineficacia conſtat ex dictis inter probandam Concil: & clare oſtenditur exemplis ibidem adductis; quandoquidem innegabile eſt calorem intenſum conſervari miraculosè à Deo in præſentia intenſæ frigiditatis; ſimiliterque puerum conſervari illæſum inter flamas ignis, cum tamen ſi auferatur ab igne com-

Arguit: 3.

Reſpond.

cōbustio, & à calore expulsio frigoris, necessariò coexistat cum calore, necessarioque puer illæsus permaneat. Quapropter solum prob: non fore distinctum miraculum, secus vero non forè miraculosam absolutè permanentiam peccati. Recolantur memoriæ dicta supra §. anteced: circa duplicem modum, quo aliquid dici potest opus miraculosū̃pręillecta aliquasuppositione, videlicèt, vel suppositione non connexa, vel suppositione per se connexa. Ex quibus 1. solum improprie, & præsuppositive dici valet opus Dei miraculosum.

18 Dices. Stat Deum operari contra exigentiam moralem strictè talem alicuius rei, quin Deus sit causa specialis moralis illius quod operatur, aut carentiæ illius, quod negat: ergò stat Deum impedire expulsionæ peccati contra exigentiam physicam gratiæ, & non esse causam specialem physicam existentiæ peccati. Consequentia patet à paritate, & Añs. prob. ex communi doctrina Thom: tuentium omni actui humano deberi strictè moraliter rectitudinem moralem; quo debito non obstante, Deus non est causa specialis moralis, sed pure permissiva, non conferendo auxilium efficax, ut ratio actus humani contrahatur per rectitudinem, sed potius per privationem illius; vel ut proprius loquamur; determinando positive rationem communem per conceptum differentialem in esse physico, cui annectitur malitia; & non per conceptum differentialem, cui annectitur rectitudo. In qua tamēdeterminatione nonsegerit, ut causa specialis moraliter, sed segerit, ut A. generalis iuxta ipsos: ergò. Resp. neg. anteced. ad prob. dicatur talè debitum esse morale, sed tamē extrinsecū utpotè desumptum ex lege divina, qua præcipit Deus, ut si voluntas operetur libere, rectè operetur. Rursus tale debitum rectitudinis non convenit actui humano, proùt est in se, & realiter existens extra suas causas, sed solum ex ratione communi indifferenter contrahibili per differentiam moraliter rectam, vel pravam. Rursus. Deus per talem legem, non imponit sibi ullum debitum ad rectitudinem, sed voluntati operanti. In præs. vero quæst. debitum expulsionis est physicum, & intrinsecum gratiæ; convenit ei realiter, ut est in re; & insuper Deus tenetur ex suavitate suæ providentiæ conformari, & ut A. generalis, exigentijs physicis causarum: Tenetur, inquam, *sibi ipsi, in quantum debitum est, ut sua ordinatio impleatur.* Sic S. D. supra q. 111. ar. 1. & q. 114. ar. 1.

Instabis.

Respondē.

19 Si autem inquiras. An *impedita in gratia habituali actuali expulsione peccati, possit dici gratiam naturaliter coexistere cum peccato, ideoque non esse talem coexistentiam contra exigentiam physicam gratiæ?* Resp. quod si ly *cōnaturaliter accipiatur pro eodem, at sine novo miraculo*; potest dici in hoc sensu gratiam *connaturaliter existere cum peccato, si reduplicitertalis suppositio.* Si autem ly *connaturaliter accipiatur proprie, prout est idem, ac consentaneum naturæ, & exigentiæ gratiæ*; neutiquam concedenda est talis propositio. Deus enim auferens à gratia miraculosè, quod actu expellat peccatum, non aufert ius physicum, & exigentiam prædictæ expulsionis. Ex quo constat exigentiam physicam ex parte gratiæ, ut non coexistat peccato, esse absolutam, & non conditionatā, scilicèt *sub conditione*, quod Deus non impediat concursum exclusivum peccati, ut in simili optimè explicat M. Bolivar tom. 1. tract. 7. dub. 4. §. 1. & num. 12.

Cuidam quæsito resp.

20 Obijcies 4. potest Deus de potentia absoluta facere, quod peccatum v. g. non expellat gratiam à subiecto peccante; quin propter hoc dici possit causa specialis illius: ergò male probatum est in dicto casu Deum concursurum miraculosè in peccatum; non solum, quia impediret, quod gratia habitualis expelleret peccatum; sed etiam quia impediret, nè peccatum expelleret gratiam. Añs. prob. sicut peccatum exigit destruere gratiam, si illam invenit in subiecto peccante, ita exigit ei non infundi gratiam

Argnit. 4.

pro

pro alijs instantibus sequentibus; cum reddat subiectum dignum omni pœna; sed ex quo Deus non annuat huic exigentiæ, & dignitati, minimè sequitur aliquis concursus
Urgetur. specialis ex parte Dei in peccatum: ergò &c. Urgetur. Sicuti à Deo tantù est permissive, & ab illo sic provenit, quod peccatù actu expellat gratiam, eodem modo ab ipso provenit, quod reddat hominem dignum, & cum iure ad non habendam gratiam pro alijs instantibus; utrumque enim est malum moraliter, & rationi disonum. Sed hoc non obstante potest Deus non annuere tali dignitati, quin plusquàper missive in illius malitiam concurrat: ergò similiter poterit peccatum &c.

21 Hoc argum. directè pugnat cum doctrina tradicta à num. 6. qua probavimus, in casu præsenti Deum
Respond. concurre specialiter in peccatum: non solum quia illud existert contra exigentiam physicam gratiæ (quod sufficiens erat ad veritatem conclusionis) sed etiam, quia tùnc casus Deus impediret miraculosè, nè peccatum destrueret gratiam. Ut ergò veritas doctrinæ illic traditæ firma appareat. Resp. ius conveniens peccatori, ut Deus ei gratiam non infundat, esse tantum morale, & per modum demeriti ad genus causæ efficientis spectans. Ius, sive debitù, ut nõ coexistat gratiæ, est physicum, & ab illo in genere causæ formalis proveniens. Ex quo sequitur quod inflictio pœnæ correspondens dignitati demeritoriæ peccati, & est iusta, & à Deo per se procedens; expulsio vero actualis gratiæ est mala, & à Deo tantum permissive proveniens. Cumque Deum suspendere concursum suum sanctum, & debitum indignitati peccati, non dicat influxum ullum in eius malitiam, sed potius repugnantiam contra illius indignitatem; nullus concursus specialis ex parte Dei sequitur, ex quo non annuat eius exigentiæ morali per debitę pœnę suspensionem.

22 At vero cum expulsio, sive destructio gratiæ, sit exercitium formale peccati: proindeque malum moraliter, & à Deo pure permissive proveniens, nequit illud Deus impedire, cũ in hoc sunt casù non habeat locum suspensio concursus circa prædictum exercitium. Undè facilè retorqueri potest sic argumentum. Nàm licet possit Deus suspendere infictionem pœnæ, quam demereretur peccatum, & quam positive Deus infligere valet: non tamen suspendere potest, hoc quod est hominem esse dignum pœna, quod est tantum ab illo permissive, & quod se habet, ut exercitum proveniens formaliter à malitia peccati. Si ergò expulsio gratiæ hoc ob pecc: modo se habet; nequit à Deo impediri nisi specialiter influat pecca tum. Ex his informa distinguo mi- Ad urg.
norem; *ex quo Deus non annuat exigentiæ morali illam impediendo, aut aliquid proveniens ab ipsâ in genere causæ formalis*, neg. min. *vel suppositum. Ex quo non annuat exigentiæ morali impediendo terminum ab illâ effectivè provenientem, & à Deo iustè infligendum*, conc: minor. & neg. conseq.

Ratio dis par:

Dices. Deum non remittere 23
peccatum habituale infundendo homini gratiam, est hominem perma Instabis.
nere in suopeccato: ergò si talis non remissio est pœna; proindeque adeò ut authore proveniens; quoties intuitu peccati illud non remittit, infundendo gratiam, erit author permanentiæ peccati. Resp. disting. Respond
Añs. est illativè peccatum permanere in homine, conc: Añs. est formater, aut causaliter, neg. Añs. & cons. Licet enim benè valeat *Deus non infundit gratiam peccatori: ergò perseverat in peccato, *non tamen carentia infusionis gratiæ est forma, aut causa proprie per se talis permanentiæ: sed hæc provenit per se ab ipso peccato, quod de se inducit inordinationem irreparabilem; & tanquam à causa effectiva à voluntate creata non habente vires ad illius destructionem. De quo S. D. 1. 2. q. 87. ar. 3. & q. 28. de verit. ar. 2. quod explicat exemplo hominis voluntariè se proijcientis in puteum.

24 Ex dictis inferes 1. vitium, & virtutem in gradibus intensis non posse de potentia Dei absoluta coexistere; eo quod talis coexistentia esset miraculosa; proindeque redderet Deum authorem specialem conservationis vitij. Inferes 2. Deum nec de potentia absoluta posse negare Angelo in primo instanti auxilium efficax ad actum adimpletivum præcepti; si duo supponantur. 1. tale auxilium deberi ex natura rei. 2. omissionem actus forè peccaminosam. Ratio huius est. Nàm voluntatem esse causam per se, & cui unicè imputetur peccatum, dicit necessariò voluntariè, & sua sponte, ac secundum intrinsecam sui inclinationem committere peccatum. Si autem ab intrinseco ex natura rei debetur ipsi auxilium efficax ad non peccandum, nequeunt prædicta subsistere; cum in tali casu esset ab intrinseco determinata, & inclinata ad non peccandum. De quo Mag. Bolivar tract. de necessit: gratiæ dub. 7. à num. 107. & dub. 9. à num. 40. Quod si concedatur possibilis denegatio talis auxilij, dicendum, aut quod Deus dispensabit in obligatione in actu 2. talis præcepti; aut quod talis omissio solum erit voluntaria secundum se, non vero secundū quod est transgressio præcepti: cum prout sic, non sit ab intrinseco voluntatis, quæ in dicta hypotesi supponitur determinata ab intrinseco ad bonum pure honestum.

Illatio ex dictis.

Secunda, & scitu digna.

25 Inferes 3. quod licet ex terminis non valeat: *expulsio unius formæ est effectus formalis proveniens ex natura rei ab altera forma*: ergò *est effectus formalis essentialiter ab illa proveniens*, bene tamen valet: *carentia peccati, aut huius expulsio, stricte ex natura rei provenit à gratia*: ergò *provenit ab ipsa essentialiter*. Idem de hac conseq: * carentia gratiæ, aut illius destructo est effectus formalis ex natura rei proveniens à peccato: ergò est effectus ab ipso essentialiter proveniens. * Nec propter hoc dicendum talem repugnantiam essentialem provenire unicè à Deo ob summam ipsius rectitudinem: sed provenire etiam ab ipsa natura grat: & peccati ex termin: repugnantis, ut Deus miraculosè illud conservet. Siquidem, quod aliquid non possit de potentia absoluta fieri à Deo omnipotente, provenit ex quo ex parte rei, quæ supponitur impossibilis, datur in illa repugnantia ex habitudine terminorum. *Et hæc de hoc dub.*

Tertia.

applic. litter. Mag. ubi præcedens.

(o)

DU-

DUBIUM IX.

AN GRATIA HABITVALIS SIT de facto, aut physice ex natura rei coniungibilis cum peccato actuali mortali?

§. I.

SENSUS DUBIJ, ET SENTENTIÆ.

N. 1 LIcet plura dicta in antecedent: æque urgeant pro incompossib: essentiali gratię cũ peccato actuali; pro maiori tamen claritate, & ut varij modi opinandi in hac parte directè refutentur, agimus exprofesso de oppositione gratiæ cum peccato actuali consistenti in exercitio positivo, aut omissivo voluntatis pro illo instanti, in quo frangitur præceptum. Triplex incompossibilitas inter gratiam, & peccatum actuale excogitari valet. Metaphysica, ita, ut nec divinitus possit componi gratia secundum se cum peccato actuali mortali. Physica; ita ut possit esse per miraculũ integris manentibus eorum essentijs quoad effectus formales primarios, & specificos. Moralis; ita ut coniunctio importet quandam indecentiam; possibilis tamen physicè; hoc est inspectis naturis rerum secundum se. Ad hanc reducitur oppositio præcisè ratione demeriti; vel quod sit formaliter talè; quale est peccatum actuale, vel habens similitudinem cum illo sicuti est gratia habitualis ratione suæ dignitatis, & excellentiæ. Ultra oppositionem directam, sive immediatam physicam, aut metaphysicam; dupliciter potest unum opponi indirectè cum alio; vel ratione alterius, quod ad ipsum consequitur: vel quia directè, & immediatè opponitur cum aliquo necessariò prærrequisito ad existentiã alterius. Exemplum 1. est in calore ut 8. opposito indirectè formæ ligni v. g. quia disponit ad formam ignis directè oppositam formæ ligni. Exemplum 2. habetur in actu charitatis v. g. qui iuxta plures ex Thomistis essentialiter indirectè opponitur peccato habituali, quia directè opponitur cum peccato actuali, ut moraliter perseveranti, àqua perseverantia pendet tanquam à causa peccatum habituale: hac ratione huiusmodi oppositio dicitur talis ex parte causæ. Advertendum tamen, quod huiusmodi oppositio indirecta propter oppositionẽ ex natura rei, aut essentialem cum aliquo requisito ad existentiam alterius extremi, si tale requisitum sit in eodem subiecto, oppositio erit propriè talis, etiam in linea oppositionis indirectę; si autem sit in alio subiecto, talis oppositio indirecta nõ erit propriè talis, cum non se expellant ab eodem subiecto; erit tamen proprie oppositio indirecta, si hæc accipiatur propugna sive inconiungibilitate extremorum. Licet cũ actuale peccatum physicè transit, & perseverat moraliter, pro tempore sequenti dicatur à RR. peccatum habituale: Thomistæ vero communiter constituunt peccatum habituale per aliquid realiter distinctum ab actuali, tanquã terminũ pro eodem instanti ab illo derelictum, sive hoc consistat in ptivatione voluntaria gratiæ, ut tuentur aliqui, sive in quoddam positivo morali, vi cuius manet voluntas peccantis conversa habituaLiter ad bonum apparens creatum,

Triplex Oppositio.

Oppositio indirecta.

ut finem ultimum, & aversa simplic: à Deo incommutabili bono, ut tenent alij cum Ill. Godoy. Hęc autem diversitas nihil refert ad stabiliendam oppositionem essentialem inter gratiã, & peccatum actuale, ut de se constat, & ut in ipsis AA. videre est. Mag. Lorca tom. 2. in 1. 2. disp. 40. §. *dico* 3.* asserit non solum posse Deum conservare gratiam in homine actu peccante, verum etiam defacto simul coexistere pro eodem instanti peccatum actuale, & gratia, quoties homo iustus peccat mortaliter. Refert pro se Scotum in 2. dist. 37. q. unic. §. *Ex ista solutione*. Eundem modum dicendi sequuntur docti Cisterciens: licet alio etiam speciali motivo ducti. Rursus asserit peccatum actuale solum opponi moraliter cum gratia; quatenus demeretur illius privationem; & quia illius conservatio est contra leges amicitiæ: quare negat omnem oppositionem physicam ex natura rei sive directam, sive indirectam. Oppositum tuentur Thom. & Alij.

*Et tract de Charit: disp. 22.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO NEGATIVA.

Peccatum actuale mortale de facto nunquam coniungitur cum gratia.

2 EST communis contra Mag. Lorca tuentẽ hominẽ iustum quoties peccat læthaliter, permanere in illo pro eodem instanti gratiam habitualem; licet transacto physicè peccato actuali ratione maculę ad illud subsequutę pro instanti sequenti deficiat gratia, tàm in esse denominantis hominem gratum, quam in esse qualitatis radicantis tàm virtutes, quam dona supernaturalia. Hunc modum dicendi varijs notulis in uront Theologi; ab illis tamen supersedentes, propter Auth. tanti viri, prob. conclus. 1. ex illo Ioannis 1. cap. 3. *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, & peccare non potest; quoniam semen Dei manet in illo.* Cum ergò homo habens gratiam habitualem sit natus ex Deo, utpotè consors divinæ naturæ, & aliunde peccare actualiter sit proprie facere peccatum; si gratia coexisteret peccato habituali, vel actuali, verificaretur, eum qui natus est ex Deo, & quando natus est, facere peccatum. Deinde illa propositio: *qui natus est ex Deo peccare non potest*. Communiter exponitur à PP. de non peccare in sensu composito gratiæ. Nàm intellecta de non peccare in sensu divisso destructivo gratiæ continet errorem damnatum à Trid: sess. 6. canon. 23. contra asserentes hominem iustificatum amplius peccare non posse: ergò asserere hominem, qui natus est ex Deo, posse peccare peccato coniuncto cum gratia, quæ est semen Dei, opponitur Verbis Divi Ioannis. Confirm. ex illo ad Corinth. cap. 6. *Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras, aut conventio Christi ad Belial?* Sed gratia habitualis est vera iustitia, & lumen, quo unitur homo cum Christo; peccatum vero actuale, est vera iniquitas, tenebra spiritualis, & id quo peccans fit filius Belial, hoc est vivens sine iugo: ergò gratia, & peccatum actuale, nequeunt coniungi pro eodem instanti. Urgetur, hoc ipsum ex Trid: sess. 6. cap. 15. asserente: *Quolibet peccato mortali amitti gratiam iustificantem*, sed *gratiam amitti, est desinere esse*: ergò in eodem instanti, pro quo quis peccat mortaliter, destruitur gratia.

Prima prob.

Confirm.

Urgetur.

3 Nec dicas in testim: relatis solum reijci societatem permanentem inter gratiam, & peccatum; non vero societatem adeo brevem, ut tantum duret pro instanti, in quo committitur peccatum. Idem dicitur de amissione gratiæ habit: proveniente à peccato actuali, sufficit enim, quod desinat esse pro instanti sequenti ad illius commissionem. Non, inquam, dicas; Nàm ea, quæ simul pro eodem instanti existunt, vere dicuntur cõvenire, & habere societatem inter se; ut videre est in voluntate actu peccante, de qua verificatur cum proprietate associati peccato, & cum illo simul convenire; idemque de iudicio necessitante potentiam ad actum amoris; de prædeterminatione, vel co-

Si dicas.

Idem ad prop: Baij

cogitatione congrua, & si pro illo instanti præcisè coexistant actui voluntatis. Id quod dicitur de amissione gratiæ pro alijs instantibus: est prorsus voluntarium, utpotè carens fundamento in doctrina Concilij. Deindè; Nàm etiam potest dici* quod dùm asserit peccato infidelitatis amitti fidem, debet intelligi de amissione pro alijs instantibus pro quibus peccatum infidelitatis physicè desinit esse. Undè siquis hæreticè dissentiret permanendo in dissensu per quadrantem horæ v. g. toto illo tempore homo simul haberet fidem habitualē Catholicā, & esset hęreticus; quod concedere videtur absonum.

4 Deindè probatur idem assumptum ex sequentibus propositionibus Michaelis Baij damnatis à SS. Pio V. & Gregorio XIII. *Homo existens in peccato mortali potest habere veram charitatem. Charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu æternæ damnationis.* Nunc sic: dùm homo actu peccat, vere affirmatur de illo, quod existit in peccato; & quod est reus æternæ damnationis, dignusque odio Dei; cum tùnc verificetur reduci de potentia peccati ad actualem existentiam peccati; quemadmodum de voluntate, dùm actu amat, proprie verificatur esse in actu amoris, & cum illo coexistere: ergò cum charitas sit indivisa à gratia habituali; si hæc coexisteret pro instanti commissionis peccati actualis mortalis, verificarentur propositiones damnatę in Bayo.

Alia impugnatio.

Reatus ad pœnam proprie est peccati actualis.

5 Conclus. nostram expressis terminis tradit Ang. Mag. 2. 2. q. 24. art. 12. & q. 2. de charit. art. 6. & 13. & in 3. dist. 31. q. 1. ar. 1. ubi resoluit: *Habitum charitatis non posse coniungi cum peccato actuali mortali: additque, hoc esse certum, & absque omni dubio.* Rationes, quibus hoc probat Ang. M. manent in hoc dubio infra ponderandæ; scilicèt, * peccatū actuale esse obstaculum amori amicabili actuali Dei circa hominem, à quo amore gratia dependet in conservari: cumque talis amor cessęt pro instanti, in quo homo peccat mortaliter, cessat ex consequenti existentia gratiæ. * Deindè * cū peccatum mortale pro instanti pro quo committitur avertat hominem à Deo ut fine ultimo; ponit illum cum dispositione contraria, & repugnanti, ut à Deo lumine gratiæ perfundatur: quemadmodum, qui avertit oculos à sole statim lumen amittit. * Ulterius; Nàm per actum peccati mortalis homo spiritualiter moritur; cum mortale peccatum sit divisio animæ à Deo, qui est vita spiritualis illius. Cū autem gratia sit vita animæ, nequeunt pro unico instanti etiam coniungi, utpotè vita, & mors. * Denique. Idem suadetur ex effectibus formalibus utriusque: cum gratia sit sanctitas, & puritas, peccatū verò impur: reddens hominē Deo abominabilē. Si enim peccatum habituale iuxta Mag. Lorca, nequit coexistere gratiæ; idem dicendum de peccato actuali: cum hæc superet aliquo modo in malitia peccatum habituale.

Ratio 1.

Prob. ex S. D.

Secunda.

Tertio.

6 Huic rationi Resp. potest motiva adducta solum probare, quod adveniente peccato mortali actuali, non manet gratia sub munere gratiæ facientis hominem gratū, & Deo amicabiliter dilectum: secus verò non manere sub ratione qualitatis radicantis virtutes infusas aliaque dona supernaturalia. Sed contra est 1. Nàm est expressa doctrina D. Thom. hac 1. 2. q. 71. ar. 2. * actum peccati mortalis non coniungi cum virtutibus infusis moralibus, benè tamen cum virtutibus acquisitis * cuius ratio est; Nàm prædictæ virtutes infusæ pendent in sui existentia à gratia, & charitate. Cumque per unum actum peccati mortalis destruatur gratia, & charitas; nequit coniungi cum virtutibus infusis. Undè ponere gratiam permanere cum peccato actuali mortali sub ratione doni radicantis virtutes infusas opponitur expressè doctrinæ D. Thom.

Prima resp. ons.

Impugn. 1.

2. Nàm D. Thom. probat actum peccati mortalis non coniungi cum habitu charitatis: Quia peccatum avertit à Deo, ut fine ultimo simpliciter tali; charitas

7 Secundo.

vero est conversio in Deum, ut finem ultimum, super omnia dilectum. Sed hæc ratio procedit de charitate, & de peccato actuali secundum sibi intrinseca, & præcisive à favore requisito, ut denominet hominem Deo gratum: ergò. 3. Quia loco cit. 2.2. ar. 11. ponit discrimen inter charitatem, & fidem, ut illa destruatur per quodlib: peccatũ, non vero fides, nisi per peccatum in fidelitatis* eo quod habitus fidei non dicit (idem despe) perfectam unionem volũtatis cum Deo, sicuti eam dicit charitas* atqui quolibet peccato mortali destruitur fides quoad statum, & proùt habet esse formatum per gratiam, ut est certum: ergò dũ asserit quolibet peccato mortali destrui habitum charitatis; proindeque gratiam habitualem; loquitur de illius destructione: tùm quoad esse formatum, sive quoad denominationem iusti, & grati, tùm etiam quoad illius esse physicum.

8 4. Et à priori: Repugnat per se loquendo, & in præsenti providentia, gratiam habitualem manere quoad substantiã, sive quoad speciẽ suam, & non manere sub ratione sanctitatis: ergò doctrina solutionis corruit. Añs. prob. 1. Quia repugnat modo dicto permanere gratiam habitualem, & similiter habitum charitatis, & illam remanere informem; quod videtur innegabile per se loquendo; cum gratia, & charitas sint forma aliarum virtutum. Sed gratiam per se loquendo, & in præsenti providentia manere quoad sui speciem, & non ut denominantem iustum, & sanctum; est illam manere informem; cum tàm ipsa, quàm virtutes ab illa dimanantes propter coniunctionem cum peccato mortali, nec præbeant ius ad gloriam, nec sint meritoriæ vitæ æternæ de condigno, nec convertant hominem in Deum, ut finem ultimum amicabiliter dilectum: ergò. 2. Nàm ut probatum relinquimus dub. 8. à num. 6. denominare gratum, & sanctum in actu 2. est effectus formalis specificus gratiæ; sed repugnat per se loquendo gratiam manere quoad sui speciem in subiecto capaci absque effectu formali specifico ipsius: ergò &c. 3. Et ad hominem contra Mag. Lorca fatentem * tùnc permanere gratiam sub munere radicis, & naturæ, * ex quo probo permanere etiam sub munere sanctitatis. Denominatio sancti, & dilecti Deo per se consequitur ad gratiam sub ratione naturæ: ergò. Añs. prob. denominatio sancti per essentiam in Deo necessariò consequitur ad naturam divinam per essentiam talem: ergò denominatio sancti per participationem necessariò consequitur ad participationem divinæ naturæ: ergò si gratia remanet tunc casus sub hac consideratione &c. 3. Ad esse Deum per consortium Deitatis per se consequitur esse spiritualiter genitum à Deo, ut patet ex definitione generationis viventium: ergò per se consequitur esse filium adoptivum Dei, & cum iure ad vitam æternam, sed hoc est hominem esse sanctum: ergò. 4. Hominem manere elevatum ad consortium Deitatis in esse radicis, est maximum, & præcios um donum; imo est etiam manere elevatum in consortium Deitatis, proùt est radix rectitudinis moralis, quam participant virtutes dimanantes à gratia: ergò dum sic manet, homo ratione gratiæ, manet Deo simpliciter dilectus, & rectificatus universaliter in radice. Quomodo ergò manebit simpliciter Deo abominabilis ratione peccati actualis?

9 Respondebis 2. explicando solutionem datam: eo quod; ut gratia præbeat denominationem iusti in actu 2. requirit carentiam peccati actualis. Cumque talis carentia deficeret tùnc casus, non denominaret hominem iustum, & sanctum. Hæc tamen solutio impugnata manet dub. 8. §. 2. ubi prob. ex doctrina solutionis inferri gratiam secundum sui naturam, non esse veram iustitiam, & sanctitatem: sed ad id indigere favore extrinseco, cuius oppositum docet expresse M. Lorca. * Ratio est, quia nulla forma, perfecta potest prærequirere ad præs-

Quarto.

Anteced. prob. 1.

Gratia habit: in formis; non est audita

Secundo.

Tertio. In gratia munus radicis, & sanct: connectũtur.

Tertio.

Quarto.

Impugn. alia expl:

* Disp. 26.

præstandum effectum formalem ei ab intrinseco ex natura rei convenientem, carentiam formę oppositæ, & quæ non sit effectus formalis secundarius illius; sed iustitia opponitur iniustitiæ: ergò si gratia est vera, & perfecta iustitia non indiget carentia iniustitiæ ab alio provenienti, ut præstet effectum formalem iusti, & sancti. Sed peccatum lethale actuale est vera iniustitia: ergò non indiget carentia illius &c.

10 Alia probat. ab inconven:

Omissis pluribus inconvenientibus videndis in nostris Thomistis, Ripalda, Oviedo, & alijs; unum tantum proponemus. Non repugnat per se loquendo, & etiam iuxta præsentem providentiam, hominem immediatè post instans peccati actualis, Deo miserente, elicere actum contritionis de tali peccato. Sed tunc casus verificaretur, quod homo peccaret actu, & numquam amitteret gratiam (cuius oppositum definit Trident. sess. 6. cap. 15.) ergò modus dicendi pugnat. Min. const: & sequela prob. Nàm in instanti *A.* pro quo homo actu peccat mortaliter iuxta M. Lorca, conservat gratiam: aliunde; si in instanti *B* conteratur nequit illam amittere, quin potius si illam non haberet, actui contritionis anexa est de facto infusio gratiæ: ergò &c.

11 Quædam evasio reijcit. 1.

Nec potest dici illum hominem amissurum gratiam in instanti *C* 1. propter immediatè dicta, cum ex ordine Divinæ Providentiæ ad minus infusio gratiæ sit infallibiliter annexa actui charitatis, & contritionis, & hoc non solum sub ratione qualitatis; sed etiam sub ratione gratificantis. 2. Quia posset contingere, ut prædictus homo moreretur in instanti *C.* quapropter inquiro: aut ille damnaretur, aut non? Si 1. ergò potest per se, attenta grat: natura, & iuxta providentiam Dei circa iustificationem impij, contingere, ut homo perfectè contritus, & simul cum gratia habituali quoad sui entitatem intrinsecam damnetur; quod videtur absurdum. Si 2. ergò cum talis homo moreretur in peccato mortali, vi cuius odio haberetur à Deo, contingere posset; attento ordine Divinæ iustitiæ; hominem decedentem in peccato lethali, & impenitentia finali non damnari; quod pariter est absurdum.

12 Resp. ex M. Lorca

Mag. Lorca hic disp. 40. assertione 3. docet, quod si Deus post commissum peccatum lethale non auferret gratiam habitualem pro alijs instantibus, ut potest, cum à nullo valeat necessitari ad infligendam pœnam; tunc ille homo maneret, sicuti manet cum iustificat: per gratiam absque motu contritionis. Ex qua doctrina videtur dicendum quod in casu, pro quo homo eliceret actum contritionis pro instanti, in quo peccatum actuale commissum debebat inducere privationem gratiæ, à fortiori non extituram huiusmodi privationem, nec etiam pro alijs instantibus sequent. Sed in primis videtur loqui (inconseq. addicta disp. 37. Si enim ille homo, à quo Deus, ut potest non auferret gratiã, manet iustificatus pro alijs instantibus, manet etiam mundus à peccato commisso: ergò vel mundus per extrinsecam condonationem, vel per gratiam, quam non abstulit. Si hoc 2. ergo grat: ex se habet oppositionẽ cum peccato actuali qua tali, quod expresse negatur ab illo. Si 1. deserit doctrinam, quam tradiderat disp. 37. §. *Superest* ubi asserit aversionem actualem à Deo, ut derelictam ex peccato, sive ut perseverantem moraliter, non posse tolli per solam extrinsecam condonationem.

Impugn. 1.

13 Secundo.

Deindè ex his impugno doctrinam solutionis præsenti casui accomodatam. Repugnat supposita elevatione hominis ad ordinem supernaturalem dari statum medium in illo inter gratiam sub munere gratificantis, & peccatum sub ratione denominantis hominem iniustum, & impium; sicuti repugnat hominem in dicta hypotesi, aut non esse positivè dignum vita æterna, aut non esse dignum illius privatione. Nunc rogo, posito actu charitatis, & contritionis immediatè post comissionem peccati, gratia pro instanti sequenti rediret (ut ita dicam) sub munere iustificantis, vel non? Si 1.

Sic: ibi §. ad argum

se-

sequitur talem iustificationem haberi ex favore extrinseco Dei. Siquidem entitas gratiæ, & similiter actus charitatis, non possunt secundum sibi intrinseca præstare effectum formalem sanctificationis: Cum entitas gratiæ secundum sibi intrinseca de se sit coniungibilis, & coniungatur de facto cum peccato actuali; & actus charitatis tantum sit dispositio ad iustificationē: * Si 2. ergò ille homo maneret positivè indignus gratia Dei, & dignus privari æterna felicitate; in sensu composito dilectionis Dei super omnia, & etiam in sensu composito gratiæ habitualis, quatenus est participatio Divinę naturæ sub munere radicis virtutum, & donorum supernaturalium: quod concedere est valdè absurdum.

2.

*Sic acriter Lorca contra Vazquez.

§. III.

Solvuntur argumenta.

14 OBijcies 1. Si gratia secundum suam entitatem pugnaret cum peccato actuali, illud expelleret, ut constat ex definitione contrariorum. Sed hoc probat gratiam coexistere cum peccato actuali: ergò. Min. probat. Si gratia expelleret peccatum actuale (in casu infusionis grat: post primum instans peccati actualis) non expelleret peccatum actuale, quod iam non est; aliàs expelleret expulsum: ergò expelleret peccatum, quod est. Resp. cum D. Thoma quæst. 28. de Verit. art. 2. ad 9.* gratiā expellere peccatum, quod fuit tempore immediatè anti, & quod in instanti infusionis gratiæ iam non est ex vi ipsius gratiæ. Quæ solutio roboratur exemplo unius formæ substantialis expellentis alteram à materia prima pro eodem instanti; quia ex tali expulsione inferatur coexistentia utriusque formæ pro eodem instanti. Idem constat in gratia habituali expellente peccatum habituale iuxta Mag. Lorca per oppositionem essentialem immediatam cum illo; in quo exemplo apparet inefficacia argumenti utendo eadem forma arguendi.

Arguit. 1

Solutio.

* Et quæst. de Charit: artic. 2. arg. 10. & 13.

Obijcies 2. & replicabis. Licèt expulsio unius formæ per aliam non petat ex terminis coexistentiam utriusque; secus tamen modus expulsionis, quem exercet peccatum actuale circa gratiam. Ratio est: Nàm peccatum actuale iuxta D. Thom. 2. 2. quæst. 24. art. 10. expellit demeritoriè gratiam habitualem; subindeque carentia gratiæ est pœna illius; sed de ratione pœnæ est infligi post existentiā demeriti: ergò gratia existit adhuc pro instanti pro quo committitur peccatum actuale. Confirm. hoc ex Trid. sess. 6. cap. 11. docente: *Deus sua gratia iustificatos non deserere, nisi prius deseratur ab eis.* In quibus docet defectionem ex parte Dei consistentem in subtractione gratiæ habitualis, esse posteriorem peccato actuali, quo homo deserit Deum. Sed si pro instanti peccati actualis deficeret gratia, illud non esset prius gratiæ subtractione: ergò.

15

Arguit. 2

Confirm.

Argum. instatur in peccato actuali demerente carentiam gratiæ sub munere iustificantis. Etenim negari nequit, quod homo actu offendens Deum demereatur non diligi amicabiliter ab ipso pro instanti offensæ; & tamen iuxta Mag. Lorca peccatum actuale est essentialiter inconiungibile cum gratia sub munere iustificantis; seu reddentis hominem actu Deo amicabiliter dilectum. Probat: idem assumptum; si fortasis negetur. Hominem esse Deo amicabiliter dilectum est maximus favor homini: ergò Deum se subtrahere ab hoc favore est maximum malum illi. Sed non culpæ; cum talis subtractio sit à Deo: ergò malum pœnæ. En pœnam inflictam pro eodem instanti, in quo committitur peccatum actuale. Instatur etiam in actibus meritorijs augmenti grat: quando sunt intensiores habitu præcedenti: siquidem tale augmentum confertur in eodem instanti, in quo prædicti actus eliciuntur. Si ergò præmium existere valet pro eodem instanti, pro quo existit meritum; cur non idem asserendum de pœna relatè ad demeritum? Quapropter dicendum ad rationem meriti, & de-

16

Instо argum. 1.

Secundo.

demeriti ex terminis solum requiri prioritatem naturæ fundatam in causalitate morali. Undè nisi argumentum probet privationem gratiæ esse talis conditionis, ut non possit infligi à Deo per modum pœnæ nisi pro instanti sequenti ad peccatum. (Cuiusmodi sunt anihilatio, mors, & carentia omnis auxilij sufficientis ad vitandum in posterum peccatum) nihil probat. Ex quibus constat ad authoritatem Concilij: cum solum adstruat prioritatem naturæ fundatam in causalitate morali, secus vero prioritatem durationis adhuc pro unico instanti.

17 Instabis. Dices: Iuxta solutionem peccatum actuale est prius natura expulsione gratiæ: ergo in signo, in quo intelligitur peccatum actuale, non intelligitur expulsio gratiæ: ergò in illo signo intelligitur gratia; cum inter illa duo non detur medium: ergò gratia, & peccatum existunt simul pro eodem instanti. Ad hanc instant. (quam puerilem appellat P. Oviedo) Respond. illam pati plures instantias. 1. est. Peccatum actuale est prius natura carentia gratiæ; ut constituentis actu hominem Deo amicum: ergò pro signo peccati actualis non intelligitur carentia amicitiæ hominis cum Deo: ergo intelligitur homo pro illo signo Deo amicabiliter dilectus. 2. Forma substantialis producta in materia est prior ordine naturæ expulsione formæ præexistentis; cum huiusmodi expulsio sit effectus secundarius illius: ergò pro signo formæ introductæ non intelligitur expulsio formæ præcedentis: ergò pro illo signo intelligitur talis forma.

Respond.

18 Doctrina utilis. Pro hac ergò instantia, & alijs dicendum in signo prioritatis causæ ad effectum actu intelligi, & supponi illud, quod se tenet ex parte causæ ad illius productionem, vel per modum virtutis, vel per modum conditionis, vel per modum applicationis: quapropter ab omnibus alijs tale signum præscindit. Cum autem, nec existentia gratiæ, nec expulsio illius, se teneant ex parte principij ad sui expulsionem; neutrum intelligitur formaliter pro signo peccati actualis, licèt pro talis signo intelligatur causaliter, sive connexivè expulsio gratiæ. Quemadmodum pro signo causæ causantis effectum intelligitur causaliter effectus, non autem formaliter existens pro illo signo, sed pro signo sequenti eiusdem instantis. Undè pro signo peccati actualis, non intelligitur positivè, carentia expulsionis gratiæ; sed tantum præcisivè. Ex quo non sequitur pro illo signo gratiam existere; nàm licèt inter expulsionem gratiæ, & gratiam, non detur medium relatè ad aliquod instans, benè tamen relatè ad signum alicuius instantis. Hanc doctrinam tradere tenetur Mag. Lorca in gratia expellente peccatum habituale, cuius expulsio, utpotè effectus secundarius gratiæ, non intelligitur pro signo infusionis gratiæ, quin ex hoc liceat inferre intelligi pro illo signo peccatum habituale.

19 Arguit. Objeries 3. Peccatum actuale superveniens gratiæ iuxta D. Thom. ubi supra, expellit illam effectivè; sed hoc ipso coexistit cum gratia pro illo instanti: ergò. Min. vero probat. Ex eodem S. Doct. q. 28. de Verit. art. 8. ubi impugnat asserentes gratiam expellere peccatum præexistens per actum contritionis ab ipsa effectivè provenientem sequenti discursu: *Causa destruens effectivè aliquid, prius ponitur in esse, quam id quod destruitur per illam, sit in non esse, non enim ageret ad destructionem illius quod iam non est, undè si gratia effectivè expelleret peccatum, ei deberet coexistere*, quo nihil clarius. De materia huius argum. erit nobis sermo Dub: ult. huius tract. pronunc breviter Respond. non potuisse latere D. Thom. ex terminis loquendo causam effectivè destruentem aliquem terminum non debere coexistere cum illo, ut videre est in Sole effectivè expellente tenebras. Undè efficientia expulsiva solum petit, & admittit huiusmodi coexistentiam in duplici casu: vel quia est per motum successivum, ut contingit in igne prius alterante, & post modum comburente aerem; vel in casu quo

Respons.

terminus effectivè productus non sit forma, sed tantum dispositio ad illam; vel sit aliqua operatio non habens pro termino formam productam formæ præcedenti oppositam. Ratio huius est; nàm cum desitio unius formæ proveniat per se, & ex natura rei loquendo ex introductione alterius oppositæ; si causa tantum effectivè destruit; quia producit in eodem subiecto aliquam dispositionem contrariam; vel exercet operationem sine productione novæ formæ, aut privationis formalis, optimè stat coexistentia formæ destruendæ cum causa effectivè illam destruente.

20 Exponit. test. S.D. Sent: Antiquor.

Hoc notato consequent. D. Thom. est optima adversus eos, qui asserebant gratiam causare actum contritionis præcedentem remissionem culpæ, & aliunde negabant 1. actũ contritionis antecedere ipsam gratiam, ut iustific: & 2. illam formaliter remittere peccatũ habit. Cum enim talis remissio non possit ex natura rei intelligi, nisi ut proveniens à forma oppositа peccato habituali; cum gratia in eorum opinione nec esset forma remissiva, nec actus contritionis à gratia procedens esset huiusmodi, nec per illum produceretur aliqua forma: rectè infert, D. Th. gratiã hoc modo purè effectivè expellentem peccatum debere ei coexistere: ne daretur expulsio peccati habitualis naturaliter loquendo absque forma præstante effectum formalem ei oppositum. Hinc inferes Thomistas ponentes actum charitatis procedere à gratia effectivè sub munere auxiliantis, & antecedere formal: remission: culpę, non prępmi inconvenienti adducto à D. Thom. nàm cum simul asserant actum charitatis disponere ad eandem gratiam sub munere formæ iustificantis, & remittentis formaliter peccatum; iam assignant pro eodem instanti formam destruentem &c. per sui informationem peccatum; licèt hoc tantum intelligatur quasi effectivè destructum; dum intelligitur gratia, ut movens voluntatem ad actum charitatis, & contritionis.

21 Replicabis.

Dices. Si peccatum actuale expelleret gratiam pro eodem instanti, vel illam expelleret activè, vel formaliter? neutrum potest dici: ergò. Min. quoad 1. partem probatur. Expellere activè aliquid, est producere media sua operatione terminum formaliter expulsivum illius; qua ratione ignis producens calorem formaliter excludentem frigiditatem; dicitur activè eam expellere. Sed peccatum actuale non producit aliquem terminum pro instanti suæ existentiæ formaliter exclusivum grat: si pronunc admittatur peccatum habituale consistere in ipso actu peccati, ut purè moraliter perseverante, & similiter: privationem gratiæ esse unicè pœnam peccati: ergò. Quoad 2. probat. Si peccatum actuale expelleret formaliter gratiam; illam non expelleret formaliter peccatũ habituale; cum hoc sit posterius actuali, proindequè supponens expulsionem gratię. Consequens nequit admitti: ergo non expellit formaliter gratiam, sed solum demeritoriè.

22 Sensus: Doctiss. AA.

Cum S. Thomas aliquoties asserat peccatum actuale *effectivè* expellere gratiam, & charitatem: dissident inter se AA. circa intelligentiam prædictæ oppositionis ob sensum de ly *effectivè*. In primis valdè probabilis est, satisq; conformis Doctrinæ eiusdem S. Thom. expositio de causalitate effectiva; non strictè tali, & operanti media actione à se realiter distincta, sed de causalitate, ut contra ponitur causæ demeritoriæ; in quo sensu, & acceptione, omnis causa formalis per sui intrinsecam informationem expellens formam oppositam merito dicitur effectivè eam destruere: Ita Eminent. Caiet. & Mag. Soto in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 2. §. *Quod sic arguas.* Gregorius Martinez hic quæst. 113. art. 2. dub. 2. & alij ex Thom. eandem expositionem approbat P. Vazquez 1. 2. disp. 21. cap. 2. Valencia tom. 2. disp. 3. quæst. 2. puncto 4. & P. Oviedo tract. 8. de Iustificat: controvers. 4. num. 43. probans omnem influxum, qui non est per modum meriti, rectè, & iuxta mentem D. Thom.

Thom. appellari influxum effectivum.

Hanc acceptionem de ly *effectivè* esse conformem menti D. Th. loco citato ex 2.2. constat 1. *Quia peccatum mortale expellere effectivè gratiam*, accipitur à S. Doct. prout contradistinguitur ab expellere per modū demeriti; quasi diceret: * Peccatum non solum meretur, ut Deus propter illud subtrahat gratiam suam homini peccanti; sed reipsa, & cum effectu, causat necessario privationem gratiæ. 2. * Nàm expulsionis effectivæ, secundumquam peccatum destruit gratiam, assignat S. Doct. pro causa contrarietatem inter gratiam, & peccatum secundum proprias rationes ipsorum, scilicèt, *unionis cum Deo, ut fine ultimo, & aversionis ab illo*; quis autem negare potest aversionem à Deo, ut fine ult: & conversionem ad eundem, exprimere formalem oppositionem ortam ex naturis rerum? aut quis poterit asserere peccatum destruere in genere causę efficientis strictę gratiam, quia peccatum contrariatur charitati secundum rationem sibi intrinsecam? Restat ergò ut ly *effectivè idem significet, ac reipsa, & cum effectu, destruere gratiam propter oppositionē ex natura rei cum ipsa.* Hęc confirmari possunt ex communi loqutione, secundumquam dicitur hominem per actum charitatis converti ad Deum *affectivè*, non vero *effectivè*; per gratiam vero habituale converti ad ipsum *effectivè*. Quid enim volunt dicere Theologi in hac loqutione? nisi, quod per gratiam reipsa, & cum effectu, homo unitur Deo, ut fini ult. simpliciter? Similiter quando dicunt actum charitatis retractare *affectivè* peccatum actuale præteritum, secus vero *effectivè*; Soli gratiæ huiusmodi retractationē concedentes? Numquid ly *effectivè* accipiunt pro eodem ac in genere *causæ efficientis* media actione realiter distincta? Minimè. Sed tantū intendunt significare esse retractationem *reipsa, & cum efficacia*, sive in effectu, destruentem perseverantiam moralem peccati.

23

Robor. 1.

Secundo

Tertio.

24 Ad probat. in contra Respond. ex dictis peccatum actuale expellere *activè* gratiam, sumpto ly *activè* contrapositive ad *passivè*; in quo sensu omnis expulsio ex natura rei merito dici potest expulsio activa, hoc est, fundata in actualitate, & activitate formæ intrinseca; licèt si ly *activè* summatur, prout est adverbium deductum ab *actione*, vel à verbo *ago*, prout accipitur a Philos: expulsio gratiæ proveniens à peccato nequeat dici activa. De quo fusè P. Oviedo loco cit. asserens in hoc puncto, quæst. parum difficultatis habere, & Theolog. in hac parte dissentientes in suo sensu abundare, propter diversum modum accipiendi ly *activè*, & ly *effectivè*. Pro quo stant plura testim. S. Doct. hac 1. 2. quæst. 85. art. 1. & quæst. 110. art. 2. ad 1. & quæst. 111. art. 1. ad 1. & art. 2. ad 1. ubi ait * quod ly *facere*, & ly *agere* quandoque sumuntur pro causa formali in ordine ad suum effectum; quandoque pro causa rigorosè efficienti. * Ex qua doctrina cessat quoad præsens omne litigium purè de voce.

Ad prob. resp.

Diversa accept: de ly agere exS. Doct

Hinc dilema de expulsione activa, vel formali: solum tenet locum, si ly *activè* summatur strictè pro efficient: termini media operat: realiter distincta; secus vero si ly *activè* accipiatur communiter pro omni causalitate fundata in actualitate, & activitate formæ Nemo enim negavit calorem, ut 8. habere activitatem, ut denominet subiectum calidum, ut 8. Qua ratione de ipso fine dicitur etiam esse causam activam, iuxta illud Philos: *Balneum in anima est agens desiderium.* Quare concedimus peccatum actuale expellere formaliter gratiam habituale; cum etiam præstet effectum formalem ei oppositum, scilicèt, reddendo hominem propriè *iniustum, impium, Deo abominabilem, & dignum morte æterna*, de quo clarius dub. seq. Iuxta hanc Doctrinam rectè percipitur mens S. Doct quæst. 1. de Charit. a. 13. ubi ait: Ad 13. dicendū: *Quod charitas non expellitur à peccato (sermo est de actuali) sicuti ab agente, sed sicut à contrario. Undè ipsa superventio peccati est expulsio charitatis, sicut*

25

Ad interrog. 1. anteced.

cut ad ventio lucis expulsio est tenebrarum: Lux enim expellit tenebras in ipso suo fieri. *Sed motivum ad peccatum expellit, ut præexistit in apprehensione animæ. *Vide pugnam *ex natura rei* exemplo firmatam; & non in rigore purè *effectivam.*

26

Ad prob. 2. partis.

Ad prob. 2. partis. Respond. in sent: constituente peccatum habituale per actuale physicè præteritum, & moraliter perseverans, expulsionem gratiæ habitualis unicè provenire à peccato actuali; cum in primo instanti suæ existentiæ deficiat gratia habitualis, & pro illo instanti non intelligatur peccatum habituale propriè acceptum. Quapropter in tali sent. non requiritur peccatum habituale, ut expellat gratiam, sed ut homo, qui peccavit, maneat, & sit Deo exosus, & dignus privari fœlicitate æterna. Deindè: Nàm iuxta opinionem M. Lorca, etsi gratia habitualis maneat quoad sui entitatem cum peccato actuali physicè existenti, amittitur tamen statim per illud sub munere gratię reddentis hominem Deo amicabiliter dilectum. In quo apparet, peccatum habituale, succedens peccato actuali pro alijs instantibus, non expellere immediatè gratiam sub munere gratiæ, sed ad summum sub munere qualitatis. Ex quibus apparet modica difficultas in probatione.

Resp. in aliorum opin.

27

In Thom. sent:

In nostra autem, & Thom. sent. ponente peccatum habituale in privatione gratiæ, vel in positiva conversione habituali ad bonum creatum, necessario subsequutis pro posteriori naturæ ad peccatum actuale; dicendum gratiam: habitualem in uno sensu solum excludi formaliter per peccatum habituale, & causaliter per peccatum actuale, à quo derivatur, ut terminus peccatum habituale, & macula in privatione gratiæ consistens. Privatio enim formæ, & ipsa forma, sicuti conversio habitualis ad Deum, & conversio habitualis ad creaturam immediatè inter se formaliter opponuntur; & invicem se excludunt. In alio vero sensu conformiter ad dicenda dub. seq. etiam peccatum actuale expellit formaliter gratiam habitualem; cum illud sit vera offensa, & iniquitas reddēs formaliter, & ratione sui, hominem peccantem Deo abominabilem, & dignum privari æterna fœlicitate. Quin per hoc negetur etiam gratiam expelli formaliter per ipsum peccatum habitualem. Nàm etsi hoc sit posterius natura ad peccatum actuale, potest intelligi pro eodem signo cum illo in ordine ad unum tertium, scil: ad expulsionem gratiæ habitualis. Patet hoc assimili in unione hypostatica, & visione beata in ordine ad constituendum Christum Dom. impeccabilem, licèt visio sit posterior unione. Et in materia prima, & forma constituentibus unicum signum adęquatum ad constitutionem compositi; quamvis si comparentur inter se constituant diversa signa prioritatis, & posterioritatis.

Potentia peccandi duplici ex capite impeditur.

28

Instabis.

Si dicas. Gratia habitualis numquam expellit peccatum actuale, nisi tantum, ut moraliter perseverans (estò iuxta dicta peccatum gratiam expellat) siquidem homo dum iustificatur, desinit iam actu peccare. Sed si grat. haberet aliquam oppositionem ex natura sua cum illo, aliquando expelleret illud; ut patet ex definitione contrariorum: ergò. Hæc instant. parum valet. 1. Nàm licèt ad contrarietatem Philosophicam requiratur mutua expulsio; ad oppositionem tamen, adhuc essentialem, sufficit mutua inconiungibilitas, & hæc datur inter gratiam, & peccatum actuale. Constat hoc in unione hypostatica, quæ licèt possit expellere peccatum habituale, cum quo essentialiter opponitur in ratione sanctitatis; nequit tamen ab eo expelli, sumpta expulsione in sensu proprio. Deindè, si admittatur, posse dari duo instantia immediatè sibi succedentia, & non requiri dispos. ad gratiam, falsum est gratiam infussam in 2. instanti, non expellere peccatum actuale; cum in dicto instanti homo esset Deo gratus; proindequè inimicitia cum Deo existens pro primo instanti ratione peccati actualis, non transiret ad 2. Deniquè: Quia ipse M. Lorca loco sæpè cit. asserit, quod si

Respond.

si Deus homini peccanti non subtraheret gratiam, ut potest, talis homo maneret iustificatus ; sed non à peccato habit: cùm hoc tunc casus non daretur : ergò à peccato actuali. Quod si de facto gratia non expellit actuale, ut physicè existens; hoc contingit, quia præcedunt dispositiones; proindeque per illas homo desinit esse physicè peccàs actu.

§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO.

Prædicta oppositio est verè physica, sive & ex natura rei, saltim indirecta.

29 ITA communiter Thom. & Alij contra M. Lorca, & Antiquos, quos ipse refert: tract. de Charit: disp. 22. concedentes solum oppositionem moralem ratione demeriti ; aut ob aliquam indecentiam in coniunctione gratiæ cum peccato actuali apparentem. Pro quo videatur M. Ferre tract. de Charit. quæst. 19. per totam: & expressius §. 11. Nostra conclus. habeatur in D. Thom. locis ubi supra. In quibus probat per unum actum peccati mortalis destrui habitum charitatis (& eadem ratione, vel potiori, de gratia) quia per illum ponitur obstaculũ actioni, per quã charitas infunditur, & conservatur in nobis ; illa enim est dilectio Dei amicabilis. Cum autem quodlibet peccatum læthale sit obstans, ut homo terminet eius dilectionẽ amic: statim cessat in illo habitus charitatis. Quod explicat exemplo ponentis obstaculum Solis illuminationi ; positio enim illius expellit statim lumen à subiecto, eo quod impedimentum actionis illuminativæ est ex consequenti, & indirectè expulsivum luminis. Ex quibus sic efformo rationem. Id quod necessario ex natura rei est inconiungibile cum actione infusiva, aut conservativa gratiæ habitualis est eodem modo indirectè, & mediatè inconiungibile cum illa. Sed huiusmodi est peccatum læthale actuale: ergò. Min. in qua est difficultas, probat. Id quod necessario ex natura rei est inconiungibile cum dilectione amicabili Dei erga hominem; est eodem modo inconiungibile cum actione infusiva aut conservativa gratiæ habitualis ; sed peccatum læthale est necessario ex natura rei inconiungibile cum dilectione amicabili Dei erga hominem : ergò. Mai. constat : Nàm per gratiam homo est simpliciter dilectus Dei ; cum enim diligere Dei sit velle, & communicare bonum ; cum gratia sit maximum bonum ; ortum ducit ex amore, quo Deus amicabiliter nos diligit. Hac ratione homo est iustus, quia diligitur simpliciter à Deo, non econtra.

1. Ratio.

Min. vero probat. Id, quod necessario ex natura rei ponit in Deo odium simpliciter tale circa hominem, necessario ex natura rei est inconiungibile cum dilectione amicabili erga ipsum ; esse enim simpliciter, & amicabiliter dilectum à Deo, & simpliciter Deo odiosum, repugnat ex terminis. Sed sic se habet peccatum actuale ; cum sit maximum malum ; & offensa simpliciter Divinæ Maiestatis : ergò. 30

Confirm.

Confirm. Quia corpus opacum optimè interpositum inter Solem, & subiectum illuminandum, est naturaliter loquendo inconiungibile cum actione Solis illud illuminantis; licèt miraculose posit oppositum contingere; actus interponens prædict: corpus est etiam indirectè naturaliter loquendo inconiungibilis cum illuminatione passiva Solis ; aut luminis conservatione, dependentis tàm in fieri, quam in conservari ab actione Solis. Sed gratia habitualis est lumen pendens in fieri, & conservari ab amore, quo homines simpliciter, & perfectissimè diligit : ergò peccatum læthale ex natura rei inconiungibile cum tali amore est inconiungibile &c.

Hæc ratio nititur testimonijs S. Script. scilicet, eis in quibus affirmatur gratiam, & charitatem esse effectum dilectionis amicabilis Dei, ut constat ex illo ad Ephes. cap. 2.* Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, 31

Roborantur dicta ex Script.

suam, qua dilexit nos, convivificavit nos in Christo.* Et Jerem. 31.* in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans *, & alia similia. Pro odio autem constat etiam ex illo sapientię 14. *Odio sunt Deo impius, & impietas eius*; & Eccles. 12. *Altissimus odio habet peccatores.* Et Psalm. 5. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Et alia penè innumera. Cumque, ut probatū relinquimus, Deum odio habere eum, quem amicabiliter diligit, sit ex terminis repugnans, repugnat pariter &c. Pro confirm. adsunt etiam text. Sacræ Script. in quibus affirmatur gratiam habitualem esse lumen nobis divinitus infusum à Deo tanquam à Sole Iustitiæ; ut constat ex illo ad Colloss. 1. *Qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine.* Et rursus Isaiæ 60. *Ambulabunt gentes in lumine*, & id genus alia plura. Pro obstaculo huiusmodi lumini stat illud Isaiæ 59: *Peccata nostra diviserunt inter nos, & Deum nostrum.* Quod affertur à D. Thom. ubi supra.

32 Huic rationi efficacissimæ solum potest responderi gratiam habitualem ex natura rei, sive secundum suam speciem, non reddere hominem Deo amicabiliter dilectum, sive dignum amicitia illius; sed adhoc indigere favore extrinseco; aut saltim carentia peccati actualis; quapropter pro instanti, pro quo physicè existit peccatum, cessat talis denominatio; ideoque ex coniunctione gratię cum peccato actuali nulla sequitur contradictio. Hæc tamen responsio quantum ad id quod dicit de favore extrinseco, ut gratiam constituat hominem dilectum amicabiliter Deo; manet ex professo impugnata dub. 4. & 5. & dub. 8. ubi probavimus oppositum contra Aliquos Antiquos, & RR. quæ impugnationes ibi videri possunt. Nec talis modus dicendi est iuxta M. Lorca tuentem * gratiam esse perfectam sanctitatem ab intrinseco nulloque favore indigere ad remissionem peccati habitualis.*

Respons. quædam.

Impugn. 1. pars.

33 Ex quo reijcitur solutio quoad 2. partem, scilicèt, gratiam requirere carentiam peccati actualis, ut hominem iustum, & Dei amicum constituat; arguendo ad hominem contra ipsum. Id quod ab intrinseco ex natura sua est vera, & perfecta sanctitas, ab intrinseco pugnat cum omni immunditia, & impuritate; ut patet ex definitione sanctitatis toties tradita. Sed peccatum actuale est vera immunditia, & impuritas animæ; sicuti, & vera aversio, & iniustitia: ergò gratia ab intrinseco &c. Sed hoc ipso nequit exigere carentiā peccati aliunde habendam, ut hominem sanctum, & Deo amicabiliter dilectum constituat: non enim est perfecta puritas ex natura rei, quæ impuritatem nequit ab intrinseco excludere: ergò. 2. Impugnatur. Forma illa; cuius effectus formalis primarius, & specificus, est reddere hominem sanctum in actu 2. ab intrinseco excludit omnem iniustitiam, sive iniquitatem in actu 2. proindequè carentia huius est effectus secundarius illius. Sed talis est gratia habitualis; & tale est peccatum actuale mortale: ergò. Min. probata manet quoad 1. p. dub. 8. & quoad 2. est innegabilis.

Impugn. quoad 2. part. 1.

Secundo.

34 Per hæc præcluditur discrimen datum à præf. Mag. ubi supra concluf. 4. inter peccatum actuale, & habituale. Ait enim * gratiam ex natura sua opponi cum 2. non vero cum 1. Eo quod gratia ex natura sua habet veram rationem sanctitatis; proindequè debet habere oppositionem ex natura rei cum illo peccato, à quo hominem emundat; cumque solum aufferat peccatum habituale; non vero actuale, quod præterijt; solum cum peccato habituali habet oppositionem ex natura rei loquendo. Addit etiam peccatum habituale consistere in privatione gratiæ, & aversione præterita actuali, ut moraliter permanenti; cum ergò gratia necessario opponatur suæ privationi, & etiam prædictæ aversioni propter unionem permanentem cum Deo, & cum regula rationis; ideo pugnat essentialiter cum peccato habituali. * Manet, inquam, præclusum 1. Nàm si gratia est inconiungibilis cum peccato habituali, quia est vera sancti-

Discrimē datum à M. Lorca

Impug. 1.

ti-

titas ; manifestè sequitur esse eodem modo inconiungibilem cum omni eo quod obtinet veram rationem iniustitiæ, & iniquitatis. Atqui hoc obtinet peccatum actuale quoad instans, in quo elicitur à voluntate, immo hoc ei convenit modo superiori, quam conveniat ipsi, ut tantum moraliter perseveranti : ergò si uno modo accepto peccato actuali repugnat gratiæ coexistentia cum illo, etiam repugnat consideratò sub alio modo. 2. Hic discursus est inefficax : *gratia habitualis hominem iustificans solum aufert, & delet maculam, & peccatum habituale, non vero actuale, quod transijt : ergò opponitur ex natura rei cum habituali, secus vero cum actuali.* Nàm ad veram oppositionē inter duo extrema non requiritur quod unum expellat alterum ; sed quod illud expelleret, si aliunde prę̃supponeretur existens. Rursus incompatibilitas essentialis inter duo extrema non petit, quod unum expellat alterum ; sicuti non petit quod alterum præexistat : ut videre est in unione hypostatica inconiungibili essentialiter cum omni peccato, tàm habituali, quàm actuali : ergò ex quo gratia non auferat peccatum actuale &c.

Secundo.

35 Urgetur. Nam quod gratia ex natura rei, & sine ullo favore extrinseco auferat peccatum habituale, ortum habet ex quo gratia est vera sanctitas, & peccatum habituale est vera iniustititia ; vel assigna aliam rationem ? ergò quod opponatur cum peccato habituali, sitque cum illo inconiungibilis, provenit ex ratione communi peccato habituali, & actuali. Non enim opponitur, quia aufert ; sed aufert, quia opponitur ; proindeque debet assignari ratio huius oppositionis independens ab exercitio ablationis. Hoc videre est ingratia dataAngelis, de qua est verum dicere fuisse inconiungibilem cum peccato habituali, licet illud non expulserit ; immo suppositа inflexibilitate Angelorum, nequit de potentia ordinaria illud excludere. Cumque alia ratio nequeat assignari præter sanctitatem convenientem gratiæ, & iniustitiam convenientem peccato ; si huiusmodi iniustitia convenit peccato actuali, est etiam cum illo ex natura rei inconiungibilis.

Urgetur.

Nec obstat si dicas 1. non opponitur sanctitati gratiæ, quod non tribuat denominationem iusti, & amici, nisi subiectum sit aptum, & habile ; quapropter infusa lapidi non denominat illum sanctum. Sed subiectum peccans actualiter non est habile ad denominationem iusti, & amici : ergò quamvis coexistat peccato actuali, non denominabit subiectum sanctum, & iustum ; proindeque impedietur contradictio inter utrumque. 2. Gratia quæ solum sanctificet conditionatè, si scilicèt, præcedat exclusio peccati actualis, est vera sanctitas saltim quantum est ex se, & in actu 1. Sed nulla est assignabilis ratio, cur repugnet gratia talis naturæ, & conditionis : ergò non repugnat gratiam impediri à peccato actuali, ut præbeat denominationem iusti, & sancti.

Resp. mai. esse veram de habilitate subiecti secundum se ; secùs vero si hæc habilitas desumitur ab expulsione formæ contrariæ. Nàm forma exigens gratia sui per essentiã dare subiecto suum effectum formalem specificum necessariò exigit, & eodem rigore expellere formam contrariam, si illam invenit, aut eam impedire : alioquin esset inutilis inclinatio ad suum effectum formalem. Quare capacitas mensuranda est ex conditione subiecti præcisivè à formis, earumque effectibus formalibus inter se contrarijs. Gratia iuxta Trident. est unica causa formalis quoad iustificationem, & interiorem renovationem : ergò præcisim aquovis extrinseco competit ipsi effectus iustificandi, & interius renovandi : ergò competit ex sui natura, dùm existit expellere formam, aut quasi formam contrariam iustificationi, ac renovationi ; & hæc est omne peccatum læthale. Ad 2. dico rationem esse ; quia gratia est absolutè forma participans Dei-tatem, neque alius specificus attribui potest, nisi denominatio sancti.*

* De hoc dub. 8.

Id, quod addit in solut; cir-

36

Id quod redditpro solut: impugn:

ca constitutionem peccati habitualis confirmat assumptum præcedens. Nàm si gratia, & macula essentialiter opponunt: ergò cũ macula sit essentialiter privatio gratiæ, ut est nitor, splendor, & pulchritudo animæ; gratiæ erit essentiale denominare animam pulchram, & spiritualiter splendidam, & puram. Sed hoc ipso essentialiter opponitur cum peccato actuali: cum hoc essentialiter sit impuritas, ob cœcatio, & deformitas ipsius: ergò ex solutione prob: opponi gratiam cum peccato actuali. Rursus, si aversio actualis permanens constituit inadæquatè maculam: ergò dùm vere elicitur, & existit, denominabit animam vere maculatam saltim inadæquate: ergò vel gratia est ex natura sua puritas animæ, vel non? Si 2. non habet oppositionem cum macula relicta ex peccato. Si 2. opponitur ex natura sua cum peccato etiam actuali: ergò solutio contradictoria involvit.

37 Confirm.

Deindè: gratia ex natura sua excludit aversionem actualem peccati perseverantem post primum instans, quia est coniunctio habitualis excellenter continens conversionem actualem: sed hoc probat potiori ratione esse inconiungibilem ex natura sua cum aversione actuali pro primo instanti; quia prout sic perfectiori modo avertit à Deo: ergò. Licèt enim stet posse coexistere actum charitatis cum peccato habituali, & careat virtute expellendi illud iuxta plures ex Thomistis, nemo tamen dicit posse simul cum peccato actuali coniungi. Undè si quis diceret: *Actus charitatis nequit coexistere ex natura rei cũ peccato actuali, ut moraliter perseveranti, bene tamen cum ipso, ut physice existente*; absdubiò rem dissonam proferret: cum quo perfectiùs existit forma eo, perfectius denominet: ergò si gratia ex natura sua nequit coexistere aversioni actuali perseveranti moraliter; quomodo poterit coexistere cum eadem, ut primo physicè existente in voluntate?

38 Urg: 1.

Urgeo. Forma, quæ nec essentialiter neque naturaliter ab intrinseco dicit oppositionem cum aliqua operatione, ad quam per se consequitur aliquis terminus, nequit cum hoc essentialiter opponi. Sed macula per se consequitur ad peccatum læthale actuale iuxta D. Tho. 1. 2. q. 87. ar. 1. ergò si gratia non opponitur ullo modo peccato actuali, nequit essentialiter opponi maculæ ex illo relictæ. Ulterius: forma quæ essentialiter non pugnat cum operatione de se cõnexa cum perseverantia sui morali, nequit essentialiter pugnare cum illa ut permanenti; quod enim non pugnat cum essentia rei, aut eius natura, nequit pugnare cum illius proprietatibus, & accidentibus per se consequutis. Sed permanentia moralis per se consequitur ex peccato actuali post eius primam existentiam: cum peccatum actuale de se causet maculam, sitque ordinatio de se irreparabilis. Sic S. D. q. 87. ar. 3. ergò si gratia non pugnat ex natura sua cum peccati actualis prima existentia, quomodo poterit pugnare essentialiter cum sui permanentia morali? Urg: 2.

39 Secunda ratio ex Aug. D.

Prob. 2. ex S. D. Homo mortaliter peccans necessariò ex natura rei ponit animam aversam à Deo, ut fine ultimo, sed hoc ipso necessariò ex natura rei opponitur cum gratia indirectè: ergò. Prob. min. Hominem ratione peccati ponere aversionem sui à Deo, ut fine ultimo est ponere contrariam dispositionem, ut Deus ei infundat, & conservet lumen gratiæ habitualis; sed id ratione cuius ponitur contraria dispositio ad infusionem, vel conservationem gratiæ habitualis opponitur indirectè cum illa, ut est certum: ergò. Maior, propter quamquod videtur innegabilis, probatur 1. hominem peccare læthaliter est se ponere quantum ad animam obscuratum, & ob tenebratum propter recessum à Deo, & conversionem ad bonum creatum. Sed hominem esse obscuratum, & ob tenebratum quantum ad animam, est illum esse in statu, & dispositione contraria, ut à Deo lumine gratiæ illuminetur: ergò. Hæc probatio traditur à Div. Thom. loco citato ex

ex 2. 2. eſtque doctrina M. Parentis 8. de Geneſi ad litter: cap. 12. per hæc verba: *Sicut anima præſente Deo illuminatur, ita eo abſente continuo ob tenebratur, à quo non locorum intervallis, ſed voluntatis averſione diſceditur.* 2. Sic ſe habet Deus, ut illuminet animam per gratiam ſuam, ſicut ſe habet Sol ad illuminationem corporis. Sed avertens oculos à Solo ſe ponit in ſtatu, & diſpoſitione contraria, ut Solis lumen recipiat, & hoc ex natura rei: ergò ſimiliter homo claudēs oculos cordis ſui per averſionem voluntariam à Deo, qui ut Sol illuminat ſpiritualiter animam per gratiam, ſe ponit in ſtatu &c.

40 Si dicatur

Nec dicas peccatum actuale ſolum eſſe diſpoſitionem moraliter contrariam illuminationi gratiæ; quatenus eſt demeritorium gratiæ habitualis, non vero eſſe diſpoſitionem contrariam phyſice, & ex natura rei. Non, inquam, dicas 1. Nàm ſic ſe habet averſio actualis à Deo, ut non illuſtretur ab ipſo luminæ gratiæ, ſicuti ſe habet converſio per dilectionem, ut ab ipſo lumen gratiæ recipiat; ſed huiuſmodi converſio actualis diſponit phyſicè ex natura rei, & non tantum moraliter ad receptionem gratiæ; ut modo ſuppono, & debet admitti (ex doctr: S.D. ergò.) Urg: Actus intenſus charitatis dupliciter concurrit ad augmentum charitatis, & gratiæ, ſcilicet, concurſu morali per modum meriti, & concurſu etiam phyſico, & ex natura rei per modum diſpoſitionis intrinſece proportionantis animam ad tale augmentum: qua ratione, etſi actus remiſſus charit: mereatur de cōdigno augmentum charitatis, non confertur huiuſmodi augmentum, uſque dùm homo per actum intenſum diſponatur. Ita S. D. 2. 2. q. 24. art. 6. & in 1. diſt. 17. q. 2. ar. 3. ergò ſtat averſionem actualem à Deo, ut fine ultimo, eſſe diſpoſitionē contrariam moraliter conſervationi gratiæ; propter illius indignitatem meritoriam, & ſimul eſſe contrariā phyſicè, & ex natura rei, propter illius intrinſecam averſionem, ſive per pravum diſceſſum à Deo.

Contra eſt 1.

Urg. hæc prob.

2. Averſio actualis à Deo, ut fine ultimo, eſt diſpoſitio contraria ex natura rei, ut homo ratione gratiæ convertatur in Deum, ut finem ultimum ſui: ergò. Prob. Añs. Hominem converti per gratiam in Deum, ut finem ultimum, eſt Deum perfectè ſubijcere ſibi animam, & voluntatem ſecundum omnes illius affectiones, & inclinationes; * ſed averti actualiter à Deo, ut fine ultimo, ex natura rei contrariatur prædictæ converſioni ſive ſubiectioni: ergò. Prob. min. averti actualiter à Deo, ut fine ultimo, eſt eius voluntati poſitivè reſiſtere, nolleque ei ſubijci, ut regnet in cordibus noſtris & inſuper, eſt ipſum offendere, contemnendo graviter illius maieſtatem. Sed hæc omnia ex natura rei contrariantur ſaltem diſpoſitivè, huic quod eſt perfectè ſe ſubijcere Deo, ipſumque habere pro domino, cui totaliter in omnibus ſuis inclinationibus, & affectionibus liberis ſerviat: ergò. Urgetur 1. Peccatum actuale propter averſionem à Deo, ut fine ultimo, ex natura diſponit, & cauſat averſionem habitualem à Deo, in qua ratio peccati habitualis, & macula conſiſtit. Sed id, quod eſt ex natura rei diſpoſitio, & cauſa averſionis habitualis directè oppoſitæ gratiæ, etiā ex natura rei contrariatur indirectè eidem gratiæ; ſicuti diſpoſitio connexa ex natura rei cum forma ignis contrariatur indirectè ex natura rei cum forma aquæ: ergò. Maior videtur innegabilis; Nā ex natura rei loquēdo nequit homo poſtquam actu peccavit læthaliter, non eſſe habitualiter averſus à Deo, & manere in peccato habituali. Si dicas peccatum actuale neceſſariò inducere peccatum habituale ſive maculam pro inſtanti ſequenti; non vero pro inſtanti; in quo comittitur ipſum actuale. Contra eſt 1. Nàm peccatum habituale eſt terminus peccati actualis, qui eſt motus inſtantaneus: ergò ſimul coexiſtere debet cum illo.

41 Secundo.

*Sic S.D. ſupra q. 1. ar. 5.

Urgetur 1.

Quædam reſp. reijcit. 1.

2. Macula peccati eſt terminus per ſe conſecutus ad peccatum

24 Secundo.

actuale, quia per hoc homo redditur immundus propter inordinatam affectionem ad bona temporalia; ita S. D. hic q. 86. art. 1. sed peccatum actuale etiam pro primo instanti est actualis impuritas animæ, & inordinata affectio sive per mixtio cum bonis temporalibus derelicto Deo: ergò talis macula comitatur illud pro eodem instanti. 3. Talis macula non est à peccato actuali, ut à causa demeritoria; cum illa sit peccatum habituale saltim inadæquatè iuxta Mag. Lorca, & peccatum non proprie demereatur peccatum: ergò est terminus per se ex natura rei sequutus ad peccatum actuale, & pro eodem instanti, cum sequatur per se physicè ex natura rei: ergò si hæc macula directè pugnat cum gratia, peccatum actuale ex natura rei &c.

De hoc egi tom. 2 dub. 3. de const. peccat. habit. §. 2.

43 Sed dices: quilibet actus vicioſus est dispositio contraria virtuti acquisitæ circa eandem materiam, & tamen talis actus non dicit oppositionem ex natura rei cum virtute; quin potius ei coexistit in subiecto virtuoso: ergò probatio est inefficax. Resp. prædictũ actum esse dispositionem contrariam virtuti; sed tamen remotam, & partialiter disponentem ad destructionem virtutis: ideoque posse, & multoties coexistere cum virtute acquisita. Cum enim habitus virtutis acquiratur per plures actus, solum pluralitas actuum, vel aliquis nimis intensus est dispositio proxima, & perfectè contraria virtuti acquisitæ. Aversio autem actualis à Deo, cum sit Dei offensa, eius contemptus, & reddens hominem abominabilem Deo, ex natura rei est dispositio contraria perfectè dilectioni amicabili Dei, à qua dependet gratia in sui conservatione; proindeque indirectè opponitur ipsi gratiæ. Nàm etsi ad sui conservationem non requirat in anima actualem dispositionem per actum charitatis, requirit tamen carentiam dispositionis contrariæ positivæ, quale est peccatum actuale.

Inſtabis.

Reſponſ.

44 3. probatur eadem conclusio alia ratione in loco citato ex 2. à D. Thom. adducta. Id quod contrariatur charitati secundum propriam rationem illius, opponitur ex natura rei cum charitate; sed sic se habet quodlibet peccatum actuale mortale: ergò illud ad minus ex natura rei opponitur cum charitate. Sed hoc ipso eodem modo opponitur cum gratia habituali, quæ iuxta Adversarios est indistincta à charitate, vel est radix illius: ergò. Mai. constat: Nàm oppositio inter duo penes rationes eorum specificas, est oppositio ex natura rei, & non moralis fundata in aliqua indecentia, sive impedimento morali. Min. vero prob. Charitas secundum propriam, & specificam rationem, habet reddere hominem perfectè subiectum Deo, ut fini ultimo, cum proposito efficaci obediendi in omnibus Dei præceptis: sed quodlibet peccatũ mortale contrariatur huiusmodi subiectioni, & proposito obediendi divinis præceptis; cum per illud homo se avertat à Deo ut fine ultimo, eiusque præceptum transgrediatur: ergò quodlibet peccatum mortale contrariatur charitati secundum propriam, & specificam rationem illius.

Tertia ratio ex S. D.

45 Ex hucusque dictis probari potest talem oppositionem indirecta esse etiam essentialem. Id, quod essentialiter pugnat cum dilectione divina infundente, aut conservante gratiam habitualem, pugnat essentialiter indirectè cum tali gratia. Sed huiusmodi est peccatum actuale: ergò. Prob. min. dilectio divina infundens, aut conservans gratiam habitualem, est dilectio, secundum quam Deus simpliciter, & saltim iniure amicabiliter diligit hominem; cum ex vi gratiæ habitualis homo elevetur ad consortium divinitatis, & ad adoptionem filiorum Dei cum iure condignitatis ad vitam æternam. Sed peccatum læthale pugnat essentialiter cum tali dilectione; cum per illud homo fiat abominabilis Deo, dignusque privari vita æterna: ergò. Confirm. idem assumptum ex 2. ratione probativa. Repugnat omnino, sive essentialiter Deum

Prob. Oppoſitio eſſent.

Confirm.

Deum infundere, aut conservare gratiam habitualem in subiecto simpliciter contrarie disposito ad illius receptionem; sed huiusmodi est peccatum læthale actuale: ergò talis oppositio est indirecta essentialis. Minor constat; Nàm actualiter offendere Deum, illumque graviter contemnere, & averti actualiter ab ipso, ut fine ultimo, est dispositio contraria simpliciter, ut homo sit Deo gratus, & conversus ad ipsum, ut finem ultimum simpliciter talem. Mai. vero prob. 1. Repugnat perse naturaliter loquēdo Deum infundere, aut conservare gratiam suam, quæ ut talis est perfecta amicitia hominis ad Deum, in subiecto actualiter offendente, & contemnente Deum, ut est certum: ergò etiam repugnat essentialiter. Conseq. patet, ex dictis in sub dubio unic. ubi probabimus oppositionem ex natura rei inter gratiam, & peccatum, inferre oppositionem essentialem inter illa.

Prob. mai. 1.

46

2. Prob. eadem maior. Repugnat essentialiter Deum infundere gratiam, aut illam conservare in subiecto simpliciter immundo, & quod est templum Diaboli: & insuper est simpliciter ob tenebratum spiritualiter; cum per gratiam habitualem homo reddatur simpliciter purus, fiatque templum Dei, & à Deo spiritualiter illuminetur; sed per quodlibet peccatum mortale homo redditur simpliciter immundus coram Deo, fitque habitatio Dęmoniorum, & simpliciter ob tenebratur: ergò repugnat &c. Hinc patet disparitas ad interpositionem corporis opaci, in cuius præsentia potest Deus miraculose facere, ut Sol illuminet aerem, v. g. Patet, inquam, quia nullum est inconveniens in eo quod Deus, sit author specialis suspendens influxum impeditivum corporis opaci; cū dependeat à Deo, quoad omnem sui entitatem, & influxum in fieri, & conservari, ut à causa per se. Peccatum vero actuale, cum modo dicto à Deo non dependeat, nequit segerere, ut author specialis suspendendo impeditionem infusionis gratiæ, aut conservationis eiusdem. Idem dicendum, in casu quo Deus faceret hominem illuminari à Sole, à quo avertit suum aspectum. Deindè. Nàm repugnat essentialiter hominem graviter offendere Deum, & quod Deus in sensu composito, non segerat ut illi offensus: spectat enim ad summam rectitudinem voluntatis divinæ, & complacere in omni bono, & abominari malum, & offensam ipsius. Sed Deum segerere, ut offentum respectu hominis est illum repellere à gratia sua; iuxta D. Thom. q. 28. de veritate art. 1. & 3. p. q. 86. art. 2. ergò &c.

Secundo.

Disparit. ad quandam inst.

Tertiò.

§. IV.

Solvuntur argumenta probantia peccatum actuale solum opponi cum gratia moraliter.

47

OBijcies 1. ex D. Thom. q. 24. art. 10 dicente: *Peccatum mortale expellit demeritorie habitum charitatis &c.* Sed oppositio per modum demeriti est pure moralis: ergò oppositio peccati actualis &c. Nec valet si dicas, D. Tho. ibidem præter expulsionem gratiæ provenientem demeritoriè à peccato, ponere etiam provenire ab illo effectivè, sic enim habet: *peccatum effective corrumpit gratiam, quia contrariatur charitati.* Huiusmodi autem expulsio effectiva, ut distincta ab expulsione demeritoria, nequit esse alia nisi de linea physica; proindeque peccatum actuale utroque modo opponitur gratiæ habituali. Non inquam valet 1. Nàm ad salvandum duplicem modum expellendi gratiam in peccato actuali, scilicet *effectivè, & demeritoriè*; non requiritur quod ly *effectivè* significet expulsionem physicam, sed moralem consistentem, non in vi demeritoria, sed in oppositione cum æquitate, & legibus amicitiæ. Quia videlicet, non est æquum conservare amicitiam cum illo, qui renuit, vel contemnit amicabilem communicationem alterius. Sed sic se habet

Arguit. 1. ex M. Lorca.

Si dicat:

Impugn. 1.

peccatum actuale etiam præscindendo ab illo rationem demeriti; cum ratione peccati actualis homo contemnat amicitiam conservare cum Deo: ergò ex duplici modo assignato à D. Thom. non probatur oppositio physica peccati cum gratia, sed oppositio pure moralis, tùm per modum demeriti privationis gratiæ; tùm per modum impedimenti moraliter impedientis illius conservationem. Undè, sicuti potest quis conservare veram, & strictam amicitiã cum altero, à quo offenditur non obstante offensa gravi, quæ de se impedit moraliter talem conservationem propter violationem legis amicitiæ; ita dicendum in præsenti.

48 Secundo.

2. Illa verba D. Thom. art. 12. scilicèt *peccatum est obstaculum influentiæ Dei conservantis gratiam, quia homo per peccatum præfert bonum creatum amicitiæ Dei*; intelliguntur de obstaculo pure morali: ergò ex D. Thom. non probatur oppositio physica peccati actualis cum gratia. Añs. prob. Hominem actualiter peccando præferre bonum creatum amicitiæ Dei est violare leges amicitiæ, quæ requirit, ut in omnibus voluntatem Dei sequamur; ita D. Thom. ibidem. Sed oppositio consistens in hoc, quod est violare leges amicitiæ divinæ, est oppositio moralis consistens in ponendo aliquod impedimentum oppositum æquitati, & iuribus amicitiæ circa conservationem gratiæ: ergò.

49 Prima solutio.

Ad hoc Resp. 1. probando per illa verba *peccatum actuale expellit effectivè charitatis habitum*; intelligi à D. Thom. expulsionem physicam, sive ex natura rei. Nàm D. Thom. eo asserit peccatum effectivè corrumpere habitum charitatis, *quia contrariatur charitati secundum propriam rationem illius*: sed D. Tho. loquitur, de contrarietate physica: ergò loquitur de corruptione physica. Min. prob. eo asserit D. Tho. peccatum actuale contrariari charitati; quia charitas dicit unionem cum Deo, peccatum vero aversionem a deo: ita art. 12. in solut: ad 5. ad quem locum se refert in art. 10. in quo prima verba protulerat. Sed contrarietas inter peccatum, & charitatem, ex unione cum Deo, & ex aversione ab illo, est contrarietas desumpta ex ipsa natura charitatis, & peccati actualis: ergò contrarietas &c. Urg. retorquendo instant: ab ipso M. adductam. Etsi offensa irrogata amico sit pure impedimẽtũ morale, ut alter conservet amicitiam cum offendente; non tamen potest verificari prædictam offensam secundum sibi intrinseca contrariari amori amicabili alterius, si hic consideretur secundum rationem intrinsecam sibi: si enim sic contrariaretur esset vera cõtrarietas physica, utpotè orta ex naturis rerum: ergò si contrarietas peccati actualis cum charitate assignatur à D. Thom. ex prædicatis intrinsecis utriusque, talis contrarietas non est pure moralis, sed physica, sive ex natura rei.

Retorq: arg. 1.

Secundo.

50 Tertio.

Deindè. Aliud est probare oppositionem inter peccatum actuale, & habitum charitatis, ex eo quod unum ex natura sua rationem habet amicitiæ cum Deo, alterum vero rationem inimicitiæ: aliud vero probare coexistentiam inter prædicta extrema solum contrariari legibus amicitiæ. Primus enim modus oppositionis, utpotè proveniens ex naturis rerum, & penes effectus formales invicem pugnantes inter se, est oppositio physica. Hoc videre licet in peccato habituali physicè, & essentialiter iuxta Mag. Lorca pugnante cum gratia habituali; eo quod hominẽ esse Deo amicabiliter dilectum per gratiam, & simul esse odio inimicitiæ dignum ratione peccati habitualis, sunt denominationes sive effectus formales pugnantes essentialiter inter se. Undè sicut ineptè quis diceret *oppositionem inter peccatum habituale, & gratiam, esse tantum oppositam legibus amicitiæ, ideoque tantum esse oppositionẽ moralem; * ita similiter ineptè quis dicet *oppositionẽ inter peccatum læthale, & charitatem esse tantum oppositam legibus amicitiæ. *Conf. prob. Eo Añs. est verum, quia talis oppositio provenit ex

ex quo peccatum habituale ratione sui est in inimicitia hominis cum Deo, gratia vero amicitia; sed peccatum actuale mortale, & habituale, eodem modo se habent; cum illud sit gravis offensa Dei, reddatque hominem Deo abominabilē: ergo talis oppositio &c.

47 Secundo. Hoc supposito ad argumentum Resp. directè solutione data. Ad illius impugnationem dicatur duo requiri, ut peccatum actuale esset impedimentum pure morale ad conservationem gratiæ, consistens in pura disonantia ad leges amicitiæ. 1. quod tale peccatum essentialiter, aut ex natura rei non sit inconiungibile cum dilectione, per quam Deus conservat habitum gratiæ, & charitatis. 2. quod tale peccatum ex natura sua non dicat oppositionem penes effectum formalem primariò, & per se provenientem à gratia, & charitate. Ratio primi est; Nàm quod ex natura rei opponitur cum actione conservativa termini, ex natura rei opponitur ipsi termino. Ratio secundi est; Nàm oppositio penes effectus formales per se, & ex natura rei provenientes à duplici forma, est oppositio ex natura rei inter utramque formam. Nunc sic: sed peccatum læthale actuale opponitur ex natura rei cum dilectione Dei per quam infundit, & conservat gratiam, & charitatem; cum ex vi illius peccans simpliciter odio habeatur à Deo: ergò ex hoc capite &c. Rursus. Peccatum actuale per se, & ab intrinseco opponitur indirectè cum gratia, & charitate secundum proprium effectum formalem utriusque. Siquidem de ratione intrinseca charitatis est, quod homo totaliter se referat in Deum, ut finem ultimum cum proposito efficaci servandi mandata Dei. Atqui quodlibet peccatum mortale, utpote intransgressione legis divinæ consistens, per se opponitur conversioni in Deum, ut finem ultimum, & proposito efficaci servandi præcepta Dei: ergò etiam ex hac parte non est impedimentum pure morale ad coexistendum cum gratia, & charitate.

Oppositum accidit in offensa gravi irrogata alteri homini: siquidem offensus potest non odio habere offendentem propter offensam; imò potest illum positivè diligere: quapropter potest conservare dona præstita ex amore amicabili, & quantum est ex se conservare amicitiam cum illo. Hoc autem Deo convenire non potest respectu hominis ipsum graviter offendentis; siquidem propter rectitudinem suæ voluntatis, & amorem necessarium suæ maiestatis, nequit non displicere simpliciter in malitia peccati, & in eo quod sua maiestas graviter contemnatur. Cumque posito tali odio inimicitiæ ex parte Dei cesset dilectio, per quam conservabat in homine gratiam, & charitatem, statim eadem necessitate cessat gratia, & charitas. Deindè amicitia, qua unus homo alterum prosequitur, & è converso non dicit ex natura rei, quod unus homo alterum graviter non offendat; si enim hoc diceret, posita gravi offensa statim ex natura rei necessariò dissolveretur amicitia ex parte utriusque. Cū autem oppositum contingat inter charitatem, per quam homo amicabiliter diligit Deum, & inter peccatum mortale, fit consequens ad positionem huius necessariò destrui gratiam, & charitatem.

48 Disparitas ad instàs.

Objicies 2. peccatum actuale destruere effectivè gratiam non dicit aliquam oppositionem physicam cum illa: ergò ex authorit: S. D. non prob. &c. Prob. min. 1. Nàm iuxta eundem S. D. 3. p. q. 85. ar. 2. ad 3. *Pœnitentia expellit omne peccatum effectivè*; sed ly *effectivè non denotat aliquam oppositionem physicam, sed tantum moralem, quatenus est impetratoria: ergo similiter.* 2. peccatum expellere physicè effectivè charitatem, est illud physicè producere aliquid formaliter expulsivum habitus charitatis: sed hoc repugnat, præcipuè si peccatum habituale consistat in peccato actuali, ut moraliter perseveranti, & privatio gratiæ habeat rationem pœnæ: ergò ly *effectivè* tantum potest significare efficientiam moralem. 3. Gratia est for-

49 Arguit. 2. Prob. min 1. Secundo. Tertio.

forma supernaturalis à solo Deo infusa, & independens à nostro libero arbitrio in sui conservatione: ergò non potest per aliquam actionē creatam, esto pravā, physicè effective expelli. Prob. conseq. Nàm quod à solo Deo producitur, nequit corrumpi ex vi alicuius entitatis physicè inductę a creatura; cum Ultimo. hoc opponatur eius dominio. Deindè. Si gratia ob suam elevationem, nequit physicè effective produci per nostra bona opera; nec poterit similiter nostra per mala opera effective corrumpi: alias pravum opus immediatè attingeret gratiam, quod repugnat; cum gratia sit in anima, & peccatum in voluntate.

50 Resp. neg. Añs. ad 1. probat. Resp. cum M. Prado tom. de pœnitentia dub. 9. pœnitentiam ultra causalitatem moralem exercere Respond. etiam causalitatem efficientem physicam, circa expulsionem peccati. Pro quo advertit ex D. Tho. 5. metaphysicę lect. 2. * causam efficientem physicam dividi in causam perficientem, & causam disponentem, * cum hoc discrimine; quod 1. causa est efficiens simpliciter; 2. vero ut se tenens ex parte agentis, est efficiens solum secundùm quid. Et licet talis dispositio, ut tenet ex parte subiecti, pertineat ad causam materialem; ut tamen se tenet ex parte agentis, & quatenus media illa, agens progreditur ad ulteriora, reducitur ad genus causæ efficientis. Sicut calor disponens materiam ad susciendam formam ignis; agit etiam effective ad destructionem formæ ligni; proùt est virtus ignis principaliter comburentis. Licet ergò pœnitentia non expellat physicè peccatum 1. modo, bene tamen 2. modo, ideſt per modum causæ physicè disponentis; quatenus per actū cōtritionis tollitur permanētia peccati actualis, à qua peccatum habituale dependet in conservari. Videatur Mag. Prado ibid. præcipuè à num. 37. id explicans exemplo venti auferentis nubem obstantem solis illuminationi, quo utitur D. Thom. in 4. dist. 14.

51 Ad 2. Respond. neg. mai. ut continentem adęquatam causam expulsionis effectivę: ad hanc enim sufficit, quod in subiecto ponat dispositionem contrariam conservationi gratiæ: hoc quidē modo se habet peccatum actuale; cum ponat animam aversam àDeo infundente gratiam. Undè sicut avertens oculos à lumine Solis, dicitur effectivè causare privationem luminis; ita homo per peccatum se avertens à Deo sole justitiæ infundente lumen gratiæ dicitur effectivè illam expellere. Sic ut enim producens dispositionem ad formam, dicitur effectivè producere compositum, & unionem illius cum forma; ita ponens dispositionem contrariam formæ conservationi dicitur effectivè eam corrumpere. 3. Probatio est ineffi- Ad 3. cax; aliàs cum habitus supernaturalis à solo Deo infundatur, non posset destrui à creatura per habitus ipsis contrarios ex repetitis actibus acquisitos. Idem de carentia luminis proveniente à corpore opaco: cum tamen lumen à Sole unicè proveniat. Licèt enim gratia nequeat deficere per suspensionem concursus nisi à solo Deo; benè tamen per appositionem contrariam; & sic creatura operatur ad gratiæ corruptionem, quæ *ad malum se sola sufficit*, non vero ad bonum, nisi adiuvetur à Deo.

Ad 2. min prob.

52 Ad id, quod additur de dominio Dei, Respond. carentiam gratiæ induci à Deo liberè permittente peccatum, ad quod necessario consequitur; proindequè non cogitur Deus in ablatione gratiæ. Ita D. Th. in disp. quæst. 2. de Charit. art. 12. ad 23. *Quod si Donum posset per violentiam auferri, videretur vinci Donator. Sed si illè cui dedit, voluntariè abijciat, non propter hoc videtur Donator vinci, ad quē non pertinet cogere hominē ad virtutē.* Nec ut carētia gratiæ inducatur perpeccatū à creatura requir: quod peccās attingat immediatè ipsā gratiā: sufficit enim, quod per peccatum ponat dispositionem, pravę suæ aversionis àDeo, pugnantem ex se cum conservatione gratiæ. Quemadmodum homo alterum occidens inducit mortem, in separatione

Ad aliud ibi contentum.

Ad 1.

ne animæ consistentem, non quia eius actio immediatè attingat animam, vel unionem illius cum corpore: sed quia tollit dispositiones requisitas ad eius conservationem.

53 Sed dices. Forma, quæ non requirit dispositionem ad sui conservationem, nequit habere dispositionem contrariam physicè oppositam suæ permanentiæ: sed huiusmodi est gratia habitualis non requirens per se ad sui permanentiam aliquam dispositionem, ut est certum: ergò nequit adstrui peccatum actuale, ut dispositio physicè opposita illius conservationi. Urgetur. Dispositio physicè contraria formę, debet esse in eodem subjecto, in quo est ipsa forma; sed peccatum actuale est in voluntate, gratia vero in anima: ergò peccatum actuale &c. Solvitur. Respond. gratiam, etsi quoad sui permanentiam non requirat necessario (seclusо præcepto) aliquam dispositionem actualem in actu virtutis consistentem; requirere tamen per modum dispositionis, quod homo se habeat in debito ordine ad Deum non se avertendo ab illo, ut fine ultimo. Quemadmodum, ut lumen Solis permanenter illuminet spacium, etsi non requirat aliquam dispositionem positivam denuo superadditam; requirit tamen, quod prædictum spacium se habeat in debita dispositione; hoc est indirecto aspectu ad Solem non se avertendo ab illo, quo exemplo utitur S. Doct. Ad urg. Ad urg. Respond. Peccatum actuale mediatè afficere animam, eamque reddere aversam à Deo, quod sufficit, ut physicè contrarietur conservationi gratiæ. Sicuti dispositiones ad corruptionem formæ ligni immediate afficientis materiam, ei contrariantur, quamvis immediatè inhæreant supposito.

54 3. Argum. formari potest probando sequi ex nostra sententia hominem, cui Deus infundit gratiam in instanti A. v. g. non posse pro illo peccare. Nàm qui inevitabiliter est determinatus ad carentiã peccati pro aliquo instanti, nequit pro illo peccare; sed gratia iuxta dicta est determinatio inevitabilis, connexa cum carentia peccati actualis pro instanti, in quo infunditur: ergò non relinquit libertatem ad peccandum pro illo. Adhoc Resp. quod argumentum, vel loquitur de infusione gratiæ dependente à dispositione lib. arb. per actum contritionis, v. g. cum potestate omittendi illum; vel de infusione gratiæ sine illa dispositione? Si 1. negatur probatio subiuncta; cum infusio gratiæ sit impedibilis per libertatem omittendi actum contritionis. Qua ratione talis infusio fuit homini libera; ideòque posset peccare peccato impediente receptionem gratiæ; licèt non peccatò compositо cum gratia, aut destructivo illius. Si dicatur 2. adhuc potest dici hominem posse peccare in sensu divisso gratiæ faciendo à Deo; quin huic obstet determinatio ad carentiam peccati actualis proveniens à gratia; cum illa non se teneat ex parte actus primi ad carentiam peccati, nec sit inconiungibilis cum judicio indifferenti proponenti bonum, & malum; uti pluries de facto accidit in iustis, per quod judicium voluntas redditur potens proximè peccare.

55 Aliud argumentum, cui acriter innituntur Cistercienses ad probandum coexistentiam gratiæ habitualis pro instanti, in quo homo actu peccat: desumitur ex duplici principio: primum est possibilitas casus, in quo Deus præcipiat homini elicere actum meritorium vitæ æternæ pro instanti determinato A. v. g. 2. est gratiam habitualem esse principium necessario prærequisitum ex parte actus primi ad elicientiam actus meritorij de condigno vitæ æternæ. His suppositis sic argumentantur. Possibile est hominem subditum præcepto eliciendi actum meritorium peccare omittendo talem actum; sed tunc casus necesse est gratiam habitualem coniungi cum peccato omissionis: ergò. Probat. min. Tunc casus homo liberè omitteret actum meritorium; aliàs non peccaret omittendo. Sed liberè omittere actum meritorium est posse elicere actum meri-

ritorium: ergò in illo instanti homo haberet potestatem ad eliciendum actum meritorium; sed hæc potestas, ut diximus habetur per gratiam habitualem: ergò in instanti, in quo omitteret haberet etiam gratiam habitualem.

56 Pro solutione huius argumenti videatur Illustr. Castel tomo de Lib. arb. disp. 1. quæst. 8. ubi eruditè probat illius inefficaciam pluribus suadens; ad libertatem omissionis non requiri coexistentiam gratiæ, sed sufficere quod illa extiterit pro instanti antecedenti, & quod pro instanti omissionis detur carentia libera illius. Siquidem hoc ipso impotentia eliciendi actum meritorium, est impotentia consequens utpotè proveniens ex omissione libera voluntatis. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced.*

DUBIUM X.

APPENDIX.

AN TITVLO SPECIALI prædicta oppositio sit essentialis, formalis, & directa?

§. I.

PRIMA CONCLUSIO.

SI OPPOSITIO GRATIÆ CUM PECCATO PENSETUR pènes effectus formales utriusque, nulla est disparitas inter peccatum actuale, & habituale.

N. 1 HÆC conclusio impugnat in genere diversitatem opinandi circa coexistentiam gratiæ cum peccato actuali, non vero habituali; vel cum solo peccato habituali, non vero actuali, ut tuentur aliqui, quos supresso nomine citat Aranda lib. 42. num. 319. Et expresse tenet M. Lorca, ut vidimus dub. antec. M. Thirso tom. 3. disp. 10. asserens gratiam esse adduc divinitus inconiungibilem cum peccato habituali; secus tamen cum actuali. Probat. Nulla adest disparitas inter peccatum actuale, & habituale ad non coexistendum gratiæ ob eorum effectus formales; si peccatum actuale, & habituale conveniunt in effectu formali, vicuius nequeunt coniungi cum gratia; sed res ita se habent: ergò attentis effectibus formalibus gratiæ, & peccati; æquè pugnant cum gratia peccatum actuale, & habituale. Prob. min. Effectus formalis pènes quē peccatum ponitur oppositum gratiæ, & ei impotens coexistere, est reddere hominem iniustum, Deo inimicum, & dignum privari vita æterna; gratia vero effectus formales oppositos præstat. Sed in tali effectu formali æquè conveniunt peccatum actuale, & habituale; cum actuale sit vera iniustitia, & iniquitas, constituatque hominem Deo abominabilem, & dignum odio illius; ut est certum: ergò peccatum actuale, & habituale &c.

AA. sentientes oppositum.

Probatur

Confirm. expendendo in particulari effectus recensitos provenientes à peccato. In primis reddere hominem reum æternæ damnatio-

2

Confirm.

tionis æquè convenit actuali, & habituali; talis enim reatus provenit ex gravitate malitiæ peccati, & ex superioritate in ratione iniuriæ, & offensæ Divinæ Maiestatis; quæ si proprius non conveniunt actuali; ad minus æquè de illo verificantur. Rursùs. Homo redditur Deo abominabilis propter gravitatem malitiæ, & impietatem iuxta illud *odio sunt impiæ, & impietas eius*; vel etiam quia Deum contemnit, & ipsum propter creaturam derelinquit. Deindè. Homo redditur Deo inimicus, quia ratione peccati recedit à Summa Bonitate, quam Deus summè diligit: sicuti fit filius Diaboli, quia de eius spiritu maligno participat, illumque imitatur. Sed hæc inveniuntur etiam actu, & cum proprietate in peccato actuali quoad 1. esse: ergò. Urget. Si Deus, ut potest, post instans, in quo committitur peccatum actuale, immediatè damnaret peccantem iustissimè id faceret: ergò quia ratione peccati actualis homo propriè dicitur iniustus, impius, Deo abominabilis; & reus æternæ damnatione.

Urgetur.

3 Quædam respon.

Per hæc excusa manet solut, qua posset occurri dicendo: peccatum actuale solum vialiter, & in fieri dici iniustitiam, immunditiam, eodemque modo reddere hominem Deo abominabilem, & dignum odio ipsius; quemadmodum in sensu dicto verificatur de actu charitatis reddere hominem iustum, sanctum, & æterna fœlicitate dignum. Cum autem peccatum habituale effectus recensitos præbeat formaliter, & cum omni proprietate; nequit inter ipsum, & peccatum actuale statui eadem ratio oppositionis cum gratia habituali.

4 Reijcit. 1

Manet, inquam, excusa. Ratio enim *iniquitatis, & iustitiæ* propriissimè convenit peccato actuali, cum sit recessus à Deo, ut fine ultimo, cui homo debet subdi, in quo ratio iniquitatis, & iniustitiæ consistit iuxta D. Thom. 1. 2. quæst. 113. art. 1. ad 1. Si etiam homo redditur Deo abominabilis propter malitiam suæ bonitati oppositam; cum malitia, & ratio offensæ conveniens peccato actuali sit formaliter, & stricte talis; absdubio reddit hominem Deo abominabilem. Deindè de iure, & condignitate, sive de reatu æternæ damnationis loquendo; illud propriè peccato actuali convenit.* Hinc constat illud esse aversionem à Deo, nedum affectivam, sed effectivam, ut rectè advertit M. Bolivar, tract. de iustificat. dub. 3. num. 54. Non enim se habet, ut dispositio purè ad peccatum habituale, sed ut causa, & radix continens illud, sed cum maiori defectu, tùm ratione maioris voluntarietatis; tùm ratione maioris obligat: quam contemnit; cum præceptum sit directè, & per se de vitatione peccati actualis, & ex consequenti de habituali se habente, ut termino ipsius.

*Sic S. D. 1. 2. q. 87 art. 1. & 2.

5 Secundo etiam iuxta opin. Aliq.

Quod ut magis eluceſcat; loquamur iuxta opinionem constituentem peccatum habituale per peccatum actuale, ut physicè præteritum, & moraliter permanens in sui non condonatione. In hac enim opinione eadem est malitia, impuritas, & iniustitia, in utroque peccato cum sola diversitate accidentali pènes statum physicæ præteritionis, & præsentiæ physicæ; quæquidem diversitas potius auget rationem iniustitiæ, & immunditiæ in peccato actuali. Forma enim quo perfectiori modo existit, perfectiorem præstat effectum saltim quoadmodum; si aliunde forma semper est eadem quoad intrinseca; atqui existere physicè est perfectior modus existendi, quam existere purè moraliter in sui non retractatione, aut iuxta prudentem existimationem: ergò. Quod si habitualitas malitiæ provenit à Deo illam non condonante intrinsecè, & extrinsecè purè (ut Aliqui tuentur) nequit non minuere rationem in iustitiæ relatè ad peccatum actuale; cum à Deo nequeat malum morale, qua tale per se provenire. Quod urgeri potest exemplo voti, dilectionis Dei, ut physicè existentis; & ut tantum moraliter permanentis; quæ absdubio perfectiori modo denominant in sui physica præsentia, quam purè morali.

Si

6 Si autem peccatum habituale consistat in aliquo termino realiter distincto ab actuali; dicendum convenire æqualiter quoad substantiam in ratione malitiæ, & iniustitiæ reddentis hominem Deo abominabilem propter rationem supra traditam: cum peccatum actuale non sit pura dispositio, sed causa per se, & radix continens eminenter (ut ita dicam) malitiam peccati habitualis, & omnia mala, quæ ex illo consequuntur. Est enim in peccato actuali læthali iuxta doctrinam D. Thom. 1.2. quæst. 73. art. 7. duplex aversio, scilicèt, aversio à regula rationis præscribentis rectitudinem actualem in omni operatione; & aversio à Deo ultimo fine, ad quam consequitur ratio iniuriæ, & offensæ Divinæ Maiestatis, in qua aversione consistit ratio peccati læthalis; licèt secundum primum modum aversionis dicatur consistere in privatione rectitudinis actualis. Ex qua doctrina colligitur, ipsam privationem iustitiæ, gratiæ iustificantis &c. contineri tanquam in causa per se in malitia peccati actualis secundū, quod hęc dicit aversionem à Deo, ut fine ultimo simpliciter. Rursùs: Nàm licèt peccatum actuale læthale secundum rationem aversionis à Deo, ut fine ultimo, non privet formaliter hominem gratia habituali, privat tamen active, & cum iure excedenti omnem pœnam possibilem infligi à Deo. Quod sufficit, ut æquetur (si non excedit, ut reor) cum peccato habituali in prædicatis de genere mali, quamvis quoad modum permanentiæ ab illo excedatur. Sicuti etiam actus malus exceditur ita ab habitu vitioso: cum tamen absolutè, & simpliciter actus pravus sit prior habitu vitioso, teste D. Thom. hac 1.2. q.71. art.3.

In sent. Thomist.

Duplex aversio in peccato.

7 Progrediamur considerando in peccato habituali rationē *impuritatis, & inimicitiæ* hominis cum Deo: Etenim iuxta Doctrinam D. Thom. hac 1.2. quæst.86. art. 1. * immunditia, & impuritas animæ provenit, ex quo inordinate se inmiscet rebus temporalibus ei inferioribus; quemadmodum Aurum amittit suam puritatem, dum pulueri, aut plumbo permiscetur. * Hoc autem propriè verificatur convenire animæ, dum actualiter peccat, cum formalissimè per tale peccatum immiscetur inordinate rebus temporalibus, contempto Deo. Idem dicendum de *inimicitia*. Si enim hæc accipiatur pro dignit: ut homo peccator odio habeatur à Deo, & privetur fęlicitate æterna; quis poterit negare huiusmodi condignitatem strictè convenire peccato læthali actuali? Si autem inimicitia hominis peccat: cum Deo accipiatur pro hoc, quod est hominem peccantem segerere circa Deum quasi inimicum; cum homo peccando lęthaliter irroget Deo malum gravissimum, scilicèt, offensam, aut simpliciter infinitam, aut superioris ordinis; sine Dubio segerit cum Deo quasi inimicus.

Aliæ denominat: peccati habit:

8 Sed dices. Peccatum actuale est iniustitia actualis: ergò non est iniustitia formalis. Atqui peccatum habituale est iniustitia formalis, ut modo supponimus: ergò ratio iniustitiæ formalis non æque dicitur de utroque peccato. 2. Homo ratione peccati actualis non est dignus terminare odium inimicitiæ ex parte Dei; atqui ratione peccati habitualis terminat propriè odiū inimicitiæ Dei: ergò hęc peccata non conveniunt æqualiter in constituendo hominem dignum odio inimicabili Dei. Mai. probat. Sic se habet peccatum actuale directè oppositum actui charitatis in ordine ad constituendum hominem dignum odio Dei; sicut se habet charitatis actus, ut ipsum constituat dignum amore amicabili Dei. Sed actus charitatis huiusmodi condignitatem non præstat formaliter, sed tantum vialiter, & dispositivè: ergò idem dicendum de peccato actuali quoad munus reddendi hominem dignum odio inimicitiæ ex parte Dei.

Instab. 1.

Secundo:

9 Ad 1. Respond. nomine iniustitiæ formalis intelligi in præsenti, id quod veram rationem iniustitiæ habet; cum enim forma sit species rei; quidquid obtinet veram speciē, & conceptum quiditativum iniustitię: merito dicitur iniustitia formalis, esto

Ad 1. instant:

estò sit actus secundus, sive operatio. Neque enim obstat iuxta plures tam ex Thomistis, quam Jesuitis, quod visio clara Dei sit operatio, & quod simul sit sanctitas formalis, hoc est perfectio, cui propriè convenit conceptus quiditativus sanctitatis, ut sic, eo quod est radix amoris, coniunctio effectiva cum Deo summe bono; & præbens homini ius ad æternam fruitionem Dei: in quibus prærogativis, seu attributis, stat ratio quiditativa sanctitatis. Cum ergò peccatum actuale sit radix omnium malorum, sitque aversio effectiva à Deo, & secum afferens ius, & condignitatem ad privationem æternæ fælicitatis; nihil obest, ut sit formaliter iniustitia, licèt sit operatio. Deindè iustitia, prout est terminus iustificationis, consistit iuxta D. Thom. hic art. 1. in interiori dispositione hominis, quatenus supremum illius subditur Deo, & vires inferiores subduntur rationi: ergò è converso id, per quod supremum hominis avertitur simpliciter à Deo, & per quod vires inferiores se subtrahunt à vera, & debita subiectione rectę rationi, erit propriè, & formaliter iniustitia hominis coram Deo. Sed sic se habet peccatum actuale læthale: ergò illud est iniustitia formalis, prout hæc opponitur iustitiæ, de qua in præsenti.

10 Ad 2. Respond. Hominem non terminare dilectionem amicabilem Dei, nisi ratione illius doni, Ad 2. quo trahitur simpliciter ad participationem divinæ Bonitatis, & ratione, cuius sit dignus acceptari ad æternam beatitudinem, quæ est possessio propria amicorum Dei: cum autem per actum charitatis ratione sui homo, nec participet simpliciter Divinam bonitatem, nec similiter sit ratione sui dignitatem præbens ad æternam fœlicitatem, nisi ad summum dispositivè; ideo non sufficit constituere hominem terminantem dilectionem amicabilem Dei. Oppositum accidit in peccato actuali; cum sit malum morale simpliciter tale avertens hominem simpliciter à Deo, reddens què illum dignum odio, & pœna æterna; & hoc quidem etiam præcisivè per nostrum intellectum à sequela peccati habitualis.

Nec valet si dicas cum MM. 11
Lorca, & Thirso gratiam habitualem, ut præstet effectum formalem iusti, & Deo amicabiliter dilecti, vi Alia resp.
cuius opponitur peccato actuali; prærequirere carentiam peccati actualis; atque adeo, si peccatum actuale sit, quamvis entitas gratiæ sit, non succedit denominatio iusti, & Deo amicabiliter dilecti. Hoc autem non contingit respectu peccati habitualis; proindequè non eodem modo opponitur gratia utrique peccato. Non, inquam, valet 1. Quia Impug. 1.
voluntariè affirmatur, quod gratia, ut præstet effectum formalem iusti, prærequirat exclusionem peccati actualis, non habitualis. Ratio est nàm denominatio iusti non minus pugnat cum peccato habituali, quam peccato actuali; cum probatum sit utrumque denominare hominem iniustum, & abominabilem: ergò si gratia, ut denominet hominem iustum, prærequirit carentiam peccati actualis, etiam prærequirit carentiam peccati habitualis. 2. Et explicatur hoc. Eo gratia non prærequirit carentiam peccati habitualis, ut hominem reddat iustum, & Deo amicabiliter dilectum; quia gratia per se habet vim expulsivam illius; sed eadem ratio militat in peccato actuali: ergò non requirit &c. Probat. min. Eo gratia per se habet vim expulsivam peccati habitualis, quia per illud redditur homo iniustus, & Deo abominabilis; sed hoc ipsum præstat homini peccatum actuale, ut ex dictis constat: ergò. Denique. Tertio.
Eo gratia non prærequirit carentiã peccati habitualis, ut denominet hominem iustum, & sanctum, quia est causa formalis nostræ iustificationis, quæ dicit interiorem renovationem homiuis, & remissionem peccati habitualis, sed etiam est causa formalis remissiva, & exclusiva peccati actualis; cum non solum per illam remittantur peccata habitualia, sed etiam actualia, ut primo voluntariè commissa: cum prout sic sint materia remota Sacramenti Pœni-

nitentiæ, & de illis sub hac consideratione homo pœnitere debeat: ergò. *

*De quo tom. 2. à fol. 504.

12 Confirm. Nequit adstrui oppositio essentialis inter gratiam, & peccatum habituale, nisi gratia habeat pro effectu formali primario, & specifico reddere hominem iustum, & sanctum; sed hoc ipso habet oppositionem essentialem cum peccato actuali: ergò &c. Mai. constat: Nàm oppositio essentialis directa inter duas formas pensari debet per oppositionem inter effectus primarios, & specificos ipsarum. Minor vero probat. Forma habens pro effectu formali primario, & specifico reddere hominem iustum, & sanctum, essentialiter pugnat cum forma denominante ipsum iniustum, & Deo abominabilem; sed huiusmodi est peccatum actuale læthale: ergò. Hinc inferes iuxta doctrinam solutionis, gratiam non adstrui, ut veram, & perfectam sanctitatem, & iustitiam hominis coram Deo; cum tantum ponatur, ut pugnans ratione sui cum iniustitia habituale, non vero cum actuali; à qua homo etiam vere denominatur iniustus, impius, & impurus.

Confirm.

13 Roborantur dicta ex Doctrina D. Thom. 3. part. quæst. 86. art. 3. probantis *non posse remitti unum peccatum sine alio*, eo quod * remissio unius fit per gratiam, vi cuius homo terminat dilectionem amicabilem Dei, cum qua nequit componi hominem relinqui cum alio peccato. non remisso. * Ex quibus sic arguo Eo gratia non prærequirit, sed potius infert carentiam peccati habitualis, quia secundum sibi intrinseca habet reddere hominem amicabiliter dilectum à Deo; cui dilectioni ab intrinseco opponitur malitia, & iniquitas peccati habitualis. Sed huiusmodi dilectioni æquè opponitur malitia, & iniustitia peccati actualis, ut est certum: ergò dicendum, aut gratiam ex natura sua non reddere hominem Deo amicabiliter dilectum; aut secundum sui naturam æquè includere carentiam peccati habitualis, & actualis. Urgeo. Discursus D. Thom. est hic * omne peccatum mortale necessario opponitur cum hoc, quod homo terminet dilectionem amicabilem Dei: ergò repugnat per gratiam, quæ est effectus dilectionis amicabilis Dei, remitti unum peccatum læthale alio non remisso per gratiam: * ergò similiter efficax erit hic discursus * peccatum læthale tàm habituale, quam actuale, necessario pugnat cum hoc quod homo sit dilectus amicabiliter Deo: ergò repugnat formam, per quam homo terminat dilectionē amicabilem Dei, esse inconiungibilem cum uno peccato, scilicèt, habituali, & aliunde ex se posse coniungi, cum alio peccato, scilicèt, actuali. * Undè infertur iuxta Doctrinam solutionis fatendum gratiam habitualem non habere ex se veram, & perfectam rationem sanctitatis, sed ex adiuncto favore extrinseco, ut vult Scotus satis consequenter negans oppositionem gratiæ ex natura rei cum omni peccato, tam actuali, quam habituali.

Roborat. ex S. Doct.

Urgetur.

14 Confirm. Gratia essentialiter iuxta Adversar. excludit aversionem actualem peccati, ut perseverantem moraliter, quia est conversio habitualis in Deum continens eminenter conversionem actualem directè oppositam prædictæ aversioni. Sed hoc probat gratiam potiori ratione esse inconiungibilem cum aversione actuali pro primo instanti: ergò ex Doctrina Adversf. potius probatur &c. Probat. min. Aversio actualis pro primo instanti perfectiori modo (ut ita dicam) avertit à Deo, quam ut permanens purè moraliter: ergò si gratia ex natura sua nequit coexistere cum aversione, ut moraliter permanenti propter coniunctionem cum Deo &c. Licèt enim * stet quam optimè actum charitatis posse coexistere peccato habituali: ut plures tuentur ex Thom: nemo tamen dicet illum posse simul coexistere peccato actuali. Quapropter si aliquis affirmaret actum charitatis non posse coexistere cum peccato actuali, ut perseveranti moraliter, benè tamen cum illo, ut physicè existente: absdubio rem dissonat proferret; eo quod malitia peccati, ut

* Sic dixi in simili dub. ant. num. 37.

ut physicè existens perfectiori modo pugnat cum conversione actuali in Deum, quam præcisse, ut moraliter perseverans. Si ergò gratia, quia perfecta unio animæ cum Deo necessario opponitur cum aversione actuali, ut moraliter perseveranti; cur non eodem modo &c.

15 Alia rat. probat. ex dub. ant. n. 38.

Ult. prob. Forma, quę nec essentialiter, nec naturaliter ab intrinseco dicit oppositum: cum operatione, ad quam per se consequitur aliquis terminus, nequit essentialiter aut ex natura rei opponi cum tali termino, sed macula per se consequitur ad peccatum actuale, ut terminus illius. iuxta expressam Doctrinam D. Thom. hac 1. 2. quæst. 86. art. 1. ergò si gratia non opponitur ab intrinseco essentialiter, aut ex natura rei, cum peccato actuali, nequit modo dicto opponi cum macula ex illo derelicta. Mai. constat: Nàm forma non opposita cum operatione productiva termini est potens coexistere cum tali operatione; proindequè cum termino ex illa per se consecuto. Confirm. Forma, quæ ab intrinseco non repugnat cum operatione de se, & ex natura rei connexa cum sui perseverantia morali, nequit essentialiter pugnare cum eadem operatione, ut moraliter perseveranti; quod enim non pugnat ab intrinseco cum essentia, aut natura alicuius rei, nequit ab intrinseco pugnare, multoque minus essentialiter, cum proprietatibus per se consequtis ad illam. Sed permanentia moralis per se consequitur ad peccatum actuale post primam eius existentiam; cum importet inordinationem, & aversionem à fine ultimo de se, & ab intrinseco irreparabilem, uti se habet error speculativus circa prima principia, de quo expresse D. Th. ac 1. 2. quæst. 87. art. 3. ergò si gratia ab intrinseco non pugnat cum prima existentia peccati actualis, quomodo poterit pugnare essentialiter cum illius permanentia morali? Undè si quis poneret gratiam posse coexistere cum peccato habituali, secus tamen cum reatu æternæ damnationis per se consequto ad illius malitiam, sine dub. inconsequęter procederet propter rationem supra adductam: ergo idem dicendum de coexistentia gratię cum peccato actuali quoad primum sui esse, non vero quoad sui perseverantiam moralem.

Confirm.

§. II.

Solvuntur argumenta rationem conclusionis.

16 Arguit. 1. ex M. Lorca.

OBijcies 1. Iuxta omnes ferè Theologos, non est ferendū idem iudicium de oppositione inter actum, & habitum, ac de oppositione inter duplicem habitum. Quapropter actus vitij iuxta omnes potest coexistere cum habitu virtutis, & actus visionis Dei cum habitu fidei; secus autem habitus vicij, & virtutis, habitus fidei, & lumen gloriæ permanenter communicatum: ergò ex quo gratia ex natura rei, aut essentialiter opponatur cum peccato habituali, non rectè probatur sic se debere opponi cum peccato actuali. Confirm. Actus peccati circa obiectum naturale non habet oppositionem cum habitu virtutis acquisito v. g. temperantiæ, ut fatentur omnes: ergò nec habet oppositionem cum habitu infusso gratiæ. Probat. consequ. Actus peccati eodem modo comparatur ad utrumque habitum. Imo re benè inspecta, relatè ad habitum infusum dicit minorem oppositionem: cum non sit eiusdem generis adhuc remoti; siquidem actus peccati est de ordine naturæ, habitus vero infusus de ordine supernaturali: ergò.

Confirm.

17 Respond.

Respond. añs. esse verum, loquendo ex genere, sive ex terminis; cum quo componitur posse dari inconiungibilitatem inter habitum, & actum ex alio capite provenientem, quando, videlicèt; eadē ratio militat inter actum, & habitum ac inter duplicem habitum. Sic contingit in præsenti; nàm ratio oppositionis gratiæ cum peccato habituali fundatur in eo, quod gratia est vera sanctitas, reddens hominem Deo charum; peccatum vero habituale est vera iniustitia reddens hominem Deo abominabilem &c. Cumque hæc omnia pro-

propriè conveniant etiam peccato actuali iuxta superius dicta, fit consequens utrumque peccatum gaudere eadem oppositione cum gratia. Undè in forma disting. añs. non est ferendum idem iudicium &c. quando oppositio provenit ex aliqua ratione peculari habitus, conced. añs. quando provenit etiam ex aliqua ratione communi actui, & habitui, neg. añs. Nec obstat in contra paritas adducta, nàm oppositio inter habitum virtutis, & vitij fundatur, præcisse in differentijs proprijs illorum; scilicèt, in permanenti inclinatione eiusdem potentiæ ad duplicem actum inter se oppositum; & insuper fundatur in eo quod repugnat eandem potentiam esse facilè, & expeditam, ad iuste, & pravè operandum: cumque hoc actui non conveniat, non convenit ipsi oppositio cum habitu.

18 Ad confirm. Resp. neg. añs. & illius probat: loquendo de habitu gratiæ, quidquid sit de oppositione cum habitu infuso per modum virtutis.* Ratio est; Nàm peccatum actuale læthale præstat animæ effectum formalem actualem scilicèt, *iniustitiæ*, *& impuritatis* oppositum effectui formali gratiæ. Ut enim supra advertimus duplex aversio datur in peccato actuali; scilicèt aversio à regula rationis, quatenus tendit in obiectum dissonum, & aversio à Deo ultimo fine, in quo sistit ratio læthalis peccati. Licèt ergò primo modo peccatum actuale solum disponat ad corruptionem virtutis oppositæ; 2. vero modo opponitur ab intrinseco gratiæ; eo quod est effectiva aversio à Deo, & reddit hominem iniustum, & dignum odio Dei. Nec obstat naturalitas peccati, & supernaturalitas gratiæ. Nàm etiam peccatum habit: est in eodem sensu purè naturale, & tamen, quamvis consistat in aliquo positivo, pugnat cum gratia habituali. Idem constat in actu charitatis, & odio Dei; in actu fidei, & infidelitatis. Undè conditio de identitate generis ad contrarietatem solum ponitur pro contrarijs de linea physica,* non vero de linea moris; in his enim contrarietas accipitur pro eodem, ac pro inconiungibilitate inter duo extrema propter repugnantiam effectum formalium ipsorum.

Ad confirm.

* Oppos: tenets D supra q. 71. art. 4.

*De qua Philos:

19 Dices. Licèt conversio habitualis ad Deum non valeat coexistere cum aversione habituali ab ipso; secus tamen conversio purè actualis per actum charitatis; ut tuentur aliqui Thomistæ: ergò pariter licèt iniustitia habitualis, sive aversio habitualis à Deo pugnet cum gratia, secus tamen iniustitia purè actualis, & actualis aversio per peccatum actuale. Concesso antec. neg. conseq. disparitas est. Nàm actus charitatis ratione sui est conversio ad Deum purè affectiva disponens ad conversionem formalem, & effectivam per gratiam; quapropter non pugnat cum aversione effectiva peccati habitualis. At vero peccatum actuale est conversio effectiva, & per modum causæ, & radicis continens conversionem effectivam ad bonum commutabilem repertam in peccato habituali. Omnis namque malitia aversionis, iniustitiæ, impuritatis, & offensæ reperta in peccato habituali continetur in radice in peccato actuali; qua de causa, si non maiori, saltim æquali oppositione gaudet cum gratia.

Instabis.

Respond.

20 Sed non quiesces. Aversio effectiva à Deo, ut fine ultimo (hoc opus hic labor) est propria peccati habitualis; quod se habet ut terminus ex illo derelictus. Actus enim peccati, qui est adæquatè affectivus, quomodo potest esse propriè aversio effectiva; nisi sit litigium de voce, aut voluntariè procedatur? Respond. 1. probat. adductam esse in favorem nostrum: Nàm si iuxta illam aversio actualis à Deo est radix, & origo, à qua provenit per modum termini omnis aversio, & malitia peccati habitualis; eminenter (ut ita dicam) continet omnia quæ verificantur de peccato habituali. Quemadmodum si actus charitatis non esset pura dispositio, sed causa per se, & radix gratiæ; quis dubitaret attribuere actui charitatis veram conversionem effectivam ad

Irerum instabis.

Respond. 1.

Deum,

Secundo. Deum, & veram rationem sanctitatis convenientem gratiæ? Resp. 2. neg. añs. de proprietate privativa. Reddo rationem. Nàm aversio effectiva à Deo non aliter nobis innotescit, nisi ab effectu, scilicet, à dignitate, ut homo odio abominationis habeatur à Deo, cum iure stricto, ut privetur æterna felicitate; non enim Deus se habet aversus effectivè ab homine, nisi ex parte huius similis aversio præcedat. Atqui talis condignitas, & ius strictũ damnationis ęternæ, proprijssime invenitur in aversione actuali à Deo, ut fine ultimo: ergò hæc dicenda est effectiva. 2. prob. idem exemplo conversionis in Deum. Illa enim, quæ est à Deo, ut movente animam, dicitur conversio affectiva; illa vero per quam Deus in habitat animam, tanquam Templũ mysticum ipsius, dicitur conversio effectiva: ergò similiter aversio à Deo ut fine pugnans cum eo, quod Deus in habitet animam, est aversio effectiva. Atqui huiusmodi est peccatum actuale læthale cum ratione sui separet, & dividat animam à Deo, ut dicitur Isai. 59. ergò. Rursus. Per peccatũ actuale iuxta Apost. homo fit tẽplum dæmoniorũ, & filius illorũ per imitationem: ergò innegabile est tale peccatum avertere hominem à Deo affectivè, & effectivè.

Quid sit aversio effectiva?

21 Arguit. 3. Objc. 3. inter peccatum actuale, & gratiam nulla datur oppositio privativa, aut contraria; atqui huiusmodi oppositio datur inter gratiam, & peccatum habituale: ergò non est eadem ratio oppositionis gratiæ cum utroque peccato. Mai. prob. quoad 1. partem. Nàm dato peccatum actuale constitui per aliquid privativum; hæc tamen privatio, est tantum privatio rectitudinis actualis illius virturis, cui peccatum opponitur: privatio autem gratiæ, aut est pœna peccati actualis, aut in ipsa cõstitit peccatum habituale: ergò non datur oppositio privativa. Quoad 2. vero prob. etiam admisso peccatum actuale constitui per conversionem positivam inordinatam ad bonum creatum, ut finem ultimum. Quia ad contrarietatem requiritur identitas generis iuxta illius definitionem; atqui talis conversio actualis, & habitus gratię, non sunt sub eodem genere proximo; cum unum sit actus, alter vero habitus; imò nec sub eodem genere remoto: cum unum sit naturale, alterũ supernaturale: ergò.

22 Ostendit: argum: in efficacia. Prob. argum. unionem hypostaticam non opponi ex natura rei cũ peccato actuali, aut habituali: cum non sint eiusdem generis; illa enim pertinet ad lineam essendi, & ad lineam gratiæ substantialis supernaturalis, peccatum vero ad lineam operationis, aut habitus intra ordinem naturalem: si ergò his non obstantibus ponitur talis oppositio, eo quod unio hypostatica est perfectissima sanctitas &c. cur ob similem rationẽ non erit physica, & oppositio essentialis gratiæ cum peccato actuali læthali? deindè iuxta M. Lorca peccatum habituale constituitur, saltim inadæquatè per aversionem actualẽ, ut perseverer: moraliter; licet alterũ constitutivum inadęquatum illius sit privatio gratiæ habitualis: in qua sistit ratio maculæ. Nunc sic: gratia opponitur ex natura rei, & etiam essentialiter iuxta prędatum M. cum peccato habituali, prout dicit rationem maculę, & etiam actualem aversionem, ut moraliter permanent: ergò relatè ad talem aversionem debet adstruere oppositionem privativam, aut cõtrariam. Non quidem 1. cum talis privatio tantum sit privatio rectitudinis actualis. Non 2. cum non sit eiusdem generis adhùc remoti: ergò aut argumentum est inefficax, aut pugnat directè cũ doctrina prædicti Magist. Si dicatur illam aversionem actualem, ut perseverantem moraliter esse eminẽter, aut æquivalenter privationem gratiæ; cur non non poterit dici idẽ de tali aversione actuali quoad 1. sui esse?

23 Respond. directe, Igitur iuxta hanc doctr: Resp. gratiam opponi privativè cum peccato actuali læthali; siquidem tale peccatum est vera iniustitia, & impuritas, & aversio effectiva à Deo, ut fine ultimo; gratia autem est sanctitas, & conversio effectiva ad Deum, ut finem ultimũ simpliciter: ex quibus effectibus formalibus utriusque, iam apparet oppositio privativa. Ve-

rumtamen est quod si consideretur, id quod se habet de materiali in peccato actuali læthali, scilicet ratio actus 2. liberi non dicit prædict: oppositi: Hoc autem parum refert: ut patet exemplo unionis hypostaticæ titulo sanctitatis formalis pugnantis essentialiter cum omni peccato. Nec obstat prob. in contr. Nam licet peccatum actuale sub ratione communi mali moralis solum dicat privationem rectitudinis actualis debitæ actui, sub ratione tamen *iniustitiæ*, & *impietatis* propter aversionem à Deo, dicit privationem iustitiæ, & sanctitatis, non quidem in actu peccati, sed in anima, quę debetur ei ex vi elevationis ad ordinem gratiæ. Unde in forma dist. añs. Peccatum actuale nõ dicit privationem gratię sub ratione communi mali moralis, & prout est aversio à regula rationis, conc. añs. Sub ratione iniquitatis, & quatenus est aversio à Deo ut fine ultimo, subdist. Privatione gratiæ debitæ actui, conc. Debitæ animæ, neg. añs. Recolantur dicta de duplici aversione reperta in peccato actuali; & notetur etiam peccatum veniale importare primam aversionem, vi cuius univocè convenit in esse mali moralis actu peccato læthali. Si dicas. Privationes differunt penes formas, quibus privant: ergò si peccatum actuale, & habituale privant animam gratia, non differunt inter se. Resp. Privationes differre etiam penès diversitatem modi privandi eandem formam; sic contingit in peccato actuali, & habituali. Hoc enim privat gratia per modum iustitiæ habitualis intrinsecè permanentis, illud autem per modum iniustitiæ actualis de se moraliter perseverantis usque ad infusionem gratię.

Vide à n. 23.

Solut: in forma.

Instabis.

Respond.

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO.

Peccatum actuale opponitur directè, & immediatè cum gratia habituali.

19 Utilitas concl.

HAnc conclusionem propugnamus, tum propter aliqua testimon. Ang. Doct. illam suadentia; tum ut ea quæ 1. concl. tradidimus solidiora appareant: tum deniquè ut malitia peccati actualis magis innotescat. Supponimus peccatum actuale opponi directè oppositionè morali cum gratia habituali. Ratio est: nàm huiusmodi oppositio fundatur in ratione demeriti; sed peccatum actuale directè, & immediatè demeretur subtractionem gratiæ: ergò opponuntur oppositione directa, & immediata cum gratia habituali. Undè difficultas sistit in oppositione directa, & immediata, tam physica, quam essentiali. Ratio dubitandi est 1. quia uni tantum unum directè contrariatur iuxta Phil: sed peccatũ *habituale* iuxta omnes Theol. opponitur directè gratiæ habituali: ergò, huic nequit directè opponi peccatũ actuale. 2. Actus nõ cõtrariatur directè, & immediatè habitui; cum non sint sub eodem genere: sed peccatum actuale est actus, gratia vero habitus: ergò.

Ratio dubit:

His non obstantibus probat. conclus: ex D. Thom. q. 2. de Charit. art. 6. dicente: *Omne peccatum mortale directè opponitur charitati, & 2. 2. quæst. 24. art. 12. ad 4. inordinatio affectus circa finem constituit peccatum mortale, & hæc contrariatur directè charitati, ut dictum est*, scilicèt, in corpore art. & art. 10. prout notatur in margine. Quod autem loquatur *de peccato actuali, & de habitu charit.* Constat expresse ex titulo art. in quo inquirit: * Utrum charitas amittatur per unũ actum peccati mortalis? * Semel autem quod peccatum mortale actuale directè opponatur charitati, à fortiori opponitur directè gratiæ habituali; in qua utpotè radice omnis rectitudinis, præhabentur omnia motiva, propter quæ peccatum directè opponitur charitati. Quod autem D. Th. in testim. relatis loquatur de oppositione directa, non quidem motali, seu demeritoria; sed de oppositione ex natura rei, & essentiali. Constat ex ratione, qua probat dictam oppositi: quia peccat: mortale est aversio à Deo: charit: cõversio ad illum. Idẽ docet 3. p. q. 85. a. 6. dicens: *Peccatum remittitur, prout est offensa Dei; & prout sic directè apponitur gratiæ.* Quæ verba cum sint universalia, imò cum ratio offensæ maiori cum proprietate conveniat peccato actua-

20 Probat. ex D. Th.

tuali, de hoc intelligenda sunt verba D. Thomæ.

Ut autem ratio probativa melius
26 percipiatur: notandum peccatum actuale læthale dupliciter posse considerari: vel Theologicè, & secundum id quod dicit formaliter in ratione offensæ, iniustitiæ, & condignitatis ad odium Dei; vel secundum id, quod dicit, quasi de materiali, quod spectat ad considerationem philosophicam, scil. ratio actus, vel habitus, cui substernitur malitia illius. Licet ergò sub hac consideratione non sit facilè adstruere oppositionem directam inter peccat: actuale, & gratiã, benè tamen sub 1. consideratione propriè spectante ad Theologos. Huius Doct. sunt duo exempla satis pervia.

Nota.

1. Exépl: ad prob: 1. in unione hypostatica sanctificante humanitatem Christi Dom. si enim hæc consideretur, prout est unio physica, & substantialis de linea essendi, non dicit oppositionem formalem directam cum peccato actuali, & habituali; cum hæc spectent ad lineam operationis, & termini per illam producti. Si autem prædicta unio cõsideretur secundum rationem summæ sanctitatis, sub qua reddit humanitatem Christi D. infinitè Deo gratam; prout sic opponitur formaliter, immediatè, & directè cum omni peccato læthali; cuius proprius effectus formalis est reddere hominẽ, sive animam Deo abominabilem, qui effectus directè opponitur effectui formali sanctitatis.

Sit 2. in visione beata, quæ iux-
27 ta aliquos est etiam forma sanctificans: nam etsi non radicet gratiam aliaque dona supernaturalia, radicat tamen moraliter amorem, & fruitionem Dei, cui effectivè unit animam. Si enim in illa consideretur ratio operationis, & spectantis ad lineam intellectivam, non facilè percipitur, quod opponatur directè cum peccato læthali, vel actuali, spectante ad lineam voluntatis, nec similiter cum peccato habituali; cum hoc non sit aliqua operatio, sed terminus positivus, vel privativus, causatus ex peccato actuali. Si autem in prædicta visione consideretur ratio formalis sanctitatis ei conveniens propter motiva assignata, facillimè percipitur opponi directè, & formaliter cum omni peccato actuali, & habituali; cum effectus formalis proveniens à visione in ratione sanctitatis directè pugnet cum effectu formali iniustitiæ, sive iniquitatis proveniente à peccato actuali, & habituali. Idem cernere licèt in hac duplici denominatione, scil: *summa miseria, & summa fœlicitas, quarum una directè, & immediatè, alteri opponitur.* Cumque peccatum læthale sit summa miseria, & visio clara Dei summa fęlicitas; adest in promptu ratio oppositionis directę inter utrumque.

Secundũ.

Quod si, aut nimis curiosus, aut
28 nimis Dialecticus perscrutari velis prædictam oppositionem in exemplis adductis considerando diversitatem lineæ inter unionem, & peccatum actuale, & habituale: & similiter eandem diversitatem inter visionem, & peccatum mortale, non invenies omnia requisita ad oppositionem indirectam, qualis est illa, quæ versatur inter formas, sive qualitates naturales. Sed tamen quia recensita consideratio est parui momenti relatè ad considerationem Theologicam peccati secundum effectum formalem offensæ, iniustitiæ, & dignitatis odij Dei, in quibus apparet oppositio directa cum effectu formali primario gratiæ; ideo pro illa absolutè proferendum est iudicium. En 1. modum tuendi oppositionem directam inter peccatum actuale, & gratiam.

Secundus modus suadendi
29 prædictam oppositionem sistit in eo quod peccatũ actuale, utpotè radix, & origo, tùm peccati habitualis se habentis per modum termino ex illo derelicti, tùm aliarum privationum moralium in quas incurrit peccans mortaliter, continet eminenter omnia recensita. Huiusmodi autem cõtinentia eminentialis sufficit, ut directè opponatur gratiæ sanctificanti. Ratio est 1. Nam peccatum habituale directè opponitur gratiæ: ergò si peccatum actuale cõtinet eminenter omnem deformitatem peccati habitualis, gaudet eadem oppositione modo longè superiori cum gratia sanctificãte. 2. Ratio sumit: ab

Alius modus tuendi concl: pro Th.

exemplo unionis hypostaticæ : quæ quidem, quia continet eminenter, tùm gratiam habitualem, tùm etiam dona supernaturalia, quibus excluditur potentia antecedens ad peccandum, & extinguitur fomes peccati, etiam ipsa unio hypostatica ratione sui reddit humanitatem Christi Domini impotentem antecedenter ad peccandū, & illius appetitum sensitivum cum repugnantia antecedenti, ut possit aliquat: rebellari adversus rectam rationem. 3. Et facilius; Nàm & si peccatum actuale, & habituale iuxta frequentem Thomistarum sententiam realiter distinguantur inter sequoad rectum, & formale utriusque (in opinione autē Adv. solū adest diversitas ex parte status, non autem ex parte formæ, sive malitiæ) attamen prædicta distinctio solum est quoad esse physicum; siquidem moraliter, & per ordinem ad prudentum æstimationem, & per ordinem ad Tribunal pœnitentiæ, & remissionis utriusque, ab omnibus Theologis reputantur eiusdem speciei. Undè oppositio directa, & immediata, quam habet peccatum habituale cum gratia sanctificante moraliter attribuenda est etiam peccato actuali; cum in ratione mali mortalis per ordinem ad oppositionem cū lege, & aversionem à Deo pro eodē specifice reputentur.

Ad hominem contra Adv.

30 Ratio prob.

Ex his breviter prob. concl: formę, quorum effectus formales primarij sunt directè, & immediatè oppositi, opponuntur directè, & immediatè inter se; sed esse iustum, & iniustum, Deo gratum, & Deo inimicum, dignum vita æterna, & dignū damnatione æterna, sunt effectus formales, directè, & inter se immediatè oppositi; & aliundè sunt effectus formales primarij præstiti à peccato actuali mortali, & à gratia sanctificante: ergò tale peccatum directè, & immediatè opponitur gratiæ, tàm ex natura rei, quàm essentialiter: cum sit oppositio penes effectus formales primarios utriusque. Min. in qua esse potest difficultas, constat ex dictis concluſ. 1. ubi probavimus peccato actuali cum omni proprietate convenire esse iniustitiā hominis coram Deo, aversionem effectivam ab illo, animæ immunditiam, & condignitatem odio ex parte Dei.

31 Confirm.

Confirm. oppositio pure indirecta unius formæ cum alia duplici ex capite provenit, vel quia opponitur ratione alterius, ad quod dispo nitsuti opponitur calor formę aquę, eo quod disponit ad formam ignis directè oppositam formæ aquæ; vel quia opponitur cum aliquo requisito ad conservationem formæ. Qua de causa actus charitatis opponitur indirectè peccato actuali, eo quod destruit permanentiam moralē peccati actualis, à qua dependet habituale in sui conservatione. Sed oppositio peccati actualis cum gratia non invenitur præcisè his motivis, sed habetur præcisive ab ipsis: ergò oppositio illius cum gratia non est tantū indirecta. Prob. min. Peccatū actuale mortale præcisive ab eo, quod ex illo sequatur peccatum habituale, vel quod destruat aliquod requisitū pro conservatione gratiæ sanctificātis, dicit effectum formalem oppositum effectui formali gratiæ; scilicèt aversionem à Deo, eius offensam, & impuritatem animæ, propter mixtionem affectivam inordinatam cū rebus tēporalibus derelicto Deo: ergò.

§. IV.

Occurritur rationi dubitandi, & aliis instantijs.

32 Ad 1. posit. tam initio §. antec.

AD 1. Resp. 1. iuxta superius dicta & prob: Peccatum mortale actuale, & habituale, esse unum moraliter specifice inter se, licet metaphysicè differant specie; sicuti dicitur de peccato omissionis, & cōmissionis procedentibus ex eodem motivo, & idem virtuti oppositis. Undè quemadmodū propter huiusmodi unitatem specificam moralem præstant animæ eundem effectū formalem iniustitiæ, impuritatis &c. qui effectus formalis directè opponitur effectui formali provenienti à gratia habituali; ita gaudēt eadem oppositi directa cum illa. Resp. 2. ex hoc ipso: quod quādo in dupl: forma adest eadēratio formalis oppositionis cū altera, estò sint duę materialiter, sunt for-

formaliter unum. Ratio autem formalis oppositionis cum gratia sumptæ pro inconiungibilitate, *est in peccato, ratio iniquitatis, & aversionis effectivæ* à Deo, ut fine ultimo simpliciter: cumque hæc cum proprietate verificentur de mortali actuali, & habituali, reputãtur unum formaliter inordine ad oppositionem cum gratia. Constat hoc in unione hypostatica, in gratia, in visione beata, quibus, & si inter se valdè diversis, convenit oppositio directa cum peccato mortali: eo quod in ipsis invenitur proprie ratio sanctitatis formalis, quæ est principium oppositionis cum peccato.

33 Ad 2. Resp. ex dictis instando illam in visione beata, si admittitur esse sanctitatem formalem. Quod si dicatur illam esse eminenter habitualem ratione permanentiæ ab intrinseco ei convenientis: etiã peccatum actuale iuxta D. Thom. 1.2.q. 86.ar.3. est inordinatio de se permanens, & irreparabilis aversio ab intrinseco, & insuper est eminenter aversio habitualis à Deo tanquam radix, & origo peccati habitualis. Undè in forma potest 2. Resp. dist. min. actus, in quo non adest effectus primarius directè oppositus habitui, non opponitur ei directè, conc. mai. si talis effectus formalis inveniatur in illo, sub dist. non datur oppositio directa, si considerentur pro materia li, conc. mai. si considerentur pro formali, neg. mai. solutio constat ex dictis §. antec.

34 Primum testim: Obijcies 2. aliqua testim: D. Thom. in quibus solum adstruit oppositionem indirectam inter peccatum actuale, & habitum charitatis, proindeque inter illud, & gratiã habitualem: cum eadem ratio militet. Sic docet q. 2. de charit: ar. 6. in solutione ad 4. dicendum *quod charitatis oppositum generale est odiũ, sed indirectè omnia peccata charitati opponuntur, in quantum pertinent ad Dei contemptum, qui est super omnia diligendus*, & in solutione ad 17. quod sic erat: *Contraria sunt in eodem genere, sed peccatum est in genere actus; charitas in genere habitus: ergò peccatum non contrariatur charitati.* Sic respondet: *dicendum, quod licet actus directè contrarientur actibus, indirectè etiam actus contrariantur habitibus.* Idem docet 2.2.q.24.ar.12. in solutione ad 2. ubi ait: *Peccata ex passione provenientia, & non ex contemptu Dei, indirectè opponi charitati.* Denique. Iuxta D. Thom. hac 1 2.q.72.ar.6. * peccatum actuale dicit constitutive, & de formali privationem rectitudinis moralis debitæ actui secundum rectam rationẽ. * Undè furtum constituitur in esse peccati, & mali moralis per privationem rectitudinis iustitiæ debitæ actui ex lege æterna, & ex dictamine rectæ rationis. Nunc sic: oppositio directa peccati actualis debet pensari secundum id, quod dicit de formali, & constitutive in ratione peccati; sed iuxta dicta ex D. Thom. peccatum actuale solum dicit de formali privationem rectitudinis virtutis moralis, cui opponitur: ergò solum cum hac directè opponitur, non vero cũ gratia habit:

Tertium

Ultimo.

Præscindendo à veritate conclus: propositæ necessum, 35 est ob reverentiam S. Thom. testim: nobis in argum: oppositа exponere, Respond. nè cum alijs, quæ in probatione aduximus collata, appareat in eius doctrina aliqua contradictio. Igitur pro vera intelligentia reducenda est in memoriam doctr: D. Tho. supr: tradita §. 1. scilicet in peccato actuali mortali duo inveniri; scilicèt, & rationem mali moralis, propter dissonantiam cum lege, & recta ratione, & rationem peccati mortalis consistentem in aversione à Deo simpliciter tali, quatenus per tale peccatum ob aversionem, creatura simpliciter offendit, & contemnit Deum præponendo in sui affectu bonum creatum ipsi creatori. Hinc provenit quod in furto habente rationem peccati mortalis, duplex consideratio de illius malitia inveniri potest; vel quod consideretur secundum rationem mali mortalis, quatenus dicit oppositionem cum lege iustitiæ prohibente illius malitiam, vel secundũ quod dicit specialem oppositionem cum lege charitatis prohibenti bonum creatum esse præponendum affective creatori, sive oppositum

Secundũ.

præcipiente. Si vero primo modo consideretur peccatum, quod re vera est mortale, non dicit directam oppositionem cum gratia habituali, nec similiter cum charitate; sed cum virtute, cui ex tendentia specifica in bonum rectę rationi dissonum opponitur. Si autem consideretur in dicto peccato ratio malitiæ læthalis, & quasi fiat reduplicatio supra illam, hoc modo directè opponitur, tùm charitati, tùm etiam gratiæ habituali.

36 Concord: testim. S. D.

Iuxta hanc diversitatem facilis apparet absque ulla contradictione intelligentia doctr: S. Tho. asserit enim 1. in corp. art. *Omne peccatum mortale directe contrariari charitati*: quæ propositio (inquit) constat; quicumque enim peccat prę eligit illud amicit: Dei: ergò magis illud amat quam Deum. Sed de ratione charitatis est, *quod Deus super omnia diligatur*: ergò; *quodcumque peccatum mortale contrariatur charitati directè.* In qua probatione duo notanda sunt 1. sensum formalem, scilicèt peccatum mortale, ubi expressè reduplicat mortalitatem; non vero rationem peccati, ut sic, aut mali moralis. 2. illud verbum: *qui peccat mortaliter prælegit &c.* In quo expressè ponitur Dei contẽptus, & aversio ab illo, ut fine ultimo: malitia enim moralis furti non dicit talem prælectionem, aut contẽptum, sed tendentiam inordinatam in bonum alienum contra dictamen rectę rationis.

37 Quænam peccata directè sint contra char:

Quando autem in text: nobis propositis ex eodem art. docet alia peccata indirectè contrariari charitati, loquitur de illis secundum malitiam propriam, & specificam convenientem ipsis propter oppositam ad rectam rationem, & legem prohibentẽ, & ex parte obiecti. Ratio huius est; Nàm furtũ, & si re vera mortale, directè, & per se solum dicit conversionem inordinatam ad bonum alienũ: aversionẽ vero à Deo ut fine ultimo solum dicit ex consequenti; tùm quia omnis aversio sequitur ex conversione inordinata ad bonum cõmutabile. Tùm quia peccata opposita virtutibus moralibus, differunt specie, non ex parte aversionis à Deo, sed ex parte conversionis inordinatę ad diversa bona commutabilia. Tùm quia iuxta doctr: S. Thom. 2.2.q.34. ar.1. *solũ in peccatis oppositis virtutibus Theolog: aversio à Deo convenit eis per se, & ex consequenti conversio ad bonum creatum; cuius oppositum invenitur in peccatis oppositis virtutibus moralibus. *Cũque oppositio directa solum verificetur de aliquo extremo secundum id, quod ei convenit directè, & per se, non vero secundum id, quod ei cõvenit cõseq: (nisi fiat reduplic:) indè fit hanc propositionem esse verisimam: *Peccatum furti; intemperantiæ &c.* indirectè opponuntur charitati: cæterum cum veritate huius stat, quod si fiat reduplicatio supra malitiam furti, quatenus est mortalis, & per illam Deus contemnitur, & ab ipso avertitur, dicit oppositionem cum charitate, & gratia directè.

38 Roboratur solutio.

Hinc etiam apparet, cur odiũ Dei v.g. dicatur absque ulla reduplicatione directè oppositum charitati, & cur etiam non omnia peccata mortalia, & si directè opposita charitati, dicantur Dei odium; & confundantur cum ipso. 1. constat; Nàm odium ex sua tendentia dicit aversionem à Deo, ut summo bono, cuius conversionem directè dicit charitas. Undè cum oppositio directa sit penes id, quod extrema opposita dicunt directè, & per se, ideo odiũ absque ulla reduplicatione dicitur directè oppositum charitati. Ratio 2. est: Nàm hoc nomen furtum v. g. non dicit directè aversionem per quam opponitur charitati; sed conversionem inordinatam, ad quam sequitur talis aversio. Qua ratione, & si in omni peccato lęthali inveniatur ratio offẽsæ opposita divinæ maiestati, & ratio aversionis opposita eius summæ bonitati, ratioque inobediẽtiæ opposita legi æternæ; istę tamen deformitates dicuntur conditiones generales cuiusvis peccati læthalis, & solum constituunt novam speciẽ, & debent exprimi in confessione; quando directè, & per se inspiciuntur à peccãte. Conformiter ad hanc ra-

rationem dicendum cum Eminentiſ. Caietano 2. 2. q. 34. ar. 1. in omni peccato læthali inveniri aliquod odium Dei, etſi late dictum; eo quod quodlibet peccatum læthale infert Deo graviſsimum malum, & iniuriam. Et rurſus: quia per quodlibet peccatum mortale frangitur charitatis præceptum de non præponendo bonum creatum creatori; de quo Eminentiſ. Cayet. 1.2.q.71. ar.6.§.ad cuius evidentiam. Sed quia ut de ſe conſtat talis inordinatio ſolum ex conſequenti, & indirectè ſe habet in peccante contra virtutes morales; ideo prædicta peccata non opponuntur directè charitati, ſed ſolum ſe habent, ut conditio generalis cuiuſvis peccati læthalis, ſicut in obed:ingratitudo &c.

39 Per quæ conſtat ad duo 1. teſtim. ad 3. Reſp. cum Eminentiſ. Caiet. & Conrrado 1. 2. q. 71. ar.4. ibi, quod in quolibet peccato mortali licet reperiatur ratio averſionis à Deo, ut fine ultimo, ad quam neceſſariò conſequitur ratio offenſæ ſimpliciter talis, in quibus formalitatibus apparet directa oppoſitio cum charitate, quatenus eſt amicitia hominis ad Deum; attamen cum non omne peccatum læthale procedat ex Dei contemptu, ſed ex paſſione, vel infirmitate: ideò de his peccatis, dixit D. Thom. non contrariari directè charitati; directè inquam, tàm ex parte motivi, vel cauſæ, quàm ex parte averſionis reperrę in ipſis: licet directè ſaltim inadæquatè redupl:Ratione averſionis contrarientur charitati. Undè S. D. poſt verba nobis obiecta concludit, * & ideò peccatum læthale contrariatur charit:directè;*undè nulla apparet contradictio. Ad ult. Reſp. ex D.Thom.ibidem ad 3.*quod lex æterna primo, & principaliter ordinat hominem ad finem, & ideo in eo quod dicitur peccatum eſſe contra legem æternam, Tangitur averſio à fine, & aliæ inordinationes.*Undè inſtantia ſolum probat peccatum furti v. g. non opponi directè ex parte obiecti charitati, ſed virtuti iuſtitiæ. Secus autem, ſi reduplicetur mortalitas malitiæ illius& averſio affectiva à Deo, ut fine ultimo,& ratio offenſæ ſimpliciter, ſub quibus denominationibus, ut ait D. Thom. ibidem ſpectat ad conſiderationem Theologicam.

Ad teſtim ex D. Th.

Sic M. Medina in 1. 2.q. 113. ar.1.in fine; ubi refert Caiet: 3.p q.86. ar.1. Soto de nat: & grat:c.18.

Ad ult: teſtim:

Objicies 3. Si peccatum actuale, ut mortale, directè opponitur gratiæ, illud eſſet formaliter mors ſpiritualis animæ, & inſuper eſſet tenebra ſpiritualis eiuſdem; ſed hoc eſt falſum: ergò. Mai. conſtat; Nàm gratia habitualis eſt formaliter, lux, & vita animæ: quod autem directè opponitur luci ſpirit: & vitæ ſpirituali eſt formaliter mors, & privatio ſpiritualis ob tenebrans formaliter animam &c. Min. vero prob. 1. Tùm quia peccatum habituale eſt formaliter mors animæ, utpotè conſiſtens in privatione gratiæ iuſtificantis: ſed averſio actualis conveniens peccato actuali realiter diſtinguitur à peccato habituali: ergo. 2. ex hoc ipſo. Id quod eſt cauſa efficiens mortis ſpiritualis animæ (idem de privatione lucis) ſolum dicitur mors in fieri, ſive cauſaliter, non vero *formaliter*, *& in facto eſſe*, ut conſtat in morte naturali inducta ex occiſsione; ſed peccatum actuale eſt huiuſmodi: ergò. Idem aſſumptum conſtat ex capite imputitatis animæ:immunditia enim formalis illius, idem eſt ac macula ipſius; ſed macula iuxta D. Thom. conſiſtit in privatione interioris gratiæ inducta ex peccato actuali: ergò ſi opponeretur formaliter, & directè gratiæ, neceſſariò eſſet formalis impuritas illius: ergò non opponitur directè, & formaliter, ſed indirectè &c.

40 Arguit: 3.

Inefficacia argumenti apparet 1. ex eo quod, ut peccatū mortale directè opponatur gratiæ, ſufficit ei directè, & formaliter opponi, ſecundum aliqua munera ſibi propria, & intrinſeca gratiæ ſecundū ſuam ſpeciem. Huiuſmodi ſunt ratio iuſtitiæ, condignitatis ad vitam æternam, & reddere hominem Deo amicabiliter dilectum, & inſuper converſum ad Deum, ut finem ultimum ſimpliciter; cumque peccatum mortale, ut probatum reliquimus, ſit vera iniuſtitia, dignum

41 Oſtenditur arg: ineffic:

pœna æterna, reddensque hominem effectivè aversum à Deo, & ipsi simpliciter actu in visum, nequit non opponi directè, & formaliter cum gratia habituali secundum suam speciem: esto hanc oppositionem directam, & formalem non exprimat cum gratia quoad omnia eius munera, scilicèt, quoad rationem vitæ spiritualis, luminis, & puritatis, quibus directè contrariantur mors, tenebræ, & impuritas, vel macula.

42 Roboratur exépl:

Veritas huius doctrinæ fundatur exemplo actus charitatis directè oppositi odio Dei, ratione conversionis ad Deum appreciative dilectum, quin ex hoc liceat inferre, *quod si odium est aversio effectiva à Deo, & ratione sui dignum morte æterna, reddensque hominem impium, & Deo simpliciter abominabilem, oppositæ denominationes conveniant formaliter, & ratione sui actui charitatis. * Idem constat in peccato læthali directè opposito visioni Beatæ sub ratione summæ fœlicitatis, & etiam iuxta plures, sub ratione sanctitatis formalis; quin propter hoc debeat opponi directè eidem visioni secundum alia prædicata. Id ipsum cernere licet in peccato læthali, quod directè, & formaliter opponitur cum unione hypostatica, si hęc consideretur secũdum rationem summæ sanctitatis formalis, licet cum ipsa secundum alia prædicata tali oppositione non gaudeat: ergò ex quo peccatum actuale &c.

43 Alia sol:

Deindè. Resp. peccatum mortale esse mortem spiritualem animæ, ut de sua significatione constat, & expressè docet D. Thom. q. 2. de charit: ar. 5. ubi probat: *Peccatum mortale actuale non posse coniungi cum charitate, quia est mors animæ, charitas autem vita illius*: idem docet hac 1. 2. q. 88. ar. 1. ubi tradit rationem cur aliquod peccatum dicatur mortale; scilicèt * quia est inordinatio destruens principium vitale in anima * nec valet dicere D. Thom. priori testim. loqui de morte in fieri. Non inquam valet 1. quia talis expositio videtur volũtar: 2. quia talis denominatio mortis ex se non dicit omnimodam inconiungibilitatem cum gratia, quam quidem ibi probat D. Thom. Huic modo dicendi expressè suffragatur M. Ferre tom. de charit: q. 19. §. 1. n. 5. dicens: *Peccatum actuale est formaliter mors animæ.* Hæc tamen doctrina habet contra se testim: S. D. q. 1. de malo ar. 4. & 5. dicentis: *Peccatum dicitur mors animæ, non essentialiter, sed effective.* Et q. 2. de malo ar. 9. ad 2. *Peccatum non est essentialiter privatio gratiæ, sed causaliter, ut dictum est.* Idem in 2. dist. 35. q. 1. art. 1. ad 3.

Ex illo M. P. Deus amissus mors animæ.

44 Solutio omnia cõcordans.

Sed hæc facilè concordantur prænotando in materia de peccatis spectante ad lineam moralem, non procedendum esse cum omni rigore metaphysico; sed debere etiam relinqui locum sensui, & considerationi morali fundatæ tamen indignitate, vel malitia intrinseca rerum. Hoc supposito iuxta adducta in probatione conclusionis dicimus peccatum actuale esse eminenter habituale, utpotè radix, & origo illius, & omnium aliarum deformitatum: undè ratione huius continentiæ habet &c. quid præstatur à peccato habituali, utpotè radix, & origo illius. Proindeque si hoc est mors spiritualis animæ, idem dicendum de peccato actuali quia dignitas, & reatus ad illam. Deindè cum peccatum actuale, & habituale sint eiusdem speciei moraliter (quidquid sit de distint: physica, aut metaphysica) quemadmodum in ordine ad reddendum hominem impium, dignum pœna æterna, & Deo abominabilem, non ponunt moraliter in numero; ita dicendum in ordine ad rationem mortis spiritualis animæ. Eadem doctrina utendum est pro solutione ad statuendum in peccato actuali læthali, rationẽ dign: pœnæ, vel tenebræ spiritualis, & maculæ moralis animæ. Nota doctr: hucusque tradditam, minimè Adversari his, quæ diximus tom. 2. de constit: peccat: habit: dub. 7. *statuentes maculam, tenebram, mortem spiritualem &c. solum convenire privationi gratiæ inductæ ex peccato actuali;

Nota.

li;*Nàm ibi loquuti sumus cum omni rigore Scholastico; & in sensu pure formali: hic autem loquimur de peccato actuali moraliter sumpto,& prout est radix eminenter continens malitiam peccati habitualis se habentis per modum termini.

§. V.

Alia arg: solvuntur contra opp: essent:

45 Arguit.1. OBijcies 1. Si inter peccatum actuale,& gratiæ esset oppositio essentialis,Deus post decretũ permissivum peccati læthalis non haberet libertatem ad conservationem gratiæ; sed hoc repugnat: ergò. Sequela constat: Nam Deus cogeretur, & necessitaretur ex naturâ peccati ad destructionem gratiæ. Min. vero probat. Eò Deus post decretum permissivum peccati læthalis non haberet libertatem ad conservationem gratiæ;quia est causa de se connexa cum carentia gratiæ; sed repugnat Divino Dominio quod posita qualibet causa productiva rei, Deus non sit liber ad ponendum, vel impediendum actionem, & effectum illius: ergò. Confir.1. Confirm.1.Nequit gratia destrui,nisi Deo decernente liberè eius destructionem; cum gratia in sui existentia à Deo pendeat. Sed si decretum permissivum conectitur,&c. Deus non liberè decerneret eius destructionem: ergò. Probat.min.1. Non liberè decernit destructionem gratiæ, qui iam est necessitatus ad eius destructionem; sed Deus permittens peccatum esset necessitatus ad destructionem gratiæ: ergo. 2. Non liberè decernit destructionem gratiæ, qui ab extrinseco cogitur, & necessitatur ad illam; liberum enim perfectissimum, quale est decretum divinum, debet oriri ab intrinseco ipsius: sed Deus cogeretur,& necessitaretur à peccato ei extrinseco, ut

46 determinet destruct.gratiæ: ergò.

Secundo. Confirm.2. Decretum, quo Deus liberè decernit destructionem gratiæ, aut est ipsum decretum permissivum peccati; aut decretum conseq. permissivum peccati, aut illud antecedens? nihil horum dici valet posita oppositione essentiali inter peccatum,& gratiæ:ergò.Probat. min.quoad 1.p.Quia respiciunt talia decreta terminos, sive obiecta diversa. 2. Quia carentia gratiæ non est à Deo permissivè, sed ut causa per se, eo modo,quo mors,tenebræ, & aliæ carentiæ à Deo proveniunt.* Quoad 2. constat; nàm tale decretũ esset frustraneum,& ridiculum;quandoquidem ei, quod supponitur necessitatum ut sit, vel non sit, ridiculum est addere novum Decretum; non enim requiritur novum decretum, ubi nulla restat indifferent:sed adest plena determinatio. Quoad 3. prob. Carentia gratiæ iuxta nostram doctrinam consequitur existentiam peccati, ut effectus ab illo proveniens; iuxta illud Trident. *Deus sua gratia iustificatos non deserit,nisi prius ab eis deseratur: ergò.*

*Sic S.D. in 2 d 37 q.3. art.1

Hoc argum. movetur cum Alijs M. Thirso ad tuendum oppositum nostræ conclusionis; sed sine causa, cum illud sit fallax, nimis probans,& pluribus instantijs obnoxium,scil:in unione hypostatica, in visione beata cũ peccato essentialiter inconiungibili: Et in gratia sub munere sanctitatis, & amicitiæ cum Deo. Nam Deus non est minus liber in infusione, & conversione gratiæ sub munere qualitatis, quam sub munere sanctitatis, & denominantis hominem Deo amicabiliter dilectum;: Et tamen ex suppositione quod Deus homini habenti gratiam permittat peccare læthaliter in aliquo instanti, necessitatur Deus, ut non conservet ipsam gratiam sub munere sanctitatis. Idem in odio efficaci Dei excludente actum dilectionis super omnia. Siquidem Deum permittere odium ponendum in instanti B essentialiter connectitur,cum exclusione dilectionis ab eodem instanti; quæ tamen exclusio etiam liberè ponitur à Deo suspendenti eius conservationem, & transitum ad instans B. Idẽ de productione actus vitalis à Deo 1. decretata; ex quo Deus necessario determinatur ad productionem potentiæ vitalis,quam tamen liberè producit. Videatur

47 Arg:ineffficacia ostend:

Mag.

Mag. Bolivar plura eruditè, & ingeniosè adducens pro ostendenda argumenti inefficacia.

48 Notandum tamen aliud esse Deum esse necessitatum ad non coniungendum gratiam cum peccato actuali. (& idem de habituali) Aliud vero esse necessitatum, ut si homini iusto v.g. permittat peccatū, auferat ab illo gratiam; vel si homini permittat in aliquo instanti peccatum læthale, non infundat gratiam pro tali instanti. Prima necessitas convenit Deo ex suis attributis, & non ex aliqua suppositione libera; cum enim talis coniunctio sit Chymerica, ortum ducit ex summa Dei omnipotentia, à qua directè provenit possibilitas rerum, & ex consequenti impossibilitas impossibilium. Hac enim ratione, licèt ex suppositione intentionis efficacis gloriæ necessitetur Deus ad electionem mediorum efficacium pro eius consequutione; non ex illa, sed ex sua omnipotentia sine ullo defectu potentiæ, necessitatur ad non coniungendum intentionem efficacem gloriæ cum carentia electionis. Idem in decreto efficaci pœnitentiæ relatè ad decretum permissivum peccati; non tamen in ordine adhoc, ut cum decreto efficaci pœnitentiæ non deficiat absolutè decretum permissivum peccati.

Nota pro solut.

49 Adhoc autem, ut Deus destruat gratiam in homine, cui permittit peccare læthaliter; necessitatur ex suppositione sibi plenè libera, videlicèt, ex decreto permissivo peccati: sicuti ut permittat peccatum necessitatur ex intentione efficaci pœnitentiæ. Cumque necessitas orta ex suppositione libera non auferat libertatem; similis necessitas non tollit, quod Deus liberè auferat, sive suspendat concursum conservativum gratiæ. Quapropter falsum est illam necessitatem secundumquid, sive ex suppositione, provenire ab extrinseco, scilicèt, à peccato actuali; falsum, inquam est, nàm provenit à Deo ex Decret: permissivo intrinf: volunt: Divinę, sicuti necessitas ut Deo decernente actum vitalem decernat productionem potentiæ vitalis, non provenit ab extrinseco, sed à primo decreto. Hinc impropriè dicitur Deum cogi; cum coactio sit necessitas ab exteriori principio proveniens, & contra inclinationem operantis. Per quæ constat ad 1. confirm.

Respons.

50 Ad 2. Respond. decretum circa destructionem gratiæ consistere in decreto, quo vult suspensionem sui concursus, de quo decreto duo possunt inquiri. 1. *In quo signo intelligatur concipi à Deo.* 2. *An sit decretum distinctum à permissivo?* Si sermo sit de decreto, quod verè sit expulsivum gratiæ; ad quod necessario requiritur præexistentia gratiæ, dicendum illud intelligi conceptum à Deo post decretum permissivum; cum Deus non subtrahat gratiā nisi propter peccatum iuxta Doctrinam Trident. & rursus, quia ut vidimus ex D. Thom. prius est, quod homo peccando ponat obstaculum influentiæ Divinæ quamquod Deus cessel ab amicitiæ conservatione. Quare sicuti carētia lucis est quid sequutum ad interpositionem corporis opaci, ita dicendum de carentia gratiæ. Si sermo sit de decreto permissivo peccati lęthalis respectu hominis, in quo non supponatur gratia habit: tunc casus solum concipietur à Deo decretum impeditivum gratiæ pro instanti, pro quo decrevit illum læthaliter peccare; non enim expellitur in actu 2. propriè, nisi quod præexistit, vel prędextitit.

Ad 2.

Quæres duo.

Ad 1.

51 Ad 2. quæsitum Respond. parum referre ad præsens; quod illa sint duo decreta, vel unum cum duplici terminatione, aut respectu ob quam diversitatem tribuit diversam denominat: Deo; scilicèt, permittentis, & simul suspendentis concursum conservativum gratiæ; modo quo iuxta plures Thom. in peccato commissionis, cuius entitatem Deus vult positivè, & malitiam tantum permittit; est unicum decretum cum duplici respectu, aut terminatione; ob quam denominat Deum, & liberè causantem entitatem peccati; & carentiam gratiæ efficacis, & purè permittentem malitiam illius. Et quidem: cum iuxta Adversar. pec-

Ad 2.

ca-

catum læthale excludat à gratia denominare illum iustum, & sanctum in actu 2. quæ denominatio liberè proveniebat à Deo. Undè si ipsi dicāt Deum suspendere conservationem talis denominationis per decretum adæquatè distinctum à decreto permissivo peccati actualis, vel per idem decretum cum sola diversitate respectus; idem nos dicemus relatè ad destructionem gratiæ etiam secundum conceptum naturæ, & qualitatis. Si autem stemus doctrinæ D. Thom. asserentis actum peccati producere statim maculam in privatione gratiæ consistentem: facilius

Explic. solut. Respond. quæsito; dicendo decretum permissivum peccāti actualis esse reipsa permissivum peccati habitualis pro eodem instanti tanquam terminus illius: cumque hoc habeat pro effectu formali carentiam gratię, & eodem decreto, quo Deus vult, vel permittit formam, velit, vel permittat eius effectum formalem: decretum permissivum habitualis peccati est decretum ablationis gratiæ; quæ ablatio secundum se est à Deo suspendente; à peccato autem, secundum quod est macula inficiens animam.

§2 Obijc. 3. Peccatum actuale mortale causat demeritoriè privationem gratiæ; sed hoc ipso nequit cum gratia opponi essentialiter: ergò. Maior est D. Thom. ex loco citato 2. 2. pro quo videatur M. Ferre tract. de Charitate, quæst. 19. §. 1. Min. vero probat. Peccatum actuale mereri privationem gratiæ est illam infligi à Deo, ut pœnam illius; sed hoc nequit componi, si gratiæ essentialiter opponitur: ergò. Minor prob. Nequit habere rationem pœnę id, quod nequit à Deo comminari sub conditione peccati; cum pœna sit retrahens à peccando; sed data tali oppositione nequit dari talis vera comminatio: ergò. Prob. min. Talis comminatio fit hac tendentia; *si peccaveris, auferam gratiam.* Sed repugnat decretum in Deo sub illa tendentia: tùm quia est de obiecto necessario, scilicèt, ablatione gratiæ posito peccato: tùm quia repugnat decretum conditionatum terminī sub conditione ex terminis connexa; uti decerno, *quod si existat Petrus, existat animal; aut decerno, quod si existat actio productiva caloris, existat calor: ergò.*

Argum. probat peccatum actuale posse coniungi cum gratia habituale nedum in esse qualitatis, verum etiam in esse gratiæ, sive prout denominat hominem iustum, & gratum Deo. Siquidem homo per peccatum demeretur talem denominationem, utpotè dignum, ut homo ratione illius privetur omni bono amicabili. Conseq. autem ab omnibus reputatur absurdum. Carentiam gratiæ habitualem esse pœnam peccati docet S. Doct. quæst. 1. de malo art. 2. & 5. & 1. 2. quæst. 85. art. 5. & quæst. 87. art. 7. & in 2. dist. 35. quæst. 1. art. 1. ad 3. & alibi. Rursus 2. 2. q. 24. art. 10. *Ait peccatum expellere gratiam demeritoriè, & effectivè.* Triplex solutio communiter adhibetur argum.

53 Respons.

1. Solutio 1. Exponendo testim. Concil. & alia deducta ex SS. PP. de privatione gratiæ, non pro instanti, in quo committitur peccatum actuale, sed pro instanti sequenti, & Alijs. Cum qua privatione non connectitur necessario ex natura rei peccatum actuale; ita M. Bolivar * in præsenti num. 26. quam solutionem roborat ex D. Thom. quæst. 28. de Verit. art. 2. ad 7. Sed in contrarium obstat author. D. Thom. ubi supra, affirmantis, peccatum actuale demeritoriè expellere, aut corrumpere gratiam; expulsio autem gratiæ non fit nisi in primo instanti, in quo deficit gratia. Deindè nàm iuxta D. Thom. 1. part, q. 48. art. 5. *Malum creaturæ intellectualis adæquatè dividitur in malum culpę, & malum pœnæ; de illo asserit esse malum actionis, de hoc vero esse malum agentis, secundum privationem formæ, aut habitus.* Cumque privatio gratiæ etiam pro instanti, in quo committitur peccatum actuale, sit malum creaturæ rationalis in privatione formæ consistens, dicendum illam esse pœnam. Videatur quæst. 1. de Malo, art. 4. & art. 5. ita expresse loquens, ut videatur voluntarium asserere prædictam privationem etiam pro primo instanti non

*Ad recte Arand.

Non placet ex toto.

esse

esse pœnam peccati actualis. Ex quibus manet exclusa alia solutio dicens; solum demereri privationem gratiæ quod sufficientiam; hoc est attenta indignitate peccati; non vero in actu 2. & quoad efficaciam. Manet, inquam, exclusa. Nàm sola sufficientia non sufficit, ut absolutè dicatur pœna, nec ut per verbum præsentis temporis dicatur * peccatum expellere gratiam demeritoriè* sicuti ex quo meritaChristi gaudeant valore sufficienti ad salutē omnium, etiam Dæmonum, non propterea dici potest salutem omnium fuisse præmium Christi Domini.

54 2.Solutio

2.Solutio distinguit inter pœnam latè sumptam, & pœnam strictè talem: ad primum sufficit, quod sit malum creaturæ intellectualis inflictum à Deo, quia peccavit, & non nisi præcedat peccatum. Cumque huiusmodi sit privatio gratiæ habitualis; est pœna peccati actualis; quamvis in sensu compositio illius (scilicèt, ex suppositione libera permittendi peccatū) nequeat Deus non inferre prædictam privationem. Ex quibus constat ad probationes ibi subiunctas; illæ enim solum probant de pœna strictè sumpta, & quæ dicitur *arbitraria*, sive taxata iustè à iudice, non autem de pœna comitanti, & latè dicta. Quando autem Concilium, & D. Thom. asserunt privationem gratiæ secundum se sumptam esse pœnam peccati actualis, si loquatur de illa pro instanti, pro quo committitur peccatum actuale; exponenda sunt de pœna latè, prout est malum nocens creaturæ rationali in se ipsa inflictum à Deo propter peccatum, & quia peccavit. Hæc distinctio pœnæ fundatur in D. Thom. quæst. 5. de Malo, art. 4. ubi ponit duplicem pœnam peccati; unam appellat comittantem; alteram vero taxatam à iudice.

55 3.Solutio

Si vero admittatur carentiam gratiæ, etiam pro primo instanti esse pœnam, ut tuetur M. Ferre,* Illust. Godoy, & Alij: dicendum hanc propositionem: repugnat demeritum essentialiter *connexum cum pœna* intelligendam esse in sensu formali appellante supra formalitatem demeriti, scilicèt, malitiæ moralis, & formalitatem pœnæ; ad quam requiritur, quod Deus infligat propter illius indignitatem. Undè si Deus non suspenderet concursum conservativum gratiæ titulo demeriti, non obtineret rationem pœnæ eius carentia. Hoc supposito ad prob. in contra Respond. 1. admisso tali decreto cominatorio disting. min. repugnat decretum conditionatum &c. ea ratione sub qua conditio illius essentialiter connectitur, conced. min. sub ea ratione sub qua non connectitur essentialiter, neg. min. & disting. conseq. eadem distinct. Posito enim peccato actuali manet Deus absque necessitate auferendi gratiam titulo demeriti; licèt titulo iniquitatis, & reddentis hominem Deo inimicum, sit necessarium suspendere influentiam gratiæ. 2. Respond. Comminationem alicuius pœnæ posse fieri dupliciter, vel per decretum conditionatum supra positum, vel per revelationem, per quam innotescat homini; * quod si peccaverit læthaliter, incurret carentiam gratiæ; * talis enim revelatio, sive notitia detrimenti necessario comitantis peccatum, est motivum retrahens hominem cum libertate ad peccandum. Cumque huiusmodi cognitio, scilicèt, *scio, quod si peccaverim, statim incurram maximum detrimentum, scilicèt, privationem gratiæ, & amicitiæ cum Deo* possit communicari à Deo; ex vi eiusdem cognitionis, qua cognoscitur peccatum, secundum omnia sibi necessario annexa: Indè fit talem privationem sufficienti modo posse comminari à Deo, ut habeat rationem pœnæ peccati actualis.

Resp. 1. in forma.

Secundo.

Est quoad munus commin:

56 Instabis difficult: contra 2. solut:

Sed quia difficile apparet, quod privatio gratiæ sit pœna comittans, sive de iure inflicta à Deo, & quod peccatum essentialiter connectatur cum illa: Sic arguo contra 2. solut: supponendo talem inflictionem esse in Deo actum iustitiæ. Nequit Deus necessitari ex suppositione libera permissionis peccati ad iustè punendum hominem carentia gratiæ: ergò peccat: non pugnat essentialiter cum gratia. Prob. añs. Nequit Deus ex suppositione libera permissionis pec ca-

* Quæst. 4. §. 6.

cati necessitari ad puniend: hom: carentia gratiæ; si Deus non manet iam indifferens, sed determinatus, licèt liberè; sed sic debet poni Deus, ut indifferens ad puniendum: ergò. Min. probat. Ubi est distincta honestas in agendo, ibi est distincta libertas; cum variẽtur iudicia regulantia honestat: actus, quæ sunt principia libertatis; sed permissio est actus honestus con decens supremo Dei Dominio super sua dona, inflictio autem pœnæ est actus virtutis iustitiæ, ergò.

57 Si dicat:

Si dicas: Deum gaudere immediata libertate ad inflictionem pœnæ in carentia gratiæ; quia licèt supponatur iam determinatus ad illam; hæc tamen determinatio est Deo liberrima, & se habens per modum applicationis, ut velit inferre pœnam.

Obstat.

Contra est. Decretum permissivum peccati connexum cum carentia gratiæ, ponit in Deo aliquid se tenens ex parte actus primi ad Decretũ punitivum, & aliunde necess: connex: cum illo. Sed quoties in signo actus primi ad aliquod exercitium datur aliquid connexum cum illo, non salvatur libertas immediata; sed ad summum mediata, & in causa, si id, quod se tenet ex parte actus primi existat ex determinatione libera agentis: ergò solutio est nulla. Mai., in qua est difficultas probatur. Scientia visionis peccati permissi se tenet ex parte actus primi ad inflictionem pœnæ; cum sit cognitio demeriti se habentis per modum motivi ad illam; sed talis scientia visionis connectitur cum inflictione pœnæ; cum innitatur Decreto permissivo peccati necessario connexo cum decreto auferendi gratiam propter illud: ergò. Ex quo patet disparitas ad exemplum de prędeterminatione, quæ nullatenus se tenet ex parte actus primi.

58 Respond.

Hæc instantia impugnat eodem motivo libertatem immediatam Dei circa decretum executivum gloriæ, ut coronæ, quod est actus iustitiæ; siquidem regulatur actu imperij circa existentiam meritorum; qui actus imperij necessario connectitur cum tali decreto. Undè ex Doctrina, quam ibi tradit Illust. Godoy, & M. Bolivar, tract. de Prædestin. dub. 1. num. 36. & dub. 2. à num. 41. Resp. connexionẽ judicij cum actu volunt: quẽ regulat, tunc auferre libertatem immediatam ad prædictum actum, quando talis connexio oritur ex meritis obiecti necessitantis ad amorem ob sui perfectam bonitatem; secus vero, quando talis connexio provenit aliunde. Hac enim ratione imperium non tollit libertatem immediatam decreti executivi gloriæ, nàm etsi sit connexum cum illo, talis connexio provenit non ex infinita bonitate meritorum, aut gloriæ, sed ex efficacia ipsius imperij orta tanquam ex radice ex electione efficaci libera meritorum. Ob eandem rationem suppositа intentione efficaci finis unicè consequibilis per unicum medium, voluntas est immediatè libera ad eius electionem, ut communiter tuentur AA. Doctissimi. Nàm esto iudicium proponens tale medium connectatur cum eius electione, hæc connexio non provenit ex meritis bonitatis illius, sed ex efficacia, quam participat ex præsuppositа intentione efficaci finis.

59 Fundatur solut:

Sic contingit in præsenti. Nàm scientia visionis peccati innitens Decreto permissivo illius proponit carentiam gratiæ, ut quodam bonum moraliter finitum sub ratione pœnæ: imo ut bonum occasionatum ex suppositione peccati. Cumque vis demeritoria illius non necessitet Divinam voluntatem ex se, & ex meritis proprijs: indè provenit scientiam visionis peccati permissi non tollere libertatem immediatam ad decretum punitivum. Ad probat. in contra Respond. Deum supposito Decreti permissivo esse immediatè indifferent: indifferentia dominij ad Decretum punitivum quantum est ex parte obiecti; licèt non sit omnino indifferens indifferentia suspensionis propter necessariam connexionem utriusque decreti. Undè datur distincta libertas, & utraque immediata suo modo. Ratio est: Nàm in dicto casu variantur iuditia regulantia honestatem utriusque Decreti, scilicèt, dominij, & iustitiæ; quæquidem iudicia cum sint prin-

Ad prob.

principia libertatis, ex illis variatur libertas decreti.

60 Deindè judicium regulativum decreti punitivi, aut suspensivi gratiæ; ea ratione qua se tenet ex parte actus primi ad tale Decretum, non connectitur cum illo: cum solum proponat aliquid extra Deum impotens ex meritis suis necessitare ad Decretum punitivum; licèt quia in peccato coincidit vix demeritoria, & oppositio essentialis cum gratia, tale iudicium identicè connectatur cum decreto ablativo gratiæ. Notandum iuxta hanc solutionem adstruentem carentiam gratiæ, ut pœnam peccati debere poni Decretum permissivum, & punitivum, ut virtualiter adæquatè distincta; cum spectent ad distinctas virtutes morales; adquam diversitatem salvandam sine dubio magis conducit prędicta diversitas.

Idem in imper: ut in oventi quoad spe cificat. & quoad exerc:

61 Obijc.ult. Possibile est Deum revelare Petro justo, quod illum conservabit in gratia per totam æternitatem; & quod simul præcipiat ipsi, ut assentiatur dictæ revelationi. In hoc casu potest Petrus omittere assensum in sensu composito revelationis, & præcepti; sed posse sic omittere assensum, est posse peccare peccato coniuncto cum gratia: ergò non repugnat potestas ad peccandũ læthaliter peccato coniuncto cum gratia. Min. constat: Nàm posse peccare peccato coniuncto cum tali revelatione est posse peccare peccato coniuncto cum eo, cum quo metaphysicè connectitur talis revelatio: sed connectitur metaphysicè cum gratia: ergò posse peccare &c. Mai. vero probat. 1. Quia complexum ex revelatione, & præcepto, non aufert à Petro potestatem peccandi in sensu composito utriusque. 2. Quia Petrus supposito præcepto posset omittere assensum; sed non in sensu diviso revelationis: ergò posset omittere assensum in sensu composito revelationis, & præcepti. Probat. min. Petrus nequit liberè omittere assensum cadentem sub præcepto in sensu diviso suæ libertatis; sed libertas ad omittendum, vel liberè assentiendum, constituitur per revelationem: ergò non posset omittere assensum &c. Confirm. alio modo. De ratione fidei est libertas quoad exercitium, & libertas quoad specificationem saltim in puro homine potente peccare: ergò in dicto casu Petrus posset assentiri, & dissentiri prædictæ revelationi; sed dissentire revelationi est peccare peccato coninncto cum illa: ergò tunc casus posset Petrus peccare peccato coniuncto cum revelatione; proindequè cum gratia, cum qua connectitur dicta revelatio.

Arg: ult:

Confirm.

62 Fallax argum. utpotè probans peccatum posse coniungi cum unione hypostatica, cum visione beata, & cum actu charitatis; si fiat revelatio de eo, quod uniretur Deus hypostaticè humanitati Petri; & quod conservabit in illo visionem beatam, & similiter actum charitatis; & aliunde superaddatur præceptum de præstando assensum dictę revelationi. Probat etiam posse coniungi peccatum actuale cum graria, & simul cum favore extrinseco, vi cuius denominat hominem in actu 2. Deo amicabiliter dilectum, quod iuxta omnes existimatur Chimericum. Sequela constat. Si obiectum talis revelationis sit conservatio gratiæ, ut denominantis Petrum Deo actu amicabiliter dilectum. Probat etiam esse possibile peccatum, quod ex specie sua sit coniungibile cum gratia, subindequè ei nullo modo oppositum. Sequela constat. Nàm peccatum dissensus præstiti tali revelationi ex specie sua dicit per se coniungi cum revelatione: proindequè cum gratia, quæ est obiectum illius. Probat etiam esse possibile aliquod peccatum essentialiter inconinngibile cum gratia; quodquidem si admittatur, corruunt omnia fundamenta, quibus negatur oppositio essentialis gratiæ cum peccato. Sequela constat, casu quo Deus revelaret alicui, quod numquam coniungeret peccatum actuale cum gratia addendo præceptum de assensu talis revelationis. Siquidem iste homo non posset liberè omittere assensum dictæ revelationi, nisi coniungendo omissionem assensus cum re-

Argum. ineffica.

ve-

velatione; proindequè coniungendo illam cum omni eo, cum quo metapyſicè connectitur talis revelatio. Sed hęc revelatio metaphyſicè connectitur cum non coniunctione omnis peccati actualis cum gratia: ergò omiſsio peccaminoſa prædicti aſſenſus eſſet eſſentialiter inconiungibilis cum gratia.

63 Adhoc argumentum Reſpond. cum Mag. Bolivar in preſenti; prænotando quod cum gratiam conſervari à Deo pro quolibet tempore, neceſſario requirat iuxta noſtram ſententiam carentiam omnis peccati læthalis; idem eſt Deum revelare ſe conſervaturum gratiam in Petro pro quolibet temporis ſpatio; ac revelare, quod nullum permittet peccatum læthale quodcumque ſit, ſive futurum &c. aut etiam ſit omiſsio aſſenſus in ſenſu compoſito præcepti. Deindè notandum, quod cum revelatio Divina ſit motivum aſſenſus fidei, proindequè neceſſario præcedens talē aſſenſum, nequit aliqua revelatio habere pro obiecto directo aſſenſum exhibendum tali revelationi. Quod ex dictis patet, & conſtat ex fatuitate revelationis huius tendentiæ: *Revelo tibi, quod aſſenties huic revelationi*; non minus quam à Thom. & ferè ab omnibus Theolog: approbatur, ut fatua tendentia huius præcepti, *præcipio tibi, ut obedias mihi in hoc præcepto.* Quod ulterius ſic prob. Revelatio præcedit aſſenſum; quia movet ad illum; ſed revelatio nequit præcedere obiectum revelatum: ergò obiectum directè revelatum nequit eſſe aſſenſus revelationis. Quod etiam probat, ſi rectè conſideretur, aſſenſum non poſſe eſſe obiectum inadęquatum ipſius revelationis.

Nota 1. pro ſol:

Secundo.

64 Quapropter ſicuti præceptum præcipiens obedient: formalem neceſſario ſupponit aliud præceptum, vel aliam terminationem (quæ pro præcepto diſtincto reputatur;) pręcipiens directè materiam alterius virtutis, vi cuius in illius poſitione poſsit homo exercere actum virtutis, & etiam adimplere 2. præceptum; ita etiam in præſenti duplex revelatio; vel ſaltim terminat; eiuſdem revelationis intervenit. Prima habet pro obiecto conſervationem gratiæ, & defectum omnis peccati diverſi ab omiſsione peccaminoſa aſſenſus; cum ſolū illud, vel illius carentia, præſupponatur ad revelationem. 2 vero habet pro obiecto poſitionem aſſenſus præſtandi 1. revelationi. Ex quibus conſtat in dicto caſu Petrum duplici aſſenſu debere aſſentiri illi revelationi, ſi accipiatur adæquatè; uno, ſcilicèt, aſſenſu directo terminato ad carentiam omnis peccati diſtincti ab omiſsione talis aſſenſus; & altero quaſi reflexo, quo crederet ſe non omiſſurum aſſenſum prædictum. Deinde advertendum quod adhoc, ut homo liberè non peccet, ſolum requiritur quod poſsit peccare peccato coniungendo cum eo, quod ſe tenet ex parte actus 1. ad vitationem peccati; non vero cum eo, quod ſe tenet ex parte actus 2. vel non ſpectat ullatenus ad actum primum; ut modo ſuppono, & conſtat ex decreto non permittendi peccatum.

Roborat: exemplo præcepti.

65 Ex his directè Reſp. hominem, cui fieret talis revelatio; poſſe coniungere omiſsionem peccaminoſam aſſenſus cum revelatione, quatenus hęc revelat non comittendum eſſe ullum peccatū diſtinct. ab omiſsione aſſenſus; non vero, prout includit ipſum aſſenſum vitantem omiſsionem. Ratio eſt; quia ſolum requiritur poteſtas ad coniungendum omiſsionem aſſenſus cum revelatione, quatenus hæc ſe tenet ex parte actus 1. ad aſſenſum. Sed hæc non ſe tenet ex parte actus 1. ad aſſenſum, quatenus revelat ipſum aſſenſum: cum hac revelatione aſſenſus deficienti poſſet homo aſſentiri; ut contigit in omnibus credentibus, quin eis reveletur, quod ſint crediturī: ergò &c. Ex eo autem, quod talis omiſsio ſit ei poſsibilis, & coniungibilis cum revelatione modo dicto conſiderata; minimè infertur quod ſit coniungibilis cum gratia: quia videlicèt talis revelatio eatenus connectitur eſſentialiter cum gratia, quatenus revelat defectum cuiuſcumque peccati includentis etiam omiſsionem peccaminoſam

Solutio;

aſ-

assensus: siquidem quolibet peccato destruitur gratia.

66 Ex huensque dictis colliges. 1. Decretum dandi gratiam Petro in instanti A. sive peccet, sive non; esse repugnans; cum talis sit coniunctio gratiæ cum peccato. Colliges 2. Omne peccatum læthale actuale opponi directè, & immediatè cum gratia habituali; si consideretur tale peccatum Theologicè, ut loquitur D. Thom. 1.2. q.71. art.6. ad 3. Ratio est; quia peccatum læthale sub illa consideratione dicit rationem aversionis simpliciter, & offensæ reddentis *hominem Deo abominabilem, iniustum; inquinatum, & filium Diaboli*; gratia vero præstat effectus formales oppositos; proindequè immediatè inter se opponuntur formæ, à quibus immediatè proveniunt. Nec huic obstat, quod unum extremorum *est actus, alter habitus.* Hæc enim consideratio est Philosophica, & pro eo, quod dicunt de materiali, ut diximus num. 26. Hinc non obest diversitas ex parte subiecti immediati utriusque: Nam ut ait S. Doct. lib. 2. de Cœlo lect. 10. litt. B. *Ut aliquo sint contraria sufficit, quod sint nata aliqualiter in esse in eodem subiecto, vel proximo, vel remoto. Calor enim contrariatur frigori, quod tamē non est natum esse in igne, sed est natum esse in materia prima, quæ est primū subiectū.*

1. Illatio ex dictis.

Præter hanc oppositionem

67 adest oppositio indirecta essentialis cum gratia triplici ex capite. Prima activa: quia peccatum actuale necessario inducit maculā peccati directè oppositam gratiæ, utpotè in privat: nitoris gratiæ constitentem. Quam sequelam Deus nequit suspendere; cum repugnet hominem inordinate misceri rebus caducis derelicto Deo, & quod non coinquinetur, & puritatem amittat, sive nitorem. Undè sicuti actio productiva caloris expellentis formaliter frigiditatē dicitur oppositio indirectè cum illa, hoc est ratione alterius, vel si mavis, causalit: ita in præs. Ex quo inferes peccantem effectivè *ut quod*, hoc est in genere causæ efficientis, expellere gratiam habitualem. Ratio est: Nàm est causa efficiens, tùm peccati actualis, tūm etiam peccati habitualis, à quibus provenit formaliter exclusio gratiæ. Inferes etiam in eodem sensu posse dici peccantem esse causam demeritoriam privationis gratiæ, cum verè efficiat peccatum actuale, cui debetur ob eius malitiam, & offensam privatio gratię. Nec obstat testim. S. Doct. q. de Charit. art. 13. ad 13. *Asserentis charitatem non expelli à peccato, sicut ab agente, sed sicut à contrario; sicuti lux expellit tenebras.* Nàm loquitur de agente purè, secus vero de agente *ut quo*, & simul se habente, ut formaliter moraliter contrario. Ex quo constat alia explicatio testim. S. Doct. in quo ait: *Peccatum expellere effectivè charitatem*; licèt aliam satis consonam; & minimè huic oppositam, dederimus dub. antec. à num. 22.

Secunda.

Tertia.

Quarto.

2. Titulus oppositionis indirectæ provenit, ex quo dicit oppositionem cum dilectione amicabili Dei circa hominem, à qua necessario pendet in sui conservatione; undè est obstaculum, ut Deus influat, vel conservet gratiam; aliàs in Deo essent simul odium inimicitiæ circa peccantem læthaliter, & amor amicitiæ propter conservationem gratiæ. Neque enim Deus potest non odio habere ipsum offendentem ob summam rectitudinem suæ voluntatis. 3. Titulus est * quia per quodlibet peccatum læthale ponitur ex parte hominis impedimentum, & dispositio contraria infusioni gratiæ; siquidem per illud homo avertitur à Deo, ut fine ultimo, & respicit ut finem ultimum bonum creatum: gratia autem per quam Deus hominem convertit ad se ipsum pugnat cum tali aversione, quare sicuti avertens oculos à Sole impedit se ipsum contrariè, ut lumen ab illo recipiat, sic similiter contingit in peccante: His accedunt ea quæ M. Medina eruditè congerit de peccato actuali: *Peccatum enim est immundia, iniquitas, languor, impietas, animæ profanatio, reatus ad pœnam æternam; quæ omnia adversantur directè puritati, sanctitati, pietati, & dignitati ad vitam æternam*: qui effectus formales proveniunt à gratia. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. M. ubi præced.*

68

* Hic etiá spectat ad causal: effectivā de quo expresse Cajet: 1.2 q. 24. art. 10.

Ex Sacra Script:

DU-

DUBIUM XI.

AN RATIO SANCTITATIS FORmalis conveniat, aut convenire posit actui charitatis, & contritionis?

§. I.

PRÆNOTANTUR ALIQUA.

N.1 TOta difficultas circa decisson. dub. proposiți sistit in statuenda notione sanctitatis formalis in sua abstractione formali cõsiderate. Qui enim tuentur de conceptu quidditativo sanctitatis esse opponi essentialiter cum peccato, simulque radicare physicè, aut moraliter, virtutes, & dona supernaturalia, ipsis est notum in vi conseq. actum charitatis non obtinere veram rationem sanctitatis. Qui autem existimant rationẽ sanctitatis ut sic, cõsistere in unione, sive conversione ad Deum ut finem ultimum, vel etiam in puritate spirituali reddenti Animam dignam remissione peccati (si fortè præcesit) & ut à Deo acceptetur ad vitam ęternam, consequenter iudicant rationem sanctitatis formalis de se præscindere ab actu, & ab habitu; proindèque actum charitatis, & contritionis in genere sanctitatis collocari debere. Hinc deducitur: præcipuum laborem in præsenti consistere in statuendo conceptum quidditativum sanctitatis formalis, prout distinguitur, tum à dispositione ad formam sanctificãtem; tum etiam à complemento illius. Cum autem ratio sanctitatis sit de ordine supernaturali superante in sui constitutione vires proprias intellectus, necesse est quidditatem illius ex Script. & PP. Concilijsque describere.

Notand. 1

2 Omissa sanctitate legali, de qua pluries fit mentio in Vet. Testam. in immunitate ab aliquibus impedimẽtis ex lege Sacerdotio legali oppositis; similiterque omissa sanctitate consistente in deputatione ad cultum divinum, convenientem etiam rebus inanimatis; ut sunt Vestes Sacerdotales, Vasa Templi, & alia huiusmodi; præsens sermo solum est de sanctitate propria creaturæ intellectualis; vi cuius dicitur Deo grata, & pura ab omni labe peccati. Ita expresse S. Dionys. c. 12. de Div. Nom. *Sanctitas est ab omni immunditia libera, perfecta, & incontaminata munditia.* Quæ definitio iuxta doct. D. Th. 2. 2. q. 81. a. 8. congruit æthimologiæ vocis. *Sanctum* enim Latinè, Græcè dicitur *Agios*, quod idem significat *ac sine terra.* Quapropter dicitur à Theol. puritatem ab omni affectione inordinata esse propriam sanctitatis.*

Vide S. Cyril. in Ioann. lib 7. c. 12.

Quid sit sanctitas?

*Sic S. D in expos. Dionys.

Advertend. tamen ex doct. D. Th. ubi sup. *sanctitatem* accipi etiam pro virtute morali, etsi realiter indistincta à virtute Religionis; licet ab illa sit distincta secundum diversitatem rationis, sive quoad munera. Eadem enim virtus: quę iuxta PP. dicitur Religio, quia directè respicit ea, quę specialiter deserviunt cultui divino, v. g. ceremonias, sacrificia, oblationes, & huiusmodi; dicitur sanctitas, quatenus homo suam mentem, spititum, & actus humanos ab illa procedentes refert in honorem, & reverentiam Dei ratione supremæ excellentiæ convenientis ipsi, ut A. supernaturali intra ordinem gratiæ. In quibus actibus, & materia propria illorum, apparet aliqua diversitas in eadem virtute sub munere Religionis, & sub munere sanctitatis. Hinc subdit ibi Emin. Cayet. *Quod multi sunt Religiosi, qui non sunt Sancti*

3 Secundo,

ti, omnes autem Sancti sunt Religiosi. Qui enim cerimonias, oblationibus, sacrificijs, & huiusmodi vacant, Religiosi vocari possunt; Sancti autem nequaquam, nisi seipsos mente, & suos actus in Deum referant, ut sic se offerant Deo in odorem suavitatis. De quo M. à S. Thom. tom. in 2.2.q.81. de Rel. disp. 25. a. 8.

4 Tertio. Omissa etiam sanctitate sub hac consideratione, de qua certum est apud omnes non esse formam sanctificantem; sermo procedit de sanctitate prout est idem, ac iustitia hominis coram Deo, per quam & remittitur peccatum, & redditur homo Deo gratus, dignusque amore amicabili ipsius. Sic colligitur ex doct. Trid. sess. 6. c. 7. ubi exprimit rationem sanctitatis per hoc* quod homo fiat ex iniusto, iustus, & ex inimico amicus, & hæres Dei secundum spem vitæ æternæ. *Quapropter si actus charitatis nō præstet effectus formales immediatè recensitos, immeritò ei attribuetur ratio sanctitatis formalis, totumque litigium erit de voce. Sed quia iuxta toties dicta iustificatio duo importat, scil. renovationem interiorē hominis, secundum quam redditur gratus Deo, & remissionem peccati, vi cuius definit homo esse iniustus: ex quibus 1. dicitur sanctitas positiva, 2. vero, sanctitas negativa: difficultas duplex exagitari solet in præsenti. 1. An actus chatitatis, sit ratione sui inconiungibilis cum omni peccato? 2. An sit ratione sui donū reddens hominem positivè iustum, & Deo gratum? 1. interrogatio est de sanctitate negativa. 2. vero de sanctitate positiva. Ne tamen exaggeratione difficultatū confusio aliqua generetur. 1. difficultas decidetur dubio, circa donū intrinsecum requisitum ad remissionem peccati: ideoque in præs. solum erit sermo de sanctitate positiva.

Duplex acceptari Sanctit. Zach. 1.

5 Quarto. Fatentur omnes Theol. iustificationem convenientem pueris, & adultis, qui sola attritione ad Sacram. accedunt, provenire unicè à gratia habituali, tanquam à causa formali: ita Trid. sess. 6. c. 7. & in sup. prob. ex eo, quod in subiectis recensitis non dantur actus charitatis, & contritionis, à quibus iustificatio possit provenire. Unde quæst. tolum procedit de adultis, qui iustificantur extra Sacram. ad quorum iustificationem necessario requiritur actus charitatis, & contritionis, ratione peccati præcedentis, uti accidit in præs. provid. Inter AA. concedentes actum charitatis esse sanctitatē formalem, est aliquod dissidium; quibusdam asserentibus de facto non esse formam sanctificantem, eo quod obtinet munus dispositionis ad gratiam habitualem, per quā iuxta Trid. homines iustific. tanquam per unicam causam formalem: quapropter asserunt de potentia absoluta posse actu iustific. & prębere in actu 2. effectum formalem sanctitatis, quem modo solum præcontinet in actu 1. ita aliqui Thom. Alij vero asserunt hominem elicientem actum charitatis, & ex cōseq. accipientem à Deo gratiam habitualem, per utrumque formaliter iustificari; iustitia quidem habituali per gratiam; iustitia vero actuali, per actum charitatis.* Huius modi dicē di præcipuus Patronus, vel unicus, est P. Vazq. tum in præs. q. 113. disp. 103. tum 3. p. q. 1. a. 2. d. 2. c. 6. n. 62. frequenter impugnatus à Theol. Ut autem inter tot modos opinandi maioti cum claritate frequentē Thom. sent. ex doct. Ang. D. propugnemus, & etiam ex his, quæ Conc. & PP. de sanctitate nobis tradiderunt, aliqua dub. proponemus, ut fere nihil grave, intactum remaneat.

*Videri pald. tom 2. disp. 99

Sententi.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO.

Si de ratione sanctitatis formalis puræ creaturæ, est reddere illam spiritualiter genitam à Deo, & cum iure adoptionis, actus charitatis non est sanctitas formalis.

6 Prob. ex D. Thom. CUm gratia habitualis sit forma nostræ iustificationis, eo quod transfert hominem de statu iniustitiæ, ad statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei, iuxta doctrinam Trident. & Ang. Doct. hic q. 110. a. 3. dicentis: *Gratiam habitualem esse participationem divinæ naturæ, & secundum acceptionem illius homines regenerari in filios Dei*; ut recto ordine procedamus; exordium sumimus ab effectu formali regenerationis, & adop-

adoptionis, ut postmodum alia prædicata, vi quorum gratia obtinet munus sanctitatis, maneant exclusa ab actu charitatis. Consulto addimus, *respectu puræ creaturæ*; cum sit certū gratiam habitualē sanctificare Christum ut hominem, quin illum possit constituere filium adoptivum Dei. Procedimus etiam conditionatè, si fortè ab aliquo propugnetur actum charitatis posse in aliqua providentia reddere hominem spiritualiter genitum à Deo, eique præstare non solum ius per modum meriti ad vitam æternam, sed etiam ius adoptionis, & per modum hæreditatis.

7 Prob. concl. breviter, sed efficacissimè ex his, quæ docent Thom. 3. p. tract. de adopt. Christ. inter quos videndus Ill. Godoy. Forma, aut perfectio supernat. cui repugnat esse participationē divinæ naturæ; repugnat constituere hominem spirit. genitum à Deo: Talis est actus charit: ergò ei repugnat constituere hominē genitum spiritualiter à Deo, & filiū adoptivus illius: ergò si aliunde admittatur de ratione sanctitatis formalis esse constituere hominem filium adoptivum Dei, rectè probatur &c. Mai. constat, tum à paritate generationis naturalis, quæ solum valet præstari à forma obtinentē rationem naturæ, cum natura generantis unicè conveniens. Quapropter licet genitum simul cum natura accipiat suas proprietates à generante, solum ratione illius denominatur realiter genitus. Tum quia generatio spirit. utpotè imitatio generationis naturalis, respicit pro termino formali primario similitudinem in natura cum generante, ut constat ex eius definitione, scilic. origo viventis &c. Sed repugnat similitudo cum natura divina formaliter qua tali per perfectionem, quæ non sit participatio divinæ naturę in ratione talis: ergò.

Ratio in forma.

8 Min. etiam facilè prob. 1. Conceptus obiectivus naturæ divinæ in esse talis, est radicatio attributorum v. g. intellectus, voluntatis, & aliarum perfectionum ad eorum lineam pertinentium. Sed talis radicatio intra ordinem creatum supernaturalem repugnat actui charitatis, & etiam habitui, si realiter distinguitur à gratia: ergò. 2. Quia homo per actum charitat. pure participat divinam volunt. secundum quam Deus se ipsum summè diligit. Sed divina voluntas non spectat ad constitutionem metaphysicam Deitatis in ratione naturæ, ut frequenter docent Theol. eo quod omnis inclinatio tam innata, quàm elicita ad bonum cuiusvis naturæ, consequitur ad ipsam, ut constituta per suam formam: ergò. 3. Participatio divinę naturæ in esse talis solum potest convenire illi perfectioni, qua homo vivit radicaliter intra ordinem supernaturalem: quemadmodum Deitas in ratione naturæ constituit Deum viventē per suā essentiam radicaliter intra ordinē divinum. Radicaliter, inquam, si vita sumatur pro operatione, licet Deus vivat formaliter Deitate, si vita accipiatur pro esse vitali. Sed repugnat hominem constitui viventem radicaliter per actum charitatis: ergò. Prob. min. Repugnat hominem constitui viventem radicaliter intra ordinem supernaturalem per illam perfectionem, quæ immediatè solum habet vivificare voluntatem; non vero animam, à qua ut à radice proveniunt actus vitales supernaturales; sed actus charitatis immediatè solum vivificat voluntatem, cuius est perfectio immediatè inhærens, non vero animam: ergò.

Prob. min. 1.

Secundo.

Tertio.

De hac dupl. accept. S. D. 1. p. q. 18. a. 2.

9 Dices 1. Hanc rationem solum probare in sent. distinguētē gratiam realiter à charitate, non tamen in opinione Scoti, & aliorum negantium talem dist. Sed contr. est 1. Nam etsi iuxta Scotum gratia non differat realiter à charitate, differt tamen ab illa ex natura rei; sicut anima ab intellectu, & voluntate. Sed hoc sufficit, ut actus charitatis formaliter non participet Deitatem in ratione naturæ: ergò adhuc admissa dicta opinione, nequit habitus charitatis formaliter acceptus constituere hominem filiū adoptivum Dei. Min. prob. 1. Licet anima sit realiter identificata cū intellectu, & voluntate; quia tamen formaliter ab eis differt, terminus formalis generationis hominis est solū anima, prout form. ex natura rei differt

1. Solut. reijcit. 1.

ab intellectu, & voluntate, quæ si formaliter considerentur, solum significantur per modum potentiæ: ergò. 2. Charitas, ut formaliter ex natura rei à gratia distincta, solum perficit immediatè voluntatem ut activam dilectionis Dei, non autem animam, prout est potens elicere plures actus ordinis supernaturalis. Sed ratio perfectionis perficientis immediatè voluntatem ut præcisè activam actus dilectionis; non vero aliorũ actuum supernaturalium, non dicit cõceptum naturæ, aut radicis intra ordinem supernaturalem: cum de ratione huius sit esse principium universale: ergò &c. Hæc dicta sunt de habitu charitatis; nam si sermo procedat de actu; manifestum est solutione data, minimè enervari rationem propositam.

10 Dices 2. Duplicem participationem divinæ naturę debere distingui; & utramque nobis communicabilem à Deo. Unam, scil. physicam, per donum radicans physicè virtutes, aliaque dona supernaturalia: alterã moralem per consortium affectivum cũ Deo constitens in amore boni, & odio peccati; quæ quidem alijs terminis dicitur concordia affectus cum Deo. Licet autem homo per actum charitatis 1. modo non participet naturam, benè autem 2. modo. Cum per illam homo conformetur efficaciter divinæ voluntati in prosecutione boni, & fuga mali. Ad generationẽ autem spiritualem, & ut homo reputetur filius adoptivus Dei, sufficit huiusmodi consortium morale: eo quod generatio prædicta est tantum affectiva, & secundum quid talis. Iuxta hanc doct. salvatur sanctitatem provenientem ab actu charitatis esse inferiorem, ea, quam præstat gratia. Idemque de generatione, & adoptione spirituali ab illo proveniẽti. Cum consortium physicum cum Deo per participationem divinæ naturæ sit longè perfectius consortio purè morali à dilectione provenienti.

Secunda solut.

11 Sed contra est 1. Nam licet consortium constitens in concordia voluntatis creatæ cum divina, aliqualiter constituat hominem unum cum Deo; non tamen unum per participationem suæ naturæ; cum hæc præsupponatur virtualiter in Deo ad eius voluntatem, & omnem sanctam eius affectionem. Sed id, quod non est participatio Deitatis in ratione naturæ, nequit denominari genitum à Deo, ut ex dictis constat: ergò tale consortium morale penès concordiam affectivam insufficiens est ad adoptionẽ Dei. 2. & urg. Filiatio adoptiva Dei qualiscumque sit, debet constitui per imitationem filiationis naturalis quo ad sibi propria; sed sine participatione divinæ naturæ nil datur, quod sit imitatio illius; ut constat ex definitione generationis naturalis: ergò. Deniq. Nam consortium constitens in concordia voluntatum, est etiam proprium amicitiæ; cum amicorum idem sit velle, & nolle; unde videmus Spiritum S. summam unionem per amorem habere cum Patre, & Filio, quin illa sufficiat, ut Spiritus Sanctus sit genitus. Sit ergò de ratione filij adoptivi Dei habere cum ipso consortium morale in concordia voluntatis constitens; quemadmodum de ratione illius est honorare Deum ut Patrem, & huius mandata servare; attamen non propter hæc erit filius adoptivus, sed ratione illius perfectionis, per quam constituitur idoneus ad hæc munera adimplenda.

Impugn. Secundo. Tertio.

§. III.

Solvuntur aliqua argumenta.

12 Licet nihil grave occurrat contra dicta; claritati doctrinæ consulens, aliqua proponam. 1. Id, quod discernit inter filios Dei, & filios Diaboli, constituit hominem in vero sensu filium adoptivum Dei, iuxta illud axioma: *Idem est constitutivum, & distinctivum.* Sed huiusmodi est charitas iuxta M. P. lib. 15. de Trinit. cap. 18. dicentẽ: *Solam charitatem dividere filios Regni à filijs perditionis*: ergò. Resp. 1. communi: sat. tradita à D. Th. q. 27. de Ver. a. 2. ad 6. ibi M. P. accipere charitatem, prout contraponitur alijs virtutibus; quia semper est formata per gratiam; non vero prout distinguitur à gratia habituali à qua formatur, sub qua consideratione

Arg. 1. Resp. 1.

ratione accipitur in præsenti quæstione. Quibus addendum claritatis gratia cum Eminentiss. Cayet. 1. 2. q. 110. a. 3. in solut. ad 1. *Solam charitatem discernere discretione operativa inter filios Regni, & filios perditionis, quia solum dilectio Dei est operatio ostendens hominem esse filium Dei; non autem de discretione quantum ad esse divinum, ad quod consequitur esse filium Dei, iuxta illud: ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes.*

Psal. 81.

13 Resp. 2. exponendo M. P. de discretione quoad nos, non vero secundum se, quasi diceret: *Signum, quo solo Nos possumus discernere filios Regni à filijs perditionis, est charitas,* in quo sensu dixit Christus Dominus, **in hoc cognoscent, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Et iuxta M. P. tract. 82. Ioan. *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea.* Quę verba ab eodem exponuntur de signo, quo cognoscerent discipuli, quod manerent in charitate Christi: cum quoad esse prius sit manere in dilectione Dei, quam eius præcepta servare.*

Resp. 2.

*Cap. 15

*Sic etiã S. D. ibi lect 3:

14 Arg. 2. Obijc. 2. Donum illum, per quod homo accipit a Deo spiritum adoptionis, constituit illum filium adoptivum Dei; sed sic se habet charitas: ergò. Min. prob. ex illo ad Rom. 8. *Non accepistis spiritum servitutis in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei.* Ubi communicatio Spiritus S. est iuxta Apost. acceptio spiritus adoptionis filiorum Dei; proindèque donum illud quo homo accipit Spiritum S. accipit spiritum adoptionis. Sed hoc fit propriè per amorem; cum Spiritus S. sit per essentiam charitas: ergò.

Confirm. Confirm. ex illo ad Galat. 4. *Quoniam estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba Pater.* Donum, quò recognoscimus Deum ut Patrem, est donum constituens nos filios adoptivos Dei, cum hæc dicantur correlativè; sed per charitatem infusam nobis à S. Spiritu, recognoscimus Deum ut Patrem: cum charitas sit clamor noster ad Deum ut Patrem: ergò.

15 Resp. De hoc argum. latius infra, ubi probabimus Spiritum S. non dari specialiter, nisi per communicationem gratiæ habitualis; licet ad completam sui communicationem requiratur infusio charitatis, & aliorum donorum supernaturalium. Ex quo mai. argum. debet intelligi de illo dono, per quod homo propriè, & specialiter accipit Spiritum S. qui est spiritus adoptans nos in filios Dei: & in hoc sensu neganda est minor, quam non convincit probat. ex Apost. desumpta. 1. Quia Spiritus S. est amor per modum impulsus, utpotè terminus productus per actum amoris, quo Pater, & filius mutuo se diligunt: charitas autem est formalis participatio divini amoris essentialiter sumpti, non vero relativè accepti pro termino illius; ut est innegabile: ergò per actum charitatis non verificatur hominem simpliciter accipere Spiritum S. 2. Filiatio adoptiva est imitatio filiationis naturalis: ergò accipere spiritum adoptionis Dei est accipere donum, quo homo imitetur filiationem naturalem Dei. Sed hoc minimè fit per actum charitatis; cum Verbum eo sit Filius naturalis Dei, quia procedit in similitudinem naturæ cum Patre: ergò per actum charitatis &c. Hinc illa propositio: *Accipere Spirium S. est accipere spiritum adoptionis filiorum Dei,* sic debet distingui. Accipere Spiritũ S. ut imprimentem nobis similitudinem in natura cum Patre, conc. Ut imprimentem nobis similitudinem in attributo naturæ, aut aliqua affectione, & operatione consecuta ad naturam, nego. Ita D. Th. 3. p. q. 22. a. 2. ubi etiam reddit rationem; cur adoptio filiorum Dei per gratiam, esto sit communis toti Trinit. approprietur Spiritui S. Ad confir. Resp. neg. mai. Cum enim cognitio nostra sit speculativa, & non practica adoptionis Dei; operatio, qua Deum recognoscimus ut Patrem, supponit iam in nobis filiationem adoptivam. Ad modum quo, honor, quem Deo ut Patri exhibemus; & similiter gratiarum actio pro regeneratione spirituali, sunt quædam protestationes paternitatis spiritualis circa nos, non tamen sunt dona, quibus filij Dei sumus, aut per quæ Deus, ut Pater nos adoptat in filios.

Fundat. 1

Secundo.

Ad confirm.

16 Obijc. 3. Per conversionem actualem in Deum ut finem ultimum efficimur filij Dei; sed huiusmodi est actus charitatis: ergò. Prob. mai. Per

Arg. 2. aversionem actualem à Deo ut fine ultimo, efficimur filij Diaboli: ergò per conversionem actualē &c. Confir-

Confirm. mo. Status libertatis est status adoptionis filiorum Dei, iuxta illud Matth. 17. *Ergo liberi sunt filij.* Et ad Gal. 4. *Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est Mater nostra.* Sed per charitatem accipit homo à Deo statum libertatis: ergò status adoptionis &c. Min. prob. 1. à paritate iam facta:

Prob. minor 1. per peccatum actuale oppositum dilectioni Dei, efficitur homo servus peccati, & captivus sub potestate Diaboli: ergo per actum dilectionis exuit homo statum servitutis, & accipit sta-

Secundo. tum libertatis. 2. iuxta Apost. 2. ad Cor. 3. *Ubi spiritus Dñi, ibi libertas.* Sed spiritus dilectionis est spiritus Dñi:

Tertio. ergò per illam habetur libertas. 3. Lex nova est lex filiorum Dei, lex vetus est lex servorum, ut constat ex Sac. Script. & PP. sed iuxta D. Aug. lib. cont. Adam. c. 17. *Brevis differentia inter legem, & Evangelium, est timor, & amor:* ergò per amorem Dei homo fit liber, & filius adoptivus Dei. Ali-

Aliter. ter. Id per quod homo pertinet ad legem novam, sive Evangelij, quæ est lex gratiæ, & filiorum; efficitur filius Dei: sed sic se habet amor Dei super omnia iuxtà P. Aug. sup. ergò.

17 Nego mai. nec illius prob. est efficax. 1. Quia homo efficitur filius Diaboli per imitationem peccati, nō

Resp. autem per nativitatem, ut exponit M. P. tract. 42. in Ioan. ad illa verba: *Vos ex Patre Diabolo estis.* Adoptio autem Dei est talis per veram generationem spiritualem: proindèque homo iustificatus solū est filius Dei per consortium divinitatis unicè potens præstari à gratia habituali. 2. Nam aversio actualis à Deo est affectiva, & effectiva, utpotè radix, & origo omnium malorum; cuius oppositum in suo ordine convenit dilectioni radicatæ in gratia habituali, ut in natura ordinis supernaturalis. Unde sicuti hac ratione nequit constituere hominem spiritualiter genitum à Deo, ita nec filium adoptivum illius.

Ad confir. dicatur, quod cum sit triplex libertas, scil. naturæ, gratię, & 18 glorię, hoc est libertas à necessitate, à servitute peccati, & à miseria. Nulla ex his quoad substantiā convenit, aut præstatur ab actu charitatis; siquidē per illam homo solum dispositive liberatur à peccato, & conducit meritoriè ad glorię consecut. Ad 1. prob. à paritate constat ex dictis immediatè. Deindè: Nam libertas gratiæ consistit in perfecta subiectione hominis ad Deum: hæc autem originaliter consistit in eo, quod anima quatenus intellectiva est, & creata ad imaginē Dei; fit etiam ipsi similis in natura, quatenus est principium videndi, & amandi seipsum. Huiusmodi autem assimilatio non convenit dilectioni, proindèque nequit animam liberam libertate gratiæ constituere.

Ad confirm. — Ad 1.

Ad 2. prob. min. Resp. Aliud esse cū dilectione Dei communicari præ- 19 sentiam Spiritus S. in cordibus nostris; aliud vero eatenus dari nobis Spiritum S. quatenus Deum diligimus. 1. concedimus cum D. Gregorio dicente homil. 30. *Neque enim posset quisquam Deum diligere, nisi eum, quem diligit, haberet.* 2. vero negamus cum D. Th. affirmanti *prius dari nobis Spiritum S. quam nos ipsum diligamus.* Ad 3. Resp ex D. Th. 1. 2. q. 106. a. 1. * eatenus legem novam appellari legem spiritus, & legem vitæ; quia id, quod potissimum est in illa, & in quo tota eius virtus consistit, est gratia Spiritus S. data nobis per fidem Christi, & per illius Sacramenta nobis ex opere operato præparata. * Unde sic cōcludit: * ideò lex nova principaliter est gratia Spir. S. * Nec obstat author. D. Aug. Nam loquitur de differentia descriptiva inter utramque legem, non autem de differentia quidditativa. Ita exponitur à D. Thom. ubi supr. quæst. 107. art. 1. ad 2. * lex vetus, quæ dabatur imperfectis, id est, nondum consequutis gratiam spiritualem, dicebatur lex timoris. Lex nova, cuius principalitas consistit in spirituali gratia indita cordibus nostris, dicitur lex amoris. * Ad id quod additur Resp. Per actū charitatis hominē pertinere ad legem novā, non principaliter, sed dispositivè, quem

Ad 2.

Ad 3.

ad-

adhuc dum etiam per fidem Christi homo dicitur pertinere ad legem novam, quatenus gratia Spiritus Sancti non datur, nisi explicitè, aut implicitè credentibus in Christum, ita D. Thom. ubi supr. ad 3.

20 Obijcies 3. Beatitudo formalis consistens v. g. in visione clara Dei, constituit hominem filium adoptivum illius: ergò etiam si admittatur illam consistere in actu amoris poterit constituere hominem filium adoptivum. Ass. prob. ex illo ad Rom. cap. 8. *Et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes.* Sed id quod Paulus sperabat, est beatitudo formalis: ergò hæc constituit hominem filium adoptivum Dei. Confirm. Visio beata non est participatio divinæ naturæ in esse talis, sed tantum in munere cognitionis divinæ; & tamen iuxta textum adductum reddit hominem filium adoptivum Dei: ergò ex quo actus charitatis non sit participatio divinæ naturæ in ratione talis &c. Urget. De ratione generationis est communicare similitudinem in natura cum generante iuxta modum ipsius; si enim sit generatio naturalis, similitudinem naturalem, si verè sit affectiva, similitudinem affectivam. Generatio adoptiva est generatio affectiva, ut ex ipso nomine constat: ergò ad rationem illius sufficit genitum assimilari affectivè in natura cum Deo. Sed huiusmodi assimilatio habetur per actum charitatis, ficuti, & unio affectiva cum ipso Deo: ergò.

Arg. 3.

Confirm:

Urgetur.

21 Resp. neg. mai. Nam per beatitudinem formalem assimilatur homo Deo quantum ad operationem, non autem secundum naturam; proindeque ratione sui beatitudo non constituit hominem genitum spiritualiter à Deo. Ad prob. Resp. cum D. Thom. ibi: nomine adoptionis intelligi ab Apostolo illius consummationem, & complementum, quod provenit, tum à gloria animæ, tum à gloria corporis. Sic enim ait S. Thom. *Adoptionem filiorum &c.* id est completionem huius adoptionis. Inchoata est enim per Spiritum S. iustificantem *animam*, & consummabitur per corporis *glorificationem*. Si dicas: quomodo visio erit sanctitas (ut plures tenent) si non reddit hominem filium adoptivum Dei? Resp. Ad rationem sanctitatis sufficere, quod sit possessio summi boni. Proindeque unio effectiva animæ cum Deo præbens ipsi ius ad perpetuam fruitionem, & amorem Dei. Ad rationem autem adoptionis quoad essentiam requiritur participare naturam in ratione naturæ; ut constat ex dictis in probat. Per quæ Resp. ad confirm. Ad urg. Resp. generationem adoptivam hominum à Deo esse affectivam ex parte causæ propter nimiam charitatem, qua nos diligit, esse vero effectivam ex parte termini propter similitudinem analogam cum sui natura, quatenus nos efficit Deiformes, sive Deos per participationem, iuxta illud: *Ego dixi Dij estis &c.* Si dicas: dicta tantum probare de actu charitatis secluso favore extrinseco Dei; non autem si ei adiungatur favor Dei acceptans hominem ad vitam æternam. Resp. Munus causæ formalis intrinsecè præstantis suum effectum formalem per intrinsecam sui communicationem non posse suppleri per aliquid extrinsecum; unde si actus charitatis in se intrinsecè non est participatio divinæ naturæ, etiam si aliquid extrinsecum superaddatur, non constituit hominem spiritualiter genitū à Deo.

Solutio.

Ad confirm.

Ad urg.

§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO.

De ratione quidditativa sanctitatis est rectitudo permanens, ideòque actus charitatis nequit obtinere rationem sanctitatis.

22 OMnes Theologi supponunt ut certum, iustitiam infusam, tam parvulis, quam adultis intra Sacramentum Baptismi, vel pœnitentiæ, esse donum intrinsecè permanens, & physicè habitualiter ipsorum cordibus inhærens. Constat hæc ex illo 2. ad Corinth. 1. *Unxit nos Deus, & signavit nos, & dedit pignus Spiritus S. in cordibus nostris.* Ubi signatur pignus,

nus, & unctio, in quibus denotatur sanctitas gratiæ, & illius permanentia. Videatur Mag. Soto de Nat. & grat. lib. 1. cap. 11. & lib. 2. cap. 19. & 20. pronunc sufficiat illud Magni Basilij lib. de Spiritu S. cap. 26. *Quem admodum ars est in eo qui nactus est illam; ita gratia Spiritus S. in eo qui recipit eam, semper est præsens, at non perpetuo operans.* Hoc supposito restat probandum:* sanctitatem in suo conceptu formali dicere rationem doni ab intrinseco permanentis, ut ex hoc capite appareat eam non posse convenire actui charitatis.* Prob. 1. ex D. Thom. 2. 2. q. 81. a. 8. *ubi postquam dixit Sanctum latinè, Agios Græcè appellari*; eo quòd sanctitas idem est, ac puritas ab omni immunditia, subdit: *Sanctitas etiam importat firmitatem. Unde apud Antiquos sancta dicebantur, quæ legibus erant munita, ut violari non deberent. Unde dicitur aliquid sancitum, quia est lege firmatum.* Ex quibus constat de ratione sanctitatis ut sic esse purificare animam eam firmando in bono respectivè ad Deum ut finem ultimum. Sed actus charitatis viæ nequit huiusmodi firmitatem animæ tribuere; cum sit de se transiens: ergò ei nequit ratio sanctitatis convenire. 2. Prob. De ratione sanctitatis ut sic, est constituere hominem in statu iustitiæ, & amicitiæ coram Deo.* Sed hoc ipso petit esse donum ab intrinseco permanens: ergò de ratione sanctitatis &c. Min. constat ex definitione status ut sic, scilicet: *Stabilis permanentia rerum legibus divinæ sapientiæ firmata*, de quo D. Thom. 2. 2. q. 183. Mai. videtur innegab. Nam de ratione formæ perfectissimæ est constituere subiectum, quod perficit, in aliquo statu de novo ipsi advenienti: ergò cum ratio sanctitatis sit ratio formæ perfectissimæ &c.

Ratio ex S.D:

*SicS D. hic 2.1.

23 Si dicatur

Nec valet dicere: ad rationem sanctitatis ut sic, sufficere, quod sit donum permanens physicè, aut saltim moraliter. Licet autem actus charitatis sit physicè transiens, permanet tamen moraliter, usque dum retractetur per peccatum subsequens: ideòque potest obtinere rationem sanctitatis, licet non ità perfectæ sicuti habitualis gratia. Non inquam valet. 1. De ratione sanctitatis est esse donum intrinsecè, & physicè permanēs in homine, quem iustum, & sanctum constituit: ergò. Añs. prob. 1. Ita est de ratione sanctitatis creatæ ut sic, esse donum permanens; sicuti est esse donum nobis intrinsecè inhærens. Sed ad rationem sanctitatis creatæ, necessario requiritur, quod physicè inhæreat subiecto, quod sanctificat; qua ratione unus homo nequit actu formaliter sanctificari per sanctitatem alterius ei moraliter imputatam, de quo plura dubio 2. ergò de ratione sanctitatis est permanentia physica, & non sufficit purè moralis. 2. De ratione sanctitatis propriè dictæ est constituere hominem ita unitum Deo, ut sit in illo Deus, non solum per modum moventis, sed etiam inhabitantis. Hac enim ratione in Sacra Scriptura iustus dicitur templum, & domus Dei, & in corde illius tanquam in propria sede morari. Sed Deum esse in homine non solum per modum moventis, sed etiam inhabitantis cor eius, necessario dicit permanentiam physicam ex parte doni, vi cuius inhabitat, & in illo requiescit; aliàs ex præfatis locutionibus non probaretur efficaciter gratiam habitualem, qua iustificamur, esse donum physicè, & realiter permanens: ergò.

Contr. est 1.

Secundo.

24 Tertio.

3. Impugnat. solutio. Nam licet permanentia moralis locum habeat in actibus liberis, secus tamen in necessarijs; actus enim necessarius, sicuti moralis non est, ita nec moraliter dicitur permanere. Sed si actui charitatis convenit ratio sanctitatis; hæc convenire debet tam actui libero, quam actui necessario elicito, ut constat ex motivis, quibus Adv. propugnant rationem sanctitatis in dilectione libera Dei: ergò talis solutio est inutilis. 4. & a priori: De ratione sanctitatis est illa permanentia, qua homo iustus redditur promptus, & expeditus ad virtuosè, & meritoriè operandum; sed hæc permanentia non subsistit per solam non retractationem actus charitatis;

Quarto.

nam

nàm hominem esse idoneum, & expeditum ad virtuosè, & meritoriè operandum, requirit necessario in illo principium intrinsecum supernaturale physicè ei inhærens: ergò sola permanentia moralis non sufficit &c. Min. constat, & mai. probat. Hominem esse iustum est esse rectificatum quoad esse in ordine supernaturali; sed esse sic rectificatum est esse promptum, & expeditum ad iustè, & sanctè operandum; cum operari sequatur ad esse: ergò de ratio sanctitatis &c. Urgetur. De ratione sanctitatis est posse dignificare opera elicita ab homine sancto reddendo illa de condigno meritoria vitæ æternæ. Sed actus charitatis physicè præteritus, & unicè perseverans moraliter in sui non retractatione, nequit propriè dignificare opera reddendo illa de condigno meritoriæ vitæ æternæ: ergò. Probat. min. Actus charitatis, ut physicè non existens, & unicè perseverans in sui non retractatione, nequit præbere homini ius ad vitam æternam; cum tale ius debeat fundari in proportione intrinseca cum illa; inter donum autem unicè moraliter perseverans, & vitam de se physicè æternam, & permanentem, nulla datur intrinseca proportio: ergò actus charitatis, ut moraliter &c.

Urgetur.

25 Per hæc excluſa manet distinctio (qua potest occurri) de sanctitate habituali, & purè actuali, dicendo: requiri ad primam physicam permanentiam in subiecto, non tamen ad 2. sed ad illam sufficere permanentiam moralem in non retractatione consistentem. Manet, inquam, excluſa; cum rationes probativæ procedant de conceptu formali sanctitatis ut sic, ad quam necessario requiritur realis, & physica permanentia secundum intrinseca sanctitatis. Tùm quia ut vidimus ex D. Thom. sanctitas in sui ratione formali dicit firmitatem, & stabilitatem in subiecto. Tùm quia de ratione illius est rectificare subiectum, reddendo illum promptum, & idoneum ad iuste operandum, & ad merendum de condigno vitam æternam. Hæc autem aptitudo, sive idoneitas necessario præstatur à qualitate physicè, & realiter permanente. Tùm quia de ratione sanctitatis est elevare hominem ad novum, & perfectissimum statum intra ordinem supernaturalem: de ratione autem status perfectissimi est realis stabilitas, & permanentia. Tùm quia de ratione sanctitatis est reddere hominem Deo amicabiliter dilectum; amor autem amicabilis ex parte Dei, est de se permanens; petitque fundari in communicatione permanenti bonorum; proindequè nequit habere pro termino donum de se transiens, qualis est actus charitatis elicitus in via.

Alia Respons. impugn:

Ration: in comp.

§. V.

Solvuntur argumenta.

OBijcies 1. ad rationem iniustitiæ non requiritur physica permanentia, sed sufficit moralis: ut constat in peccato actuali de se transeunti, à quo tamen homo verè denominatur iniustus: ergò idem dicendum de sanctitate, ut sic præscindente ab actuali, & habituali. Urgetur. Iuxta opinionem constituentem peccatum habituale, per actuale, ut physicè præteritum, & moraliter perseverans; verificatur hominem, qui peccavit, esse in statu iniustitiæ, essequè dignum pœna æterna, & odio Dei: ergò etiam, ut homo sit in statu iustitiæ, & condignitatis, tùm vitæ æternæ, tùm etiam amicitiæ Dei, sufficit perseverantia moralis ex parte doni præstantis huiusmodi effectus. Adhoc argum. quod varijs formis potest proponi Respond. 1. Iuxta communem Thomist. sentent. constituentium peccatum habituale per privationem voluntariam gratiæ; vel per aliquem terminum positivum moralè ex peccato actuali derelictum; hominem non constitui in statu iniustitiæ, & iniquitatis per aliquid de se transiens, & fluidum; sed potius de se permanens, & irreparabile, qualis est inordinatio inducta per peccatum actuale consistens in aversione

26

Arguit. 1.

Urgetur.

Respond 1.

à Deo, ut fine ultimo, ut expresse docet, S. Doct. 1. 2. quæst. 85. art. 3. Ex quo infertur, statum iustitiæ, & sanctitatis debere etiam præstari à dono gratiæ ab intrinseco permanente, & solum per peccatum subquens defectibili.

27 Si autem instes: quod licèt in hac opinione status iniustitiæ solum proveniat ab inordinatione permanente, & ex peccato actuali derelicta; attamen etiam homo verè constituitur iniustus per ipsum peccatum actuale, ut ex dictis Dubio anteced: constat: ergò quidquid sit de statu iustitiæ, & sanctitatis; an, scilicet, requirat physicam permanentiam; denominatio tamen formalis iusti, & sancti, poterit à dono de se transeunte præstari. Adhoc Resp. (& potest esse 2. solutio) quod cum peccatum actuale sit radix necessario inducens inordinationem habitualem per modum termini, continet eminenter, ut ita dicam, permanentiam, & irreparabilitatem peccati habitualis. Quemadmodum cum quis voluntariè se proijcit imputeun, unde exire non potest, permanentia in illo continetur tanquam in causa in voluntaria proiectione. Ex quo infertur peccatum actuale constituere hominem verè iniustum, non solum quoad substantiam, sed etiam quoad statum ob continentiam eminentialem habitualitatis aversionis à Deo, ut fine ultimo. Justitia autem, quæ ab Adversarijs appellatur actualis, nihil horum habet; cum ex actu charitatis nihil permanens derivetur in homine tanquam à causa, sed solum ut à dispositione; ideòque nec est vera sanctitas quoad essentiam, nec quoad statum.

Si instes.

2. Resp.

28 Ad urget. Resp. reddendo discrimen etiam admissa tali opinione. Nàm post peccatum actuale manet intrinsecè in homine, aut privatio gratiæ habitualis, aut carentia condonationis intrinsecæ per modum termini derelicti ex peccato actuali; qua ratione rectè percipitur illud permanere moraliter, quia permanet in aliquo intrinseco proveniente per modum termini à tali peccato. Permanentia autem moralis, quam adstruunt Adversarij in actu charitatis; est purè extrinseca consistens in prudentum existimatione; cum ex tali actu nihil derivetur per modum termini; quapropter est insufficiens, ut hominem verè iustum constituat. Quod potest explicari in casu, pro quo Deus utens suo dominio auferret gratiam habitualem ab homine; in quo casu potest dici gratiam perseverare in illo moraliter, quin ipsum hominem iustum posset denominare. Adde quod cum iuxta S. Dionys. *Malum sit ex quocumque defectu, bonum ex integra causa*; plura requiruntur ad rationem sanctitatis, quam ad rationem iniustitiæ. Hac enim ratione unus homo potest constitui moraliter peccans per voluntatem alterius, ut dicitur de Parvulis peccantibus in Adamo; cum tamen nequeat sanctificari unus homo per sanctitatem alterius. Similiter pura omissio sufficit ad demeritum, & etiam sufficit voluntarium in causa; cum tamen ad meritum requiratur operari rectè positivè, & operari cum voluntarietate directa, & formali.

Ad urg:

De hoc tract. de Merit:

29 Obijc. 2. Ut homo sit dignus vita æterna per modum hæreditatis, non requiritur aliquod donum de se, & ab intrinseco permanens: ergò cum aliunde in tali dignitate necessario includatur sanctitas, non requiritur permanentia physica, nec titulo dignitatis, nec titulo sanctitatis. Añs. probat. Ut homo sit dignus gloria per modum coronæ, non requiritur talem dignitatem præstari formaliter à dono permanente; cum illa proveniat ab actibus meritorijs, qui sunt de se transeuntes: ergò similiter, ut homo sit &c. Confirm. Actus charitatis imperans omnes actus ad illud subsequutos, quandiu non retractatur, dignificat illos, & constituit meritorios vitæ æternæ, ut communiter tuentur Theologi: ergò per talem actum, ut purè moraliter perseverantem, homo redditur idoneus admerendum de condigno vitam æternam: ergo falso diximus prædictam idoneitatem, quæ est proprium munus sanctitatis, solum posse præstari à dono permanente ab intrinseco.

Arguit. 2.

Confirm.

Res-

30 Solutio. Respond.neg.añs. Esse enim dignum vita æterna per modum hæreditatis, est proprium filiorum Dei iuxta illud ad Rom.8. *Si filij, & hæredes.* Filiatio autem adoptiva Dei provenit necessario à dono permanente ab intrinseco; cum illud se habeat per modum naturæ, & radicis donorum supernaturalium; de quo §. antec. Ratio vitæ æternæ necessario iucludit ex parte subiecti digni proportionem intrinsecam cum illa; cumque vita æterna sit ordinis Divini; necessario supponit in subiecto condigno, quod sit per prius elevatū ad esse Divinū, quod unicè potest provenire à gratia. Hoc ipsum confirmari potest in humanis, ubi dignitas, & ius, ad hæreditatem, solum præstatur ab aliqua conditione, sive principio de se permanenti: uti est filiatio naturalis, vel adoptiva. Ad probat. anteced. nego antec. Ut enim homo mereatur gloriam per modum coronæ, requiritur quod sit habitualiter proportionatus cum illa; sicuti ad merendam Cathedram requiritur scientia habitualis, vi cuius sit proportionatus cum munere, & officio Cathedræ. Undè ad merendum illam de condigno minimè sufficeret, quod homo habitualiter ignarus, aliquando ex speciali auxilio, optimè de aliqua materia disputaret. Cumque proportio habitualis hominis cum gloria, nequeat haberi per actum charitatis; homo ratione illius non redditur dignus illa per modum coronæ. Igitur in actu charitatis meritorio de condigno vitæ æternæ oportet distinguere; & ius actuale ad gloriam, & formam dignificantem prædictum actum. 1. convenit intrinsecè actui charitatis. 2. vero, provenit à gratia habituali se habenti per modum formæ dignificantis opera nostra ad vitam æternam.

De his tract. de Merito ex S. Doct q 114. artic. 2.

31 Ad confirm. Ad confirm. Respond. duo requiri ad meritum vitæ æternæ; scilicet, operari in laudem, & gloriam Dei, & simul dari proportionem ex parte subiecti cum illa. Neque enim opera nostra essent meritoria, nisi præcederet dignitas ex parte subiecti, vi cuius esset Deo gratus, & amicabiliter dilectus iuxta illud: *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* 1. provenire potest ab actus charitatis; non autem 2. Ratio est: Nàm hominem terminare dilectionem amicabilem Dei, est ipsum trahi ad participationem divinæ bonitatis, ut docet D. Thom. supra quæst. 110. art. 1. Per actum charitatis, estò homo redamet Deum; non tamen ratione illius homo participat simpliciter Divinā bonitatem; sicuti nec Divinam naturam. Undè claritatis gratia, disting. añs. Actus charitatis, ut purè moralitet perseverans reddit actus subsequentes de condigno meritorios vitæ æternæ per modum formæ eos dignificantis, neg. antec. per modum imperij ordinantis illos in obsequium Dei, conced. antec. & neg. conseq. Nàm idoneitas admerendum de condigno vitam æternam consistit indignitate ex parte subiecti de se præscindente, & antecedente elicientiam bonorum operum. Nec dicas gratiam habitualem solum se habere per modum conditionis admerendum vitam æternam. Non, inquam, dicas: nàm se habet per modum formæ moralis, uti communiter dicitur de personalitate verbi dignificante infinite actus meritorios Christi Domini.

Gen. c. 4.

Resp. in forma.

32 Replicab. Sed dices. Ut homo sit sanctus, sufficit permanentia ex parte doni, quæ sit propria de linea sanctitatis; sed linea sanctitatis est linea moralis: ergò sufficit ad sanctificandum permanentia moralis. Sed hæc salvatur in actu charitatis non retractato per peccatum: ergò quantum est ex parte permanentiæ exactæ ad sanctificandum, male excluditur actus charitatis à ratione sanctitatis. Instantia probat effectum positivum sanctitatis etiam quoad primum sui esse, non exigere per se, & ab intrinseco præstari à forma intrinsecè inhærenti; cuius falsitatem ostendimus supra Dubio 2. Ratio igitur sanctitatis est de linea morali, non quidem moralitate purè extrinseca à sola prudentum estimatione desumpta, vel ab alio huiusmodi; sed

Respond.

mo-

moralitate intrinseca consistente in subiectione animæ ad Deum, ut finem ultimum, vi cuius potest homo iustificatus operari iustè, & meritoriè ad gloriæ consecutionem. Hæc autem subiectio, & facultas ad sic operandum, nequit subsistere sine dono intrinseco, & permanenti. Videantur dicta ubi supra.

33 Obijcies 3. Actus charitatis est donum de se permanens: ergò
Arguit. 2. male excluditur à ratione sanctitatis ob defectum permanentiæ. Antec.
Anteced. probat. 1. Actus charitatis de se petit regulari visione clara Dei, quæ est ab intrinseco durans in æternum. Sed actus de se exigens regulari cognitione practica in æternum durante, est ab intrinseco permanens: ergò. Mai. videtur certa: Nàm charitas solum per accidens, & pro præsenti statu, regulatur cognitione fidei; quapropter in Patria, ubi erit cum magna connaturalitate, & perfectione, regulabitur per visionem
Secundo. claram Dei. 2. Actus charitatis in Patria est de se permanens, sicuti, & visio; sed actus charitatis in via est eiusdem speciei actu dilectionis in Patria: ergò est ab intrinseco permanens. Probat. conseq. Nàm exi-
Ob hoc diferunt specie habit: & dispos: gere permanentiam, vel parvam durationem, variat specificè habitum, & dispositionem; auxilium fluidum ad actum charitatis, & ipsum habitum charitatis: ergò si prædicti actus sunt eiusdem speciei &c. 3. Ho-
Tertio. mo diligens Deum charitate perfecta, vult in eius dilectione permanere usque in finem, & si possibile foret, usque in æternum ipsum diligere: ergò actus charitatis ab intrinseco exigit sui permanentiam.

34 Probat argum. non fore specialissimam Dei providentiam, quod
Respond. homo longo tempore sine interruptione continuaret dilectionem illius super omnia; siquidem talis continuatio esset iuxta exigentiam actus dilectionis. Donum igitur dicitur ab intrinseco permanens, quando habet causas stabiles ad sui conservationem. Si consideretur actus charitatis in via ex parte causæ formalis ipsum specificantis; verum est habere causam stabilem, scilicèt, summam Dei bonitatem essentialiter immutabilem. Si tamen considerentur aliæ causæ, scilicèt, liberum arbitrium non plenè subiectum per habitum charitatis, & intellectus illustratus lumine fidei, quo potest uti, vel non uti; secundum hoc non habet causas stabiles ad sui permanentiam intrinsecam. Unde absolutè loquendo actus charitatis in via non est ab intrinseco permanens.

Ad 1. probat. negamus actum charitatis quoad substantiam 35
exigere pro regulativo visionem claram Dei; licèt si consideretur quoad Ad 1. pro. bat. antec
statum, & prout dicit omnem perfectionem ipsum consummantem, petat regulari per illum. Ratio est: Nàm si actus charitatis ex specie sua exigeret regulari visione clara Dei, exigeret ex consequenti esse necessarium quoad exercitium, quod est planè falsum. Unde non est quid pure per accidens respectu charitatis, quod reguletur cognitione fidei; sicuti non est per accidens respectu charitatis, quod sit meritoria de condigno vitæ æternæ; cum ad rationem meriti per se requiratur status viæ, & libertas ad omittendum actum charitatis pro nutu voluntatis. Quare iuxta diversitatem status convenit charitati regulari per se lumine fidei, vel lumine gloriæ; quamvis semper inclinetur ad unionem physicam cum Deo in Patria, ut illo perfectè fruatur.

Ad 2. Respond. Permanentiam intrinsecam dilectionis in Pa- 36
tria convenire ipsi non ex conceptu specifico, sed ex conceptu individua Ad 2.
li; aut si mavis, ex circumstantia accidentalis status in termino. Quando autem dicitur exigentiam permanentiæ, aut paryæ durationis, variare specificè speciem qualitatis; intelligitur de exigentia permanentiæ conveniente qualitati ex specie sua, secus autem ex conceptu individuali, vel aliqua circumstantia accidentali. Ad 3. Respond. Actum charitatis inclinare in sui permanentiam, Ad 3.
& unionem immutabilem cum Deo tanquam in obiectum desiderat: per ipsum actū charit: cum diligens Deū

ve-

velit frui illo, in æternum, & nunquam ab ipso separari; quemadmodum iuxta D. Gregor. *Peccatores vellent in æternum vivere, ut possent in æternum in peccato perseverare.* Ut autem actus charitatis in via esset ab intrinseco permanens, necesse erat, quod haberet pro effectu per se ad illum consecuto, prædictam permanentiam: quod non convenit ipsi; sicuti nec actui peccati permanere physicè in æternum fruendo bono commutabili.

4. Moral: cap. 4.

§. VI.

TERTIA CONCLUSIO.

Actus charitatis ratione sui non reddit hominem dignum gloria; ideòque non est vera sanctitas.

37 FAtentur omnes de ratione sanctitatis ut sic, esse reddere hominem dignum vita æterna. Ratio est: Nàm de ratione illius est reddere hominem dignum dilectione amicabili Dei. Sed possessio æternæ fœlicitatis est propria amicorum Dei; iuxta illud, Job 36. *Annunciat de ea amico suo, quod possessio illius sit*: ergò de ratione sanctitatis est reddere hominem dignum æterna fœlicitate. Tùm quia de ratione sanctitatis est reddere hominem simpliciter dilectum à Deo: cumque dilectio Dei sit communicativa boni, de ratione sanctitatis est reddere hominem simpliciter perfectum; sed huiusmodi perfectio simpliciter talis nequit subsistere sine iure, & condignitate ad fruitionem Dei; cum in illo consistat fœlicitas hominis: ergò de ratione sanctitatis est reddere hominem dignum æterna fœlicitate. Hoc supposito difficultas est in probat. antec.

Suppositi: ad intellig: conclus:

38 Quæ sic probat. 1. Ex Angel. Doct. perpetuo docente huiusmodi dignitatem convenire homini ratione gratiæ habitualis, secundumquam fit consors Divinæ naturæ, & regeneratur in filium Dei; quapropter, nec ipse actus charitatis meretur gloriam, nisi præintelligatur gratia habitualis dignificans per modum formæ omnia opera meritoria: ita quæst. 27. de Verit. art. 2. ad 4. *Dicendum, quod charitas non sufficeret admerendum præmium æternum, nisi præsupposita idoneitate merentis per gratiam, aliter enim non esset tanto præmio digna.* * Ubi asserit gratiam ita requiri, ut actus charitatis sit meritorius vitæ æternæ, ut ratione illius merens reddatur idoneus; hoc est proportionatus, & condignus vita æterna. Sed si actus charitatis ratione sui præberet homini condignitatem ad gloriam, præberet ipsi idoneitatem, & proportionem positivam ad tantum præmium: ergò quia sentit talem condignitatem non præstari ab actu charitatis.

Prob. ex Doctr. S. Doct.

*Idem q. 28. art. 5. ad 5.

Confirm. hoc, ex eodem S. Doct. in 2. distinct. 26. quæst. 1. art. 3. ad 3. ubi probat necessitatem gratiæ habitualis ad iuste supernaturaliter operandum his verbis: *Sicut in rebus naturalibus, quod non habet speciè, vel naturam per generationem adeptam non potest habere operationes speciei debitas; ita qui non est adeptus esse divinum per spiritualem regenerationem, nequit participare operationes Divinas.* Ex quibus sic arguo. Nequit dari vera condignitas, verumque ius ad operationem propriam alicuius naturæ, nisi subiectum prius sit particeps prædictæ naturæ. Sed videre Deum ut est in se, & ipso necessario in æternũ frui, sunt operatæ propriæ Divinæ naturæ: ergò nequit homo habere veram condignitatem, & ius, ad visionem, & fruitionem Dei, nisi participet Divinam naturam. Sed talis participatio nequit provenire ab actu charitatis; qui solum participat attributum Divini amoris: ergò actus charitatis nequit &c.

39 Confirm.

Refert ibi S. Dionys.

Nec dicas Doctrinam D. Th. solum procedere de forma præstante dignitatem ad gloriam per modum principij operantis Divinitus, non tamen de forma præbente condignitatem per modum operationis propter unionem immediatam cum ipso Deo, ut summè bono. Non, inquam, dicas 1. Nàm, si quia operari sequitur ad esse, necesse est, ut sub-

40 Sidicas.

Contra est 1.

iectum prius constituatur in esse Divino, quam eliciat operationes Divinas. Cum enim operatio propria alicuius naturæ non sit debita nisi habenti saltim per participationem talem naturam: æterna fœlicitas, quæ est operatio propria Dei, nequit esse debita homini, nisi quatenus participat naturam Divinam. Sed habere condignitatem, & ius ad æternam fœlicitatem, est illam esse debitam homini: ergo repugnat hanc condignitatem præstari ab actu charitatis, & illum non esse participationem Divinæ naturæ. Videatur S.D. q.27.de Ver.a.2.ubi ait, *quod sicut in rebus ad finis consecutionem tria præexiguntur; scilicèt, natura proportionata ad finem; & inclinatio ad finem, quæ est naturalis appetitus finis; & motus in finem: ita ad consecutionem vitæ æternæ, quæ est finis, adquem homo à Deo præparatur; requiritur quod detur ei aliquid, per quod natura hominis elevatur ad quandam dignitatem, secundumquam talis finis sit ei competens; & adhoc datur gratia. Ad inclinandum autem affectum in hunc finem datur charitas; ad exequendum autem opera, quibus prædictus finis assequitur dantur aliæ virtutes. *

41 2. Gratia habitualis non est condigna gloriæ, quia est principium operandi ad illius consecutionem; sed è contra, ideo est principium merendi gloriam, quia est natura positivè proportionata cum illa; & fons aquæ salientis in vitam æternam. Qua de causa iuxta S.D. hac 1.2. q.111. art.2. gratia, *ut conferens homini esse Divinum dicitur operans; cooperans vero, quatenus est principium operis meritorij; sed quia prius est esse, quam operari: per prius intelligitur in gratia munus operantis, quam cooperantis: *ergò si actus charitatis non confert animæ esse Divinum, nequit ullam veram condignitatem ad æternam fœlicitatem præbere. 3. & urgetur ex dictis. Operatio habens rationem ultimi finis formalis, nequit esse debita subiecto, cui deficit principium radicale illius, & positivè inclinans in talem operationem; sed actus charitatis nihil horum præstat ratione sui: ergò neque præstare valet veram condignitatem ad æternam beatitudinem. Quod explicari potest exèplo rebus in naturalibus: in quibus operatio se habens per modum finis ultimi ipsarum, solum ratione naturæ potest eis esse debita; non vero ratione cuiuscumque operationis, quantumvis excellentis.

Secundo.

Tertio.

42 2. Prob. Si actus charitatis ratione sui præberet condignitatem ad gloriam, etiam præberet condignitatem ad gratiã habitualem. Consequens nequit concedi; cum sit natura perfectissima longe superans in substantia, & in modo, actum charitatis: ergò nequit &c. Sequela probat. 1. à paritate augmenti gratiæ. Nàm homo merens de condigno augmentum gloriæ, meretur etiam de condigno, tanquam præmium intermedium, augmentum gratiæ; eo quod necessariò requiritur ad gradum intensiorem gloriæ. Ita S.Doct. 2.2.q.24.art.6. sed gratia habitualis quoad substantiam necessariò prærequiritur ad consecutionem æternæ beatitudinis: ergò si actus charitatis præberet homini veram condignitatem ad gloriam, etiam præberet condignitatem ad gratiã habitualem. Secundo à paritate peccati actualis; quodquidem, quia reddit hominem dignum privatione gloriæ, reddit etiam ipsum dignum privatione gratiæ habitualis præ re quisitę ad carentiam gloriæ: ergò similiter &c.

2. Ratio.

Prob. seq. 1.

Secundo.

43 Nec valet dicere actum charitatis procedere à gratia habituali, ut à principio effectivo ipsius: proindeque non posse præstare condignitatem ad illam; secus autem in ordine ad gloriam, quam omnino antecedit. Non, inquam, valet. Nàm oppositum est satis probabile: cuius probabilitas pronunc debet admitti. Deindè; nàm in casu possibili de elicientia actus charitatis per auxilium fluidum, vel extrinsecum, tenet efficacia argumenti, & ratio omnium est. Nàm si actus charitatis est vera sanctitas, præbensque homini veram condignitatem ad gloriam, hoc habet

Si respondeas.

Contra est.

bet ex perfectione specifica: quia videlicèt est perfecta conversio hominis ad Deum, & ratione illius fit unus Spiritus cum illo. Sed hæc æquè conveniunt actui charitatis, etiam si à grat: habituali non procedat, ut à principio effectivo: ergò quod deficiat talis præcedentia minimè obstat, ut reddat hominem condignum gloriæ, subindequè condignum gratiæ habitualis.

44 Probat. idem assumptum ab inconvenienti. Si enim actus charitatis est sanctitas, & aliunde antecedens tùm grat: tùm gloriam, reddit que hominem dignum utraque, cum sit operatio libera, & meritoria; non repugnat, sed potius est consonum suæ perfectioni, quod actu mereatur de condigno infusi: grat: habit: non enim aliud requiritur ad huiusmodi meritum; nisi operatio libera facta in obsequium Dei, & à subiecto ipsi grato procedens. Sed hoc pugnat cum Doctrina Trident: sess. 6. cap. 8. asserentis: *Nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, ipsam promereri.* Et similiter pugnat cum illo ad Roman. 8. *Iustificati gratis per gratiam ipsius*: ergò actus charitatis non gaudet condignitate ad gloriam.

Probat. 3. ab inconven:

Datur promiss: converti- min: ad me, & ego &c.

§. VII.

Solvuntur argumenta.

45 OBijcies 1. ex illo Ioannis cap. 14. *Qui diligit me, diligetur à Patre, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, & iterum: & ego manifestabo ei me ipsum.* Ubi denotatur mansionem Dei in anima, & manifestationem sui per gloriam, esse annexam actui charitatis. Sed hoc est actum charitatis præbere homini ius, sive condignitatem ad gloriam: ergò. Confirm. Iuxta Thom. tota ratio merendi gloriam est charitas actualis, à qua imperantur actus aliarum virtutum; sed ratio meriti est ratio condignitatis ad præmium: ergò actus charitatis &c. Urgeo. Plus est condignitas ad augmentum gloriæ, quam ad gloriam quoad primum sui esse. Sed actus charitatis ratione sui est condignus augmenti gloriæ; cum illud promereatur: ergò etiam est condignus gloria.

Arguit 1.

Confirm.

Urgetur.

Respond. Actum charitatis in præsenti providentia, utpotè connexum cum gratia habituali, habere annexam promissionem gloriæ; non quidem ratione sui, sed ratione gratiæ habitualis, cum qua modo necessario coniungitur. Undè sequens propositio: *Manifestatio Dei per gloriam est annexa actui charitatis.* Sic debet distingui: est annexa tanquam dispositioni ad gratiam habitualem, vel tanquam merito illius, si actus charitatis procedit, vel dignificatur à gratia, conced. mai. est annexa tanquam formæ reddenti hominem dignum gloria, nego mai. Hoc explicari potest in actu fidei, & eleemosynæ, quibus promittitur in Scriptura collatio gloriæ; quamvis ex hoc nequeat inferri actum eleemosynæ ratione sui reddere hominem dignum vita æterna.

46 Respond.

Ad confirm. Respond. Actum charitatis esse totam rationem merēdi gloriam proximè, & immediatè. Rationem vero radicalem, & per modum formæ moral: condignificantis opera meritoria esse solum gratiam habitualem: & hoc ita in sensu rigoroso, ut ipse actus charitatis non mereretur de condigno gloriam nisi præcederet ordine naturæ gratia habitualis illum dignificans, ut dictum relinquimus ex D. Thom. Ex quibus constat ad urg. Cum enim solum de gratia sit dictum in Scriptura esse semen gloriæ, & fontem aquæ salientis in vitam æternam, nullus actus, nullaque virtus potest digne fructificare ad consecutionem vitæ æternę, nisi ratione gratiæ habitualis, quæ etiam dicitur arbor spiritualis à Spiritu Sancto in cordibus nostris plantata, & ferens duodecim fructus salutares: de quo S. Doct. supra q. 70. art. 3. & ad Galat. 5. lect. 6.

47 Ad confirm.

Ad urg.

Obijc. 2. Eatenus gratia præbet homini verum ius ad gloriā, quia ratione illius homo fit obiectum congruum dilectionis amicabilis Dei; hoc est dilectionis, per quam acceptetur ad æternam fœlicitatem. Sed huiusmodi congruitas convenit actui

48 Arguit 2.

tui charitatis: ergò. Probat.min. Talis congruitas idem est, ac quædam condecentia, & proportio in excelentia boni, ut Deus ordinet hominem ad æternam fœlicitatem; sed huiusmodi condecentia &c. convenit actui charitatis, per quem homo totaliter se tradit Deo, ipsum apretiando super omnia: ergò &c.

Respond. Respond. in homine prædito gratia habituali dari aptitudinem ad duplicem dilectionem amicabilem Dei, unam, scilicèt, per quam Deus communicat gratiam reddendo illum consortem suæ naturæ, vi cuius complacet in ipso, tanquam in filio. Alteram vero, per quam hominem dilectum sic, acceptat ad gloriam, quæ est propria hæreditas filiorum Dei. Si sermo sit de dilectione amicabili primo modo accepta, non solum in homine adest congruitas, sed etiam ius verum, & condignitas, ut ratione gratiæ complaceat amicabiliter Deo, ut dictum est Dubio 5. §. 5.

49 Si autem sermo sit de dilectione amicabili subsecunda consideratione; verum est hominem ratione gratiæ esse obiectum congruum illius; sed non congruitate ut cumque, sed fundata in participatione Divinæ naturæ radicantis physicè ex natura rei sub conditione perseverantiæ æternam beatitudinem. Si autem inquiras: cur dicitur gratiâ reddere hominem obiectum congruum dilectionis acceptantis ipsum ad vitam æternam, si aliunde est radix physica illius? Respond. hoc affirmari: quia relatè ad supremum Dominiũ Dei, qui iuxta M. P. reddit debita nulli debens, caret necessaria connexione cum gloria, hæc autem congruitas longè distat à congruitate conveniente actui charitatis, cum in illo tantum sit congruitas secundũquid, & per modum dispositionis disponentis immediatè ad gratiam, & mediatè, sive ex consequenti ad gloriam. Undè quemadmodum actus charitatis ratione sui non est propriè dignus gratia; pariter nec ratione sui est dignus gloria.

Cuidam quæs: fit satis.

Et hæc de hoc dub. applic. ubi præcedentia: Et in 1. *dist.* 17. *per totam.*

DUBIUM XII.

IN QVO EXAMINANTVR ALIA capita; propter quæ actus charitatis non sit sanctitas.

§. I.

ACTVI CHARIT: DEFICIT ESSE RECTITVDINEM universalem animæ, & ideo non est sanctitas.

N. 1 ANGEL. Doct. hac 1.2. quæst. 113. art. 10. in corpore, & solut. ad 2. & quæst. 28. de Verit. art. 1. ad 2. asserit, iustitiam qua homo sit iustus, & gratus Deo, & quæ se habet, ut terminus iustificationis, non esse iustitiam sumptam per modum virtutis, quæ dividitur in distributivam, commutativam, & legalem, sed esse, aut consistere in quadam interiori hominis dispositione supernat: ipsum universaliter rectificante; quatenus supremum hominis subditur Deo, & vires inferiores subduntur rationi. Cum autem eiusdem ad se ipsum non sit pro-

Suppositum ex Doctr. S. Doct.

propriè iustitia, aut iniustitia; ideò eā appellat iustitiam methaphoricè acceptam. Licet quia debitū est hominem secundùm mentem subici Deo, & vires inferiores illius subici rectæ rationi; ideò forma, qua homo redditur iustus, & sanctus, appellatur iustitia. Eandem doctrinam tradit q. 28. de ver. a. 1. ubi reddit rationem, cur iustificatio impij non denominatur à gratia ut tali, sed à iustitia: cùm revera forma, qua iustificatur sit gratia habitualis. Ratio, inquā est.* Quia gratia solùm dicit rectificare animā constituē do eam in quoddā esse spirituali divino; iustitia verò nominat generalem rectitudinem, secundùm quam homo se habet indebito ordine ad Deum, ad proximum, & ad se ipsum; * ut scilicet, in eo inferiores vires superiori subdantur.

3 Ex hac doctrina aliqui occasionē sumpsere, ut asserant formam, qua iustificamur, non esse simplicē habitum, sed consistere in ternario, seu quaternario, scilicet, gratiæ, & charitatis, fidei, & spei; pro quo refert P. Arand. disp. 33. n. 110. post Vegam P. Oxea in manuscr. cùm hæc requirātur, ut homo sit universaliter rectificatus, tàm secundùm animam, quàm secundùm potentias illius. Licèt autem hic modus dicendi loquendo de iustificatione integraliter, & completivè sumpta sustineri valeat, loquendo de forma iustificante tantū quòad essentiam, est omninò falsus; constatque 1. ex Trid. sess. 6. asserente: *Unicā causam formalem nostræ iustificationis esse iustitiam Dei, qua interius renovamur secundum spiritum.* Si autem iustitia quòad essentiā consisteret in collectione gratiæ, & virtutum, absdubiò non esset unica causa formalis nostrę iustificationis. 2. Nàm id, quod se habet ut terminus ad quem iustificationis impij, est sanctitas, & iustitia quòad essentiam. Atqui iuxta Trid. sess. 6. c. 4. solùm ponitur pro termino ad quem gratia, & adoptio filiorum Dei, quæ quidem à gratia habituali solùm provenire potest: sicuti solùm ab illa provenit, quòd homo sit spiritualiter genitus à Deo: ergò. 3. Si ex rectitudine generali requisita ad iustificationē probaretur virtutes Theologicas ingredi ad iustificationem quòad essentiam, etiam probaretur virtutes morales infusas residentes, tum in voluntate, tum etiā in appetitu (idemque de donis spiritus S.) pertinere ad substantiā iustificationis. Ratio est: nam sine prædictis virtutibus, aut donis non verificatur hominem esse simpliciter rectificatum in ordine ad Deum, ad proximum, & ad se ipsum. Quapropter licèt sanctitatis essentia, & iustitię salvetur in dono simplici, scilicet, gratia habituali, à qua tanquàm à principio, & radice oriuntur cæteræ virtutes, & dona supernaturalia; quia tamē homo iustificatus redditur potens iustè, & meritoriè operari ad vitam æternā non sine charitate, alijsque donis supernaturalibus; ideò dicitur, tum à Trid. tum à SS. PP.* hominem iustificari per voluntariam gratiæ, aliorumque donorum susceptionem* Unde testimonia D. Th. in quibus asserit, iustitiam, qua homo fit iustus coram Deo, dicere rectitudinē generalē, vel loquūtur de iustitia, non solùm quòad sui essentiam, sed etiam quòad sui integritatem, & complementum, quod sine virtutibus infusis habere nequit. Vel dicendum, & melius, quòd rectitudo generalis nō sumitur pro illa, quæ est talis formaliter, sed radicaliter; & hoc modo gratia habitualis dicitur rectitudo universalis, quatenùs ab illa dona supernaturalia proveniunt. Ita S. D. q. 27. de ver. a. 6. ad 5. & ad 17. & in sol. ad 9. & hic q. 110. a. 3. ad 2. Vid. 2. 2. q. 58. a. 6. ubi explicat quot modis potest dici aliqua *virtus generalis, aut universalis.* Videatur etiam P. Suarez lib. 7. de grat. cap. 9.

Addit autem Ang. D. in sol. ad 1. *Fidem, & charitatem solum importare specialem rectitudinem secundum intellectum, vel affectum.* Ex quibus verbis constat 1. iuxta illius doct. charitatē, sive actualem, sive habitualem, excludi à S. D. à vera ratione iustitiæ, sive sanctitatis. Const. 2. Hoc provenire, ex quo ad rationem sanctitatis necessario requiritur rectitudo generalis, qua carent fides, & charitas. Cum ergò hæc sint conformia menti S. D. sic efformo rationē. De ratione iusti-

Quoddā assertum reijcit.

Reijc. 1.

Secundò.

Tertiò.

Exponitur S. D.

titiæ;& sanctitatis reddentis hominē gratum,& iustum coram Deo,est esse perfectionem illum rectificantē rectitudine universali; sed non rectitudine universali in essēdo; aliàs sanctitas consisteret in aggregato gratię, & omnium donorum supernaturalium: ergò de ratione iustitiæ, sive sanctitatis, est esse rectitudinem universalem hominis per modum principij, sive radicis. Sed actus charitatis non gaudet huiusmodi perfectione rectitudinis: ergo &c. Mai. 1. syllog. est D. Th. Min. etiam constat. Tum ex prob. adduct. Tum ex sup. dict. Min. subsump. constat. Tum quia soli gratiæ titulo naturæ supernaturalis cōvenit munus radicis, virtutum, & donorum supernat. Tum quia actus charitatis, ut imperet ordinando actus omnium virtutum ad Deum ut finem ultimum, debet supponere necessario tum gratiam habitualem, tum etiam alias virtutes infusas, per quæ iam præintelligitur homo rectificatus secundum animam, & illius potentias. Tum quia nemo hucusque dixit: actum charitatis esse causam, seu radicem, à qua proveniant per verum influxum dona supernaturalia nisi solū dispositivè, in quo sensu etiam gratia habitualis ab illo dependet.

Huic rationi Resp. potest 1. exponendo S. D. de iustitia habituali, & 4 per quam de facto homines iustificantur a Deo; secus autem de iustitia ex terminis; ad quam sufficit mundare hominē à peccato, illumque perfectè unire cum Deo. 1. Resp. 2. Actum charitatis esse rectitudinem universalē Secunda. per modum causæ finalis, eo quod omnes actus aliarum virtutum imperat ordinando illos ad Deum ut finē ultimum. Vel etiam dici potest charitatem esse rectitudinem universalē, quatenus se habet per modum Tertia. formæ moralis reddentis meritoria de condigno omnia opera honesta tam naturalia, quam supernaturalia.

Nulla tamen ex his consonat D. Th. nec in eis aliqua soliditas appa- 5 ret. 1. assumpt. constat. Nam D. Th. loquitur de iustific. quoad essentiam, Obstat 1. contra omnes. scil. prout dicit motum ad iustitiam, in qua definitione comprehenditur omnis iustificatio. Tum quia loquitur de iustificatione impij, prout est translatio de statu iniustitiæ ad statū iustitiæ. Sed si actus charitatis est vera iustitia, nequit consequenter negari actum charitatis esse huiusmodi translationē: * ergò. Tum denique, quia eodem modo excludit à ratione iustitiæ actum charitatis, ac actum fidei; quia uterque dicit solum specialem rectitudinem. Atqui actus fidei nullatenus obtinet veram rationem iustitiæ: ergò. 2. assumpt. prob. & impugnat. 1. sol. Esse rectitudinem universalem per modum principij, sive radicis donorum supernaturalium, est de conceptu verè quidditativo sanctitatis, & iustitiæ ut sic: ergò solut. est nulla. Aūs. prob. De conceptu quidditativo iustitiæ, & sanctitatis ut sic est reddere hominē prōptum, & idoneum ad iustè, & meritorie operandum intra ordinem gratiæ. Sed huiusmodi idoneitas, semel quod præstetur à simplici dono, nequit non præstari ab illo, tanquam à radice donorum supernatur: ergò.

* Præcedit enim remiss. pec.

2. contra 1. Resp.

Confir. De conceptu quidditativo 6 veræ iustitiæ est reddere hominem rectè se habentem erga Deum ut finem ultimum simpliciter; sed hoc nequit haberi, nisi ex vi doni radicātis virtutes, & alia dona supernat: ergò. Mai. est certa: Nam esse sanctum, est esse simpliciter perfectum; principium autem omnis perfectionis desumitur ex ordine ad finē ultimum. Min. vero prob. De ratione finis ultimi simpliciter, est subijcere sibi omnem inclinationem, potentias, & operationes. Sed repugnat huiusmodi subiectio, nisi adsit donum radicans virtutes perficientes potent: ad rectè operandum; cum potentia sine perfectione virtutis nequeat per sui operationem habere Deum pro fine: ergò. Urg. Intellectū subijci Deo ut fini ultimo, est posse elicere actum respicientem Deum ut finem; idem de subiectione voluntatis, & aliarum potentiarum: ergò donum subijciens hominem Deo ut fini ult. simplic. est donum radicans virt. quibus omnes pot. possunt suis actib. Deū ut fin. ultimum respicere. Si enim ex aliquo dono supernaturali non derivatur virtus infusa perficiens intellectum, vo-

Confirm.

Urgetur.

voluntatem, aliasque potentias virtutis capaces; alias non esset verum, ex vi illius doni Deum esse ultimum finem simpliciter earum: cum repugnet finem suum munus exercere respectu illius potentiæ, quæ sua operatione nequit Deum attingere.

7 Contr.2.sol.obstat 1.doct.D.Th. ubi sup.attribuentis charitati solum rectitudinem specialem hominis secundum affectum; sicuti fidei rectitudinem secundum intellectum; cum tamen iuxta eundem S. D. charitas imperet actus omnium virtutum, sitque forma moralis illarum. Ex quo apparet huiusmodi rectitudinem generalem existimatam fuisse à D. Th. ut insufficientem ad rationem iustitiæ, & sanctitatis. Hæc autem ponderatio mihi est efficacissima, nè D. Th. ignorantiam iustitiæ, & sanctitatis ex terminis attribuamus; aut eam quoad suam quidditatem non percipiamus. 2. Charitatis actū esse rectitudinem generalem hominis per modum imperij, est præbere actibus aliarum virtutum, præter bonitatem ipsis intrinsecam, aliam rectitudinē extrinsecam in ordine ad Deum, ut amicabiliter dilectum, consistentem: sive in hoc quod est, actus aliarum virtutum ordinari in obsequium, & gloriam Dei. Sed huiusmodi rectificatio non sufficit ad rationem sanctitatis: ergò. Prob.min.1. Huiusmodi rectificatio non sufficit, ut homo secundum animam, & quatenus est ad imaginem Dei, sit rectificatus, aut debitè ordinatus ad Deum; idem de homine secundum intellectum, & voluntatem; cum rectitudo actualis operationis, sive intrinseca, sive extrinseca, nec ad lineam naturæ, aut potentiæ spectet, sed illam supponat. Sed repugnat rectitudinem desè relinquentem hominem irrectificatum secundum animam, & secundum potentias; quibus dicitur factus ad imaginem Dei; constituere hominē, verè sanctū coram Deo; cū homo sit principaliter anima, & illius potentiæ: illius vero operationis sint accidentia, & perfectiones secundariæ illius: ergò. 2. prob. ead. min. Rectitudo illa, secundum quā homo nequit simplic. placere Deo, est insufficiens, ut illum verè sanctum constituat; sed huiusmodi est rectitudo conveniens operationibus ex imperio charitatis: ergò. Pr. min. Nequit homo simplic: placere Deo vi illius rectitudinis, quę ex se nō est perfectio form: subiecti, sed operationis ad illum consecutæ; sed rectitudo conveniens operationibus ex imperio charitatis non est ratione sui rectificatio, & dignitas hominis, sed operationum illius: cum hominem esse rectum, & dignū coram Deo, sit illum esse constitutū in quodam esse divino propter similitudinem cum illo: ergò. Confir. ex illo Gen.4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Ubi communiter iuxta Theol. significatur duplex complacentia ex parte Dei: una secundū quam subiectum erat Deo simpliciter placens, & gratum; iuxta illud: *Ad Abel respexit Dominus.* Altera vero, secundum quam munera, hoc est, opera illius erant Deo grata, & accepta, utpotè facta in gloriā, & obsequium illius; quod significatur ibi *ad munera eius.* Attamen 1. cōplacentia est propria, & simpliciter talis, utpotè complacentia in persona in se, & propter se, & ut ita dicam, est complacentia subsistantialis, proprièque amicitia. Cum hæc iuxta D. Th. 1.2. q.26.a.4. Et 1.cont.Gent.c.96. solum terminetur ad res per se subsistentes. 2. vero est accidentalis, & ad lineam meriti spectās. Quę nisi 1. supponat, nequit verum ius ad gloriam, & augmentum gratiæ præbere. Ex his impugnata manet 3. sol. cum iuxta D. Th. 2.2.q. 23.a.8. *Eo charitas dicitur forma virtutum, quia eas ordinat in Deum, ut finem ultimum, & finis in moralibus sortitur rationem formæ.*

2. Solut. impugn. 1

Secundo.

S.D. 2.2. q.58.a.6. Eandem universalit. tribuit iustitiæ legali.

Confirm.

§. II.

Solvuntur aliqua instantia.

8 SEd, ut dicta magis eluceſcant, obijc. 1. Actus charitatis est radix saltim moralis omnis rectitudinis in homine; sed hoc ipso habet rationē sanctitatis, & simul est rectitudo universalis per modum principij: ergò ratio concl. est prorsus inefficax. Mai. traditur ab Apost. ad Ephes. 3. ibi; *In charitate radicati.* Super quæ

Arguit. 1.

ait S.D. *Sicut arbor sine radice, & domus sine fundamẽto facilè ruit, ita spirituale ædificiũ, nisi sit in charitate radicatum, & fundatum, durare non potest.* Idẽ docet 2.2.q.23.a.8. & alijs in locis, quæ citat Bergomensis in tabula aurea, verbo *charitas*, n.9. ergò. Confirm. ex eodem S.D. in 1.d.17.q.1.a.1. dicente: *Tota bonitas ipsius animæ est in charitate; unde tantum bona est, quantam habet charitatem.* Ex quibus sic arguo: quod est principium omnis bonitatis in anima, est principiũ perfectionis, & illius rectitudinis; proindèque est rectitudo universalis; sed sic se habet charitas iuxta D.Th. ergò. Favet M.P. ser.1.Dom.2. post oct. Epiph. *Charitas est radix omnium virtutum.*

Confirm.

9 In primis argu. nõ probat de actu charitatis, sed ad summum de habitu; cum actus non sit radix virtutum, sed illas necessario supponit, ut possit earum actus imperare. Deindè, quia actus charitatis ponitur ab Apost. ad Galat.1. inter fructus S. Spiritus; eo quod iuxta D.Th. 1.2.q.70. a.3. talis actus procedit à gratia habituali, quæ se habet ut arbor plantata in anima ab Spiritu S. Unde sicuti in arbore naturali, distinguitur radix, ramus, & fructus: ita oportet distinguere intra ordinem supernaturalem Spiritus S. sive potius gratia habitualis ut *radix*, charitas, aliæque virtutes ut *Rami*, fructus autem sunt actus ab illis virtutibus procedentes. Deindè sciendum hoc nomen *Radix* iuxta Script. duo significare. 1. significat, quod habet rationẽ causę per se, à qua alia dimanant. 2. significat id, quod se habet ut initium alterius; & ei præstat fomentum, sive nutrimentum ad operandum. Exempl. 1. acceptionis satis notæ Philosoph. & Theol. habetur in anima rationali respectu suarum potentiarum; & in gratia respectu virtutum, & donorũ supernaturalium. Exempl. 2. habetur in fide Theologica, quæ iuxta Trid. sess.6.c.8. dicitur: *Initium, radix, & fundamentum nostræ iustificationis.* * Quia videl. per fidem homo inchoat convalescit, & accepit aliquod fundamentum ut per gratiam Dei iustificetur. In eodẽ sensu accipitur hoc nomen *radix* ab Apost. ad Timoth.6. dum avaritiam appellat, *radicem omnium malorum.* Eo quod divitiæ præbent nutrimentum, & fomentum ad alia peccata committenda. Quam quidem radicis acceptionẽ esse impropriam, & impertinentẽ pro præsenti assumpto est de se manifestum. Quia igitur actus charitatis, vel si mavis, habitus charitatis, medio suo actu præbet fomentum, & nutrimentum, quo cæteræ virtutes corroborantur, convalescunt, & fructificant ad vitã æternam, ideò appellatur ab Apost. *radix &c.* ita exponitur à D. Th. author. Apost. loco cit. ex 2.2. in sol. ad 2. & per dist. traditam explicat Bergomensis in tab. aur. dub. 1144. test. D.Th. apparenter oppositа. Nam in pluribus suæ doct. locis asserit: *Charitatem esse radicem omnium virtutum*; in alijs vero affirmat nullum habitum virt: esse radicem, sed ramum, ut videre est in 2.d.42.q.2.a.1. Cum igitur unus ramus non sit radix alterius ab eadem radice procedentis; & charitas per modum virtutis sit Ramus spiritualis à gratia, ut à radice procedens; ideò nõ dicitur cum proprietate radix. Sic exponendus est S. D. sup. Ioan. c.15. lect.2. litt.F.

Resp.1.

Duplex accept. Radicis.

* Et Eccles. 1. Radix sapient. timere Dominum.

Pro sol. confir. notanda est doct. D. Th. in 2.d.26.q.1.a.4. ad 3. *Dicendum, quod bonitas, quã virtus habẽti confert; est bonitas perfectionis in comparatione ad opus, sed gratia confert animæ perfectionem in quodã divino esse, & non solũ respectu operis, propter quod habentes gratiã sicut filij Deo dicuntur grati.* Ex qua doct. constat sensus D. Th. loco nobis obiecto. Cum enim iuxta illius doct. 1.p.q.5.a.16. *Triplex sit bonitas, sive perfectio rei, 1. quæ consistit in esse provenienti à forma constitutiva illius; 2. consistente in accidentibus se habentibus per modum virtutis ad operãdum; 3. vero in operationibus, quibus attingit, & consequitur finem propriũ.* Dum talẽ bonit: convenient: animę, attribuit charitati, intelligendus est ipso testante de bonitate, sive perfectione operationum, non quidem intrinseca ipsis, sed de bonitate extrinseca requisita ad rationem meriti; quæ quidem convenit actibus aliarum virtutum, secundum quod à charitate imperantur. Hæc autem recti-

10 Ad confirm.

fi-

ficatio: cum non elevet hominem ad esse divinum illum constituentem Deiformem, non dicitur propriè universalis; cum debeat esse idoneitas ad exercendas operationes divinas; quæ solum à perfectione propriè conferenti esse divinum absolutè provenire valet.

11 Sed dices: ergò licet charitas non sit principium, & radix perfectionis, & bonitatis aliarum virtutum, quoad sibi intrinseca; est tamen principium illarum quoad perfectionē, vi cuius redduntur formatæ, & meritoriæ vitę æternæ: ergò licet nō sit principium omnis perfectionis virtutum, & earū actuum, secus tamē quoad honestatē convenientem ipsis ex ordinatione ad Deum ut finem ultimum. Sed huiusmodi rectificatio universalis per modum principij sufficit ad rationē sanctitatis: ergò. Prob. min. Plus perfectionis dicunt virtutes, & earum actus, prout habent esse vivum, & formatum, quam ratione perfectionis eis ab intrinseco convenientis: ergò si esse principium virtutum, & earum actus; hoc 2. modo sufficit ad rationē sanctitatis, multo magis &c. Urg. Illa rectificatio, per quam homo magis accedit ad Deum, est sanctitas; sed sic se habet rectificatio universalis, secundum quam omnes virtutes, & earum actus fiunt ex amore Dei, & referuntur in ipsum, tanquam in finem amicabiliter dilectum: ergò si hæc provenit à charitate &c.

Instabis.

Urgetur.

12 Hæc instantia, quæ difficilis apparet, & cuius efficacia innititur in eo, quod charitas est forma omnis virtutis, facilè solvit. ex doct. D. Th. ubi sup. * per hęc verba: *Dicend: quod charitas solum est forma virtutum ex parte actus, in quantum scil. omnes actus virtutum in suum finem convocat: eo quod obiectum eius est finis ultimus: unde informat alias virtutes. Sed gratia informat per modum originis, quia ex ipsa oriuntur habitus virtutum. Illud autem quod ab alio oritur, formam ab eo trahit, & in suo vigore consistit, quādiu origini continuatur.* Hinc consequenter asserit in art. seq. gratiā esse formam omnium virtutum, & insuper per modum formæ significare opera aliarum virtutum, reddendo illa condigna, & meritoria vitæ æternæ, quamvis hæc omnia non exerceat nisi mediante charitate. Ex quibus constat modum rectificationis universalis virtutum solum convenire charitati, proximè, & immediatè, radicaliter vero gratię habitual. ita ut nec ipsa charitas formaret alias virtutes modo dicto, & ex parte actus, nisi continuaretur, & radicaretur in gratia. Unde in forma dist. illud conseq. * Charitas est principiū rectitudinis &c. proximum, & immediatum, dependens necessario à gratia tanquam à principio radicali significāti, & vivificanti omnes virtutes, & earum actus, conc. conseq. Alio modo, neg. conseq. * Similiter ad hanc conseq. * charitas est forma omnium virtutum: ergò est rectitudo universalis illarum. Sic debet Resp. Est forma ex parte actus tribuendo ei rectitudinem aliquam requisitam ad rationem meriti, conc. añs. Est forma ex parte subiecti, & per modum radicis, neg. añs. & conseq. * Quæ dist. roboratur ex S. D. ubi supr. dicente: *Actum charitatis non fore meritorium, nisi à subiecto Deo grato per gratiam procederet.*

Resp. in forma.

Duplex form. virt.

* In 2. d. 26. q. 1. a. 4. ad 5.

Resp. 1.

13 2. Objic. Rectificatio universalis in causando per modum radicis non requiritur necessario ad omnē sanctitatem. Constat hoc in visione beata, quæ iuxta Aliq. est etiam sanctitas formalis, cui talis modus rectitudinis convenire nequit; cum illa necessario supponat gratiam habitualem ut radicem, & similiter supponat omnes virtutes infusas, & dona supernaturalia in ipsa radicata. Unde solum habet principiare amorem, & fruitionē, reddendo beatum perfectè unitum cum Deo: ergo rectific. universalis in sensu à nobis explic. non est de ratione sanctit. ut sic. Resp. 1. negando visioni beatæ conceptum verum sanctitatis, de quo infra agemus ob motiva satis efficacia: propter quæ Illust. Godoy dixit; negativam sententiam esse frequentem inter discipulos D. Thom. Unde solum est consummatio sanctitatis, & ultima perfectio sanctificans. Quare dicendum talem opinionem esse probabilem; sed nobis falsum, &

Arguit. 2.

Resp. 2.

parum conseq. doctrinæ hic, & in
Resp. 2. §. anti. traditæ. Resp. 2. In dicta opinione eo attribui visioni beatæ rationem sanctitatis, quia eminenter continet omnem perfectionem gratiæ habitualis: Nam esto in illa radicetur physicè; se habet ut finis ultimus, ad quem ipsa gratia ordinatur; propter quæ consequenter ab eisd. AA. propugnatur excedere simpliciter in perfectione gratiam habitualem. His ergò principijs admissis, & quæ modo disputari non debent: facilis est disparitas inter illam, & actum charitatis; cum hic eminenter non contineat perfectionem gratiæ. Unde licet illa non sit rectitudo uni versalis formaliter in causando, est tamen eminenter.

§. III.

Actus charitatis non est sanctitas, quia non reddit hominem dilectum amicabiliter à Deo.

14 SUppono ex D. Th. 2. 2. q. 23. a. 1. in
Suppos: quædam. ter Deum, & hominem dari veram, & propriam amicitiam, supposita eius elevatione ad ordinem gratiæ, eamque esse, aut consistere in habitu charitatis. Ratio est: Nam a-
Prob. 1. micitia *est mutuus benevolentiæ amor in communicatione bonorum fundatus*; atqui inter Deum, & homines datur mutuus benevolentiæ amor fundatus super communicationem æternę beatitudinis in spe, & super communicationem gratiæ in re: etgò. Min. quoad 2. p. constat. Nam gratia habitualis, per quam homo redditur cōsors divinæ naturæ, est fons aquæ salientis in vitam æternam; proindèque communicatio per gratiam; est communicatio cum Deo possessio in spe, & radice æternę beatit: Quoad 1. prob. facilè. Nam in primis ex parte Dei datur amor benevolentiæ circa homines, dum eis vult æternam beatitudinem, & ad propriam illius hæreditatem eos dirigit. Deindè. Homo diligens Deum super omnia propter summam bonitatem; illum amore benevolentiæ diligit: ergò. Ratio 2.
Prob. 2. est: Nam propriū munus charitatis, prout est virtus Theologica, est diligere Deum ut A. gratiæ modo sup. explicato. Cumque charitas radicetur in gratia, secundum quam homo communicat cum Deo in bonis proprijs illius; inde provenit charitatem esse veram amicit: hominis cum Deo.
Illatio ex dictis. 1. Ex his constat 1. quod; etsi amicitia habitualis consistēs in ipsa virtute charitatis, & amicitia actualis ad Deum consistens in actu dilectionis, non dicant de formali gratiam habitualem, à qua radicaliter proveniunt, illam tamen necessariò requirunt, ut sortiantur rationem amicitiæ circa Deum. Unde si habitus charitatis infunderetur sine gratia; amor ex illo procedens esset benevolentiæ; non tamen amicitiæ; ob defectum communicationis cum Deo in vita propria ipsius. Hinc constat 2. homi-
Secundo. nem habere amicitiam cum Deo, duo importare. 1. Quod terminet dilectionem amicabilem ipsius Dei. 2. Quod ipsum Deum activè mutuo redamet. Quapropter, dum dicitur virtutem charitatis esse amicitiam; ly *amicitia* sumitur pro activa redamatione ex parte hominis: non vero prout ly *amicitia* importat necessario hominem esse amicabiliter dilectum à Deo. Clarius: charitas facit nos dilectores Dei, non tamen amicabiliter dilectos ab illo. Quod assumpt. sequenti ratione probatur.

15 De ratione sanctitatis vt sic,
Prob. ratione. est constituere hominem amicabiliter dilectum à Deo; sed actus charitatis ratione sui non reddit hominem dilectum amicabiliter à Deo: ergò non obtinet veram rationem sanctitatis. Mai. videtur certa: Nam de ratione sanctitatis est reddere hominem Deo simpliciter gratum, & ipsi charum: unde sanctificatio explicatur ab Apostolo ad Ephes. 1. per hæc verba: *Gratificavit nos in dilecto filio suo.* Sed hominem esse simpliciter Deo gratum, & ipsi charum, est idem, ac esse ei amicabiliter dilectum: ergò. Min. vero prob. Hominem esse Deo amicabiliter dilectum, est illum esse simpliciter dilectum ab ipso; sed actus charitatis non reddit hominem simpliciter dilectum à Deo: ergò. Minor vero probatur ex Sanct. Doct. hac 1. 2.

q.

quæst. 110. art. 1. dicente : *Secundum hoc dicitur Deus hominem simpliciter diligere, quatenus trahit ipsum ad participationem boni divini, & etiam quatenus vult homini bonum æternum, quod est ipse Deus.*

16 Similia etiam tradit Angel. Præcept. in 3. contr. Gent. cap. 150. & super Ioann. cap. 14. lect. 5. ibi: *Simpliciter autem diligit illos, quibus vult omne bonum, scil: ut habeant ipsum Deum.* Ex quibus sic argumentor. Hominem esse simpliciter dilectum à Deo, est illum trahi ad participationem ipsius Dei; sed hoc nullatenus præstat actus charitatis; cum solum sit participatio divini amoris: ergò actus charitatis nequit reddere hominem simpliciter dilectum à Deo. Urgetur. Si actus charitatis redderet hominem simpliciter dilectum à Deo, ratio D. Thom. probans necessitatem gratiæ habitualis per modum formæ in homine permanentis, ex eo quod homo diligitur à Deo specialiter, & amore simpliciter tali; esset prorsus inefficax, cum posset stare veritas anteced. absque veritate consequentis: ergò dicendum hominem ratione actus charitatis non posse dici à Deo simpliciter dilectum : subindèque nec sanctum. Undè q. 27. de Ver. art. 2. ad 5. ait : *Dilectio facit Deum nobis charum, non autè facit nos charos Deo.* Sed esse charum Deo est esse amicabiliter ei dilectum : ergò.

Aliud test. S.D. Urgetur.

17 Confirm. ex differentia, quam tradit S. D. tum loco cit. ex 1. 2. tum 3. cont. Gent. c. 150. inter amorem divinum, & humanum; amor enim Dei est effectivus, & non supponit, sed potius causat bonitatem in rebus; qua de causa non ideò aliquid amatur à Deo, quia bonum; sed è converso. Amor autem creaturæ non est ex se effectivus, sed supponit bonitatem in re dilecta, vel in parte; vel secundū apprehensionem. Consequenter ad hanc; est alia differentia inter illos quantum ad illud frequens principium, scil. *Similitudo est causa amoris.* Nam respectu amoris divini, potius amor est causa, ut homines sibi assimilentur communicando suam bonitatem eis. Unde iuxta modum similitudinis cognoscenda est nobis conditio amoris. Si assimilat sibi Deus purè intra ordinem naturę, erit amor naturalis; si intra ordinem gratiæ, supernaturalis; & si intra hunc ordinem assimilet similitudine perfecta, erit amor simpliciter perfectus; si vero solum secundum quid, erit amor eiusdem conditionis. Nunc sic. Sed actus charitatis non reddit hominem absolutè perfectum intra ordinem gratiæ; nec ratione illius assimilatur simpliciter (etiam analogicè) Deo Authori supernaturali : ergò ratione actus charitatis non redditur homo simpliciter, & perfectè dilectus à Deo.

Confirm.

18 Min. quoad 1. part. prob. 1. à paritate. In naturalibus perfectio absoluta, & simpliciter talis, desumitur à forma, per quam sortiuntur suam speciem; illa vero quę ab aliqua operatione provenit, est secundum quid talis : ergò similiter perfectio absoluta intra ordinem gratię est illa, quæ provenit à gratia se habente ut natura, & radice : quæ autem desumitur ab actu charitatis, erit secundum quid talis; illa enim est quasi substantialis, ista vero omninò accidentalis. 2. Quia perfectio sequitur ad esse in actu, & iuxta modum illius : ergò id erit intra ordinem supernaturalem perfectio absolutè, & strictè talis, quod præstet homini esse in actu intra talem ordinem. Sed hoc non præstat actus charitatis; cum potius supponat hominem in esse divino; & insuper nulla res accipit esse absolutè ratione alicuius operationis : ergò. 3. Perfectio rerum desumitur ex ordine ad finem: ergò id, per quod res non simpliciter dirigitur ad finem, non est perfectio absolutè, & strictè talis. Sed sic se habet actus charitatis : ergò. Prob. min. ex D. Thom. loc. cit. ex contr. Gent. ubi probat necessitatem doni habitualis ab intrinseco manentis in homine * quia illū dirigit ad consecutionem finis ultimi, qui est Deus, subditque, hanc directionem, seu ordinationem nō fieri per operat. transeuntem : Nam ea cessante, cessat prædicta directio. Unde in naturalibus res non ordinantur ad finem

Prob. 1. pars minor. Secundo. Tertio.

proprium, nisi per formam, & virtutes operativas, operationes autem ordinantur ad finis consecutionem: * ergò similiter licet per actum charitatis attingat finem, & tendat ad illius assecutionem, vel unionem cum ipso; non tamen per illum homo dicitur directus in Deum, ut finem ultimum.

19 Explicat. doct. data

Ut hæc doctrina clarè percipiatur, & aliquibus instantijs fiat satis, distinguendum est inter directionem, seu ordinationem passivam naturæ in finem, quatenus intelligitur inclinata ad illam ut sibi convenientem; & inter directionem activam, qua ipsa natura tendit in finem sibi proportionatum; seipsam; & suas operationes ordinando in illum. Ex his 1. provenit à forma permanenti, & ratione illius res providè ordinantur à Deo. 2. vero provenit ab operatione creaturæ: quæ quidem iam supponit 1. directionē, quæ est perfectio 1. naturæ. Alijs terminis: alia est ordinatio in finem, qua res ordinantur per providentiam à Deo; alia vero, qua etiam ipsæ creaturæ tendunt, & se ordinant in finem convenientem secundum modum suæ naturæ; 1. est permanens; 2. vero est transiens, & necessario supponit 1.

20 2. Pars min. probat.

2. Vero pars, scilicet, per actum charitatis hominem non reddi simpliciter Deo similem, prob. Nam similitudo propriè talis cum Deo est similitudo cum esse Dei, & eius natura. Sed similitudo habita per charitatis actum, non est huiusmodi; cum sit quantum ad actum amoris supponentem esse Dei, & illius naturam: ergò. Confirm. Hominem esse propriè, & strictè similem Deo, est illū esse Deiformem, sive Deificatum; sed hominem esse Deificatum non est assimilari ipsi in aliqua operatione; cum Deificatio, & Deiformitas sint effectus provenientes à Deitate: ergò. Hoc confirmari potest exemplo rerum naturalium: ubi solum similitudo quantum ad naturam, & rationem speciei, dicitur propriè, & strictè talis; secus autem illa, quæ est in aliquo accidenti; aliter etiam inter homines, & bruta esset propriè similitudo; & insuper per donum sapientiæ homo esset similis strictè, & propriè Deo. Videatur D. Thom. 1. p. q. 4. a. 3. ubi agit de similitudine, qua creatura gaudet cum Deo, * ex quo similitudo ut sic fundatur supra convenientiam duorum in aliqua forma.*

Confirm. Roborat. exemplo.

Huic rationi Resp. neg. mai. 1. syllogismi, scilicet, * de ratione sanctitatis esse reddere hominem terminantem dilectionem amicabilem Dei, * cum sufficiat reddere illum simpliciter diligentem amicabiliter Deum. Si enim homo est amicabiliter diligens Deum, est illius amicus, proindèque sanctus. Licet autem actus charitatis non sit id, ratione cuius homo est amicabiliter dilectus à Deo; est tamen id, quo constituitur diligens amicabiliter ipsum; si aliunde supponatur gratia habitualis: ac proindè in tali actu erit ratio sanctitatis. Sed contra est 1. ex dictis: Nam esse sanctum est esse Deo gratum, dignumque eius amore; esse autem gratum est esse obiectum terminās dilection: Dei simplic: hoc autem non est diligere Deum, cum probatum sit talem dilectionem ex parte hominis non esse bonum simpliciter. 2. Hominem diligere actu amicabiliter Deum, est redamare Deum: ergò supponit Deum amicabiliter diligentē hominem: ergò hominem sic diligere Deum supponit hominem terminantem eius dilectionem, sive supponit ipsum dilectum à Deo. Sed sanctitas unicè consistit in eo, quod reddit hominem placentem Deo: quod sic prob. Sanctitas non consistit ullatenus in eo, quod Deus placeat homini; aut sit ei gratus: ut videtur certum: sed amare Deum per charitatem, est Deum placere, aut esse gratum homini: ergò.

21 Dices. Reijcit. 1. Secundo.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

22 Arg. 1.

SEd ut dicta plenius innotescant, obijcies 1. Per actum charitatis supponentem gratiam habitualem homo actu amicabiliter diligit Deum

Deum : ergò per illum fit actu amicus Dei amicitia actuali. Sed homin: esse amicum Dei, est esse sanctum: ergò per illum redditur homo sanctus. Si enim datur duplex amicitia, una radicalis proveniens à gratia; alia actualis proveniens ab actu charitatis; cur etiam non dabitur duplex sanctitas? Respond. ex dictis rationem sanctitatis dicere constitutivè terminare dilectionem amicabilem Dei ; non vero redamare Deum : quia hoc dicit Deum placere, & esse gratum homini; sanctitas autem dicit quod homo ratione illius simpliciter placeat , & sit gratus Deo. Undè in forma disting. per actum charitatis homo fit actu amicus Dei secundumquod amicitia dicit de redamatione, conced.añs. Secundumquod dicit de terminatione passiva amicitiæ Dei, neg.añs. & conseq.

Respond.

Obijcies 2. Et replicabis contra dicta:Hominem odio habere Deum est illum esse simpliciter iniustum: ergò hominem diligere amicabiliter Deum est illum esse formaliter iustum. Conseq. patet: tùm à paritate ; tùm quia amor gaudet tanta perfectione, quanta est malitia odij. Urgetur. Odium Dei, & reddit Deum simpliciter displicentem homini, & etiam reddit hominem simpliciter displicentem Deo : ergò idem dicendum de actu charitatis elicito ab homine iustificato gratia habituali ; quapropter licèt non sit sanctitas formalis , prout reddit Deum dilect.ab homine,benè tamen prout denominat hominem simpliciter dilectum Deo. Quemadmodum odium non est iniustitia,prout denominat Deum displicentem homini, sed hominem simpliciter displicentem Deo.

23

Arguit.2.

Urgetur.

Resp. Odium, & quodlibet aliud peccatum mortale reddere hominemDeo abominabilem,& dignum privari vita æterna. Cum sit gravissimum malum affectivè , & effectivè avertens illud à Deo , ut fine ultimo simpliciter.Undè non mirum illud esse veram iniustitiam , & iniquitatem. Dignitas autem, ut homo terminet dilectionem Dei simpliciter talem solum provenire valet à gratia , sicuti solum ab illa provenit dignitas ad vitam æternam.Hæc disparitas confirmari potest exemplo deducto ex rebus humanis. Nam quælibet offensa gravis reddit unum hominem dignum , ut odio inimicitiæ prosequatur ab altero homine; non autem quodlibet obsequium, esto grave, reddit illum dignum redamari amicabiliter ab ipso. Hinc provenit inimicitiam non præsupponere necessario aliquod malum,in quo fundari debeat ; cuius oppositum concedi debet de omni amicitia actuali inter homines , & inter Deum, & homines.

24

Respond.

Ad probat.conseq.Respond. Actum charitatis adæquare in bonitate odium Dei secundum malitiam convenientem ipsi ex obiecto , ut dissono legi ; cum huiusmodi malitia consistat , (vel includat) in privatione rectitudinis actualis debitæ ex præcepto charitatis. Si autem consideretur odium Dei secundum malitiam convenientem ipsi, quatenus est offensa Dei , & aversio ab illo affectiva , & effectiva ; longè superat in malitia rectitudinem charitatis. Qua de causa nequit homo per actum dilectionis quantumvis perfectissimum condigne satisfacere pro offensa læthali. Ex quo constat , cur odium reddat hominemDeo simpliciter abominabilem , & actus charitatis nequeat ratione sui reddere hominem Deo simpliciter dilectum, per quod patet etiam ad urgentiam. Nàm, etsi placeat Deo, quod homo ipsum actu diligat super omnia; quia tamen est complacentia de aliqua operat: non se habente per modum radicis, aut naturæ convertentis effective hominem ad Deum , nequit ratione illius homo denominari Deo simpliciter gratus, atque dilectus.

25

Ad prob. conseq.

Objcies 3. Deus, ut donans homini actum charitatis , reddit illum simpliciter dilectum ab ipso:ergò ratio conclusionis nulla est. Probat. añs. Per actum charitatis, quem homo accipit à Deo , diligit ipsum Deum simpliciter ; cum sit dilectio Dei apretiativè super omnia : ergò per

26

Arguit.3.

per dilectionem, per quam Deus donat homini actum charitatis, diligit illum dilectione simpliciter tali. Probat. conseq. Implicat hominem per donum acceptum à Deo diligere potiori modo Deum, quam diligatur ab ipso, ut videtur evidens: ergò si per actum charitatis, quem accipit homo à Deo &c.

Urgetur. Urgetur hoc ex illo Proverb. 8 *Ego diligentes me diligo*, quæ verba convincunt non posse hominem diligere Deum, quin diligatur ab ipso: ergò pariter convincunt repugnare hominem diligere Deum dilectione simpliciter tali, & eodem modo dilectionis non diligi ab ipso Deo: ergò si per actum charitatis homo diligit simpliciter Deum &c.

27 Nego conseq. Ad eius probationem Respond. Discrimen stare in eo, quod cum dilectio elicita ab Respond. homine sit affectiva circa Deum, (nec alia sit possibilis) illa, per quam homo se totaliter subijcit Deo referendo omnia sua in illum, ut finem ultimum, est dilectio simpliciter talis; tàm ex parte motivi, scilicèt, summæ bonitatis Dei, quam ex parte modi; cum sit totalis ordinatio in Deum, ut finem ultimum. Amor autem Dei circa hominem est effectivus; undè iuxta perfectionem bonitatis, quam communicat, est qualitas, sive perfectio amoris. Cumque per actum charitatis Deus non communicet homini aliquod donum simpliciter tale intra ordinem supernaturalem; cum hoc solum habeatur per consortium suæ naturæ. ideo dilectio, qua Deus infundit homini actum charitatis, non reddit illum simAd prob. in contra pliciter ab ipso dilectum. Probat. in contra solum tenet verum: quando cætera sunt paria, quod in præsenti non accidit. Nàm dilectio, qua homo diligit simpliciter Deum, est effectus dilectionis Divinæ causantis Fundat: solut: 1. in nobis omne bonum. Rursùs. Nàm dilectio hominis est purè affectiva, ideòque essentialiter supponit in Deo summam eius bonitatem; dilectio autem Dei, qua donat nobis actum charitatis, est effectiva ipsius; cumque diligere sit velle bonum alicui, nequit non esse perfectior dilectio illa, quæ est fœcunda, & causativa boni in dilecto; quam illa, quę est sterilis, & infœcunda. Denique, & clarius. Dilectio hominis circa Deum Secundo. est efficax complacentia in summa illius bonitate; quàre solum potest homo se ipsum offerre in obsequiũ, & gloriam extrinsecam Dei; at vero dum Deus infundit homini actum charitatis, e i communicat suum amorem per participationem. Cum ergò plus homini prębeat Deus, quam homo Deo; & omnis perfectio conveniens homini ratione actus charitatis sit effectus dilectionis Divinæ, perfectius diligit Deus hominem, quam homo Deum. Ad urgent. Respond. S. Doct. quæst. 27. de Verit. art. 2. ad 1. *Dicendum quod Deus diligit diligentes se*; non tamen ita *quod dilectio se diligentium sit ratio, quare ipse diligat, sed potius è converso.* Si autem redderet hominem Deo amicabiliter dilectum, esset ratio &c. Ad urg.

§. V.

Probatur idem, quia per actum charitatis non datur nobis Spiritus Sanct.

28 PRobat. 1. Forma, quæ est vera sanctitas, est illa secundum quam ad Nos mittuntur invisibiliter Divinæ personæ. Sed hæc Prob. ex S. Doct. missio non fit per communicationem actus charitatis, quo diligimus Deum: ergò non est vera sanctitas. Mai. est D. Thom. 1. p. quæst. 43. art. 6. *Ubi sic definit missionem invisibilem Divinarum personarum * processio unius personæ ab alia ad sanctificandam creaturam rationalem.* Ad sanctificandum, inquam, quoad primum esse sanctitatis, vel quoad illius augmentum. Min. etiam est expressa D. Thom. ubi supra art. 3. *Probantis ex professo * missionem invisibilem Divinæ personæ solum fieri per donum gratiæ gratum facientis.* Discursus S. Doct. est huiusmodi. * Personam Divinam mitti invisibiliter est illam haberi à creatura rationali, & habitare in ea, sicut in Templo suo; sed Deus solum dicitur haberi à crea-

creatura rationali, & inhabitare in ipsa sicut in Templo, per donum gratiæ gratum facientis: ergò missio Divinę personę &c. Prima pars minoris sic probat. Illud solum habere dicimur, quo liberè possumus uti, vel frui; sed habere potestatem fruendi Divina persona solum convenit nobis per gratiam gratum facientem; cum solum illa sit radix fruitionis Dei: ergò solum per gratiam gratum facientem homo dicitur habere Deum.

29 Secunda vero pars sic probat. Per illud donum homo fit Templum Dei, per quod permanenter consecratur Deo. Sed hoc fit solum per gratiam gratum facientem; quæ sola est permanens subiectio hominis ad Deum: ergò solum per gratiam &c. * Ex his constat Spiritum Sanctum non dari nobis simpliciter, nec miti ad nos à Patre, & Filio, nisi ratione gratiæ sanctificantis. Quare ex vi infusionis solius actus charitatis solum secundumquid communicatur nobis Spiritus Sanctus; proindequè nequit obtinere veram rationem sanctitatis. Ita expresse, meo videri, S. Doct. ubi sup. in solut. ad 4. per hæc verba: *Si homini daretur signum gratiæ gratum facientis sine ipsa gratia, non diceretur simpliciter dari Spiritus Sanctus, nisi forte cum aliqua determinatione.* Et in 1. sentent. dist. 14. quæst. 3. art. 1. *In sola gratia habituali datur Spiritus Sanctus.* Et dist. 15. q. 4. a. 1. ad 3. *Simpliciter, & propriè loquendo, nō mittitur Filius sine gratia gratum faciente.* Quid clarius vis audire?

2. Pars probat.

*. Hucusque S. D.

30 Sed contra Argues: iuxta D. Th. ubi supra ex 1. p. art. 5. ad 2. *Et quia Spiritus Sanctus, est amor, per donum charitatis anima Spiritui Sancto assimilatur. Undè secundum donum charitatis attenditur missio Spiritus Sancti*: ergò falsum est per actum charitatis non mitti ad nos Spiritum Sanctum. Confirm. Hoc ex eodem S. Doct. art. 6. ad 2. dicente: *Quando aliquis proficit in aliquem novum actum, vel novum statum gratiæ; ut dum quis ex fervore charitatis exponit se martyrio &c. fit missio invisibilis Divinæ personæ.* Sed hominem producere actum charitatis est proficere in novum actum: ergò. Urg. Donum illud, secundum quod Deus speciali modo se communicat creaturæ rationali, est donum per quod fit missio invisibilis divinarum personarum; sed hoc convenit homini, dum elicit actum charitatis; ut expresse docet S. Doct. art. 3. ubi supra per hæc verba: *Modus specialis, secundumquem Deus est in creatura rationali, est secundumquod existit in ea; sicut cognitum in cognoscente, & amatum in amante*: ergò cum homo constituatur amans Deum &c.

Obijc. ex S. Doct.

Confirm.

Urgetur.

31 1. Testim. Siquid probat, probat etiam hominem sanctificari formaliter per donum sapientiæ; siquidem iuxta D. Th. ibidem * missio invisibilis Verbi Divini, quod est verbum spirans amorem, attenditur secundum donum sapientiæ causantis affectum amoris. * Undè sensus D. Thom. verbis sup. relatis solum est de missione invisibili divinarum personarum: quoad illius apropriationem illa supposita, non vero quoad substantiam, & eius proprietatem. Quia igitur Spiritui Sancto apropriatur amor; filio vero sapientia; ideo secundum dona charitatis, & sapientię radicata in gratia, attenditur missio Filij, & Spiritus Sancti: ita D. Thom. in solut: ad 3. ubi ait: *Si attendatur missio quantum ad effectum gratiæ, sic communicant duæ missiones, scilicèt, Filij, & Spiritus Sancti in radice gratiæ: sed distinguntur in effectibus, qui sunt illuminatio intellectus, & inflamatio affectus: & sic manifestum est, quod una missio non potest esse sine alia, quia neutra est sine gratia gratum faciente.*

Ad 1. testim.

32 Ad 2. Respond. S. Doct. ibi loqui de profectu secundum augmentum gratiæ iniustificatis, ut patet ex verbis immediatè antecedentibus: * etiam secundum profectum virtutis, aut augmentum gratiæ *fit missio immissibilis*, * quæ duæ expressiones reipsa coincidunt; cum enim virtus infusa in gratia radicetur, profectus, seu incrementum illius, necessario supponit incrementum gratiæ. Nec dicas: Quod si in augmento gratiæ datur simpliciter Spi-

Ad 2.

ritus Sanctus, pariter dabitur in actu charitatis merente illud. Non, inquam, dicas: Nàm talis ratio meriti, aut etiam dispositionis physicè disponentis ad augmentum gratiæ solum probat dari Spiritum Sanctum in eius elicientia dispositivè, aut causaliter; secus tamen simpliciter, & formaliter. Aliter enim, cum quilibet actus virtutis procedens ex imperio charitatis sit meritorius augmenti gratiæ, & gloriæ, esset sanctitas formalis; cum secum afferat communicationem Spiritus Sancti.

33 Ad tertiũ

Ad 3. Respond. Cum Eminent. Cayet. ibi: S. Doct. explicuisse modum specialem, quò Deus existit in anima iusti, per modum quo amatum est in amante, & cognitum in cognoscente, non quidem constitutivè, sed connexivè; eo quod de facto, & ex natura rei numquam existit actus charitatis, sine gratia gratum faciente. Quemadmodum illa verba: *qui diligit me diligetur à Patre meo, & ad eum veniemus, & mansionem &c. * non accipiuntur in sensu formali, sed in sensu connexivo: quia nequit homo diligere Deum apretiativè super omnia, quin in illo sit gratia gratum faciens per quam Deus manet in anima, & in illa inhabitat tanquam in Templo. Aliter enim etiam per cognitionem practicam causantem amorem mitteretur invisibiliter Spiritus Sanctus, essetque vera forma sanctificans; quod est absurdum.

Ioan. 14.

34 Instabis.

Dices: Si testim. S. Doct. intelligenda sunt in toto rigore probant etiam visionem beatam, non esse formam sanctificantem; cum illa verba relata ex art. 3. *Solum secundum donum gratiæ gratum facientis fit missio invisibilis*: excludant *etiã visionem beatam*. Atqui negare visionem beatam esse sanctitatem formalem videtur parum consonum eius excellentiæ: cum sit unio effectiva animæ cum Deo; & insuper oppositum ab aliquibus Thomist. tueatur: ergò prædicta testim. debent exponi de missione principali, & perfectissima, non autem de omni omissione sufficienti ad sanctificandũ sanctitate imperfecta, qualis est sanctitas actualis, & quæ attribuitur ab Adverſ. actui charitatis. Respond. Non esse alienum à mente S. Doct. fieri etiam missionem invisibilem Divinæ personæ per communicationem visionis beatæ; constat hoc ex art. 6. ubi supra ad 3. *Dicendum: quod ad Beatos est facta missio invisibilis in principio Beatitudinis.* Cum autem nullum sit testimonium S. Doct. affirmans, dari nobis spiritum per communicationem actus charitatis consideratum ratione sui; quin potius asserit S. Doct. illa verba Pauli: *Charitas Dei diffusa est &c.* expresse denotare prius dari nobis Spiritum Sanctum ratione gratiæ, quam charitas in cordibus nostris difundatur: adest manifestum discrimen desumptum ex S. Doct. ut etiam si admittatur per visionem beatam dari nobis Spiritum Sanctum, hoc negetur de actu charitatis.

Respond.

35 Replicab.

Si instes: ergò illa propositio D. Thom. *Solum fit missio secundum donum gratiæ gratum facientis*, aut est falsa, aut admittit aliquam explicationem: proindequè ex illa non convincitur missionem fieri non posse secundum communicationem actus charitatis. Respond. 1. S. D. a. 3. loqui de missione facta in via. Respond. 2. Visionem beatam in opinione attribuente ipsi rationem sanctitatis formalis continere eminenter perfectionem gratiæ habitualis, ut in ipsis AA. videre est. Undè cum huiusmodi continentia repugnet actui charitatis, ideo nequit ipsi munus sanctitatis attribui, nec verificari per illius communicationem, fieri missionem Divinarum personarum. Aliam solutionem dabimus infra negando iuxta conseq. doctrinæ visionem beatam, esse sanctitatem formalem, sed unicè esse consummationem, complementum, & integritatem sanctitatis. Nec huic doctrinæ obstat authoritas S. Doct. immediatè adducta. Nàm 1. loquitur de missione facta in principio Beatitudinis propter augmentum gratiæ communicatum in ingressu Patriæ: Vel quia augmentum gratiæ debitum

Respond. 1.

Secundò.

Expoſſ: de miſſ: per viſionem.

tum operibus remissis confertur regulariter in ingressu Patriæ iuxta frequentem Thomist. sentent. eo quod tunc voluntas se disponit per actus intensiores proportionatos physicè cum augmento gratiæ : Vel quia cum Deus præmiet ultra condignum , sicut addit novos gradus visionis , sic etiam gratiæ ; merito asseritS.D.in initio beatitudinis fieri missionem invisibilem Divinarum Personarum.

36 Respond.2. Esse manifestam disparitatem inter visionem , & actum charitatis duplici ex capite desumpto ex Doctr. S. Doct. Nàm artic. citato sic habet : *Missio*, (scilicèt, Divinæ Personæ) *de sui ratione importat , quod ille qui mittitur , vel incipiat esse ubi , prius non fuit ; vel incipiat esse ubi fuit , sed quodam modo novo : sic ergò in eo adquem fit missio, opportet considerare duo , scilicèt, inhabitationem gratiæ , & innovationem quandam per gratiam. Ad omnes ergò fit missio invisibilis , in quibus hæc duo inveniuntur.* Ex quo iam apparet ratio, quare ait * ad Beatos fieri invisibilem visionem in principio beatitudinis ; * quia etiam si præscindatur ab augmento gratiæ , hæc tamen accipit protunc novum modum intrinsecum in esse gratiæ. 1. Quia intrinsecè consummatur, & ponitur in termino per ipsum lumen gloriæ in ea radicatum ; ideòque transit intrinsecè ad alium statum immutabilitatis , sive inamissibilitatis. 2. Quia ut frequenter dicitur,& alibi à nobis dictum est ; tunc datur gratiæ quidam modus intrinsecus, ut radicet lumen gloriæ, & visionem beatam de se perpetuam. Cumque talis modus sit modus in ratione radicis, est modus illius in esse gratiæ. Cum ergò iuxta testim. S. Doct. sufficiat ad veram missionem gratia inhabitans , & novitas in illa quoad modum , ideo fit missio in principio beatitudinis collatæ his,qui sunt iustificati. Nihil autem horum invenitur in actu charitatis, ut constat; undè est manifestum discrimen.

Alia exposit. & melior.

Sic Caiet:

1. Disp inter illam, & charit:

37 2. Ratio discriminis desumitur ex eodem S. Doct. in 1. dist. 14. quæst.2. art.2. ubi inquirit : *An processio temporalis Spirit. Sanct. attendatur secundum omnia dona* ? Cui Respondet : *Processio Spirit. Sanct. si attendatur , in quantum est creaturis ratio redeundi in finem , sic est secundum illa dona , quæ proximè coniungunt nos fini ultimo, scilicèt Deo ; quæ sunt gratia gratum faciens , & gloria.* Et ad 2. *Persona autem Divina non potest haberi à nobis nisi, vel ad fructum perfectum , & sic habetur per donum gloriæ ; aut secundum fructum imperfectum , & sic habetur per donum gratiæ gratum facientis.* Hinc constat , cur etiam per gloriam mittatur Spirit. Sanct. 1. Quia coniungit animam effectivè cum Deo fine ultimo ; 2. quia per illam dicitur Deum haberi à nobis: cum habere Personam Divinam sit frui illa. Cum autem hæc non cõveniant actui charitatis; ideò non datur secundum illum Spirit.S.

2. Disp.

38 Ut autem alijs testim. occurratur,advertendum missionem , aut communicationem Spiritus Sancti fieri per aliquod donum; posse dupliciter accipi. 1. In sensu formali attenta præcisse natura doni ; 2. radicaliter , aut præsuppositivè ; quia coniungitur , aut connectitur cum gratia gratum faciente. Conclusio nostra procedit in primo sensu;contra quæ non militant aliqua testimonia, quæ possunt opponi : illa enim accipiuntur à S. Doct. in 2. sensu. Constat hæc Doctr. ex D. Thom. in 1. dist.14. quæst.2. art. 2. ad 4. cum enim sibi opponat,quod Spir.Sanct. *Datus est iuxta Apost. ad operat: mirac: quod donum non est gratum faciens.* Respond. *Quod quamvis operatio virtutum non sit donum gratum faciens, tamen cum illo conferri potest, & quia Apostoli hoc donum non sine gratia gratum faciente acceperunt; ideo dicuntur temporaliter accepisse Spiritum Sanct. in collatione huius doni.* Per quæ constat ad testim. quod potest adduci ex S. Doct. ad Rom.5. lect.1.

Nota

***

***)(✠)(***

§. VI.

Actus charitatis non est sanctitas formalis; quia non est interior renovatio animæ; puritas illius propriè talis, & pulchritudo.

39 PRima pars probat. ex Trident. sess. 6. cap. 7. in quo asserit: *Sanctificationem esse interiorem hominis renovationem secundum spiritum.* Per quam Doctrinam opponitur errori Hæreticorum tuentium iustificationem hominis fieri sola peccatorum remissione: quod clarũ fiat, sic efformo discursum ex Concilio. Hominem iustificari est illum renovari interius secundum spiritum. Sed hoc non fit sola peccatorum remissione: ergò iustificatio non est sola remissio peccatorum. Mai. sic probat. Hominem iustificari, est illum non solum reputari, sed verè esse iustum iustitia à Deo donata, & in illo recepta se habente, ut causa formali suæ iustificat: ita ibi: Sed hoc est hominem renovari interius secundum spiritum: ergò hominem iustificari &c. Ex quo discursu constat sanctitatem propriè dictam consistere in prædicta interiori renovatione; aliter enim probatio Trident. parum solida videretur pro confutatione erroris præiacti.

Doctrin. Trident.

40 Ex his sic argum. Forma, per quam homo non renovatur interius secundum spiritum, non est vera sanctitas, sed sic se habet actus charitatis: ergò. Mai. constat ex dictis, & min. probat. Hominem renovari interius secundum spiritum est accipere novum esse spirituale perficiens animam secundum quod spiritus est; sed hoc nequit præstari ab actu charitatis; cum hic sit perfectio non de linea essendi, sed de linea operationis; nec sit perfectio afficiens animam ratione sui, sed solum voluntatem: ergò. Confirm. Hominem renovari interius secundum spiritum, est iuxta Sacram Scripturam, illum fieri in Deo novam creaturam; sed hoc nequit præstari formaliter ab actu charitatis: ergò Min. in qua est difficultas, probat: Hominem fieri in Deo novam creaturam est, illum accipere à Deo novam naturam spiritualem; nàm sicut creatio stricte sumpta terminatur primario ad naturam rei, & ex consequenti ad virtutes, & operationes illius; ita suo modo dicendum de recreatione spirituali, per quam homo fit nova creatura in Deo: ita ut illa primario terminetur ad communicationem naturæ spiritualis supernaturalis. Sed actus charitatis non se habet, ut natura supernaturalis; nec propriè constituit hominem in ordine essendi Divino, & supernaturali; cum operari sequatur ad esse: ergò.

Ratio probat.

Confirm.

41 Roborantur hæc Doctr. S. D. explicantis renovationem spiritualem hominis, toties proclamatam in Sacra Scriptura, per receptionem gratiæ, secundum quam homo fit consors Divinæ naturæ, & deponendo statum peccati restauratur ad pristinam integritatem gratiæ. Etenim super illa verba ad Ephes. 4. *Renovamini spiritu mentis vestræ*; hæc habet: *In quo autem hæc renovatio consistat, subdit Apost. cum dicit induite novum hominem, scilicet, Christum, in quo nec circumcisio aliquid valet, sed nova creatura, ut dicitur ad Galat. ult.* cuius expositionem sic tradit Angel. Doct. *Creati namque, & producti sumus in esse naturæ per Adàm; sed illa quidem creatura vetusta iam erat; & ideo Dominus constituens nos in esse gratiæ fecit quandam novam creaturam.* Et super cap. 13. ad Rom. ubi explicat, quid sit induere Dominum Jesum Christum, scil: per hoc, *quod suscipiendo Sacramentum accipimus gratiam, qua imitamur Christum.* Similia docet ad Ephes. 2. *Ad illa verba creati in Christo Jesu &c. de quibus affirmat continere eundem sensum ac illa verba* Psalm. 103. *Emitte spiritum tuum, & renovabis &c.* Cum ergò D. Thom. semper explicet renovationem spiritus hominis, sive fieri novam creaturam in Christo Jesu, per hoc, quod accipit à Deo gratiam, secundum quam fit consors Divinæ naturæ; videtur alienum à

Robor. ex D. Th:

doc-

doctrina ipsius asserere actum charitatis esse formam interius renovantem hominem secundum spiritum.

42 Alia testim. S.D.

Sed expressius, si ita licèt loqui, idem docet super Paul: ad Titum cap. 3. *Secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus Sancti,* quæ sic exponit, *homo erat separatus à Deo, & etiam erat inveteratus. Undè indigebat duobus Christi: per per quæ uniret: Deo, & exueret vetustatem peccati. Primum consequitur per Christum, per participationem naturæ Divinæ; & quia novam naturam non accipitur nisi per generationem; ideò dicitur salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Homo etiam per Christum deposuit vetustatem peccati renovatus ad integritatem naturæ, & ideò dicitur renovatio. Utrumque autem fit, quando Deus infundit nobis Spiritum Sanctum.* Ex quibus habetur eandem formam, qua homo renovatur interius secundum spiritum, sitque nova creatura, & induit Dominum Jesum Christum; esse formam, qua regeneratur in filium Dei. Cumque hæc iuxta ipsum S. Doct. sit sola gratia habitualis, & de se repugnans convenire actui charitatis, sine dubio tenendum est per actum charitatis non renovari interius hominem secundum spiritum.

43 Confirm. ex eodē.

Sed quamvis iuxta Doctr. D. Thom. ad Coloss. cap. 3. lect. 2. Homo per actus virtutum, & aliorum donorum supernaturalium, aliqualiter sanetur à vulneribus ex peccato originali contractis (quamvis semper maneat vetustas in carne) ideòque S. Doct. ait: *Hominem per fidem, & agnitionem Dei renovari interius;* hoc est *secundumquid,* non *tamen debet concedi per illa dona renovari absolutè, & in sensu propriè tali.* Huiusmodi enim renovatio attenditur ait S. Doct. *Secundum animam, quatenus est ad imaginem Dei,* proindeque quatenus est radix cognitionis, & amoris. Sub hac autem consideratione solum renovari potest per gratiam habitualem, quæ est radix, & natura in ordine supernaturali. Qua de causa appellatur à D. Thom. 1. p. quæst. 43. art. 4. imago recreationis. Per quæ constat ad ea quæ possunt obijci. Constat, inquam, concedendo illa de renovatione secundumquid, & secundum affectum: secus vero de renovatione absolutè sumpta, & quæ dicitur talis secundū interior: spiritum. Quemadmodum etiam per fidem, & alia dona, scilicèt, gratiam illuminationis, & affectionis debet concedi hominem renovari secundumquid, & respectivè ad aliquas operationes; cum per dona recensita sanetur homo licèt imperfectè à vulneribus ignorantiæ, infirmitatis &c.

Exponit: S. D. & fundat.

44 Nota.

Sed nè aliquis existimet renovationem secundum affectum medio actu charitatis, debere dici renovationē secundum spiritum; cum voluntas sit potentia spiritualis: advertendum ex communi Doctrina Theologorum, & expositorum, quod licèt anima rationalis sit spiritus hominis: alia tamen expressione dicitur anima, & alia dicitur spiritus. Dicitur anima, prout vivificat corpus, illud vegetando, & sensificando; dicitur vero spiritus, prout est creata ad imaginem Dei, & illud potens attingere per cognitionem, & amorem: ita omnes ferè Exposit. ad illa verba: *Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus &c.* Hac ratione hoc nomen *spiritus* in Deo significat immaterialitatem Divinæ substantiæ; similiterque substantiæ Angelicæ in Sacra Scriptura appellantur *spiritus.* Ita S. Doct. 1. part. quæst. 36. art. 1. ad 1. Undè Mathęi cap. 27. dicitur: *Christum Dominum inclinato capite emisisse spiritum, ut manifestaret animam Christi Domini fuisse realiter separatam à suo corpore.* Ex quibus constat idem, esse, hominem renovari interius secundum *spiritum,* ac renovari *secundum animam;* prout est imago Dei: quæ renovatio solum fieri potest media gratia habituali.

45 Instabis.

Sed dices: Iuxta Doctrinam D. Thom. testimonijs supra adductis, idem est hominem renovari, sive fieri novam creaturam, ac induere Jesum-Christum; sed hoc fit propriè per charitatem: ergò. Probat. min.

For-

Forma, quæ est vestis nuptialis in desponsatione animæ cum Christo, est forma, qua homo induit Christum. Sed sic se habet charitas, ut constat ex illo Math. 22. *Quomodo huc intrasti; non habens vestem nuptialem?* quæ frequenter exponuntur de charitate: ergò.

Confirm. Confirm. Id, perquod homo iustus de die in diem renovatur, est vera renovatio hominis secundum spiritum; sed sic renovatur homo per charitatem, ut imperantem alias virtutes; ut constat ex illo Pauli ad Coloss. cap. 3. *Renovamini de die in diem, in agnitionem Filij Dei*, & ex illo 2. ad Corinth. cap. 4. *Ille homo, qui intus est, renovatur de die in diem*; super quæ D. Thom. ait: *Quia sancti quotidie proficiunt in Dei cognitione, & puritate conscientiæ, renovantur de die in diem*: ergò *per charitatem, quæ est de corde puro, & de charitate non ficta renovatur homo &c.* ergò.

46 Sanct. Hylarius relatus à D. Thom. in Catena aurea cap. 22. super Math. ait: *Vestis nuptialis est gra-*

Respond. *tia Spiritus Sancti, & candor habitus cœlestis, qui usque in cœtum Regni Cœlorum servandus est integer, & immaculatus*: quæ verba potius favent nobis, quam opinioni contrariæ. Undè Trident. sess. 6. cap. 7. *Ubi ponit iustitiam in nobis receptam esse causam unicam formalem iustificat*: subditque: *Itaque veram, & Christianam iustitiam accipientes, eam, ceu primam Stolam per Christum illis donatam, candidam, & immaculatam, statim iubentur renati conservare.* Sed quia D. Greg. ibidem relatus asserit hanc vestem esse charitatem, Respond. nomine *vestis nuptialis* in dicto capite intelligi vestem nuptialem, non precisse quoad substantiam, sed ut perfectissimè ornatam, & omni pulchritudine, ac splendore virtutum completam, & polimitam. Cum ergò charitas sit huiusmodi propter connexion: cum omni genere virtutum, ideò dicitur: nuptialis vestis: non quidem quoad substantiam, sed quoad ornatum, & complementum. Undè si alicui communicaretur gratia habitualis, & de potent: absoluta non infunderetur ei charitas, verificaretur de illo, quod induisset Dominum Christum, iuxta illud Apost: * *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Notandum tamen hanc instantiam probare de charitate habituali; non vero de actu charitatis: hic enim cum sit de se transiens, non est vestis nuptialis animæ.

*Ad Gal. 3.

Ad confirm. Respond. ab eadem forma provenire intensionem, & incrementum renovationis secundum spiritum, à qua provenit eadem renovatio quoad primum sui esse. Undè si sola gratia habitualis confert primum esse renovationis secundum spiritum, solum maior gratia habit: augere valet in re prædictam renovationem. Quando ergò dicitur iustos renovari de die in diem per profectum virtutum, & præsertim charitatis; intelligitur non in sensu formali sed in sensu causali, & meritorio; quatenus per bona opera iusti merentur augmentum gratiæ, & sanctitatis. Constat hæc expositio ex Trident. sess. 6. Can. 24. *Asserente bona opera esse augendæ gratiæ causam*, qua ratione cap. 10. docet, *iustificatos euntes de virtute in virtutem, renovari de die in diem, atque crescere iniustitia, & magis iustificari.* Undè maior, aut intensior renovatio hominis secundum spiritum provenit, tùm ab exercitio virtutum, tùm etiam à maiori gratia habituali in ratione gratiæ; ab illo quidem dispositivè, & meritoriè; ab incremento tamen gratiæ, formaliter.

47 Ad confirm.

48 2. Pars. Scilicèt, actum charitatis non esse ablolutè veram puritatem animæ secundum effectum

Prob. 2 pars. positivum; qualiter requiritur ad rationem sanctitatis; probat. breviter ex dictis Dub. 2. à n. 9. quibus propugnatur gratiam habitualem, eo purificare positivè animam, quia constituit ipsam Deo intimè unitam per consortium suæ divinitatis. Cum enim Deus sit ipsa puritas per essentiam; quia est per essentiam summè elevatus supra omnem creaturam, & omnem mutabilitatem; gratia conferens animæ quoddam esse Divinum elevatum supra omnia temporalia, illam reddit perfectè puram,

tùm

tum negativè propter carentiam immunditię peccati: tum positivè propter esse divinum, vi cuius est potens videre, & diligere Deum super omnia. Actus autem charitatis, etsi purificet positivè voluntatem ab omni affectione terrena; eò, quòd nequit coniungi cũ peccato actuali mortali; & insuper purificet positivè omnes affectiones volunt: propter ordinationem illarum in Deum, ut finem ultimũ; hæc tamen puritas non est sufficiens ad rationẽ sanctitatis. 1. Quia non est puritas quòad esse, sed quòad operari. 2. Quia est puritas affectionis, & non effectionis; cùm non sit participatio puritatis divinæ consistẽtis in necessi: per naturã ad sanctè, & instè operandum. 3. Quia puritas propriè sumpta, ut spectat ad rationem sanctitatis, est idem, ac nitor, sive splendor animæ, ut est natura intellectualis; hoc autẽ soli gratiæ habituali convenit; quæ dicitur *lux, splendor, & candor* cœlestis iuxta Hylarium ubi supr. à num. 46.

49 3. pars de pulchritudine spirituali propriè sumpta; traditur à D. Th. in 4. d. 19. q. 2. a. 2. in Resp. ad 1. q. *Pulchritudo animæ consistit in assimilatione ad Deum, quæ est per gratiam.* Licèt enim charitas sit perfectio decorans voluntatem; sicuti & cæteræ virtutes ipsam afficientes; ad rationẽ tamen pulcritudinis spiritualis in sẽsu proprio requiritur, quòd radicet dona supernaturalia, quæ sunt ornamenta animę. Ratio est: Nàm pulchritudo corporalis consistit in debita partium corporis dispositione *cum quadam claritate lucis, & coloris nitore.* Ergò pulchritudo spiritualis animæ consistit in debita dispositione interiori per ordinẽ ad Deum cum quadam excellente claritate, & nitore spirituali. Hæc autem dispositio hominis ita universaliter perfecta, solũ præstari valet à gratia habituali, quæ iuxta D. Th. 1. 2. q. 113. a. 1. dicitur rectitudo generalis hominis, quia ab illa cætera dona supernaturalia, tanquàm à radice derivãtur. Vid. D. Th. sup. Dionis. c. 4. de div. nom. lect. 5. ubi agit exprofessò de constitutivo pulchritudinis tàm corporalis, quàm spiritualis; ex quo tota hæc doctrina deprompta est. Recolãtur etiam memoriæ, quę diximus sup. dub. 2. a n. 8.

Probatur 3. pars.

Argues 1. probando charitatẽ esse verè, & propriè puritatem animæ. 1. ex D. Th. 2. 2. q. 7. a. 2. per hæc verba: *Creatura rationalis dignior est omnibus corporalibus creaturis, & ideò impura redditur, ex eò, quòd tẽporalibus se subijcit per amorem; à qua quidem impuritate purificatur per contrarium motum, dùm, scilicèt, tendit in Deum, in quo quidẽ motu primũ principium est fides.* Ergò actus charitatis est puritas animę, non tantùm dispositivè, sed formaliter; aliàs non distinguiretur ab actu fidei; cùm hæc etiã disponat ad puritatem. 2. à ratione: Purificare est proprium ignis spiritualis; sed charitas est propriè ignis spiritualis: ergò est propriè puritas &c. 3. Peccatum actuale directè oppositum actui charitatis est vera impuritas animę: ergò actus charitatis est vera puritas &c. Conseq. patet: Nam extremum oppositum impuritati est puritas.

50 Dices ea sta 2. partem.

Secundò.

Tertio.

Resp. Actum charitatis purificare animam dispositivè, & per modum removentis obicem peccati, per quẽ fuit introducta macula, sive privatio gratiæ. Ita S. D. 1. 2. q. 86. a. 1. dicens: *Postquàm homo reddit ad lumen divinũ, quòd fit per gratiam: tunc macula cessat; sed ad hoc requiritur aliquis motus voluntatis contrarius primo motui; sicut qui est distans alicui ad hoc, quòd fiat ei propinquus, oportet, quòd appropinquet per motum contrarium.* Ex his const. actũ charitatis solùm purificare animam à macula peccati dispositivè, licèt ultimo; per quod distinguitur ab actu fidei, solum remotè disponente ad puritatem animæ. Sed admisso actũ charitatis ratione sui posse mundare animam à macula peccati, non propter hoc obtinet rationem sanctitatis, siquidem iuxta D. Th. sup. Dionis. c. 12. de div. nom. ad sanctitatẽ ultra puritatem ab immunditia peccati, requiritur, quòd sit perfecta munditia. Cũque iuxta S. D. ibi perfectum dicatur illud, cui nihil perfectionis in suo ordine deficit, neqnit salvari vera sanctitas sine puritate perfectè mundãte animam. Hæc autem perfectio puritatis habetur per elevationem animę ad esse divinum, per quod elevatur

51 Resp.

in suis operationibus supra omnia temporalia, à quibus per immoderatum affectum poterat coinquinari.

§2 Ad 2. Resp. Nomen ignis, etiam in spiritualibus, non esse nomen operationis, sed naturæ; licèt explicetur per actum, scilicet, incendium amoris. Unde per ignem in Sacra Scriptura frequenter in bonam partem loquente intelligitur Spir. S. iuxta illud: *Ignem veni mittere in terram &c.* Ideoque Sanct. Spiritus Apostolis in igne apparuit, propter quod Ecclesia illum appellat fontem vivum, ignem, & charitatem. Cùm igitur gratia sit donum, per quod nobis communicatur Spiritus S. solùm illa est propriè fons aquæ vivæ, & ignis spiritualis. Quod si aliquando charitas appellatur ignis: talis loquutio solùm tenet verum quòad illus effectum, scilicet, quòad ardere. Unde, si adhùc in spiritualibus metaphoris sit propriè loquendum; charitas actualis est ardor, gratia verò ignis. Ita Divus Thomas super Isaiam cap. 30. dicens: *Charitas dicitur ignis; quia illuminat, & æstuat, omnia ad se convertit, & sursum trahit.* Ubi videre licet metaphoram ignis applicatam charitati per conformitatem in operationibus illius.

Ad 2.

Ad ult. Ad ultimum constat ex dictis dubio 10. ubi latè traditum est discrimen inter actum charitatis, & peccatum actuale, ut hoc sit vera iniustitia, ille verò non. Notandum tamen, quòd si sermo procedat de munditia cordis, prout per cor significatur voluntas, sivè anima secundùm partem affectivam; potest concedi actum charitatis esse munditiam cordis. Sicuti actui fidei, & alijs donis intellectualibus attribuitur à Div. Thom. 2. 2. quæst. 7. art. 2. Munditia intellectus ab omni errore circa fidem. Sed quia ad rationem sanctitatis non sufficit puritas unius, vel alterius potentiæ, sed requiritur puritas animæ, prout est natura intellectualis, & ad imaginem Dei: à cuius puritate, tanquàm à radice derivatur munditia in operationibus; ideò, nec puritas præstita ab actu dilectionis, nec puritas præstita à fide, & à dono sapientiæ, sufficiens est ad sanctificandum. *Et hæc de hoc dub. applic. Litt. Mag. ubi præced.*

Nota.

Lucæ 12

DUBIUM XIII.

IN QVO PROB. IDEM ASSVMPtum ex Trid. & etiam probatur de potentia absoluta Dei.

§. I.

MOTIVUM PRO PRIMA PARTE, ET VARIÆ RESPONSIONES reijciuntur.

N. 1 LIcèt ex dictis satis constet, Adultum se disponentē ad gratiam habitualem per actum charitatis, & contritionis; de facto non sanctificar iformaliter per illum, sed unicè per gratiam habitualem; siquidē id, quod in se non obtinet veram rationem sanctitatis, nequit formaliter sanctificare; quemadmodum quod non est verè, & propriè albedo, nequit formaliter denominare album. Adest etiam aliud motivum idē assumptum suadens, quod communiter afferunt AA. illudque illustrant impugnando solutiones, quæ cōmuniter adhiberi solent; quapropter illud in præsenti tantū insinuabimus. Motivū desumitur ex cò, quòd Conc. Trident. sess. 6. ubi tradit doctrinam, tum de causa formali, de qua ais-

disputamus, tum etiam de actibus, quibus homo disponitur ad gratiam iustificationis consequendam, assignat pro huiusmodi dispositionib. actum charitatis, & etiam contritionis. Cùmque dispositio ad formam nequeat præstare effectum formalem formæ, ad quam disponit; rectè infertur ex doctrina Trident. actum charitatis, & contritionis tantùm dispositivè, non verò formaliter iustificare. Urgetur: Actum charitatis disponere ad gratiam habitualem probat evidenter de facto non præstare effectum formalem ab illa provenientem: ergò actum charitatis disponere ad hoc, ut homo iustificetur, probat evidenter, de facto non iustificare. Sed ita docetur à Trident. Sess. 6. cap. 7. ubi postquàm cap. 6. agit *de fide, timore, spe, dilectione Dei, & odio, atque detestatione peccati* disponentibus ad iustificationem, sic exorditur cap. 7. *Hanc dispositionem, seu præparationem iustificatio ipsa consequitur*: ergò actus dilectionis Dei est dispositio ad iustificationem, & non solùm ad gratiam habitualem.

Urgetur.

2

Communis solutio est dicere 1. Concilium loqui de dilectione, & odio imperfecto incluso in attritione, non verò de dilectione perfecta. Constat hoc: Nam Concil. utitur his verbis: *Illumque scil. Deum, tanquàm fontem iustitiæ diligere incipiunt: ac propterea moventur per odium aliquod, & detestationem adversus peccata.* Quæ dictiones restrictivæ dilectionem; & contritionem imperfectam designant. Dicunt 2. Concil. loqui de iustificatione, quæ fit per Sacramentum Baptismi; unde solùm loquitur de dilectione, & contritione, ea ratione, qua illud recipiendum validè, & fructuosè requiritur. Huiusmodi autem dispositio non petit, quod sit dilectio, aut contritio perfecta, sed sufficit imperfecta, ut est certum. Dicunt 3. Concil. loqui de iustificatione habituali; & ab intrinseco permanenti, quę communis est tàm adultis, quàm parvulis baptizatis; cum quo compatitur, quòd quando adulti iustificantur eliciendo actum charitatis perfectæ, per illum etiam iustificentur iustitia actuali, supra iustitiam habitualem à gratia, vel habitu charitatis proveniente.

1.solutio

Secunda.

Tertia.

Sed contra primam obstat 1. Quia Concilium loquitur *de dilectione, & contritione, quam post sess. 14. definit esse animi dolorem, & detestationem de peccato commisso cum proposito de cætero non peccandi.* Sed huiusmodi definitio sub se comprehendit tàm contritionem imperfectam, quam perfectam: ergò loquitur de contritione etiam perfecta. 2. Quia Concilium loquitur de contritione, quæ quovis tempore fuit necessaria ad impetrandam remissionem peccatorum. Sed contritio imperfecta determinatè non fuit hoc modo necessaria; cùm multoties contingere valeat hominem elicere actum contritionis perfectæ ante susceptionem Sacramenti: ergò dicendum nomine contritionis, de qua asserit Conc. disponere ad iustificationem, intelligere contritionem continentem sub se tàm perfectam, quàm imperfectam. Nec authoritas ex Concilio desumpta contra nos aliquid urget: Nam illa verba: *Diligere incipiunt*, solùm denotant, aut primam illius existentiam; aut etiam imperfectionem, non tamen extrahentem illam à dilectione Dei super omnia, quæ sit actus charitatis. Hæc enim iuxta Div. Thomam 2. 2. quæst. 24. art. 9. *dividitur in charitatem incipientium, proficientium, & perfectorum.* Ex quibus prima potest dici imperfecta; quia non est coniuncta cum exercitio virtutum, & proventu in vita spirituali. Ad id, quod dicitur, Concil. expresse ponere pro dispositione *aliquod odium peccati*; Resp. Per ly *aliquod odium* intelligere odium indifferens ad perfectum, vel ad imperfectum. Si enim homo iustificetur intra Sacramentum, sufficit odium imperfectum; si verò extra Sacramentum, requiritur odium perfectum. Unde constat, nomine etiam dilectionis non intelligi à Concilio determinatè dilectionem charitatis, aut determinatè dilectionem, quæ non sit talis, sed dilect. præscindentem, & suo se

3

Prima solutio reiicitur 1.

Secundo.

Authorit. Concilij. Resp.

continentem utramque iuxta diversitatem sanctificationis.

Contra secundam solutionem obstat 1. Nam Concil. loquitur de iustificatione, quam capite antecedenti definierat illis verbis: *Est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei.* Sed hæc definitio convenit omni iustificationi: ergò. 2. Nam post verba relata, in quibus asserit, hominem per odium peccati, & dilectionem Dei se disponere ad iustificationem, subdit: *quæ iustificatio non est sola peccatorum remissio, sed sanctificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum.* Sed hæc verificantur de omni iustificatione iuxta mentem Trident. Quod sic probatur: Nam ex vi horum verborum damnatur error hæreticorum asserentium, iustificationem etiam factam extra sacramentum fieri sola peccatorum remissione: ergò Concil. ibi definit omnem iustificationem. Denique: Nam in eodem cap. docet Concil. causam formalem huius iustificationis non esse iustitiam, qua Deus iustus est, sed illa, qua iustos nos facit. Atqui, qui assereret, hominem extra Sacramentum iustificari formaliter per iustitiam, qua Deus iustus est, opponeretur expresè prædictis verbis Concil. ut tuentur omnes Theologi, & etiam P. Vazquez, qui prædictis verbis utitur ad probandum contra hæreticos, nullam iustificationem fieri sine dono intrinseco: ergò Concilium loquitur de iustificatione sub se continenti, tam quæ fit intra, quàm, quæ fit extra Sacramentum.

4 2. sol. impugnat.

Tertia solutio reijcitur ex dictis: Nam iustificatio, quam vocat solutio, actualem, vel comprehenditur sub iustificatione definita supra à Tridentino, vel non? Si primum: ergò cùm maneat probatum, ad illam disponere actum charitatis, & contritionis pro casu existentiæ illorum; sequitur manifestè prædictos actus non iustificare formaliter, sed tantùm dispositivè. Si secundùm: ergò voluntariè de facto statuitur iustificatio actualis, quantùm attinet ad doctrinam Concil. Trident. Ex quo sequitur, ad probandam talem iustificationem, adstruendam esse aliam definitionem iustificationis puræ creaturæ, quam Concil. non agnovit, nec in illa, quam tradit, insinuavit; quod sufficiens est, ut talis iustificatio sit reijcienda. Confirm. Nam de iustificatione, quæ convenit adultis extra Sacramentum, asserit Concilium, unicam causam formalem illius *esse iustitiam in nobis receptam secundùm uniuscuiusque dispositionem*; sed si daretur duplex iustificatio assignata in adultis, doctrina Concil. non subsisteret; cùm daretur duplex causa formalis illius adæquatè distincta, scil. gratia, & actus charitatis: ergò Concilium non agnovit; sed potius reijcit talem iustificationem. Si dicatur per ly *unicam causam formalem* solùm excludere formam intrinsecè communicatam; non verò unicam formam intrinsecè inhærentem. Contra est: Nam duo dicit Concilium, scilicet: *Causam formalem esse unicam: & hanc non esse iustitiam, qua Deus iustus est*: ergò asserere dari duplicem causam formalem intrinsecam, licèt non opponatur secundo dicto, opponitur primo. Videatur Magister Bolivar circa præsentem difficultatem, ubi eruditè, & efficacissimè reijcit omnes solutiones, quibus occurri potest rationibus ex Tridentino desumptis.

5 3. impug. Confirm. 2

§. II.

Probatur secunda pars conclusionis.

6 Probatur ex S. D.

SEcunda pars, cuius oppositum tuentur Montesinos, Araujo, Serra, & alij, quos refert M. Prado, tom. de Pœnitentia dub. 5. à num. 48. Prob. 1. ex Div. Thom. in 1. dist. 17. quæst. 1. art. 1. dicente: *Sicut igitur non potest intelligi, quòd paries sit albus sine albedine; ita non potest intelligi, quòd anima sit bona in esse gratuito sine charitate: & gratia informante ipsam.* Et quamvis ponat etiam charitatem, vel non ac-

accipit illam realitèr distinctã à gratia, cùm talis distinctio non impugnet opin: Mag. vel illam requirit ad completam bonitatem. Prob. 2. ratione: Nequit de potentia absoluta sanctificare formaliter illa perfectio, quæ in se non habet conceptum quidditativum sanctitatis formalis ut sic; sed huiusmodi est actus charitatis: ergò. Min. constat ex hucusque adeò fusè traditis. Mai. videtur certa, tum à paritate: Nam nec de potẽtia absoluta potest fieri, ut corpus denominetur album formal. ab eo, quod in se non est albedo; aut præstare denominationem intelligentis id, quod in se non est intellectio. Et ratio est: Nam effectus formalis est ipsa forma communicata, sed non sanctitas nequit identificari cum ratione sanctitatis:

Confirm. ergò. Confirm. Nam proprium causæ formalis est præstare effectum per sui intrinsecam communicationem, & informationem: ergò si actus charitatis secundùm sibi intrinseca non est sanctitas, nequit per sui communicationem constituere hominem formaliter sanctum. Hac enim ratione dicitur, formam, quæ ex natura rei non præstat effectum formalem subiecto, cui communicatur, ob defectum continentiæ, nec de potentia absoluta posse illum præstare: cuius oppositum probabiliter admittitur in causis efficientibus, quæ possunt elevari per auxilium extrinsecum divinæ omnipotentiæ eis assistentis. De qno plura Illust. Godoy tom. 1. in 3. p. disp. 17. à n. 44. & Mag. Ferre in præsenti.

2. prob. ex inconseq. doctrinæ:

7 Nàm prędati AA. asserunt ex una parte actum charitatis habere vim sanc-

1. ratio. tificandi; & ex alia asserunt de facto non sanctificare, sed hoc unicè prędari à gratia habituali. Unde contra illos sic arguit M. Boliv. Nam semel quòd sit sanctitas formalis, nequit impediri à præstando effectũ formalem sanctitatis; cùm ille sit talis per modum operationis, & actualis conversionis ad Deum; gratia verò sanctificat per modùm naturæ, & radicis habitualiter convertentis hominem ad Deum; quiquidèm effectus formales specie differunt inter se, nec de facto ulla gaudent oppositione; sicut illam non habet gratia habitualis, ut sanctificans humanitatem Christi Domini, quamvis hæc etiam sanctificetur per gratiam unionis. Ratio igitur sistit in hoc: Forma communicata subiecto capaci præstat ipsi effectum formalem, quem in se continet, si aliunde non pugnat cum effectu formali ab alia forma præstito; sed actus charitatis cõtinet in se effectum formalem sanctitatis per modum conversionis actualis, & aliunde non pugnat cum effectu formali sanctitatis, quem præstat gratia habitualis: ergò inconsequenter negatur de facto sanctificare.

Dices contra 1. probat. iuxta plures Thomist. Personalitas Verbi 8 ratione sui sanctificat humanitatem Christi Domini; & idem de quolibet attributo, si ei immediatè uniretur; & tamen personalitas non est in se sanctitas; cùm ratione sui non sit perfectio, utpote consistens in relatione: ergò stat actum charitatis sanctificare de potentia absoluta, estò non sit in se sanctitas formalis. Instabis contra 1. prob.

Resp. In dicta sententia esse in se sanctitatem, non tamen ut possit sanctificare ad intra, sed ad extra. Ratio est: Quia ad intra non obtinet munus naturæ, aut radicis attributorum; secùs verò ad extra, saltim moraliter, tàm respectu gratiæ, quàm visionis, & aliorum donorum supernaturalium. Unde illud effectum formalem sanctitatis, quem in se præhabet, non continet illum, ut præstandum ad intra, sed ad extra. Videatur Magister Bolivar hic, & tom. 2. de Gratia Christi dubio 2. Solutio.

Dices contra secundam rationem probativam: Eò actus charitatis de facto non sanctificat, quia 9 disponit ad iustificationem; sed possibilis est casus, in quo sic non disponat, ut in casu separationis à gratia habituali: ergò stat esse sanctitatem, & de facto non sanctificare. Confirm. Ad rationem formæ sanctificantis requiritur, quod sit ultimum beneficium inter ea, Instabis contra 2. prob. Confirm.

quæ ad iustificationem concurrunt; sed licèt de facto hoc soli gratiæ conveniat, inspecta absoluta potentia Dei potest convenire actui charitatis; si, scilicèt, Deus, illo posito non infunderet gratiam habitualem: ergò. Urgetur. Ad sanctificandum de facto requiritur, quod ratione doni sanctificantis Deus actu acceptet hominem ad gloriam; sed hoc unicè de facto convenit ratione gratiæ habituali, per quam homo adoptatus in filium sit hæres vitæ æternæ: ergò casu, quo Deus illum sic acceptaret ratione dilectionis, esset forma sanctificans. Undè, quod de facto non sanctificet, non provenit ex defectu virtutis, & secundum id, quod sanctitas dicit pro recto, sed ex defectu alicuius conditionis.

Urgetur.

10 Hæc tamen levia sunt. Ad 1. Respond. in nostra sententia ideo actum charitatis de facto non iustificare, quia est dispositio ad iustificationem, quæ unicè ex terminis, & in sua abstractione formali, est verè, & propriè talis; in opinione vero Adversar. licèt sit dispositio ad iustificationem habitualem, & physicè ab intrinseco permanentem; secus tamen ad omnem iustificationem; cum ille sit vera iustitia, & sanctitas actualis, & non sit dispositio ad seipsum. Quapropter iuxta doctrinam arguentis solum probatur actum charitatis non sanctificare illa sanctitate, ad quam disponit, scilicèt, sanctitate gratiæ; secus vero sanctitate, quam in se habet. Quemadmodum, licèt actus charitatis non denominet hominem de facto viventem spiritualiter vita gratiæ, ad quam disponit, secus tamen vita actuali, quam in se formaliter continet. Undè semper inconsequentia doctrinæ supra ponderata manet in suo robore. Deindè Respond. in casu separationis à gratia habituali, actum charitatis etiam esse dispositionem in actu primo, & exactivè ad iustificationem, quamvis in actu secundo, & cum efficacia non disponeret ad illam: quod sufficit, ut non possit ulla potentia inspecta formaliter iustificare, ut à paritate ultimæ dispositionis ad esse formaliter ignitum constat: & insuper, quia esse formaliter iustum est effectus formalis insuperabilis per favorem extrinsecum, ut probatum relinquimus dub. 2.

Resp. 1.

Secundo.

Ad confirm. Respond. 1. Maiorem esse veram, si non datur duplex sanctitas, scilicèt, actualis, & habitualis; secus vero, si oppositum teneatur, ut sentiunt Adversar. Hoc videre est inhumanitate Christi Domini sanctificata, tum per gratiam unionis, tùm per gratiam habitualem; tùm etiam iuxta Aliquos per visionem beatam. Respond. 2. Ad iustificationem requiri, quod forma iustificans sit ultimum beneficium; at verò hoc non sufficere; sed ulterius requiri, quod sit ultimum per modum radicis, & reddentis hominem amicabiliter Deo dilectum; quæ in nulla providentia actui charitatis convenire valent. Præterquamquod, licèt in tali casu actus charitatis esset ultimum beneficium in executione, non tamen ultimum ordine dignitatis, & intentionis; cum ille ex natura sua disponat, & ordinetur ad gratiam habitualem, ut radicem omnis doni supern. Et instantia probat etiam in homine non peccatore, cui Deus infunderet actum attritionis, fore iustificandum per illum.

11 Ad confirm. respond. 1.

Secundo.

12 Ad urg. Ad urgent. Dicitur ad rationem sanctitatis non requiri, etiam ut actu sanctificet, quod ratione illius homo actualiter acceptetur ad gloriam; sed quod sit dignus acceptari ad illam. Hæc autem dignitas non deficeret actui charitatis, semel quod in se obtineat veram rationem sanctitatis. Quod si de facto cum gratia iustificante coniungitur etiam actualis acceptatio ad gloriam saltim conditionata sub conditione perseverantiæ; talis acceptatio non est conditio præcedens ipsam, ut iustificantem; sed aliquid annexum eius dignitati; cui Deus vult annuere attenta suavitate suæ providentiæ. Quapropter hæc causalis est falsa: *Gratia de facto sanctificat, quia ex vi illius homo actu acceptata-*

tatur ad gloriam. Est, inquam, falsa intellecta adhuc de conditione à priori exacta.

13 Illatio ex dictis.

Ex hucusque dictis inferes, in Deo solam naturam divinam esse formaliter sanctitatem; cùm sola illa sit radix virtualis omnium divinarum perfectionum. Subindeque inferes 2. sanctitatem in Deo non esse prædicatum transcendens, sed proprium Divinitatis. Concedimus tamen Deum etiam per alia attributa dicere oppositionem essentialem cum peccato; tum ratione actus puri in omnibus inclusa; tum ratione infinitæ perfectionis. Præsertim hoc apparet clarius in comprehensiva cognitione, & amore, quo se ipsum Deus summè amat. Ex his apparet alia ratio, ut actus charitatis, qui est divini amoris participatio; non sit sanctitas formalis. Licèt enim in participato possit dari perfectio non reperta in participante; non tamen è contra; præsertim, si sit perfectio simpliciter talis, qualis est sanctitas. Hac ratione, qui voluerit attribuere visioni beatæ veram rationem sanctitatis, hoc ipsum debet attribuere divinæ intellectioni, in qua Dei beatitudo consistit. Tum propter immediatè dicta. Tum quia visio beata creata, si est sanctitas, est sanctitas participata; proindeque divina visio, cuius est participatio, erit sanctitas per essentiam. Et tandem inferes, Mag. Medin. asserentem hic q. 110. a. 3. esse certum de mente omnium Theologorum: *Deum posse iustificare hominem absque aliquo habitu infusso*: à nobis non posse benignè recipi: præsertim cùm pro hoc asserto nullam habeat probationem. Quapropter, vel loquitur de iustificatione purè negativa; vel de iustificatione positiva imperfectè, & inchoativè tali: quatenùs Deus per motionem, & inspirationem internam (ut ipse Mag. loquitur) potest Deus hominem ad se affectivè Convertere.

Alia probatio: Si amor Dei non est Sanctitas

***

***)(✠)(***

§ III.

Solvuntur testimonia Divi Thomæ.

PRimum testimonium habetur in Div. Thom. in 1. distinct. 17. art. 1. ad 5. *Facere de peccatore iustum, vel Deo coniunctum, est ipsius Dei, sicut efficientis, & ipsius charitatis, sicut formæ.* Quæ verba aliquando repetit in eodem articulo. Quòd autem loquatur de charitate, prout est virtus Theologica, constat ex ipsius articuli littera, per quam impugnat Magistrum Sententiarum asserentem, charitatem sumptam pro principio dilectionis non esse habitum creatum, sed esse ipsum Spiritum Sanctum. Nec potest dici charitatem sanctificare, & facere hominem iustum, aut dispositivè, aut completivè. Non inquam dici potest. Tum quia iuxta verba relata, charitas instificat per modum formæ; forma autem distinguitur à dispositione, & complemento. Tum quia in eodem sensu asserit, iustificationem provenire à charitate, ut à forma; in quo asserit, illam provenire à Deo, ut à causa efficiente. Sed iustificatio, tàm dispositivè, aut integraliter, quàm secundùm sui essentiam, est à Deo, ut à causa efficiente: ergò eadem est à charitate, ut à forma.

14 Primum.

Secundum testimonium habetur 2. 2. quæst. 23. artic. 2. ad 2. *Dicendum, quòd Deus est vita effectivè, & animæ per charitatem, & corporis per animam: Sed formaliter charitas est vita animæ, sicut anima corporis; unde per hoc potest concludi, quòd sicut anima immediate unitur corpori, ita charitas animæ.* Ubi habetur 1. charitatem vivificare formaliter animam; proindèque esse vitam formalem ipsius, in quo ratio sanctitatis consistit. Habetur 2. Eodem modo vivificare animam, quo anima vivificat corpus; sed anima, ita vivificat corpus formaliter, ut sit radix omnis operationis vitalis: ergò idem dicendum de charitate in ordine supernaturali. 3. habetur 1. 2. quæst.

15 Secundù.

Tertium; & principale.

100. art. 12. ubi inquirit: *An præcepta moralia veteris legis iustificarent?* Respondet: *Quòd si loquamur de iustificatione propriè dicta, sic considerandum est, quòd iustitia potest accipi, pròut est in habitu, vel pròut est in actu. Et secundùm hoc iustificatio dupliciter dicitur; uno quidèm modo, secundùm quòd homo fit iustus adipiscens habitum iustitiæ; alio verò, secundùm quòd opera iustitiæ operatur, ut secundùm hoc iustificatio nihil aliud sit, quàm iustitiæ executio.* In quibus habetur, quòd iustitia proprie dicta est duplex; una in habitu, altera in actu; quod est idem, ac ponere duplicem iustitiam, unam habitualem, alteram actualem consistentem in actu. Sed iustificatio propriè dicta nequit provenire, nisi à iustitia propriè tali: ergò hæc in sua abstractione formali præscindit ab habituali proveniente à gratia, & ab actuali proveniente ab actu charitatis.

26 Quartum habetur 2. 2. quæst. 184. art. 1. ubi ait: *Quòd perfectio vitæ christianæ simpliciter attenditur secundùm charitatẽ; sed secundùm alias virtutes secundùm quid* Et art. 3. *Dicendum quòd perfectio dicitur consistere in aliquo dupliciter; uno modo per se, & essentialiter, alio modo accidentaliter, & secundario; per se quidèm, & essentialiter consistit perfectio christianæ vitæ in charitate, secundariò, & instrumentaliter in alijs virtutibus &c.* Nunc sic: Perfectio christianæ vitæ simpliciter talis nequit salvari sine sanctitate; cùm hæc reddat hominem simpliciter Deo dilectum, & à fortiori simpliciter perfectum: ergò si charitas iuxta Divum Thomam est in qua simpliciter per se, & substantialiter, consistit perfectio christianæ vitæ; charitas est vera sanctitas.

Quartum

Quintum 5. Idem S. D. illa verba ad Ephes. c. 1. *Ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius, & in charitate*; sic exponit: *In charitate, inquam, qua Deus vos formaliter sanctificat.* 6. Sanctus

Sextum. Doctor 2. 2. quæst. 19. art. 1. ad 3. *Timor filialis, & castus ad idem pertinent; quia per charitatis amorem Deus Pater noster efficitur*: ad Rom. 8 *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater. Et secundùm eandem charitatem dicitur etiam Sponsus noster*: 2. ad Corinth. 11. *Desponsi vos uni viro &c.*

Ad 1. Resp. prænotando primò, Divum Thomam non loqui de actu charitatis (de quo procedit præsens quæstio) sed de habitu: Nam illi, contra quos Doctor Sanctus procedit ibi, asserebant charitatem sumptam pro actu, esse quid creatum; sumptam verò pro principio illius esse Spiritum S.; cùm solus ille sit vita supernat: & sanctitas animæ. 2. notandum; Magistrum expresse affirmare, gratiam, & charitatem esse idem quòad substantiam; ideòque charitatem esse formam gratificantem. Ita Divus Thomas in 2. dist. 27. in expositione textus: dicens: * Hic Mag. expresse opinatur, quòd gratia, & virtus sint idem, dicens: *Charitas, & Spiritus Sanctus &c.* * Ex quibus constat duo afirmari à Mag. Sent. & ambo refutari à Div. Thom. 1. Charitatem esse Spiritum Sanctum. 2. Gratiam gratum facientem esse idem cum charitate; proindeque esse vitam, & sanctitatem animæ. 1. Reijcitur à Divo Thoma loco citato in argument. 2. verò in 2. dist. 26. q. 1. ar. 4.

27 Ad 1. test.

Ad 2. Resp. iuxta dicta ad 1. testimonium: Divum Thomam ibi intendere charitatem habitualem esse quid creatum. Et non Spiritum Sanctum, ut volebat Magist. quem expresse refutat, & eius fundamenta dissolvit. Unum autem, & præcipuum erat situm in eo, quòd charitas est vita spiritualis animæ, & forma illam iustificans: ex quo inferebat esse ipsum Deum; cùm solus Deus sit vita spiritualis animæ, *Et inter ipsum, & animam iustificatam nullum medium creatum, ut forma cadere valeat.* Consequenter adhoc M. non ponebat distinct. inter gratiam gratificantem, & charitatem, ut refert S. Doct. supra num. 27. Hoc ergò supposito tanquam omnino certo; duplici via poterat occurrere argum. Magistri: vel negando charitatem esse vitam spiritualem animæ, aut esse formam iustificantem, & coniungentem eam cum Deo; aut præscindendo ab his; dicendo ex his

28 Ad 2. test.

his non probari charitatem esse Spir: Sanctum; eo quòd licèt solus Deus sit vita effectiva animæ, & qui solum effectivè sanctificat: secus tamen formaliter, & per modum causæ formalis vivificantis. Si primo modo occurreret, non satisfaceret opinioni Magistri. Nàm integra manebat difficultas circa donum gratiæ gratificantis; an, scilicèt, esset quid creatum, vel Spiritus Sanctus? ut sentiebat Mag. Respondendo autem secundo modo directè suadet inefficaciam opinionis Magistri. Undè dum ait * charitatem esse vitam spiritualem animæ, & immediatè unitam eam iustificare * non loquitur asserti vè ex propria mente, sed admittendo sensum Magistri in hoc puncto; nàm etiam hoc admisso apparet minimè probari charitatem non esse quid creatum, sed identificari cum Spiritu Sancto. Hæc nisi fallor est genuina mens D. Thom. in dicto loco, & etiam in sententiarijs, ubi idem inquirit in utroque.

29 Ad 3. (in quo fundatur Ill. Castell olim à me lectus) Respond. oppositum ex illo colligi, ut advertit Mag. Prado tract. de Pœnitent. Dubio 5. quæst. 96. à num. 40. additque * per Doctrinam istam concordari aliqua testimonia Sanct. Doct. in quibus attribuere videtur rationem iustitiæ actui charitatis. * Ratio autem est manifesta: Nàm ipse S. Doct. ait: iustitiam in actu esse executionem iustitiæ; hoc est opus honestum quod qua tale est opus iustum, & ideò subdit * præcepta moralia legis veteris, utpotè continentia opera de se moraliter honesta iustificare; iustificatione sumpta pro executione iustitiæ; non autem sumpta pro hoc quod est fieri iustum, & gratum coram Deo. *

Ad 3. test

30 Hinc inferes omnem operationem honestam moraliter in uno sensu posse dici *iustificationem*, in alio vero non: si enim iustificatio accipiatur pro executione iustitiæ; cum omne opus honestum sit opus iustitiæ; eo quod adæquatur cum regula rationis; in hoc sensu quoties homo rectè operatur, datur in ipso iustificatio; hoc est iustitiæ factio. Si autem iustificatio accipiatur pro motu ad iustitiam, prout hæc consistit iuxta S. Doct. in præsenti: *In interiori hominis dispositione, secundum quam supremum hominis subditur Deo, & se habet, ut terminus adquem iustificationis impij*, & per quam iuxta Trident. *A Deo donante renovamur spiritu mentis nostræ*; in hoc sensu sola gratia est, quæ nos iustificat; & de qua iustificat: procedit difficultas. Ita D. Th. ad Roman. 2. lect. 3. nàm cum ex una parte asserat Apost: *Quod factores legis iustificabuntur, & ex alia, quod homines per fidem iustificantur sine operibus legis*: Respond. *Quod iustificari potest sumi dupliciter, scilicèt, iustitiam exequi, & iustum fieri. Primo modo homo iustificatur, qui opera iustitiæ facit: non autem iustus sit aliquis, nisi à Deo per gratiam.* Ubi testim. Apost. aparenter oppositа in concordiam reducit. His accedit Author. M. Par. super illud Psalm. 118. *Feci iudicium & iustitiam. Nomine iustitiæ hoc in loco, non ipsa virtus, sed opus eius significatum est. Quis enim facit in homine iustitiam; nisi qui iustificat impium? hoc est per gratiam suam, ex impio facit iustum. Facit ergò iustitiam, idest opus iustitiæ, qui habet in se iustitiam, idest opus gratiæ.* En duplicem iustitiam assignatam supra à D. Thom. Scilicèt, *opus iustitiæ, sive opus iustum*, quod ab ipso appellatur *iustitia in actu*: & *iustitia*, per quam homo fit iustus ex impio *per gratiam ipsius*; & *quæ appellatur iustitia in habita*, & per quam iuxta ipsum homo fit gratus coram Deo. Undè inferes; quod prædict. testim. si faveret Adversar. non solum probaret actum charitatis esse veram sanctitatem, sed etiam, quamlibet operationem moraliter honestam.

Idem ad Galat. 2. lect. 4.

Idem ad Rom. 6. lect. 4.

Confirm: ex M. Par.

Sic exponi debet S. Doct. 1. 2. q. 70. a. 2. ad 1.

Illatio fcitu digna.

Sed dices iuxta D. Ioann. epist. 1. cap. 3. *Qui facit iustitiam iustus est*: ergò iustificatio sumpta pro executione iustitiæ est etiam forma constituens hominem iustum. Respond. ex S. Doct. ibidem (si forte expositio, quæ communiter refertur est eiusdem S. Doct.) * prædicta verba verificari in via cognoscendi: quatenus, qui facit iustitiam, ostenditur iustus; non autem in via essendi

31 Replic. 1. Respond.

dig

Ioan. 14. qui servat mandata diligit meſcũ dilect: fit prior.

di ; cum potius quia ſumus boni, faciamus bonum. *Ex quibus conſtat opus quodque iuſtum elicitum ab homine ſanctificato ſolum eſſe fructum ſanctitatis, per quem quaſi à poſteriori nobis innoteſcit ; quod ſumus ſancti, & filij Dei iuxta illud: *ex fructibus eorum &c*: Dices 2. Iuxta D. Thom. ubi ſupra *iuſtitia propriè ſumpta dividitur iniuſtitiam in habitu, & iuſtitiam, prout eſt in actu*: ergo iuſtitia in actu, eſt verè, & propriè iuſtitia: Sed omnis iuſtitia propriè dicta habet pro effectu formali denominare propriè iuſtum : ergò à iuſtitia in actu denominatur homo propriè iuſtus : ergò cum inter actus iuſtitiæ primatum teneant actus charitatis, & contritionis, ab illis denominatur homo propriè iuſtus. 3. Illa verba iuſtitia in actu, falſo, & impropriè exponuntur de actu, qui ſit exercitium iuſtitiæ, & non ſit propriè iuſtitia : ergò ruit expoſitio D. Thom. Probat. añs. aſsimili. Siquis diſtingueret inter albedinem, prout in habitu, & prout in actu, impropriè exponeretur ab aliquo prædicta diſtinctio, ſi per ly *albedinem* prout in actu, intelligeret præciſſe exercitium albedinis ; & quod non eſſet propriè albedo : ergò pariter opus iuſtum, in quo ſolum invenitur exercitium iuſtitiæ ; & non vera ratio iuſtitiæ, nequit niſi impropriè dici iuſtitia, prout in actu.

Secundo.

Tertio.

32 4. Iuſtitia prout in habitu, & prout in actu (niſi ſit contentio de voce) idem *eſt ac iuſtitia habitualis, & iuſtitia actualis*; ſicuti peccatũ aliud eſt habituale, & aliud actuale. Qua de cauſa iniuſtitia, ſive iniquitas, præſcindens ab iniquitate, prout in habitu, & prout in actu, propriè dividitur in iniuſtitiam habit: & actualem : ergò ſi iuſtitia propriè dicta dividitur iniuſtitiam, prout in habitu, & prout in actu : datur iuſtitia actualis propriè dicta, in quo ſiſtit tota difficultas præſentis quæſtionis : ſemperque reputabitur efficaciſsima inſtantia Adverſariorum deſumpta ex paritate duplicis iniuſtitiæ habitualis, ſcilicèt, & actualis, & utraque iniuſt: in ſenſu proprio, & rigoroſo.

Quarto.

Si quæ invenitur efficacia in inſtantijs adductis, ferè tota reducitur ad diverſitatem ſignificationis in his vocibus *iuſtitia in habitu, iuſtitia in actu, iuſtitia habitualis, iuſtitia actualis. * Ut autem quæſtio præſens ſit de re notandum prius ly *in actu* poſſe accipi dupliciter: 1. SinCatheg: ſeu adverbialiter: 2. Cathegoremat. Primo modo idem ſignificat *ac de facto, exercitè, & non poſſibiliter*. Secundo modo ſignificat idem, ac *operatio*, quæ ſe habet per modum actus 2. relatè ad habitum, à quo procedit tanquam à principio. Ex qua doctrina colligitur, in quo ſenſu verificetur de gratia habituali eſſe iuſtitiam, & ſanctitatem in actu: verificatur enim, ſi ly *in actu* accipiatur adverbialiter, prout ſignificat idem, ac *exercitè*, *& de facto*; cum gratia conſtituat hominem iuſtum, & ſanctum per modum cauſæ formalis ; hæc autem exercitè, & inſeparabiliter præſtat ſuum effectum primarium formalem unita ſubiecto capaci. Si autem ly *in actu* ſummatur Cathegorematicè; gratia habitualis : non eſt ſanctitas, aut iuſtitia, prout *in actu*; cum non ſit *operatio*, ſed radix operationum ſupernaturalium. 33

Reſp. 1. ad inſt.

Ex his conſtat. Quod quando D. Thom. aſſerit iuſtitiam poſſe conſiderari, prout eſt *in habitu*, & prout eſt *in actu*, ly *prout eſt in actu* accipitur Cathegorematicè, & quatenus ſignificat actum ſecundum ſive operationem, procedentem ab habitu iuſtitiæ. Nec obſtat, quod iuſtitia propriè dicta dividitur à Div. Thom. iniuſtitiam, prout in habitu, & prout in actu. Non, inquam, obſtat. Nàm quemadmodum ſcientia ut ſic dicitur propriè de habitu ſcientiæ, & de actu ſcientifico : ſimiliterque fides propriè accipitur, tam pro habitu, quam pro actu fidei : ita etiam iuſtitia propriè dicta, poteſt accipi, vel pro habitu, vel etiã pro actu iuſtitiæ ab illo procedente. Cœterum ex hoc non licèt inferre charitatem *in actu*, ſive iuſtitiã prout *in actu* denominare hominẽ iuſtum, & ſanctum. Ratio eſt 1. Nàm iuſtitia, prout eſt idem ac ſanctitas, eſt 34

Ad 2.

Diſtingue virt: iuſtitiæ et ſanctitatis

sec-

rectitudo simpliciter, & universi hominis, ut expresse asserit S. D. hic q. 113. art. 1. 2. Nàm iustitia propriè accepta præscindit à iustitia acquisita, & infusa: non verò iustitia, secundumquam homo dicitur Deo gratus. Undè D. Thom. post distinctionem iustitiæ in habitu, & in actu, immediatè subdit: *Justitia autem, sicut aliæ virtutes, potest accipi, & acquisita, & infusa: acquisita quidem, causatur ex operibus; sed infusa causatur ab ipso Deo per eius gratiam, & hæc est vera justitia, de qua loquimur nunc, & secundumquam aliquis dicitur iustus apud Deum.* Ex quibus constat, quod etsi actus virtutum moralium sint iustitia in actu, solum sequitur quod reddant hominem in actu 2. iuste, hoc est rectè operantem, non tamen iustum, hoc est sanctum, & gratum Deo.

35 Ad 3. Ad 3. Respond. albedinem non habere pro exercitio sui aliquam operationem communiter significatam eodem nomine, sicuti accidit in actu virtutis iustitiæ, ut supra fundavimus, & constat *in charitate, & amicitia*, quæ communiter accipiuntur, tùm pro actu, tùm pro habitu. Quare concedimus opus moraliter honestum posse dici iustitiam in actu, non tamen iustitiam quæ sit sanctitas, sed iustitia, qua homo rectè, sive iuste, operatur.

Ad 4. Ad 4. Respond. Actum charitatis, & contritionis, & simpliciter omnem actum supernaturalem, à gratia habituali radicaliter procedentem, esse, & dici opus sanctum, Deoque gratum; non tamen esse sanctitatem in actu, & per modum actus secundi. Primum constat: Nàm prædicti actus sunt opera meritoria, & à gratia sanctificante dignificata. 2. præter hucusque adducta, probatur ex Div. Thom. in hac 1. 2. quæst. 113. art. 1. & q. 28. de verit. art. 1. ubi iustitiam accepram pro sanctitate appellat *rectitudinem universalem hominis in ordine ad Deum*; cùmque nullus actus virtutis, etiam charitatis, hac universalitate perfectionis gaudeat, nequit participare rationem sanctitatis ut sic. Deinde: nàm opera sancta, Deoque grata, sunt fructus Spir. S. inhabitantis animam, non tamen sunt dona absolutè quibus Spirit. S. communicatur animæ, eamque tanquam Templum inhabitat. Cumque de ratione sanctitatis in sua abstractione formali sit reddere animam templum, in quo inhabitet Spiritus S. ideò sanctitas non admittit divisionem in sanctitatem prout *in habitu*, & prout *in actu*, nisi per sanctitatem *in actu* significare velis, opus sanctum, hoc est Deo gratum, & à gratia habituali moraliter dignificatum.

Consequenter adhæc dicendum: actum charitatis (idem de quolibet actu supernaturali à virtutibus infusis, & Donis Spirit. Sanct. procedente) non esse sanctitatem *actualem*. Siquidem iuxta superius dicta ratio sanctitatis, utpote radix, & donum, quo homo renovatur in erius secundum spiritum, nequit ulli actui particulari, quantumvis excellenti, convenire. Undè si forte ab aliquibus ponitur divisio sanctitatis in habitualem, & actualem, talis divisio non debet admitti, ut univoca: eo quod ly *actualis*, extrahit rationem sanctitatis ut sic à propria significatione; cum idem significet, ac *opus gratiæ*, sive *opus sanctitatis*. Quando autem Adversi. asserunt actum charitatis esse *sanctitatem actualem*, sive sanctitatem per modum *actus secundi*, loquuntur in sensu proprio de sanctitate ut sic, ita ut hæc in genere dividatur univocè tanquam per differentias intraneas in sanctitatem actualem, & habitualem, qualis est gratia.

36 Assertum ex dictis.

37 Si instes. Si dicas: Amicitia ut sic, similiterque iustitia, charitas, & scientia, dividuntur in amicitiam habitualem, & actualem, tanquam per differentias intraneas, univoce contrahentes rationem communem: ergò idem dicendum de divisione sanctitatis in actualem, & habitualem. Respond. Discrimen stare, in eo, quod amicitia ex terminis *est mutuus amor benevolentiæ &c.* scire, *est rem per causam cognoscere*; *iustitia est voluntas reddendi unicuique quod suum est*; quapropter adest fundamentum amicitiæ, scientia &c. propriè di-

Respond.

vidatur in actualem, & habitualem: oppositum vero contingit in sanctitate ut sic iuxta Doctrinam Div. Thom. SS. PP. & Trident: superius adductam; iuxta quam ratio sanctitatis est ratio naturæ, & doni constituentis hominem in quoddam esse Divino per assimilationem; quod nequit ulli actui particulari convenire. Cur autem iniustitia, sive iniquitas, propriè dividitur in iniustitiam habitualem, & actualem? dedimus supra rationem consistentem in eo, quod peccatum actuale avertit hominem à Deo affectivè, & effectivè; & insuper, quia est causa, & radix peccati habitualis; ideòque præstat eminenter, ut ita dicam, effectum formalem iniusti, & immundi coram Deo. Quia tamen in ordine gratuito oppositа motiva non conveniunt actui charitatis relatè ad gratiam habitualem, non datur divisio sanctitatis, qua homo redditur Deo simpliciter gratus, in actualem, & habitualem. Hac de causa S. Doct. in 1. dist. 17. in expositi: textus, ait M. S. asserentem: *Charitatem sanctificare alias virtutes, intelligi de sanctificatione sumpta pro ordinatione earum ad Deum, ut finem ultimum simpliciter.*

38 Ad 4. Respond. ex M. Bañez relectione de augmento charitatis q. 2. concl. 1. per hæc verba: *Observandum tamen est obiter, quod charitas hic (scilicèt, loco citato ex D. Thom.) non contraponitur gratiæ habituali; sed alijs virtutibus. Etenim gratia ipsa radix est vitæ æternæ: sed per ipsam non exercentur immediatè operationes vitales, respectu quarum considerat D. Thom. Christianæ vitæ perfectionem, supponens radicem necessariam vitalium operationum esse gratiam infusam, sive illa distinguatur à charitate, ut revera distinguitur secundum Thom. sive non distinguatur secundum Scotistas.* Ad 5. Resp. 1. solutione data, quæ merito accomodari potest verbis Div. Thom. Respond. 2 Charitatem multoties accipi pro dono communi tùm gratiæ habituali, tùm virtuti Theologicæ, quæ charitas nominatur; eo quod *Charis* Græcè, idem significat, ac Latine *gratia*. Undè hac frequenti acceptione utens Angel. Doct. & munus Expositoris agens, potuit asserere charitatem esse donum, quo formaliter iustificamur, quin per hoc probetur charitatem, prout est virtus Theolog: realiter distincta à gratia habituali, esse sanctitatem formalem.

Ad 4. test. ex S. D.

Ad 5. test.

39 Respond. 3. Adhoc, ut charitas sanctificet formaliter hominem, sufficere, quod sit complementum, & integritas sanctitatis. Nàm infrasi D. Thom. id quod complet, & ultimo perficit aliquid, se habet formaliter respectu illius: quapropter 2. 2. q. 124. art. 1. & 2. *Asserit martirij actum esse materialiter actum fortitudinis, & formaliter esse actum charitatis*; quia videlicèt, ex imperio illius accipit novam rectitudinem complentem, & perficientem illum. Ratio est manifesta: nàm munus proprium formæ, est perficere, actuare, & complere: quia ergò rectitudo conveniens actui fortitudinis ex imperio charitatis sic se habet; ideò quamvis sit extra essentiam illius, se habet formaliter respectu ipsius. Hinc constat, quod ly *formaliter* dividi potest in formaliter *constitutivè* tale, & formaliter *completivè*. Videatur S. Doct. 1. 2. quæst. 13. art. 1. ubi reddit rationem; *cur electio sit materialiter actus voluntatis, & formaliter actus rationis ordinantis.* Si dicas: Cur D. Thom. ibi omisit exponere sanctificationem formalem constitutivè talem per gratiam habitualem? Respond. illam expressisse exponendo verba præcedentia, scilicèt: *Prædestinavit nos in adoptionem Filiorum Dei.* Ad 6. Dicatur Deum effici Patrem nostrum per charitatem (si sermo est ibi de illa, qua ipsum diligimus) non in se, sed quoad æstimationem, & convictum; quia illum diligendo super omnia, eum timemus offendere, illum honoramus Patrem, & mandata eius custodimus. ideòque verè reputamus illum, ut Patrem. Undè Malach. 1. ait: *Si ego Pater, ubi honor meus.* Constat expositio ex textu adducto à S. D. scilicèt, *in quo clamamus &c.* clamor enim ille, qui est dilectio, iam supponit Deum effectum Patrem N. permis-

Alia solutio pro charitate habit:

Si Instabis.

Respond.

Ad 6. test. tim.

missionem Spiritus Sancti ratione gratiæ.

§. IV.

Alia argum. ab Authorit.

40 Arguit. 2. Obijcies 2. Ex SS. PP. sæpè asserentibus charitatem esse sanctitatem, & iustitiam: ita P. August. lib. 83. quæstion. q. 68. & tract. 9. in Ioannem ubi eam appellat *pulchritudinem animæ.* S. Leo Papa serm. de S. Laurent. *affirmans charitatem esse plenitudinem totius iustitiæ. S. Bern: perfecta charitas, perfecta est sanctitas,* alia plura refert in suum favorem P. Vazq. Adhæc, quæ proprius, vel saltim æquè intelliguntur de habituali charitate (de qua frequenter Adversarij asserunt non esse sanctitatem formalem. Resp. communiter *charitatem appellari sanctitatem, iustitiam, & sanitatem animæ,* quia est dispositio ultima ad gratiam habitualem necessario illam comitans, & cum mutua connexione, & insuper se habet, ut complementum iustificationis. Ratio huius communis expositionis traditur à Theolog. eo quod SS. PP. intendebant inducere homines ad exercitium charitatis, quæ est finis, & adimpletio totius legis, & cui in præsenti providentia necessario annectitur gratia habit: per quã, & secundum quã Deus inhabitat animam. Undè, ut efficatius hoc assumptum persuaderent attribuunt charitati omnes excellentias, quæ propriè, & constitutivè conveniunt soli gratiæ habituali; scientes eum, qui est, & se exercet in charitate necessario esse Deo gratum, & filium adoptivum illius. Aliam solut: vide à n. 38.

41 Arguit. 3. Obijcies 3. Ex Trident. cap. 7. *Asserente hominem iustificari per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum.* Sed huiusmodi susceptio habetur per actum charitatis, quo homo voluntariè consentit, & acceptat donum gratiæ; ita D. Thom. hic quæst. 113. art. 3. ergo est sanctitas formalis. Confirm. ex eodem Concil. Can. 12. *Damnante eos, qui dixerint hominem iustificari exclusa gratia, & charitate, quæ per Spiritum Sanctum in cordibus eorum diffundatur*: ergò charitas etiam ingreditur ad sanctificationem per modum formæ. Urgetur ex eodem cap. 7. ubi ita habet: *Quanquam nemo sit iustus nisi cui merita Passionis Christi communicantur; hoc tamen fit, dum eiusdem Passionis merito per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur.* Nunc sic. Donũ, per quod merita Passionis Jesu Christi nobis communicantur, est forma sanctificans; sed iuxta Concil. talis communicatio fit per infusionem charitatis: ergò charitas est forma sanctificans. Denique: Id, quod perfectè unit animam cum Christo, & per quod homo fit vivum membrum illius; est vera sanctitas; cum participet de vita Christi. Sed sic se habet charitas iuxta Trident. ubi supra dicens: *Nàm fides, nisi ad eam spes, & charitas accedat, neque unit perfectè cum Christo, neque eius vivum membrum efficit.*

Urgetur. Ultimo.

42 Respond. Si voluntaria susceptio gratiæ sanctificat formaliter; cum etiam ipsa gratia sit sanctitas formalis, falsò dicitur à Trident. *Unicam causam formalem nostræ iustificationis esse iustitiam à Deo infussam, & in nobis receptam iuxta unius cuiusque propriam dispositionem.* Actus enim charitatis, qui est susceptio gratiæ, & ipsa gratia infussa, non sunt unica causa formalis, sed duæ causæ, distinctæ adæquatè, & genericè. Quare dicendum quod ly *susceptio* voluntaria potest sumi, vel activè pro actu, quo homo liberè consentit gratiæ; vel passivè pro ipsa gratia liberè in nobis recepta. Si sumatur primo modo, ly *per voluntariam &c.* solum denotat dispositionem ad iustificationem Adultorum, ut rectè probat S. Doct. loco citato. Quemadmodum etiam absolutè dicitur, & pluries à D. Paulo *hominem iustificari per Fidem Jesu-Christi,* quia est initium, & dispositio necessario requisita ad iustificationem. Si verò accipitur 2. modo, tunc gratia se habet ut forma sanctificans licèt connotet, quod sit infussa dependenter à motu liberi arbitrij: & hæc acceptio videtur propria menti

43 Ad confirm. Ad confirm. (quæ expressè loquitur de habitu charitatis.) Respond. Conc. loqui etiam de iustitia completè, & integraliter sumpta, ad quam necessario requiritur charitas, & alia dona supernaturalia. Si inquiras: cur Concilium expressè nominavit charitatem, non vero alia dona? Respond. hoc provenire ex speciali connexione charitatis cum gratia, eo quod se habet per modum proprietatis primigeniæ. Rursùs: Cum Concilium sciret esse opinionem probabilem inter Theolog. gratiam per quam iustificamur, non distingui realiter à charitate; ideò pro forma iustificationis nec potuit solum gratiam, ne definiret distinctionem realem à charitate; nec potuit solum charitatem, nè definiret identitatem realem inter utrumque. Explicat. hoc ex seq. propositione: in Clementina: *Homo beatificatur visione, & fruitione Dei*; non quia utrumque pertineat ad essentiam Beatitudinis; sed quia fruitio pertinet ad illam quoad sui statum, & complementum; vel quia cum sit probabilis opinio essentiam beatitudinis in actu voluntatis consistere; ut Pontifex ab hoc discrimine inter Theologos præscinderet, possuit pro beatitudine hominis actum visionis, & fruitionis. Exemplũ frequens.

44 Ad urg. Ad urg. distling. min. Mai. id, per quod merita passionis &c. primo, & principaliter nobis applicantur, conc. mai. per quod secundo, & integraliter tantum nobis applicantur, neg. mai. & sub eadem min. distinctione, neg. conseq. finis principalis, & quasi primarius meritorum Christi Domini, & eorum applicationis est, ut regeneremur in filios Dei iuxta illud * quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imagini sui Filij: * huiusmodi autem regeneratio, sicuti, & consortium Divinæ naturæ, non à charitate, quæ est bona voluntas, sed à gratia, quæ est natura in ordine supernaturali, valet provenire. Ad ultim. Quod si quid probat, probat etiam de actu spei, ut ex contextu patet, nego min. Aliud est hominem non uniri perfectè cum Christo, esseque vivum membrum illius sine charitate; aliud vero hæc omnia præstari formaliter à charitate. Ad 1. enim sufficit connexio charitatis cum forma vivificante; ad 2. vero est necesse, quod ipsa charitas sit forma vivificans. Quia igitur gratia connectitur cum charitate, & e converso; ubi non est charitas, non est gratia; proindeque nec datur unio animæ cum Christo, nec per spiritum vivificatur. Si autem admittatur de potentia absoluta gratiam habitualem posse separari à charitate; dicendum in tali casu; hominem esse vivum membrum Christi; cum vivat spiritu illius; similiterque esse perfectè unitum cum Christo quoad substantiam, & unione effectiva; licèt non integraliter, & completivè, & unione affectiva. Ut alijs testim. facilè occurratur, notandum non esse idem asserere: *hominem iustificari, dum diligit Deum*; & è converso: ac asserere *illum iustificari formaliter per dilectionem Dei*; idem dicendum de his propositis: *Homo, qui est in charitate, est iustus coram Deo: homo est etiam gratus, & iustus coram Deo ratione charitatis.* Primum enim verificatur propter necessariam comitantiam inter gratiam, & charitatem. Secundum vero non propter conceptum quidditativum sanctitatis in ratione radicis donorum supernaturalium constitutivi, iuxta latè in antec. probata. Et ad Ephes. 2. Ad ult. Nota.

§. V.

Solvuntur argumenta à ratione.

45 Arguit. 1. OBijcies 1. Id, per quod homo fit unus spiritus cum Deo, est forma ipsum sanctificans; nàm cum spiritus Dei sit sanctus per essentiam, fieri unum spiritum cum Deo est participare Spiritum sanctitatis. Tùm quia habens in se spiritum Christi est vivum membrum Christi iuxta illud: *Ipse dedit nobis de suo spiritu.* Sed huiusmodi est actus charitatis: ergò est forma sanctificans. Probat. min. ex illo 1. ad Corinth. 6. *Qui adhæret Deo, unus spiritus est cum illo.* Sed actus charitatis est adhæsio hominis ad Deum; Ioan. cap. 4. epist. 1.

Deum; ut constat ex natura amoris, quæ est adhæsio amantis ad rem amatam; & insuper traditur à M. Par. super illud Psalm. 62. *Adhæsit anima post te*, ubi explicat adhæsionem animæ ad Deum per charitatem, appellansque eam *glutinum*

Confir. 1. *spirituale*: ergò. Confirm. 1. Donum, per quod homo manet in Deo, & Deus in illo, reddit hominem iustum, & sanctum; sed ratione actus charitatis verificatur Deum manere in homine, & è contra: iuxta illud 1 Ioann. cap. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo*: ergò. Mai. constat. Quia Deum manere in homine est Deum inhabitare hominem, ut Templum suæ Maiestatis; sed talis inhabitatio est propria formæ sanctificantis: ergò.

46 Confirm. 2. Hominem transformari in Deum est esse iustum coram Deo. Sed sic transformatur per

Secundò. actum charitatis; cum hæc transformatio sit prærogativa amoris; ut videre est apud D. Thom. in 3. dist. 27. quæst. 1. art. 1. ergo. Mai. constat. Tùm quia tranformari in Deum est habere in se formam Deitatis, sed non per essentiam: ergò per participationem: quod absdubio necessario importat denominationem formalis sanctitatis. Adhæc respiciens M. Par. ita loquitur de amo-

Tract. 1. in Ioann. re: *Si terram diligis, terra est: si Cœlum diligis, Cœlum est; si Deum diligis, quid vis audire, Deus est.*

47 Confirmat. 3. Hominem esse iustum, est esse conversum ad Deum,

Tertio. ut finem ultimum simpliciter, sed talis est conversio proveniens ab actu charitatis; cum per illum homo se, & omnia sua totaliter referat in Deum: ergò. Nec dicas actum charitatis esse conversionem affectivam ad Deum; non vero effectivam, quæ requiritur ad ratio-

Quædam resp. reiic. 1. nem sanctitatis. Non, inquam, dicas 1. Nàm dilectio Dei ex terminis est conversio hominis ad Deum: ergò eo modo denominat hominem conversum ad Deum, quo denominat

Sic Castell ipsum dilig: Deum. Atqui per actum charitatis denominatur homo diligens Deum, non solum affectivè, sed reipsa, & effectivè; cum sit effectus formalis illius: ergò per actum charitatis homo &c. 2. Eo modo actus charitatis convertit hominem ad Deum, ut finem ultimum simpliciter, quo avertit ab illo odium directè ei oppositum; sed odium avertit hominem à Deo, ut fine ultimo, affectivè, & effectivè: ergò. Mai. probat. Tùm quia contrariorum eadem est ratio. Tùm quia actus charitatis, etsi non adæquet odium Dei in ratione offensæ; secus tamen in ratione malitiæ moralis, ut docetur à Thom. Atqui odium Dei secundum rationem malitiæ moralis in ipso repertæ avertit à Deo affectivè, & effectivè; cum ratio aversionis in odio Dei, sit per quod constituitur in esse mali moralis, & ad quam aversionem sequitur in ipso formalitas offensæ: ergò actus charitatis convertit hominem ad Deum, ut finem ultimum. Consequ. patet: Nàm conversio purè affectiva nequit æquare avertionem, simul affectivam, & effectivam.

Secundo.

48 Argum. posset ab aliquo solvi exponendo testim. Apost: de adhæsione ad Deum effectiva, non vero

Respond. purè affectiva: Nàm quemadmodum distinguitur duplex unio, sive duplex conversio animæ ad Deum; ita debet distingui duplex adhæsio. Sed quia S. Doct. exponit talia verba de adhæsione, per fidem, & charitatem: aliter Respond. prædictam propositionem posse facere, vel sensum commitantem fundatum in necessaria connexione adhæsionis ad Deum cum unitate spiritus; vel sensum formalem propter unitatem formæ præstantis utrumque. Si 1. modo accipiatur, præcisse in illa enunciatur eum, qui adhæret Deo, per actum charitatis, habere Spirit. sanctitatis, quo spiritualiter sit unum cum Deo. Si vero accipiatur secundo modo: denotatur eandem formam, à qua provenit adhæsio, esse formam, à qua provenit, quod homo sit unus spiritus cum Deo. Hoc suppositio dicitur Apost: ibi loqui in sensu connexivo commitanti: quatenus nequit homo per charitatem Deo, ut fini ultimo adhærere, nisi habeat Spirit. Sanct. ut sæpè asserunt SS. PP.

Nàm

Nàm hominem fieri unum spiritum cum Deo est habere spiritum adoptionis; & habere spiritum Christi; *quicumque enim spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Hic autē spiritus utpotè adoptionis; solum habetur per regenerationem, proindequè per participationem Deitatis. Eadem explicatio adaptari debet alijs propositi: Sacræ Scripturæ, quas oportet intelligere in sensu connexivo, & non in sensu formali: huiusmodi est: *Iustitia Dei in omnes, & super omnes, qui credunt in ipsum &c.* quin propter hoc necesse sit concedere actum fidei, quo credimus in Deum esse formam iustificantèm. Hoc idem notavit P. Ripalda (& si nobis Advertat. dicens) quod licet iuxta Tridentin. homo iustificetur dùm charitas infunditur in corde eius: hoc tamen non probat charitatem iustificare; quia ad veritatem talis propositionis sufficit connexio charitatis cum forma iustificante.

Ad Rom. 8.

Ad Rom. 3.

49 1. Confirm. Nihil probat: cum manere in charitate supponat necessario permanentiam in gratia, in qua radicatur. Unde 1. Ioann. 4. dicit: *In hoc scimus quoniam in ipso manemus; & ipse manet in nobis, quoniam de spir: suo dedit nobis.* Ad 2. Resp. transformationem amantis in rem amatam solum dicere unionem affectivam cum illa. Cum enim obiectum se habeat ut forma respectu actus amoris, & forma sit unum cum illo, cuius est forma; quando voluntas adhęret Deo per amorem, dicitur transformari in Deum propter unionem affectivam cum ipso. Ita D. Thom. loco nobis opposito ex sententiarijs. Unde transformatio solum dicitur transitum voluntatis in Deitatem per modum formæ obiectivæ terminantis illius amorem; non verò transitum in aliquam formam, quæ sit participatio Deitatis, uti se habet gratia habitualis. Hic autem modus transformationis, sive transitus, in Deitatem requiritur ad sanctificationem. Confirm. hoc: Nàm iuxta Apost. 2. ad Corinth. 13. *Per cognitionem excellentem mysteriorum fidei, verificatur etiam, quod homo transformatur in imaginem Dei à claritate, in claritatem; gloriam ipsius speculandæ;* quia tamen huiusmodi transformatio, estò sublimis, sit sanctitas formalis.

Ad 1. confirm.

Ad 2.

50 Ad 3. Respond. solutione ibi data. Ad 1. impugn. Respond. ex illa probari amorem non solum unire affectivè ratione sui amantem cum amato, sed etiam effectivè; & secundum realem præsentiam, ut patet utendo eadem forma arguendi, ponendo *unionem* vice *conversionis.* Cuius oppositum expresse traditur à D. Thom. 1. 2. quæst. 28. art. 1. in corp. Undè probatio solum suadet actum charitatis esse effectivè conversionem affectivam ad Deum; secus esse conversionem effectivam ad ipsum. Sed inquires; *in quo consistit conversio effectiva hominis ad Deum?* Respillam non rectè ex toto explicari per hoc, quod est esse principiū effectivum conversionis actualis ad Deum, ita ly *ut effectivè* accipiatur in genere causæ efficientis. Ratio est: 1. Nàm aliàs habitus charitatis, & etiam auxilium fluidum, redderent hominem effectivè conversum ad Deum, ut finem ultimum: quod est prorsus falsum. 2. Nàm visio Beata dicitur coniunctio, & possessio effectiva Dei; cum tamen non sit causa propriè efficienter influens in aliquem actum, qui sit possessio actualis Dei. 3. Nàm gratia habitualis (insistendo exemplo adducto) potiori ratione deberet dici possessio effectiva Dei: cum sit radix physica visionis, & amoris. 4. Nàm iuxta superius dicta, peccatum actuale læthale est etiā aversio effectiva hominis à Deo, ut fine ultimo; quamvis non differat realiter à peccato habituali; & insuper privatio gratiæ tantum se habeat, ut pœna respectu illius.

Ad 3.

51 Quapropter dicendum est talem conversionem, ultra permanentiam ab intrinseco, dicere subiectionem animæ ad Deum, ut finem ultimum simpliciter per consortium Deitatis in ratione naturæ. Ratio huius est: Nàm hominem sic converti ad Deum est, non solum in affectu, sed reipsa, & cum effectu assi-

Quid sit converti effectiva.

similari Deo; quod est idem, ac reipsa hominem deificari, & fieri Deiformem. Sed hoc dicit necessario participare ipsam Deitatem, per quam constituitur in quodam esse divino: ergò hominem converti ad Deum effectivè &c. 2. Duplex est conversio inter Deum, & hominem: una, qua homo actu convertitur ad Deum; altera, qua Deus etiam convertitur ad hominem; iuxta illud: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* 1. conversio disponit ad secundā, iuxta illud Thren. 5. *Converte nos Domine ad te, & convertemur.* Unde illa dicenda est conversio effectiva animæ ad Deum, quæ est effectus amoris, quo Deus convertitur ad nos. Hoc autem fit per infusionem gratiæ habitualis iuxta S. D. 1. 2. q. 110. a. 1. & q. 28. de Ver. a. 2. ubi ponit pro termino dilectionis Dei erga nos, quæ est conversio Dei ad nos; gratiam habitualem, secundum quam homo participat divinam naturā. Idem tradit clarè 3. cont. Gent. cap. 149. Adest etiam ratio: Nam cum Deum converti ad nos sit admittere hominem ad sui gratiam iuxta D. Thom. ubi supr. solum ratione illius dicitur homo effectivè conversus ad Deum. Hinc in forma disting. illam proposit. De ratione sanctitatis est convertere hominem in Deum, & simul Deum esse conversum ad hominem, conc. añs. Præcisè reddere hominem actu conversum ad Deum, neg. añs.

Zach. 1.

Sic Psal. 84. Deus tu conversus vivificabis nos

§ 2

Ad ult. Resp. Odium Dei secundum malitiam moralem convenientem ipsi ex obiecto, non excedere rectitudinem actus charitatis; cum talis malitia constitat in privatione talis rectitudinis debitæ odio Dei ex lege secundum rationē communem actus exerciti in materia charitatis. Cæterum præter hanc privationem immediatè repertam in odio Dei, datur alia privatio, secundum quam avertit etiam animam effectivè à Deo, inducens tanquam causa per se privationem gratiæ habitualis, in qua ratio maculæ consistit. Cumque actus charitatis non sic se habeat ad infusionem gratiæ, sed tantum dispositivè; nequit adæquare odium Deum secundum rationem aversionis effectivæ, licet illud adæquet secundum rationem aversionis affectivæ immediatè receptæ in odio Dei, & cui directè opponitur.

Ad ult.

Duplex aversio 1. à lexe, 2. à Deo jut fine ultimo.

§ 3

2. Obijc. Forma illa, per quam homo adæquatur cum Deo ut fine ultimo, cum lege æterna, & divina voluntate, est forma illum iustificans; sed talis est actus charitatis: ergò. Mai. const. Nam iustitia est quædam species æqualitatis, seu adæquationis: ergò cum Deus ut finis ultimus, lex æterna &c. sint mensura totius rectitudinis moralis; adæquatio cum his omnibus, erit perfectissima iustitia moralis; proindèque vera sanctitas. Min. vero probat. Actus charitatis refert totaliter hominem in Deum ut finem ultimum, cum proposito efficaci observandi legem divinam, & obediendi in omnibus voluntati eius: ergò.

Arg. ex P. Vazq.

§ 4

Resp. Iustitiam, prout est idem ac sanctitas, & à qua iuxta Trid. & PP. iustific. impij denominatur, non esse iustitiam acceptam pro virtute, quæ est ad alterum, sive sit homo, sive Deus. Ratio est 1. Nam etiam actus obedientiæ, & Religionis, quæ dicūtur iustitia hominis ad Deum, essent forma sanctificans. 2. Quia esto in nobis non detur virtus perfecta iustitiæ in ordine ad Deum; cum ipsi æquale reddere non possimus; secus tamen in Christo Dño, in quo admittitur iustitia commutativa. Unde si sanctitas coincidit cum actu iustitiæ verè talis, Christus Dñus. erit etiam Sanctus ut homo, per actum iustitiæ commutativæ; similiterque homo erit sanctus per actum obedientiæ supern. & iustitiæ legalis &c. maximè cum ratione ipsorum (si sint actus absoluti, & efficaces) homo perfectè se subijciat Deo legi æternæ, & divinæ voluntati.

Resp.

§ 5

Unde iustitia, à qua provenit iustificatio impij, est idem iuxta S. D. PP. & Concilia, ac renovatio hominis secundum spiritum, secundum quam est simpliciter rectificatus quo ad esse, & fit dignus amicitia Dei, & hæres secundum spem vitæ æternæ.

Qualitas iustitiæ, qualumus iusti.

Hæc autem iustitia valdè differt à iustitia consistenti in obedientia divinorum præceptorum, & conformitate cum divina voluntate; cum hæc iustitia spectet ad lineam operandi; illa vero qua sanctificatur homo, spectet ad lineam essendi. Iustitia supra recensita est fructus sanctitatis consistens in iustè vivere, quod homines consequi non possunt iuxta M. P. nisi prius effecti sint filij Dei. Unde in forma disting. mai. Forma illa, per quam homo adæquatur &c. adæquatione purè affectiva, sive obiectiva, neg. mai. Adæquatione effectiva consistente in similitudine cum Deo secundum esse, conc. mai. & cum ead. min. dist. neg. conseq. vel illam dist. Est forma iustificans, secundum quod *iustificatio* est idem ac *executio iustitiæ*, conc. conseq. Secundum quod *iustificatio* est idem, ac hominē fieri, vel esse iustum apud Deū, neg. cons. Recolantur memoriæ superius dicta, & adducta ex D. Th. circa duplicem modum accipiendi iustificationem.

Hæc æqualitas est per imitationem: non per æquipadantiam.

56

3. Obijc. Jansenius propos. 59. & 60. *expressè reijcit sententiam ponentem in homine duplicem iustitiam, & vivificationem; unam, quæ est per Spiritum S. inhabitantem corda per gratiam, & charitatem; alteram, quæ est per Spiritum S. sua inspiratione moventem cor hominis ad pœnitentiam, sed nondum inhabitantem.* Proposit. istæ sunt damnatæ à Gregorio XIII. & SS. Pio V. ut videre est in Bulla. *Sed istæ propositiones ponentes in homine duplicem iustitiam etiam reijciuntur à nobis: ergò modo dicimus ipsum, quod docuit Jansenius. Resp. Tales propositiones damnari in Jansenio; quia eas reijcit notando illas ut commentitias, & pernitiosissimas; ut in ipsis videre est. Unde & si nos etiam duplicem illam iustitiam reijciamus, sed cum debita modestia; non sumus sub censura. 2. Quia Jansenius ita reijcit duplicem iustitiam; ut asserat nos iustificari per obedientiam mandatorum; secus vero per spiritum gratiæ cordibus nostris infusum. Ita expresse propositione 41. & 65. Hoc autem assertum est manifestus error; minimèque à nobis adhuc insinuatus contra opinionem Adversarior.

Arguit.

*Vide illam. tom. 3.

Resp.

57

Ex dictis inferes 1. Habitum charitatis non esse formam iustificantem; nam licet sit perfectio, & donum permanens; non reddit hominem terminantem dilectionem amicabilem Dei: nec est radix, aut rectitudo universalis hominis in esse gratuito. Nec potest illum spiritualiter genitum; aut Deiformem constituere, & ob alia motiva, quæ manent in anteced. ponderata: excepto solum discrimine ab actu charitatis propter illius permanentiam. Inferes 2. Motiva, quibus P. Ripalda tuetur oppositum nostræ sententiæ, non esse conformia doctrin. Angel. Præcept. 1. est: quia dilectio Dei ratione sui est digna, ut homo diligatur amicabiliter à Deo. 2. Quia talis dilectio ratione sui est de condigno meritoria vitæ æternæ. 3. Quia est participatio divinæ naturæ; quatenus est radix moralis omnis rectitudinis; propter quod ipsa dilectio est etiam radix, & causa virtualiter continens omnem honestatem. Inferes, inquam, cum amor charitatis non sit amicitia, nisi fundetur in communicatione gratiæ; nec sine illa esset meritorius vitæ æternæ.* Rursus, quia solum participat de Deo illius amorem: qui supponit naturam divinam radicantem alia attributa. Nec illa in nobis est propriè radix moralis honestatis; cū solum habeat imperare actus virtutum, quas supponit. Notand. tamen, quod cum Ripalda afferat plura testim. ut probet dilectionem esse perfectissimam iustitiam, & sanctitatem excellentissimam. Subdit tamen illam indigere favore extrinseco Dei, ut hominem sanctificet, & mundet à peccato. Ecce ditissimam, & excellent. sanctitatem ad egestatem, & paritatem redactam. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. M ubi præced.*

Illatio 1.

Vid. Ovied. contr. 1. punct. 6. n. 82.

Secundi.

Motiva P. Ripalda.

Refellun tur.

*Sic S.D.

Nota.

***)✠(***

DU-

DUBIUM XIV.

AN VISIO BEATA OBTINEAT veram rationem ſanctitatis?

N. 1 AGgredimur difficultatem à noſtris Thomiſt. ex profeſsò pro dignitate non exagitatam, ſed ſolum incidenter attactam, pro ut ad ſolutionem unius, vel alterius argumenti, erat neceſſe de illa aliqualiter tractare. Et quamvis in tractatu de Beatitudin. conceſſerim ei effectum negativum ſanct. in oppoſitione cum peccato actuali, & etiam habituali antecedenter commiſſo conſiſtentem; quia tamen in præſenti tractatu, ubi expreſsè agitur de quidditate ſanctitatis formalis poſitivę propriam ſedem habere videtur (ut ex dictis dubijs antecedentibus conſtat) ideò in præſenti eam decidendam ſubijcimus iuxta principia ſolida, & magis accepta apud noſtros Thomiſtas: ut ſaltim ex hoc capite opinio noſtra notam novitatis effugiat. Revocanda ſunt in memoriam ea, quæ in antecedentibus dicta ſunt de conceptu ſanctitatis formalis propriè talis; ex quibus probavimus actum charitatis non obtinere veram rationem ſanctitatis; & præſertim teſtimonia Div. Thomæ ibidem adducta: in quibus exprimit veram rationem formæ iuſtificantis, & quodnam ſit donum, per cuius communicationem homo terminat dilectionem amicabilem Dei, & in ipſo inhabitat Spiritus Sanctus. Quare ſupponimus viſionem beatam ratione ſui eſſe conſummationem, & complementum ſanctitatis; cum ſit finis ultimus *quo* ordinis gratiæ, & ad *quem* amor Dei amicabilis erga hominem ultimo terminatur. Unde difficultas procedit de ſanctitate formaliter tali convenienti ipſi, prout ſuperadditur gratię habituali. Pro cuius maiori claritate.

Plura in hoc dub. ſatis Theolog.

***

§. I.

PRIMA CONCLUSIO.

Inconſequenter conceditur viſionem creatam Dei eſſe ſanctitatem formalem, ſive eminenter talem; & id negatur viſioni increatæ Dei.

OPpoſitum tenet Mag. Ferre tract. de Beatitud. quæſt. 1. §. 6. à num. 399. in eamque inclinat Mag. Carraſco ibidem dub. 3. num. 63. Pro b. 1. à priori. Eo viſio clara Dei eſſet ſanctitas formalis in actu 2. quia conſtituit hominem impeccabilem, ſimulque eſt radix amoris, & fruitionis Dei; vel ſi mavis; quia eſt vita æterna perfectiſſimè uniens hominem cum Deo. Sed hoc ipſum habet perfectiori modo viſio increata, qua Deus ſeipſum perfectiſsimè videt, & ſuam beatitudinē per identitat. perfectiſsimè poſſidet: ergò. Dices cum prædicto Magiſt. viſionem comprehenſivam non eſſe finem ultimum adhuc virtualiter naturæ divinæ, ſed ſolum ſe habere per modum attributi illius: Viſionem autem creatam eſſe finem ultimum, tam gratiæ habitualis, quam aliorum donorum ſupernaturalium; proindèque hac ratione eſſe ſanctitatem altioris ordinis, quam gratia. Sed contra eſt 1. Dum aſſerit gratiam habitualem ordinari ad viſionem ut finem ultimum; vel loquitur de fine ultimo obiectivo; vel ſolum de fine ultimo formali? Si primum; falſo aſſerit, cum ſolum Deus ſit finis ultimus obiectivus ord. gratiæ; ſicuti ſolum ipſe eſt beatitudo obiectiva hominis. Si ſecundum; nulla eſt ra-

2 Prob ratione.

Reſpond.

Impug. 1

ratio dispositionis; quod sic prob. Esse finem ultimum formalem, est idem, ac esse possessionem actualem Dei finis ultimi obiectivi; sed hoc idem habet cognitio comprehensiva Dei; cùm in ipsa beatitudo formalis consistat: ergò.

2. Beatitudinem formalem Dei esse attributum illius, est esse perfec-
3 tionem virtualiter consequutam ad naturam divinam; sed hoc nequit
Secundo. obstare rationi sanctitatis, si visio creata sit sanctitas formalis: ergò disparitas nulla est. Prob. min. Visio creata etiam radicatur, & consequitur ad gratiam habitualem, tanquàm ad naturam in ordine supernaturali; & tamen iuxta solutionis doctrinam obtinet rationem sanctitatatis: ergò quòd visio increata &c.

Tertio. 3. Nam semper restat reddere rationem, cur sanctitas Dei unicè præstatur à radice visionis, & amoris increati; & non sanctitas creata? cùm recursus ad rationem finis ultimi æquè conveniat utriquè visioni cum sola diversitate penes finem formalem, & virtualem.

2. prob. Si visio creata est sanc-
4 titas formalis, non est sanctitas per essentiam, ut est certum: ergò est
Alia rat. sanctitas per participationem. Sed esse sanctitatem per participationem, est esse participationem sanctitatis per essentiam: ergò cùm visio creata sit participatio propria visionis increatæ Dei, hæc necessariò debet esse sanctitas per essentiam: ergò ab oppositò; si hæc sanctitas per essentiam non est, nec pariter visio increata. Nec dici potest, visionem
Quædam Resp. reij cit. creatam participare munus sanctitatis à natura divina per essentiam sancta. Non inquàm dici potest: Quia cùm tale munus fundetur in munere naturæ, seu radicis attribut. & rectitud. operation. hoc non participato à visione creata, nequit illud participari. Deinde: Nam ratio sanctitatis in visione creata provenit; ex quo est ultimus finis *quo* ordinis gratiæ, sive formalis beatitudo; sed hoc non habet per participationem naturæ divinæ, sed beatitudinis formalis Dei: ergò. Confirm.
Confirm. Licèt in prædicato divino participato possit esse aliqua perfectio, quæ non sit in participatione creata formali illius, quia participatio non totum, sed partem capit; implicat in participatione formali inveniri aliquam perfectionem simpliciter talem, & illam non inveniri in prædicato divino participato; quod præterquamquod est omninò certum, roborari potest exemplo gratiæ habitualis. Si enim natura divina, cuius gratia est formalis participatio, sanctitas non esset, aut radix suo modo visionis, & amoris Dei, gratia habitualis nullatenus esset sanctitas, aut radix visionis, & amoris creati.

Argues contra hæc. Optimè componitur personalitatem Ver-
5 bi pro expresso esse formam sanctificantem humanitatem Christi, & Arguit. non posse ipsum Verbum ad intra sanctificari per illam: ergò pariter stabit beatitudinem formalem esse sanctitatem formalem creaturæ, & Deũ non posse per ipsam sanctificari. Resp. Aliud esse, quod prædicatum divinum præstet aliquem effectum formalem ad extra, & quod illum non præstet ad intra; aliud vero, quod in participatione formali creata sit aliqua moralis perfectio simpliciter talis, quæ etiam non sit in prædicato divino, cuius est formalis participatio, & à qua ipsa habet, quidquid perfectionis habet. Primum concedimus: Secundum autem negamus. Deindè est manifesta disparitas, admisso humanitatem sanctific. per utrumque prædicatum divinum: Nam personalitas ad intra non est in Verbo 1. prædicatum ordinis divini per essentiam; ad extra vero est primum prædicatum ordinis gratiæ in humanitate Christi; proindèque respectu huius obtinet munus radicis moralis sufficientis ad sanctificandum; non autem respectu Verbi ad intra. Visio autem increata, & creata eodem modo cum proportione conveniunt Deo, & creaturæ, scil. per modum operationis intellectualis supponentis pro priori in Deo Deitatem per essentiam, & in creatura Deitatem per participatio-
Solutio. nem

nem cum simili tendentia erga suum obiectum specificativum. Quare nec ex parte illius quod præcedit beatitudinem formalem, nec ex parte beatitudinis obiectivæ, quam respicit, tam in Deo, quam in creatura, invenitur sufficiens diversitas, ut beatitudo formalis hominis sit sanctitas, & non beatitudo formalis Dei.

§. II.

SECUNDA CONCLUSIO.

Semel quod visio sit sanctitas formalis, omnis visio sive transeunter, sive permanenter communicetur, debet esse sanctitas.

6 OPpositum tuetur Magist. à S. Thoma hac 1. 2. quæst. 2. de Beatitudin. disput. 2. à num. 43. cum de visione transeunter communicata asserat posse componi cum peccato habituali. Nam cum plus requiratur ad sanctificationem positivam, quam ad puram remissionē peccati, visio de se insufficiens ad 2. erit à fortiori insufficiens ad 1. Prob. 1. Benè valet: *Gratia habitualis est ab intrinf. sanctit. animæ: ergò sive transeunter, sive perman. communicetur, constituit subiectum sanctum*: ergò pariter, si visio est sanctitas formalis, imò & perfectior, quam gratia &c. Urgetur. Nam plus est esse formam ab intrinseco permanentem, quam non esse talem; licet utraque transeunter communicetur: ergò si gratia habitualis, quæ ex se est indifferens, ut permaneat, vel non; transeunter communicata, necessario reddit subiectum sanctum, multo melius visio Dei ab intrinseco perpetua, ut tenet ipse SS. Mag.

1. Ratio.

Urgetur.

7 2. Prob. retorquendo fundamenta, quibus movetur ad asserendum visionem beatam esse sanctitatem formalem. 1. scil. quia non stat hominem converti ad Deum, quin Deus convertatur ad illum, in eoque complaceat; sed per visionem fit 1. ergò. 2. Quia plus est gratia consummata, & hæreditas, quam gratia non consummata, & ius ad hæreditatem; sed 2. non stat sine eo quod subiectum sit sanctum, & dilectum amicabiliter à Deo: ergò nec 1. Sed hæc motiv. rectè inspecta probant de visione transeunti, si probant de gratia habituali etiam transeunter communicata: ergò. Prob. min. Nam per visionem, etsi non perpetuò durātē, convertitur homo ad Deum; & protunc possidet ipsum ut ultimum finem, estque in actuali hæreditate, & possessione Dei: ergò. Nec valet dicere hoc nō habere habitualiter. Non, inquam, valet: Nam, vel negatur habere habitualiter ex natura rei, & hoc est falsum; cum omnis visio sit ab intrinseco permanens, ut modo supponimus; vel negatur hoc habere habitualiter, id est permanenter pro omni tempore; & hoc fortius militat in gratia: cum ex se non sit ab intrinseco indefectibilis quoad esse; sed iuxta providentiam ordinariam destructibilis per liberum arbitrium: ergò. Rursus: comparemus hominem, cui Deus conferat gratiam habitualem solum pro uno instanti; quia scil. in instanti sequenti permissurus est ei peccatum; cum homine ipsum clarè videnti estò per unicum diem: licet ad hoc indigeat operari miraculosè, & contra inclinationem peculiarem visionis, utpotè ex natura rei incorruptibilis. Cui subiecto, rogo, communicatur maius donum, & gratia? nonnè videnti ipsum? Rursus. Quidnam æstimabilius, ius tam citò deficiens, aut hæreditas magis permanens?

2. Ratio ad hominem. 1. motiv.

Secundō.

Si dicas reijcit.

Quæroab Adversi.

8 Et ratio à priori est: Nam effectus formalis specificus alicuius formæ; sive essentia illius explicetur per illum, sive tantum sit essentialiter implicitus; non pendet ab eo, quod illa forma multum, aut parum duret; sive ab eo, quod Deus potest miraculosè circa illam operari: hæc enim omnia, utpotè extra naturam talis formæ, non variant denominationem intrancam illius, aut effectum, in prædicatis essentialibus

Ratio doctrinæ traditæ.

formæ contentum : ut patet exemplo effectus formalis gratiæ habitualis, & hypostaticæ unionis, etiam si à Deo pro brevi morula conferatur. Tum sic. Sed si ratio sanctitatis formalis convenit visioni claræ Dei, convenit ei tanquam effectus formalis specificus, aut explicitus, aut implicitus in suis prædicatis essentialibus : ergò. Prob. min. Ratio sanctitatis formal. sive constituere hominem dilectum amicabiliter à Deo convenit visioni ; quia est unio perfecta animæ cum Deo, illius possessio, & summum bonum ut *quo*, finisque omnium desideriorum, radicans dilectionem Dei super omnia, & alia dona; sed hæc omnia sunt prædicata essentialia vi sionis claræ Dei : ergò. Urgetur hoc : Sicuti esse sanctum est denominatio permanens, & constituens subiectum in statu Deificationis, & assimilationis ad Deum, pariter esse genitum spiritualiter ab ipso, & esse eius filium adoptivum, sunt denominationes de se permanentes, & elevantes hominem ad novum statum ; sed ad has præstandas parum refert, quod gratia habitualis amittatur, aut non perseveret etiam de potentia Dei ordinaria, sufficitque esse de se permanentem : ergo ad præstandum effectum sanctitatis parum refert, quod forma aliqua parum duret attenta operatione miraculosa Dei ; sufficietque talem formam non modo esse ut cumq; permanentem ex se, verumetiam in æternum duraturam; sed talis est omnis visio: ergò. Imò meo videri in communicatione talis visionis intercedit specialis favor Dei, & singularis amicitia; dum hominem viatorem elevat ad hæreditatem, quam solum possident, qui statum viatorum exuerunt.

Urgetur.

***

*** ✠ ***

§. III.

TERTIA CONCLUSIO.

Asserere visionem beatam esse sanctitatem eminenter, non tamen formaliter, est repugnans.

CONclus. hanc statuimus pro impugnatione Aliquorum existimantium argument. probantia visionem beatam non obtinere rationem sanctitatis, facillimè solvi dicendo ; illa tantum suadere non esse formaliter sanctitatem, secus tamen non esse eminenter. Sic Mag. à S. Thoma §. *Ad id quod dicitur*. Pro cuius intelligentia notandum tunc aliquod prædicatum convenire formaliter alicui subiecto, quando ratio formalis, & quidditativa illius, vere, & cum proprietate verificatur de illo. Sic Petrus dicitur formaliter rationalis, & sapientia humana formaliter sapientia : cum eorum diffinitiones cum proprietate de talibus verificentur. Tunc autem convenit prædicatum alicui subiecto tantum eminenter; quando ratio quidditativa talis prædicati, sive ratio formalis, non convenit ei cum proprietate, habet tamen subiectum illud aliam formam superiorem ; vi cuius absque limitatione dicitur illam continere, tanquam perfectius id, quod est minus perfectum. Sic Deus continet eminenter tantum omnes perfectiones repertas in creaturis. Rursus advertendum omne id, quod est eminenter aliquid, debere esse formaliter aliud ; sicut Sol, qui est virtualiter calidus, est formaliter lucidus, & Deus, qui eminenter est creatura, est formaliter Creator ; siquidem omne ens debet habere formaliter essentiam, sive prædicata formalia ipsum constituentia. Ex quo sequitur, quod ratio formalis, vi cuius unum continet eminenter aliud, debet esse altior, & perfectior re eminenter contenta.

9

Notand. 1.

Secundo.

10

Prob. 1.

Ex quibus prænotatis colligitur, quod id, quod est eminenter sanc-

ſanctitas, debet habere formaliter aliquod prædicatum, quod quidem comparatum ad prædicatum ſanctitatis, ſit perfectius; vel virtualiter tantum, ſi ſit continentia virtualis per rationem; vel realiter; ſi ſit continentia realis eminentialis. De 2. patet ex exemplis ſupra adductis. De 1. conſtat. in natura diviua eminenter ex noſtro modo concipiendi continente perfectiones attributorum. Si ergò ratio ſanctitatis non convenit formaliter viſioni, ſed ſolùm eminenter, & ſoli gratiæ habituali formaliter; duo oportet dicere: 1. Effectum formalem viſionis, ſcilicet, eſſe videntem Deum, eſſe ſimpliciter realiter perfectiorem effectu formali gratiæ habitualis. 2. Rationem formalis ſanctitatis conſiſtere in conceptu radicis videndi, & amandi Deum, ac per conſequēs in ſenſu, in quo viſio beata dicitur ſanctitas eminenter, dicetur eminenter natura ſupernaturalis, & eminenter radix donorum ſupernaturalium, & eminenter participatio formalis naturæ divinæ. Cùmque duo ad invicem non poſsint ſe eminent. continere: gratia non erit emin. viſio, nec illius principium radicale. Vel alijs termin. debet dici, quòd participatio formalis alicuius attributi divini, eſt eminenter participatio formalis naturæ radicantis tale attributum. Quod concedere eſt falſum, & videtur abſurdum.

10 Deindè: Nam ut rectè docet Illuſtr. Godoy tom. 2. in 3. p. diſp. 22. §. 4. num. 34. Triplex continentia eminentialis diſtinguí poteſt; una propriè effectiva, ſic Deus continet eminenter omnē creaturam. Alia radicalis phyſ. ſic anima continet actus intellectus, & voluntatis: ſive etiam moralis, qualiter gratia unionis, continet gratiam habitualem. Altera eminentialis equivalenter, quia præſtat eoſdem effectus, ac forma contenta: ſic ſubſiſtentia divina continet ſubſiſtentiam creatam. Tum ſic: Viſio Dei non eſt cauſa effectiva gratiæ habitualis, nec radix phyſica, aut moralis; eſt enim operatio orta radicaliter à gratia. Deinde non præſtat eoſdem effectus formales, ac gratia habitualis; cum non ſit immed. in anima, nec participem naturæ divinæ conſtituat, nec ſit principium radicale videndi, & amandi Deum: ergò in vero ſenſu nequit dici continere eminenter gratiam habitualem.

Prob. 2.

Sed redeundo ad intentum concluſ. ſic arg. Implicat continere eminenter ſanctitatem gratiæ habitualis, & non eſſe formaliter ſanctitatem; ut patet in gratia unionis, de qua verè dicitur eſſe ſanctitatem, imò longè excellentiorem, quam ſit gratia, ſemel quod illam eminenter contineat. Et ratio eſt: Nam ſi continet ratione ſui gratiam habitualem, reddit ſubiectum, cui communicatur, dignum amore amicabili Dei, & alijs donis ſupernaturalibus. Si enim amor communicativus gratiæ eſt amicitia Dei ad hominem, multo magis amor communicativus doni eminenter continentis perfectionem gratiæ. Quare Scotiſtæ negantes humanitatem ſanctificari formaliter per gratiam unionis, ſolum adſtruunt ex parte illius quandam decentiam moralem, ſive diſpoſitionem, ut Deus tali humanitati gratiam habitualem largiatur. E contra vero Thomiſt. ſemel quod adſtruāt ex parte illius radicationem moralem, efficac. convincunt illā eſſe ſanctitatem formalem, & altioris ordinis. Deniquè: Nam ratio ſanctitatis eſt perfectio ſimpliciter talis, & melior ipſa quam non ipſa: ergò exceſſus perfectionis viſionis ſupra gratiam habitualem potius iuvat, ut ipſa ſit formaliter ſanctitas, quam ſolum eminenter. Vel aliter. Ex parte viſionis nequit dari obſtaculum, ſemel, quod ſit eminenter ſanctitas, ut non ſit etiam formaliter; nam illud non eſſet aliqua imperfectio in illa, aliàs nec eſſet eminenter talis; non exceſſus perfectionis ſupra ſanctit. cum ſanctitas ex terminis ſit perfectio ſimpliciter talis: ergò.

II

3. Prob.

***)((***

§. IV.

QUARTA CONCLUSIO.

Asserere, visionem beatam esse sanctitatem, quia eminenter continet omnem perfectionem gratiæ habitualis, esseque simpliciter illa perfectiorem, falsò nititur fundamento.

12 AA. propugnantes visionem creatam esse sanctitatem formalem, & altioris ordinis, quàm gratia; communiter assignant pro ratione continentiam eminentialem, & excessum simpliciter respectivè ad illam. Sed ut appareat, quàm levi fundamento innitantur, (quidquid sit, an alio titulo sit sanctitas) ideò prædictam cõclusionem subijcimus: quamvis brevitati consulendo, non liceat omnia circa hæc concernentia pro dignitate examinare. Nostram conclusionem tenent PP. Salm. disp. 4. de necessit. gratiæ dub. 7. n. 114. M. Gonet, Illust. Godoy tom. 3. in 3. part. disp. 52. à num. 112. Ferre tom. 1. in 1. part. tract. de visione quæst. 7. §. 3. & alij. Unde ex principijs solidioribus in doctrina Div. Thomæ alibi exprofessò explicatis, illam probare conabimur. Prima pars probatur à priori: Gratia habitualis est participatio formalis naturæ divinæ sub munere naturæ, id est, pròut est radix virtualis visionis, & amoris Dei; sed hoc ipso perfectio illius nequit propriè eminenter contineri in visione beata: ergò. Mai. est communis Thom. ex mente Angel. Præcept. hac 1. 2. quæst. 110. quam probatam relinquimus hic dubio 3. tract. 3. tum ex Sacra Scriptura, tum rationibus Theolog. ex SS. PP. Min. verò prob. Gratiam habitualem esse participationem formalem naturæ divinæ sub munere radicis visionis, & amoris Dei, est esse principium radicale, tum visionis, tum amoris; sed perfectio principij radicalis non continetur eminenter in operatione radicata, sed potius è converso; ut de se patet, & exemplo formarum naturalium manifestè convincitur respectu operationum, & proprietatum, quas radicant: ergò.

AA. pro nostra concluſ.

Prob. 1. pars.

Confirm. Quidquid habet perfectionis visio creata, habet ex eò, quòd est formalis participatio beatitudinis increatæ; sed hæc non continet eminenter, adhùc virtualiter, perfectionem naturæ divinæ qua talis, in qua virtualiter radicatur, sed è converso: ergò nec visio creata &c. 13 Confirm.

Urget. 1. Urgetur 1. Perfectio propria gratiæ habitualis est esse radicem donorum supernaturalium tàm luminis gloriæ, quàm aliarum virtutum: ergò visionem beatam continere eminenter perfectionem propriam gratiæ habitualis, est illã esse eminenter radicem luminis gloriæ; & aliorum donorum supernaturalium. Sed hoc est apertè falsum; cùm sit operatio intellectualis supponens pro priori. tum lumen gloriæ, tum etiam gratiam dona supernaturalia in via radicantem: ergò. 2. Participatio formalis alicuius attributi non est eminenter participatio formalis naturæ radicantis tale attributum: Nam licet prius eminenter contineat posterius, non tamen è converso; Sed visio creata est formalis participatio alicuius attributi divini, scilicet, visionis increatæ; gratia verò formalis participatio ipsius Deitatis: ergò. Nec opinio Thomistarum constituentium naturam divinam per ipsum intelligere actuale facit contra dicta; nam iuxta ipsos in ipso intelligere divino distinguitur; & munus naturæ, scilicet, munus primæ actualitatis; & munus operationis ad primam actualitatem virtualiter inadæquatè subsequutum. Visio autem creata tantùm est formalis participatio huius muneris, gratia autem habitualis participatio primi.

Secundo.

14 Nec valet dicere cum Mag. Carrasco dub. 3. num. 26. Duplex esse genus radicis, aliud in genere causæ efficientis; aliud in genere causæ finalis. Gratia est radix effectiva visionis beatæ, hęc autem est radix omnium donorum supernaturalium in genere causæ finalis: quod

Quædam Resp.

quod sufficit, ut perfectionem gratiæ eminenter contineat. Solutio continet plura parum solida. Primum confundit munus radicis cum munere causæ finalis, quod est impropria locutio. Quis enim, si propriè loquatur, dicet intellectum radicari in intellectione, aut actum esse radicem habitus, quamvis intellectio sit finis proprius intellectus, & actus respectu habitus? 2. Eo asserit visionem esse radicem omnium donorum supernatur: quia hæc omnia ad ipsam ordinantur, ut ad finem ultimum *quo*, seu formaliter talem, cum ipsa sit acquisitio ultimi finis obiectivè talis: Verba ipsius M. sunt ibi. Sed hoc ipsum habet visio increata Dei respectu naturæ divinæ saltim virtualiter, cum ipsa sit ultimus finis *quo*, sive beatitudo formalis Dei: ergò si propter primum asserit visionem creatam obtinere munus radicis in ordine supernaturali; cur ipsum negat de visione increata Dei? 3. Nàm si visionem creatam esse finem ultimum quo, sive possessionem finis ultimi obiectivi, sufficeret ad obtinendam rationem radicis in ordine supernaturali; nulla esset ratio cur beatitudo naturalis, & operationes, aut motus, quibus formæ inanimatæ proprios fines consequuntur: non essent propriè radix animæ secundum potentiam naturalem, & pariter aliarum naturarum, proindequè beatitudinem naturalem hominis continere eminenter perfectionem animę secundum suam inclinationem naturalem: & similiter acquisitionem centri obtinere eminenter perfectionem substantialem lapidis. Sed hoc dicere est parum solidum, aut impropria loquutio: ergo.

Impugn. 1.

Secundo.

Tertio.

15 4. Nàm licèt finis propriè talis, sive specificans rem, quam finalizat, posset eminenter continere perfectionem illius, secus tamen finis, qui propriè non est talis, aut non specificat; sed esto gratia habitualis ordinetur ad visionem, tanquam ad finem, non ordinatur ad illam, ut à qua specificatur: cum principium radicale effectivum, aut natura iuxta communem Thomistarum sensum non specificentur ab operationibus, quas mediatè respiciunt: ergò. Sic docet D. Thom. loquendo de gratia, quæst. 27. de Verit. art. 2. ad 1. dicens: *Gratia non propriè posse dici habitum, quia non immediatè ordinatur ad actum, sed ad quoddam esse spirituale, quod in anima facit.* Tùm quia aliàs grat: non differret à lumine gloriæ. Tùm quia conceptus essentiæ, & naturæ in gratia essent adæquatè distincti, nam primus specificaretur ab esse, secundus ab operatione. Imò si attentè videatur S.D. docet oppos: 1. p. q. 77. a. 6. ad 2. *Principium emanationis, scilicet, anima est causa activa, & finalis eorum, quæ ab ipso dimanant.* Cum omnia hęc sint propter eius complementum, & integram perfectionem.

Quarto.

5. Nulla operatio perfectè vitalis potest connaturaliter elici sine principio radicali physico eiusdem ordinis, ex quo principio probant Thomistæ gratiã habit: esse radicem physicam per se actus charitatis, & aliorum donorum supernaturalium. Sed visio beata est perfectissimus actus vitalis supernaturalis: ergò ut connaturaliter elicita petit radicari physicè in gratia habituali, quæ est vita supernaturalis animæ.

Quinto.

Nec valet dicere 2. cum M. à S. Thom. tom. 1. in 1. 2. quæst. 2. disp. 2. art. 6. n. 62. §. *veritas ergò est* gratiam habitualem non esse radicem physicam luminis gloriæ, & visionis; sed solum moraliter propter ius ex parte gratiæ ad gloriam. Cum enim lumen gloriæ, & visio beata sint præmium meritorum, & de illius ratione sit contineri in sola potestate præmiantis; nequeunt physicè in creatura intellectuali, cui ratione gratiæ conferuntur, contineri. Eandem doctrinam tenet Cabrera 3. p. quæst. 9. art. 5. disp. 4. num. 72. M. Albelda disp. 28. sect. 5. & in eam inclinat Ill. Araujo tom. 2. in 1.-2. tract. de Origine gratiæ sect. 3. conclus. 2. Hæc solutio parum consona communi sensui Thomist. deficit 1. Nàm probat gratiam habitualem in Patria non esse radicem physicam amoris, & gaudij beati-

16

Alia resp: specialis.

Impugn. 1.

tifici; cum etiam hæc pertineant, sintque præmium meritorum. Undè sequitur nullam operationem propriam beatorum quoad essentiam, & complementum beatitudinis ipsorum, radicari physicè in gratia habituali, quod asserere est omnino falsum. 2. Gratia habitualis est participatio formalis physica naturæ divinæ sub munere naturæ. Constat ex his, quæ in hoc tract. probatum relinquimus. Sed conceptus naturæ divinæ est conceptus radicis virtualis intellectus, & visionis: ergò gratia habitualis &c. 3. Gratia habitualis est natura intellectualis supernaturalis; sic enim appellatur à D. Thom. quæst. 27. de Verit. art. 2. dicente: *Non posse hominem operationem spiritualem habere, nisi prius accipiat esse spirituale, nec operationem alicuius naturæ, nisi prius habeat esse in illa natura.* Insuper: quia per gratiam habitualem homo generatur spiritualiter à Deo; seu ad generationem requiritur similitudo cum generante in propria illius natura: ergò cum Deus sit natura intellectualis, necesse est gratiam habitualem huiusmodi naturam participare. Nunc sic: ergò gratia habitualis radicat physicè proprietates intellectuales ordinis supernaturalis. Sed istæ sunt lumen gloriæ, habitus charitatis, aliaque dona Spiritus Sancti pertinentia ad intellectum, & voluntatem: habitus enim fidei non est per se proprietas gratiæ; sed per accidens, & ratione status viæ: ergò dicendum lumen gloriæ &c. physicè radicari gratia inhabituali.

Secundo.

Tertio.

17

4. Ex hoc ipso, Nequit natura aliqua radicare per se virtutem affectivam, quin per se radicet aliq: virtutem intellectivam. Sed grat: habitualis iuxta Adversi: per se radicat virtutem affectivam charitatis circa Deum, ut est in se: ergò etiam per se radicat similem virtut: intellectivam. Non fidem, ut probatum relinquimus: ergò lumen gloriæ, à quo per se regulatur actus charitatis in statu sibi connaturali. Hæc ratio desumpta est ex D. Thom. in 4. dist. 28. quæst. 1. art. 2. quæstiunc. 1. ad 2. ubi gratiam habitualem appellat naturam, à qua vires affectivæ, & *cognoscitivæ procedunt*. 5. Nulla operatio potest connaturaliter, & perfectè in ordine supernatur: produci ab homine, nisi in illo præexistat principium radicale physicum; ut patet assimili in naturalibus, & etiam in actu charitatis, si eliciatur modo connaturali: ergò cum visio clara Dei sit operat: perfectissima ordinis supernaturalis, & etiam cum maxima connaturalitate elicita ob statum perfectionis à beatis, necesse est dari respectu illius principium physicum radicale. Sed hoc aliud esse nequit nisi gratia habitualis: ergò. Denique quia saltim in parvulis beatis, & in Christo Domino gratia habitualis erit radix physica luminis gloriæ; & visionis; cum hæc non sit præmium meritorum: ergò in eis gratia erit simpliciter perfectior visione: ergò cum gratia in omnibus sit eiusdem speciei, & à qua sumitur excessus perfectionis, dicendum gratiam habitualem in nullo subiecto contineri eminenter in visione Dei, sed potius è converso.

Quarto.

Quinto.

Ultimo.

§. V.

In quo prob. 2. pars conclus.

18

GRatiam habitualem esse simpliciter perfectiorem visione beata, est frequentior inter Th. & probat. 1. ex illo Petri: *Per quem maxima, & prètiosa nobis donavit*, ut per hæc *efficiamini divinæ consortes naturæ*. Ubi gratiam appellat quid prètiosum, & inter prètiosa maximum. Hoc idem docet D. Thom. in 1. dist. 1. quæst. 2. art. 1. ad 4. ubi asserit: *Gratiam habitualem esse divinæ bonitatis exemplar expressum*, & ad Rom. lect. 4. *Gratiam esse primum inter Dei dona*. Sed non ordine executionis: ergò ordine dignitatis. Similia docet ad Corinth. epist. 2. lect. 1. & ad Colos. lect. 1. Per illam datur Spir. S. & anima fit Templū Dei. Ratio à priori est. In perfectionibus creatis participant: divinam bonit: illa dicenda est maior simpliciter, quæ

Prob. ex S. Doct.

Probat. ratione.

quæ est participatio maioris perfectionis in Deo; sed gratia habitualis participat naturam divinam sub munere naturæ, visio autem Dei participat illam sub munere operationis: in Deo autem maiorem perfectionem, saltim virtualiter, dicit natura divina sub munere naturæ, quam sub munere operationis intellectualis, ut est innegabile: ergò gratia habitualis est simpliciter perfectior &c.

19 Confirm. hæc ratio à paritate luminis gloriæ, & visionis, relatè ad habitum charitatis, & actum illius; & similiter à paritate substantiæ intellectualis creatæ, relatè ad substantiam inanimatam. Etenim quia lumen, & visio, & similiter creatura intellectualis participant de Deo gradum intellectualitatis, & viventis; charitas vero solum participat de Deo attributum amoris, substantia vero inanimata gradum essendi: hac ratione lumen gloriæ &c. excedit in perfectione charitatem: & creatura intellectualis creaturam inanimatam. Si ergò in Deo munus naturæ intellectualis excedit virtualiter munus intellectualis operationis; gratia participans munus naturæ erit simpliciter perfectior visione.

Confirm.

20 Probat. 2. ex dictis §. anti. Gratia habitualis est principium radicale visionis beatæ; sed principium radicale est simpliciter perfectius operatione, quam radicat: ergò. Mai. constat ex dictis; cum gratia sit participatio naturæ divinæ, sub concep tu radicis visionis, & amoris Dei. Min. etiam videtur certa: tùm à paritate principij radicalis in naturalibus relatè ad propriam operationem. Tùm quia tale principium continet eminenter omnem perfectionem operationis, quam radicat, & superaddit propriam formalem sui perfectionem: qua de causa iuxta doctrinam D. Thom. non specificatur ab operatione, sed ab esse, sive per ordinem ad existentiam, quam immediatè respicit, ita S. Doct. hic quæst. 27. cit. art. 2. ad 7. Oppositum vero contingit in principio immediato operat: per modum potentiæ; vel habitus; ideòque est manifesta ratio disparitatis, ut visio clara Dei sit perfectior simpliciter lumine gloriæ: Pro quo videatur M. Ferre tom. 1. tract. de Visione hanc difficultatem in favorem visionis resolvens.

Alia rat.

Huic probat. Respond. M. Carrasco distinguens in visione beata duplicem conceptum inadæquatum, scilicèt, & munus operationis radicaliter provenientis à gratia; & munus operationis procedentis etiam ab essentia divina unita mentibus beatorum per modum speciei concurrentis in genere causæ formalis obiectivæ, & etiam iuxta plures, in genere efficientis: iuxta illud *ab obiecto, & potentia paritur notitia.* Ratio probativa solum convincit gratiam excedere in perfectione visionem sub primo conceptu, è contra vero, prout visio modo dicto ab essentia divina per modum speciei procedit. Hinc addit: quod licet causa adæquata sit perfectior effectu, & operatione, non tamen causa inadæquata. Cumque huiusmodi sit gratia habitualis respectu visionis, ut dictum manet, potest excedi ab illa in perfectione, licèt causa adæquata, videlicèt, complexum ex gratia, & essentia divina unita per modum speciei, sit simpliciter perfectius visione.

21 Quædam respons.

Sed contra est 1. Visionem beatam procedere etiam ab essentia divina unita per modum speciei mentibus beatorum, non probat sub tali conceptu esse simpliciter perfectiorē gratia habituali, in qua radicatur: ergò solutio est insufficiens. Probat. añs. Visionem beatam terminari, ut ad obiectum primarium ad essentiam divinam, non sufficit, ut ex hoc evadat simpliciter perfectior gratia habituali, in qua radicatur: ergò visionem beatam &c. Añs. constat: Nàm aliàs etiam habitus charitatis, & omnis cognitio terminata immediatè ad Deum, excederet in perfectione gratiam habitualem, in qua radicatur: cum prædicti actus respiciant pro obiecto formali Deum summè, & infinitè bonum. Consèq. vero probat. Concursus obiectivus ex parte Dei per modum

22 Impugn. 1.

ter-

termini primario terminantis actum creaturæ est magis perfectum saltim virtualiter, quam concursus eiusdem per modum speciei impressæ, utpotè dicens maiorem actualitatem: vel ab hoc præscindendo, certum est non esse minoris perfectionis: ergò si operationes radicatas in gratia respicere pro obiecto primario divinam essentiam, non sufficit ei communicare excessum perfectionis supra gratiam, in qua radicantur; nec pariter sufficiet pro tali excessu concursus essentiæ unitæ per modum speciei impressæ.

23 Contra est 2. Dùm prædictus Mag. asserit solam causam adæquatam operationis excedere illam in perfectione, vel loquitur de causa adæquata in omni genere, vel in aliquo? Si primum: sequitur causam finalem non esse aliquo suo effectu perfectiorem, nec similiter naturam substantialem creatam qualibet sua operatione; cum ad illa debeant concurrere quatuor genera causarum. Si 2. Gratia habitualis est causa adæquata visionis in genere radicis; cum sola gratia sit natura ordinis supernaturalis: & insuper concursus essentiæ divinæ per modum speciei non sit concursus per modum radicis, sed obiectivus, & se tenens ex parte obiecti gerendo vices illius: ergò. 3. Ex doctrina solut: sequitur amorem charitatis in Patria procedentem à gratia, posse excedere illam in perfectione, non obstante quod radicetur in gratia; siquidem causa adæquata illius est complexum ex gratia, charitate, visione, & divina bonitate, à qua specificatur: sed hoc non nisi voluntariè affirmari potest: ergò distinctio tradita in solutione nullius roboris est.

Secundo.

Tertio.

§. VI.

Solvuntur argumenta probantia excessum perfectionis in visione supra gratiam.

24 OBijcies 1. ex D. Thom. 1. p. quæst. 26. art. 3. ad 1. dicente: *Beatitudo quantum ad actum in creaturis beatis est summum bonum; non simpliciter, sed in genere bonorum participabilium à creatura.* Sed beatitudo quantū ad actum est visio beata: ergò est perfectior relatè ad omnia bona ordinis gratiæ participabilia à creatura. Confirm. 1. Dispositio, inchoatio, & semen est simpliciter imperfectior forma, ad quam disponit, re quam inchoat, & etiam fructu quem germinat; ut constat in naturalibus; sed gratia habitualis est *dispositio ad gloriam* teste D. Thom. quæst. 27. de Verit. art. 2. ad 7. & inchoatio illius iuxta eundem 2. 2. quæst. 24. art. 3. ad 3. & insuper est *semen gloriæ*, ut ait Div. Ioannes epist. 1. cap. 3. ergò. 2. Ex eodem S. Doct. 1. 2. quæst. 113. art. 9. ubi ait: *Quod secundum quantitatem absolutam, facta comparatione inter collationem gloriæ, & gratiæ, maius Dei opus est glorificatio iustorum, quam impij iustificatio.* Sed 1. fit per visionem; 2. vero per gratiam habitualem: ergò visio absolutè excedit gratiam in perfectione. 3. Causa finalis est simpliciter perfectior suo effectu; sed visio beata est causa finalis grat: habitualis: ergò. Min. traditur à Trident: sess. 6. cap. 4. ubi enumerans causas iustificationis ait: * causa vero finalis est gloria Dei, & Christi, *& vita æterna.* Sed hæc est visio beata: ergò.

Arguit. 1. Confir. 1. Secundo. Tertio.

25 Obijcies 2. Quo aliquid est simpliciter actualius, eo est simpliciter perfectius; cum perfectio fundetur in actualitate iuxta D. Thom. 1. p. q. 4. art. 1. Sed visio beata est simpliciter actualior gratia habituali; siquidem est ultima actualitas illius in ratione naturæ: ergò. Confir. 1. Eo aliquid creatum est perfectius, quo magis accedit ad perfectissimum; sicuti illud est magis calidum, quod magis accedit ad ignem, qui calidissimus est. Sed per visionem beatā, absdubio, homo magis accedit ad Deum summè perfectum, quā per gratiam habitualem; cum illa sit actualis possessio Dei; gratia verò solum in iure, & in actu 1. ergò. 2. Visio beata est ultima perfectio ordinis gratiæ; cum sit beatitudo, & hæc consistat in ultimo actu. Sed non est ul-

Arguit. 2. Confir. 1. Secundo.

ultima ordine executionis; cum ad illam sequantur amor beatificus, & gaudium: ergò est ultima ordine dignitatis. Urgetur hoc: Quod attingit perfectissimum alicuius ordinis, vel lineæ, est perfectissimum in ipsa; cum sit *quasi non plus ultra*. Sed homo videns Deum attingit ultimam perfectionem ordinis gratiæ: nec habet quo plus ascendere valeat: ergò. 3. Eo aliquod donum Dei est perfectius, quo illud cadit sub altiori providentia Dei, ut patet in bono Regni, & bono Exercitus, & in unione hypostatica excellentissima in ordine supernaturali. Sed visio beata cadit sub altiori, & specialiori providentia, qua cadit gratia habitualis: hæc enim est terminus providentiæ generalis supernaturalis communis reprobis, & prædestinatis; visio autem est terminus prædestinationis, quæ est providentia specialis Dei, & simpliciter amicabilis erga homines: ergò.

Urgetur.

Tertio.

26 Obijcies 3. Præmium est quid perfectius simpliciter iure ad præmium; & hæreditas actualis est perfectior iure ad hæreditatem; ut patet inhumanis; & rursus, quia ius est bonum propter præmium, & hæreditatem; & non econtra. Sed visio beata est præmium, & hæreditas filiorum Dei, gratia vero ius adopt: ad illam: ergò. Confirm. 1. Creatura intellectualis eo est simpliciter perfectior, quo Deus modo perfectiori illi se communicat; sed Deus perfectiori modo simpliciter se communicat beatis, quam iustis non beatis: ergò. Prob. min. Eo Deus se communicat modo perfectiori simpliciter creaturæ intellectuali, quo perfectiori modo simpliciter ei unitur. Sed beatis unitur Deus perfectiori modo simpliciter, quam iustis non beatis; cum uniatur per se ipsum in ratione speciei, & beatitudinis obiectivæ; iustis autem solum unitur participativè per gratiam, & affectivè per amorem: ergò.

Arguit. 3.

Confir. 1.

27 2. Visio beata satiat hominis omnem appetitum: ergò continet eminenter omnem perfectionem gratiæ; proindeque perfectior simpliciter illa. Ans. constat, & conseq. probat: Nàm appetitus ad plures perfectiones non satiatur, nisi omnes illas formaliter possidendo, vel saltim eminenter in aliqua speciali perfectione. 3. Si alicui daretur optio eligendi unum ex his duobus: vel habere gratiam habitualem sine visione, vel videre Deum sine gratia habituali; absdubio eligeret hoc 2. utpotè bonum æternum, & cum impossibilitate recedendi à Deo per peccatum; disolvi enim, & esse cum Christo multo melius est, exclamat Apostolus. * Sed bonum quo eligibilius ab appetitu rei est perfectius: ergò visio beata est simpliciter &c.

Secundo.

Tertio.

* Ad Philip. 1.

Supponimus visionem beatam esse secundumquid perfectiorem gratia habituali: quod convincunt argumenta proposita. Quia tamen nihil prohibet aliquid secundumquid perfectius alio, esse simpliciter imperfectius; ut constat in actu, & habitu, in forma Cœli, & forma viventis &c. Difficultas solum procedit de excessu simpliciter, qui præter testimonia superius adducta, suadetur etiam ex illo Ioann. c. 4. in quo gratia prædicatur fons aquæ salientis in vitam æternam tanquam fluvium vivum ab illa procedentem. Sed fons est perfectior fluvio: ergò. Consonat his S. Chrysost. homil. 9. in epist. ad Rom. per hæc verba: *Neque liberatio à gehenna, neque assequutio Regni Cœlestis est ita bonum sicuti amari, & amare Christum. Et rursùs: Esse gratum Deo maius bonum est, quam assequutio Regni Cœlestis.*

28

Nota pro solut.

His suppositis ad 1. Respond. manifestè instari in beatitudine naturali relatè ad animam, & in qualibet operatione naturæ: cum ex parte illarum appareat excessus in ratione actualitatis. Undè, etsi visio sit actualior in linea operativa per recessum potentialit: gratia tamè est actualior in esse radicis, & quoad esse. Constat hęc doctr: ipsa natura divina, & cognitione virtualiter distincta ab ipsa, quæquidem, etsi exprimat maiorem actualitatem, quam ipsa natura divina: Exceditur virtualiter ab illa, eo

29

Solut. ad 1. argum.

quod

quod hæc est actualior intra lineam essentiæ, & naturæ. Atqui per gratiam habitualem homo participat naturam divinam, eiusque propriam actualitatem, per visionem vero actualitatem divinæ cognitionis: ergò huiusmodi argumentum &c. Nec obstat author. S. D. nàm loquitur S. D. de beatitudine quantum ad actū, sed prout dicit omnia, quæ ad ipsam requiruntur per modum principij, et huiusmodi est gratia habitualis, sine qua visio neque esse, nec denominari potest beatitudo animæ. Quare contrapositio D. Thom. est relatè ad bona participabilia à creatura, tam in ordine naturali, quā etiam supernaturali, quæ non ingrediuntur ad statum beatitudinis in patria. Ad 2. Respond. ex dictis dubio 3. de particip. naturæ, illam vocari à D. Thom. dispositionem ad gloriam; sumpta dispositione non strictè, ut accipitur à Philosophis, sed latè, quatenus reddit hominem idoneum, & cum iure ad gloriæ consequutionem. Huiusmodi autem genus dispositionis non petit inferioritatem relatè ad rem, ad quam disponit.

Ad 1. test: S. Doct.

Ad 2.

30 Eodem modo exponendus est D. Ioann. dum gratiam appellat *semen gloriæ*: siquidem non est virtus instrumentalis, sed potius forma, per quam regeneramur in filios Dei. Undè proportio solum tenet, quatenus gratia conducit ad regenerationem spiritualem; cum maxima tamen diversitate, quantum ad modum conducentiæ. Ad ultimum testimonium D. Thom. Respond. ipsum nomine glorificationis non intelligere præcisse ipsam visionem, sed etiam gratiam habitualem, ut per illam consummatam, & perfectam. Undè cum sub hac consideret utramque perfectionem includat, non mirum quod excedat gratiam habitualem præcisivè à visione; sub qua præcisione est forma iustificans impium. Ex hoc Respond. ad test. tim. Trident. appellantis *vitam æternam* causam finalem (non dicit finem) formæ iustificans impium. Siquidem nomine *vitæ æternæ* intelligit tam gratiam, quam ipsam visionem; cum vivere æternaliter necessario includat vitam radicalem, & vitam actualem; aliter enim non se moveret beatus à principio intrinseco vitali. Nec tibi ingerat difficultatem, quod ipsa gratia habitualis sit propter se ipsam, ut consummatam, & perfectam visione beata, tanquam propter causam finalem. Est enim communis doctrina desumpta ex Eminent. Caiet: circa illam propositionem Philos: lib. de Cœlo: *Scilicèt, unumquodque est propter suam operationem, tanquam propter finem proprium* intelligendam esse non de operatione præcisse sumpta; cum hęc sit imperfectior substantia operante, sed de illa prout includit ipsam naturam, cuius est ultima perfectio, & actualitas. Undè sic exponitur à D. Cayet. *Unumquodque est propter se ipsum ut operans, tanquam propter finem proprium*. Ex qua doctrina rectè probatur à Theolog. 1. p. quæst. 13. art. 1. ex D. Thom. repugnare substantiam creatam non operativam. Ex his constat ad 2. argum.

Ad 1. test: Trident:

Vel dic causam final: esse totum complex: positum à Trident: & hoc est perfect:

Ad 2. arg.

Ad 1. illius confirm. Respond. maioritatem perfectionis desumi ex maiori accessu ad Deum, non ut cumque, sed per participationem maioris perfectionis, & imitationem. Cumque per gratiā homo participet divinam naturam excedentem virtualiter in perfectione Dei cognitionem, quam visio participat: relinquitur locus, ut illam excedat in perfectione. Beatitudo formalis dicitur ultima perfectio *ut quo*, quatenus per illam homo possidet, & consequitur Deum. Cum eo dicatur ultima perfectio, quia est ultimus finis formalis, sive *quo*. Adhoc autem non requiritur, quod sit ultima perfectio ordine dignitatis relatè ad gratiam, in qua radicatur, & à qua tanquam à fonte procedit; sed quod speciali modo, & in actu 2. sit assequutio Dei. Eodem modo dicitur * esse perfectionem, ultra quam alia non remaneat desiderabilis; * scilicèt, in linea operationis, & assequutionis Dei; secus tamen in linea essendi. Argum. instari potest in beatitudine naturali relatè ad substantiam intellectualem, & in intellectione Dei re-

31

Ad 1. confirm. 2. argum.

Vide dicta pro hoc tom. 1.

Ad 3. relatè ad eius naturam. Ad 3. Resp. terminum primar: prædedestin: non esse solam visionem beatam, sed gratiam habitualem, ut completam, & consummatam per illam. Ratio est: Nam talis terminus est perfecta adoptio filiorum Dei; proindequè perfecta regeneratio spiritualis: hæc autem non habetur præcisse per visionem beatam, sed per gratiam habitualem simul cum illa. Ibi enim est perfecta regeneratio, ubi est communicatio cum generante in eius natura, simulque in operatione propria, & specifica ipsius. 1. Habetur per gratiam; quæ est consortium divinæ naturæ: 2. autem per visionem. Undè propter complexum utriusque verificatur illud Apost. ad Ephes. 1. *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum Dei per Jesum-Christum.*

32 Ad 3. argum: Ad 3. arg. Resp. Quod quando ius ad præmium provenit ex filiatione, & similiter ius ad hæreditatem tunc perfectius est esse filium, quam hæredem in actu. Constat hoc in humanis; nàm filius non est propter hæreditatem, sed potius hæreditas propter filium. In hoc sensu dictum est a Christo Domino: *Non homo propter sabbatum, sed sabbatum propter hominem.* Marci 2. Per sabbatum autem iuxta M.P. * intelligitur beatitudo, quę est vera dies requiei, in qua homo præmium percepturus ab omni opere, & labore quiescit. * Lib. 4. de Gen. ad Litt. c. 16. Cumque ius proveniens ex gratia Dei sit ius filiorum Dei, est quid perfectius hæreditate. Nec renuam concedere *ius* meritorum ad gloriam esse imperfectius illa; dum modo per tale *ius* non intelligatur gratia habitualis se habens per modum formæ dignificantis nostra opera; sed solum intelligatur *ius* proximum habitum ex vi rectitudinis moralis nostrorum actuum, & ex imperio charitatis. Ad 1. confirm. Ad 1. confirm. Respond. communicationem Dei ad nos per gratiam esse formaliter largitionem Deitatis sub munere naturæ, subindequè sub munere radicis continentis eminenter communicationem sui ad nos per visionem, & fruitionem: quare simpliciter loquendo illa est perfectior communicatio; licèt illa, quæ fit per collationem gloriæ sit perfectior quantum ad aliquid, scilic: quantum ad familiaritatem, fruitionē, & indissolubilem unionem absque potentia amittendi Deum per peccatum. * Sed quia hæc omnia, & alia innumerabilia continentur in gratia; tanquam in proprio fonte, & radice; omnibus inspectis sententia proferenda est in favorem gratiæ. Per hæc patet ad illa, quæ S. Doct. tradit quæst. 7. de Verit. art. 7. ad 1. & 4. ubi tribuit gloriæ aliquem excessum perfectionis supra gratiam. Nàm estò eam nominet finem gratię; solum est finis *quo*. Et quamvis solum tribuat gratiæ prioritatem ordine generationis; est talis per modum radicis. Sic Ps. 30. quā magna multitudo dulcedinis &c.

33 Ad aliud test. S. D. Ad 2. confirm. Respond. Visionem satiare omnem appetitum beati, non quidem per modum obiecti, sive termini inclinationis illius, sed per modum actus, & *ut quo*, sive operationis actu vitaliter coniungentis hominem cum Deo summè bono. Quamvis ad 1. modum sacietatis requiratur continentia eminentialis aliarum perfectionum; secus autem ad 2. modum. Exemplum habetur clarum; Tùm in beatitudine naturali relatè ad animam secundum ipsius inclinationem innatam. Tū in cognitione comprehensiva Dei relatè ad naturam divinam, à qua virtualiter distinguitur. Ad 2. Ad ultim. Respond. Quod si sermo sit de visione secundum id, quod ipsam præcedit, scilicèt, unionem Divinæ essentiæ per modum speciei simul cum lumine; prout sic est eligibilior gratia habituali; secus autem si sermo sit de visione secundum id, quod dicit formaliter, & constitutivè. Si autem consideretur visio, prout etiam excludit potentialitatem ad offendendum Deum per peccatum, quod est maximum maximum malum: quamquidem potentialitatem non excludit gratia ob defectibilitatem liberi arbitrij: in hoc sensu etiam concedimus visionem esse eligibiliorem gratia habituali; ex quo tantū infertur superaddere aliquam æstimabilitatem moralem supra ipsam; non autem excessum

Cur visio sit ultima perfectio?

cessum perfectionis simpliciter,& in linea physica. Ad id, quod dicitur de visione esse ultimam perfectionem in ordine gratiæ. Respond. illam dici ultimam ut *quo*, id est, quatenus est assequutio formalis beatitudinis obiectivæ. Quod autem est ultima perfectio præcisse in hoc sensu non petit excessum simpliciter, sed ad summum secundumquid: hoc est quoad munus coniungendi anim. cũ Deo actualiter possesso,& non tantũ radicaliter. Constat hoc clare in beatitudine naturali, quæ suo modo est ultima perfectio animæ secundum eius inclinationem naturalem: quin propter hoc excedat animam simpliciter in perfectione. Idem dicendum de cognitione comprehensiva Dei relatè ad illius naturam, quam virtualiter non excedit in perfectione.

De hoc tract: de Beatitud: dub.4. n. 14.

§. VII.

CONCLUSIO RESOLUTIVA quæsiti.

Visio beata ratione sui non est propriè sanctitas formalis creaturæ intellectualis.

34

Sic tenendum iuxta Doctr. Thom.

HAnc conclusionem propugno, ut magis conformem Doctr. D. Thom. & discipulorum ipsius. Cum enim iuxta ipsos sola natura divina sit sanctitas Dei; nec aliud attributum titulo cuiuscumque perfectionis, Deum ad intra sanctificet: nulla apparet ratio efficax, ut respectu creaturæ possit assignari alia sanctitas creata præter participationem divinæ naturæ, quæ solum est gratia habitualis. Accedit adhoc alia frequens Thomistarum sententia, magni habenda, tenens nec actum charitatis, nec visionem beatam, nec aliud donum præter gratiam habitualem adhuc de potentia absoluta, posse constituere hominem filium adoptivum Dei, ab ipso què spiritualiter genitum; de quo Illust. Godoy tom.3. in 3.p. in disp. 52. §. 2.& Nos hic dub.11.§.2. Si namque visio esset formalis sanctitas continensque eminenter perfectionem gratię, non est cur non præstet etiam effectum formalem adoptionis Dei; imò filiationis altioris ordinis, & eminentis supra illam, quam gratia habitualis præstat. Sequela constat: Nàm forma continens eminenter perfectionem gratiæ sub munere sanctitatis, continet ipsam sub munere radicis donorum supernaturalium, proindequè sub munere naturæ. Sed propter hoc munus gratia habitualis constituit hominem spiritualiter genitum à Deo, ideòque filium adoptivum ipsius; ut constat ex definit: generationis: ergò de primo ad ultimum; si visio est eminenter sanctitas gratiæ habitualis, est eminenter natura divina per participationem, subindequè eminenter constituit hominem genitum spiritualiter, & filium adoptivum Dei: hoc autem expresse negatur à Thom. iuxta dicta ex Illust. Godoy: ergò de primo ad ultimum concluditur oppositum ex mente S. Doct.

35

Ratio 1.

Ex his sic formo primam rationem. De ratione formæ sanctificantis puram creaturam est constituere hominem, quem sanctificat, filium adoptivum Dei. Sed hoc nequit convenire visioni beatæ: ergò &c. Pro minoris probatione vide dicta, & à nobis adducta dubio de Actu charitatis. Quod si forte fiat recursus ad continentiam eminentialem: talis recursus manet impugnatus conclusionibus antecedent. Mai. vero probat. 1. ex Trident. sess.6. cap.7. *Definiente iustificationem per translationem ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei.* Ubi ex parte termini *adquem* ponit adoptionem identificatam cum iustitia, & sanctitate. Nec te moveat Concil. Trid. loqui de iustific. impij, & pro statu viæ. Non, inquam, te moveat 1. quia estò res ita se habeat; ex illa tamen deducitur regula generalis ad cuius inspectionẽ, & non pro nostro libito, describi debet sanctitas formalis puræ creaturæ. Et quidem in illis verbis: *Homo iustificatur per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, qua homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus,* loquitur etiamde iustific. im-

Quædam evasio.

Reijc. 1.

impij,& quam Deus largitur homini viatori ; & tamen terminus *ad quem* positus in verbis relatis, scilicet, *iustus*, & *amicus Dei*, ita requiruntur ad sanctificationem, ut perfectio impotens ratione sui reddere hominem iustum, & amicum Dei sit impotens illum sanctificare, quacumque sanctitate : ergò idem dicendum de illis verbis *statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei.*

36 2. Nam etiam in illis verbis Tridentin. *Iustificatio non est sola peccatorum remissio, sed sanctificatio,* Secundo. *& renovatio interioris hominis secundum spiritum*, loquitur de iustificatione impij. Et tamen ex prædictis verbis accipitur à Thomistis tanquam regula generalis pro adstruenda vera iustitia, quod sit donum inter. renovans hominem secundum spiritum;adeo, ut forma,cui hoc repugnat, repugnet etiam ratio iustitiæ : ergò idem dicendum de Tertio. alijs verbis relatis. Deindè probat. ead. mai. De ratione formæ sanctificantis est constituere hominem Deo simpliciter amicum : ergò alterum Deum, iuxta illud : *Amicus est alter ego*: ergò est illum constituere Deum per participationem suæ naturæ: ergò spiritualiter genitum, si sit persona extranea ; cum generatio sit origo viventis à vivente &c. Hoc ipsum confirmant alia testimon. Sacræ Scripturæ, in quibus exprimitur munus sanctitatis *per regenerationem ex Deo, per Deificationem animæ, per interiorem renovationem, per inhabitationem Spiritus Sancti*, qui est spiritus adoptionis filiorum Dei. Sic Ioann. 1. *Nisi quis renatus fuerit &c.* Et ad Ephes. 1. *Renovamini spiritu mentis vestræ*, ex illo Psalmi, *ego dixi &c.* Et ex illo Ioan. 17. *Pater serva eos, ut sint unum sicut & nos.* Et alia innumerabilia. Atqui visio beata ratione sui, nec est animæ Deificatio, nec propriè renovatio interioris hominis secundum spiritum, nec per illam propriè renascitur ex Deo, nec homo per visionem fit alter Deus, nec per illam accipit spiritum adoptionis; est enim operatio de se supponens naturam ordinis supernaturalis, qua homo gratuitò fit consors divinæ naturæ, alter Deus, spiritualiter genitus ab ipso, templumque Spiritus Sancti, quo interius renovatur accipiendo quoddam esse divinum : ergò visio beata ratione sui non est propriè sanctitas formalis.

S.D. ibi lect. 5. ait: Visionem complere unicatem factam per grat.

His, & alijs Illustr. Godoy tom. 3. in 3. part. disp. 41. §. 2. 37 asserit conclusionem nostram esse frequentiorem inter Thom. P. Suarez tom. 3. de Gratia lib. 7. cap. AA. pro nostra 3. & 8. Tannerus, Egidius, Lorca, Meratius, & alij. Eidem sententiæ possunt annumerari M. Victoria, Medina,Gregorius Martinez, & Ildephonsus Baptista tuentes problematicè visionem claram Dei posse coexistere cum peccato habituali. 1. ratio desumitur ex antea dictis, Prima ra eamque breviter instauro sub hac tio. forma, & præcipuè adversus aliquos Thomist. Nulla perfectio non dicens ullam imperfectionem potest inveniri in creatura participante aliquod prædicatũ divinum, quin perfectiori modo præhabeatur in illo, cuius est participatio.Sed ratio sanctitatis formalis est perfectio non dicens ex se ullam imperfectionem: ergò cum inDeo sola natura divina, prout virtualiter differt ab attributis, sit sanctitas formalis Dei, nequit inveniri in alio dono creato munus sanctitatis, nisi in gratia habituali, quæ est eius participatio. 2. ratio alio ex capite formatur contra eosdem. Si visio creata esset Secunda. sanctitas formalis, hoc haberet, vel quia continet eminenter perfectionem gratiæ habitualis,vel quia est beatitudo, & ultimus finis *quo* radicans amorem, vel alias operationes supernaturales in beatis? Primum est falsum ; ut constat ex dictis in anteced. Secundum est insufficiens, ut constat à paritate visionis increatæ Dei, & ex dictis concluſ. 1. ergò absque ulla ratione efficaci attribuitur à Thomist. visioni creatæ ratio sanctitatis formalis, si servent consequentiam doctrinæ.

Plures rationes, quibus probavimus actum charitatis, nec esse, 38 nec posse esse sanctitatem formalem

adaptari possunt in præsenti, ut ipsas videnti constabit. Unde nè acta agamus, unam, vel alteram proponemus, & quæ de se maiori claritate probat assumptum. 3. desumitur
3. Ratio. ex D. Thoma 1. 2. quæst. 113. art. 1. ad 2. dicente: *Habitum fidei, & charitatis non esse formam sanctificantem creaturam, quia tantum dicunt ordinem specialem rectitudinis in mente humana relatè ad Deum secundum intellectum, & affectum: Iustitiam verò, secundum quam homo est iustus coram Deo importare generaliter rectitudinem totius ordinis.* Ex quibus sic argumentor: Iustitia, prout est idem ac sanctitas, consistit in perfectione, quæ est rectitudo universalis hominis ad Deum; sed visio beata non est huiusmodi: ergò non est sanctitas formalis. Maior est Div. Thomæ, & min. probat. Sanctitas dicitur rectitudo universalis hominis, non in essendo, aut prædicando; aliter consisteret in aggregato omnium donorum supernaturalium: ergò dicitur rectitudo universalis per modum causæ, & radicis aliarum perfectionum ordinis gratiæ. Sed visio beata non est huiusmodi: cum conceptus radicis virtutum supernaturalium rectificantium in actu primo potentias, & actus earum rectificantium in actu secundo, solum conveniat gratiæ titulo participationis naturæ divinæ sub munere naturæ, & nullatenus conveniat visioni: ergò. Si autem fiat recursus ad continentiam radicalem per modum finis. Hic manet impugnatus, tum à priori, tum à paritate visionis increatæ, tum ab improprietate loquutionis.

39 Quarta. 4. Ratio, & præc. confirm. Hominem esse sanctum formaliter est esse simpliciter perfectum in ordine supernaturali secundum animam. Sed talis perfectio nequit convenire homini, nisi ratione alicuius principij radicantis dona supernaturalia: ergò conceptus sanctitatis solum convenit simili perfectioni de linea naturæ. Min. prob. 1. Nequit homo esse simpliciter perfectus secundum animam in ordine supernaturali, quin hæc sit simpliciter perfecta per ordinem ad Deum. Sed talis perfectio animæ solum haberi potest per donum alia dona supernaturalia radicans; Nam operationes solum illam rectificant mediatè, & per ordinem ad Deum sub ratione speciali summi veri, aut summi boni: ergò. 2. Animam perfici simpliciter est illam accipere quoddam esse spirituale, & divinum, per quod vivat vita supernaturali ordinis superioris ad illam, quam in se habet; sed tribuere animæ esse spirituale, & divinum eam elevans ad vitam supernaturalem, est effectus formalis proprius, & specialis gratiæ habitualis, ut expressè docet Sanct. Doct. quæst. 27. de Verit. art. 2. & in 1. dist. 26. quæst. 1. art. 3. per hæc verba: *Qui non est adeptus divinum esse per spiritualem generationem, non potest participare divinas operat. unde oportet quod prius donum gratiæ homini infundatur, ut ipsam etiam animam in quodam divinum esse elevet &c.*

40 Sola gratia est simpliciter animæ perfectio. Ratio huius est: quia cum operari sequatur ad esse, quemadmodum qualitates operativæ ordinis naturæ non perficiunt formaliter esse subsistantiale formæ, in qua radicantur, sed tantum supra illam addunt specialem perfectionem de linea operativa; ita facultates ordinis supernaturalis, earumque operationes, non perficiunt simpliciter animam eam Deificando, & elevando ad esse divinum; sed tantum ei præbent perfectionem de linea operativa, ut possit medijs potentijs Deum ut finem ultimum attingere. Huic accedit, quod anima rationalis nequit esse perfectè rectificata, nisi sit simpliciter proportionata positivè, & permanenter inclinata ad Deum suum finem ultimum; ut patet à simili in perfectione cuiuscumque naturæ. Sed tribuere animæ rationali positivam proportionem, & inclinationem permanentem relatè ad Deum ut finem ultimum simpliciter, est proprius, & specificus effectus formalis gratiæ habitualis, ut docet Sanct. Doct. q. citat. de Veritat. ex hoc capite probās necessitatem gratiæ habitualis radicantis charitatem, spem, aliasque virtutes, quibus tendi-

dimus in Deum : ergò cum hæc, nec visioni, nec alteri dono creato præter gratiam habitualem convenire valeat, solum hæc est rectitudo universalis animæ, & perfectio simpliciter talis, qualiter requiritur ad sanctitatem formalem.

41 Audiamus S. Cyrillum in Ioan. lib. 2. cap. 82. *Gratiam vivificantem spiritum aquam vivam Dominus appellat, per quam humana natura aridítate, & in fœcunditate depulsa ad pristinam pulchritudinem, ac viriditatem irrigata recurrit; magno virtutum numero florens, & charitate erga Deum suavissimos fructus producens.* Et cap. 84. *Aquam vivam rursus gratiam appellavit, quam, qui adeptus est, divinæ scientiæ scaturientem fontem assequitur.* Ubi etiam excessus perfectionis in ordine gratiæ accidentalis continetur. Quod potest confirm. efficaciter ex his, quæ docent SS. PP. explicantes summam dignitatem, ac perfectionem, quam adipiscimur, dum per spiritum gratiæ sanctificantis efficimur filij Dei S. Cyprian. de orat. Domin. *Quanta autem Domini indulgentia; quanta circa nos dignationis, & bonitatis ubertas; ut Deum Patrem vocemus, & ut est Christus Dei filius, sic & nos filij Dei nuncupemur. Quod nomen nemo nostrum in oratione attingere auderet, nisi ipse nobis permisisset orare.* Et S. Chrisost. Matth. 6. *Qui Patrem dixit, & peccatorum veniam, & adoptionem, & fraternitatem ad unigenitum, & hæreditatem, & spiritus largitionem per unam hanc confessus est nuncupationem.* S. Aug. *Quid iam non detur filijs petentibus; qui, cum hoc ipsum ante dederit, ut filij essent?* Favet etiam S. Ioan. epist. 1. cap. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus Pater, ut filij Dei nominemur, & simus.* Et Apost. *Deus propter nimiam charitatem suam convivificabit nos in Christo &c.* Cum ergò quantitas doni per dilectionem Dei in nobis innotescat; efficacissimè colligitur ex testim. relatis gratiam, qua efficimur filij Dei, & vivificamur in Christo, & per quam nos iam non vivimus, sed vivit in nobis Christus, esse excellentiorem visione, cæterisque donis supernaturalibus.

Robor. ex S. Cyrillo.

Pro excessu ex parte gratiæ.

S. Cyprianus.

Chrisost.

M. P. de Ser. Dom

Ex Sacra Script. Ad Eph. 2.

5. Ratio est. Donum illud, quod nequit constituere hominem simpliciter Dei amicum, nequit esse sanctitas formalis; sed talis est visio clara Dei ratione sui: ergò nequit esse sanctitas formalis. Maior constat, & min. probat. Hominem esse simpliciter Dei amicum, est terminare dilectionem Dei simpliciter talem; sed ratione solius visionis, & præcisivè à gratia habituali, nequit homo terminare dilectionem Dei simpliciter talem: ergò. Prob. min. ex dictis: Nam cum dilectio Dei sit communicativa boni, donum, quod simpliciter non perficit animam, nequit esse terminus dilectionis Dei simpliciter talis; sed visio ratione sui, utpotè perfectio de linea operationis, non perficit animam simpliciter, cum non præbeat ei esse divinum, quod est radix, & natura in ordine supernaturali: ergò. 2. ex Div. Thom. supra quæst. 110 art. 1. dicente dilectionem simpliciter ex parte Dei ad hominem esse illam, secundum quam trahitur homo ad participationem summi boni, quod est ipse Deus; sed huiusmodi participatio est propria gratiæ, quæ est consortium Deitatis: ergò. 3. ex hoc ipso. Hominem terminare dilectionem amicabilem Dei est esse alterum Deum, iuxta illud: *Amicus est alter ego.* Et rursus: * amor, aut pares facit, aut invenit, * quod maximè convenit amori divino summè fœcundo, aut liberali: ergò cum hæc propter rationem adductam non habeat homo ratione visionis, sed ratione gratiæ habitualis participantis divinam naturam &c.

42 Quinta ratio.

§. VIII.

Solvuntur argumenta.

43 COntra hanc conclusionem possunt obijci plura desumpta ex perfectione visionis, eo quod est perfecta unio cum Deo, conversioque effectiva ad ipsum; ex quibus videtur consequens debere ei attribui munus sanctitatis. Sed ad hæc Resp. Rationem sanctitatis non

Aliqua argum. in compend.

in quacumque perfectione consistere ; sed in illa , quæ est rectitudo universalis animæ , & perfectio simpliciter illius , & per quam homo redditur spiritualiter genitus à Deo, terminansque dilectionem ipsius simpliciter talem : quæ visioni ratione sui non conveniunt , sed ad summum completivè , & consummativè. Quod si aliquis contendat hæc omnia recensita convenire eminenter visioni ; eo quod eminenter continet perfectionem gratiæ habitualis , propter quod illam simpliciter excedit in perfectione. Ad hoc, inquam , constat ex his , quæ præcedentibus conclusion. manent probata. Semperque insistendum est contra arguentem, si sit Thomist. paritati cognitionis comprehensivæ Dei , de qua communiter à Thomistis propugnatur non esse sanctitatem formalem ipsius.

Contra rationem probativam
44 argues 1. Visio beata est rectitudo
Objic. 1. universalis hominis relatè ad Deum: ergò est sanctitas formalis. Prob. ans. Rectitudo illa, in qua radicatur dilectio Dei super omnia , fruitio beata , & alij actus supernaturales beatorum , est rectitudo universalis hominis : cum rectificet illum formaliter secundum intellectum , & radicaliter secundum voluntatem. Sed visio clara Dei est radix amoris Dei , fruitionis beatificæ , & aliorum actuum : ergò. Confirm. 1. Rec-
Confir. 1. titudo satians omnem inclinationem , tam innatam , quam elicitam hominis , est rectitudo universalis illius. Nulla enim res exigit maiorem , vel ulteriorem perfectionem, quam sit illa quæ requiritur ad eius perfectam satietatem. Sed visio beata est huiusmodi ; aliàs non esset ultimus finis , sive beatitudo formalis:
Secundo. ergò &c. 2. Tria sunt in homine rectificanda , scilicet, anima , intellectus , & voluntas : sed visio beata ratione sui animam constituit summè fęlicē, intellectum in ultimo termino suæ perfectionis ; deindè radicat ultimo dilectionem Dei super omnia ad illam necessitando : ergò per talem visionem universaliter homo perficitur.

Ad hæc facilè constat ex dic- 45
tis , ubi rationem radicis impropriè adaptari visioni beatæ probavimus, Respons.
& rursus rectificationem animę simpliciter, sine gratia habituali in pura creatura non posse inveniri. Deindè: parum efficaciæ habent adversus frequentiorem sensum Thomistarum tuentium in Deo solam naturam esse sanctitatem formalem illius , cum omnes probationes manifestè insistentur in beatitudine formali increata. Sed pro ampliori solutione Amplior solutio.
notandum conceptum radicis aliquando sumi propriè , aliquando impropriè ; radix propriè sumpta operandi , est idem ac principium radicale , sive emanationis , quod alijs terminis vocatur natura. Dicitur radix alicuius , quod est principium , & initium , vel aliqualis causa illius ; dummodo ipsum aliqualiter foveat , vel nutriat ad similitudinem radicis arboris , quæ ei alimentum præstat. Hac ratione Tridentinum session. 6. de iustificat. fidem appellat fundamentum , initium , radicem æternæ salutis nostræ iustificationis : & D. Thom. 2. 2. quæst. 23. art. 8. docet charitatem esse fundamentum , radicem, & matrem omnium virtutum ; & similiter infra quæst. 84. art. 1. ait: *Cupiditatem esse radicem omnis peccati.* Quæ omnia si attentè inspiciantur , minimè denotant usurpationem propriam huius nominis radicis , & in sensu Schol. in quo à nobis in præsenti accipitur.

Ex quibus infertur visio- 46
nem solum posse dici radicem amoris beatifici , quoniam est initium, Qualiter visio sit radix.
& causa illius accendens per manifestationem claram divinæ bonitatis , voluntatem creatam ad eius dilectionem. Quis enim proprie dicit actum amoris in cognitione radicari ; cum solum sit conditio ad illius elicientiam ? Quod expressè docet Div. Thomas 1. 2. quæst. 26. art. 2. ubi ait : *Visionem corporalem esse principium amoris sensitivi , & contemplationem bonitatis principium spiritualis amoris, ea ratione, qua bonum non potest amari, nisi cognitum.* Et expressius 2. 2. q. 26.

26. art. 2. ad 1. his verbis: *Dupliciter est aliquid causa dilectionis, uno modo ut ratio diligendi, & hoc modo bonum est causa diligendi. Alio modo, quia est via quædam ad acquirendam dilectionem, & hoc modo visio est causa dilectionis, quia per visionem perducimur ad dilectionem.* Per quæ constat ad probationem ex radice desumptam. Imò etiam ea admissa, non salvatur visionem esse simpliciter rectitudinem universalem hominis: hæc enim non solum consistit in operationibus, sed in rectitudine potentiarum per dona supernaturalia, quibus permanenter inclinentur ad elicientiam suorum actuum: quæ minimè radicari possunt in visione.

47 Ad 1. confirm. Ad 1. confirmat. neg. mai. Aliàs etiam in rebus naturalibus consequutio proprij finis, utpotè terminus satians earum inclinationem, esset perfectio universalis. Unde ex tali satietate solum sequitur universalitas perfectionis per modum finis *quo*, sive esse consummationem omnis inclinationis tam radicalis, quam proximæ. Ex quo potiùs infertur oppositum: cum perfecta consequutio finis debeat supponere in subiecto naturam debitè proportionatam, & proximè inclinatam ad illam. Ad 2. neg. minor. quoad omnes partes. Anima enim propriè rectificatur per elevationem ad esse supernaturale, & divinum, quod habet ratione gratiæ; intellectus per lumen gloriæ, & alia dona Spiritus Sancti, scilicet, intellectum, sapientiam, & scientiam; voluntas per habitum charitatis, & alias virtutes infusas, quæ omnia à gratia derivantur tanquam rivuli à fonte, & radij lucis à Sole.

48 Arg. 2. Prob. ant. 1. Obijc. 2. Visio beata ratione sui constituit hominem amicabiliter dilectum à Deo: ergò est sanctitas formalis. Conseq. constat, & añs. prob. 1. Visio beata est assumptio hominis ad hæreditatem, & actualem possessionem Dei; hoc ipso constituit illum dilectum amicabiliter à Deo: ergò. Prob. minor. Plus est hæreditas actualis, & possessio Dei, quam præcisè ius ad talem hæreditatem; sed quia gratia habitualis præbet homini ius ad hæreditatem, constituit illum amicabiliter dilectum à Deo: ergò. 2. Non stat in humanis Aliquem gratuito assumere alium ad actualem hæreditatem suorum bonorum, præcipuè, si sit bonum Regni, quin eum specialiter, amicabiliter diligat, iuxta illud: *Probatio dilectionis exhibitio est operis*: ergò cum per visionem beatam homo gratuito assumatur à Deo ad participationem Regni Cœlestis &c. 3. Dilectio, per quam Deus trahit naturam rationalem ad participationem divinæ bonitatis, est dilectio specialis, & qua Deus simpliciter diligit hominem. Verba sunt D. Thom. hac 1. 2. quæst. 110. art. 1. Sed per visionem beatam trahitur homo ad participationem Dei summè bonj; cum ratione illius Deus ipse communicetur ut beatitudo obiectiva illius: ergò.

Secundo. Tertio.

49 Quarto. 4. Amor iuxta Dion. 4. de Div. nom. *Est vis unitiva, & in unione consistens*: ergò ubi est specialissima unio animæ ad Deum, ibi est specialissima, & amicabilis dilectio Dei ad animam. Sed huiusmodi unio maximè resplendet in visione clara Dei, secundum quam Deus intimè unitur animæ, & citra unionem hypostaticam alia maior unio possibilis non est: ergò per visionem beatam homo diligitur amicabiliter à Deo. 5. Amor beatificus supponens pro priori visionem beatam, etiam præcisivè à gratia habituali, est vera amicitia actualis hominis ad Deum: ergò etiam ex parte Dei debet correspondere amor amicabilis ad hominem. Consequentia patet, quia amicitia est mutuus amor. Añs. probat. *Amicitia hominis ad Deum fundatur in communicatione beatitudinis cum Deo.* Ita Div. Thomas 2. 2. quæst. 23. art. 1. & quæst. 26. art. 1. Et 1. ad Corinth. cap. 3. & alibi. Sed amor beatificus supponens pro priori visionem beatam, etiam præcisa gratia habituali, est amor fundatus in communicatione beatitudinis: ergò. Explicatur hoc. Amor fundatus in communicatione bonorum propriorum Dei, & in propria

Quinto. Explic.

vita ipsius ; uno verbo : in bonis reservatis pro filijs ipsius est amor amicitiæ Dei ad hominem , ut patet ex definitione ipsius. Sed per visionem beatam homo sic communicat cum Deo , cui vivere , & bonum proprium, est se ipsum clarè videre : ergò. 6. Plus æstimatur ius ad æternitatem possessionis Dei, & illius fruitionem æternam , quam ius præcisè ad substantiam possessionis , & fruitionis. Sed ratione iuris, quod præstat gratia habitualis ad possessionem , & fruitionem Dei, præcisa æternitate illarum, reddit hominem dilectum amicabiliter à Deo : ergò cum visio ratione sui præbeat homini ius : Tum ad æternam durationem sui: Tum ad æternitatem fruitionis Dei , reddit ipsum dilectum amicabiliter à Deo.

50 Hoc argumentum tangit difficultatem circa modum , quo gratia habitualis ingreditur ad amicitiam hominis cum Deo ; de quo tractat. de Charitat. ubi communiter propugnatur gratiam habitualem requiri necessario per modum radicis ad amicitiam hominis cum Deo ; esto hæc consistat formaliter in habitu charitatis. Quapropter asserunt communicationem huius , & etiam actualis dilectionis, sine gratia non sufficere ad constituendum hominem Dei amicum. Ita expressè Div. Thomas in 3. dist. 27. q. 2. art. 4. quæst. 4. ubi probat charitatem non posse existere sine gratia , * quia cum charitas sit amicitia quædam requirens convictum inter amantes , non potest esse charitas , nisi sit participatio divinæ vitæ per gratiam. * Idem docet 2. 2. quæst. 26. art. 2. dicens: *Amicitiam charitatis fundari supra communionem bonorum gratiæ.* Ratio à priori est. Nam amicitia hominis ad Deum necessario fundatur in illo dono , vi cuius homines sunt cives Sanctorum, domestici , & filij Dei , quod sine gratia habituali salvari nequit. Rursus. Homo nequit dici verè amicus Dei , nisi sit alter Deus , & in illo quasi in filio semper complaceat. Sed hæc omnia sine gratia habituali, qua homo fit alter Deus , & filius adoptivus illius subsistere nequeunt : ergò.

Prævia ad solut.

51 Nec contra hæc obstant probationes. Instantur enim in amicitia Verbi Divini cum Patre , quæ solum fundatur in identitate naturæ cum illo , & non in cognitione comprehensiva ; cum iuxta Thomistas solum constituatur sanctum formaliter per ipsam naturam divinam. Ad 1. probation. antecēd. distinct. maior. Plus est &c. quam ius purè extrinsecum ad hæreditatem , permitto maior. Quam ius intrinsecum proveniens ex regeneratione spirituali , aut formali participatione naturæ , nego maior. & cum eadem minor. distinct. nego consequent. Quando enim ius ad præmium , sive hæreditatem , provenit ex filiatione , plus est ius, quam hæreditas , ut patet in humanis. Nec enim filiatio est propter hæreditatem , sed è converso, ut quid consequutum , & ipsi filiationi debitum. Ius autem , quod præstat gratia habitualis ad hæreditatem Dei in adoptione fundatur , sive in hoc , quod per gratiam fit homo particeps divinæ naturæ, iuxta illud Pauli ad Roman. 8. *Si filij , & hæredes.* Unde ex quo gratia reddat hominem Deo amicabiliter dilectum , non probatur visionem titulo actualis hęreditatis prę-stare eundem effectum.

Ad 1. pro bat.

52 Ad 2. neg. mai. universaliter acceptam : potest enim aliquis instituī hæres alterius , quin talis institutio proveniat ex amore amicabili ; sicuti potest instituī hæres absque adoptione : ut si fiat sine illo affectu conditionato : *utinam esses filius meus.* Deindè adest disparitas. Cum enim unus homo ratione naturæ sit proportionatus ad hæreditatem alterius ; non requiritur ad institutionem hæredis supponi pro priori aliquod donum collatum ab ipso , vi cuius acceptetur , sitque dignus hæreditate ; unde sufficit introductio actualis in hæreditatem. Homo vero cum ratione sui non sit proportionatus ad hæreditatem Dei, si pro priori non sit gratus Deo ratio-

Ad 2.

tione gratiæ habitualis se habentis per modum naturæ, amor communicativus visionis erit benevolentia specialis, non tamen amicitia strictè talis: quia non præsupponit communicationem cum Deo in bonis propriis ipsius, scilicet, naturæ divinæ. Ad 3. Respond. D. Thomam loqui de participatione summi boni simpliciter tali, & rectificante hominem. Hæc autem solum habetur per participationem divinæ naturæ, quæ est simpliciter rectificatio universalis per modum radicis. Participatio enim summi boni per imitationem solius operationis, qualis est visio beata, nec est rectificatio universalis, nec est perfectio simpliciter; cum non det primum esse simpliciter in ordine supernaturali. Ideòque non continetur in participatione summi boni, de quo loquitur D. Thom.

Ad 3. probat.

53 Ad 4. constat ex dictis ad 1. probation. & ex frequenti sententia Thomist. tuentium necessitatem gratiæ habitualis ad amicitiam hominis cum Deo. Unde vita Dei, supra cuius communicationem fundatur hæc amicitia, accipitur pro natura divina, ut est principium virtualiter se movens ad cognitionem, & amorem sui; secus autem si vita divina accipiatur solum pro operatione, quæ dicitur vita actualis, & per modum actus secundi: de qua diversitate acceptionis videatur Div. Thom. 1. part. quæst. 18. art. 2. Quod si in amicitia unius hominis ad alterum solum requiritur communicatio in vita actuali; & sumpta pro operatione; ut videre est in amicitia militum, Scholasticorum &c. ideò contingit, quia supponitur communicatio in vita substantiali ratione animæ, ut intellectiva est. Ad 5. Resp. Ius ad æternitatem visionis, sicut & fruitionis Dei, provenire ut à principio à gratia habituali, prout in termino. Ratio est: Nam quod est primum principium visionis, est pariter principium eius, quod visioni debetur; & quod se habet per modum proprietatis respectu illius. Sed æternitas visionis, connexio cum fruitione, & eius æternitate, consequuntur ad substantiam visionis: ergò si hæc præhabetur in gratia tanquam in radice &c. Unde ipsi visioni ratione sui potest concedi aliquod ius proximum, tum ad ad amorem, tum ad æternam fruitionem Dei. Hoc autem ius est idem, ac exigentia fundata in connexione unius operationis cum altera, sicuti etiam cognitio practica necessaria boni, simili modo connectitur cum amore illius. Quia tamen hæc exigentia non pertingit ad munus naturæ, aut rectitudinis universalis; non sufficit, ut ratione illius homo sit dilectus amicabiliter à Deo. Ad id quod additur responsum est in solutione ad 1. probat.

Ad 5.

Arguitur 3. Visio beata constituit hominem filium adoptivum Dei: ergò & ipsi amicabiliter dilectum. Antecedens probat. ex illo ad Roman. 8. *Et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei spectantes.* Et cap. 5. *Gloriamur in spe filiorum Dei.* Sed Apostolus, sicuti & alij iusti solum spectabant visionem beatam: ergò per illam constituitur homo &c. Confirmat. ex illo ad Ephes. cap. 1. *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum Dei.* Sed terminus prædestinationis est visio beata, ut ex illius definitione constat: ergò. Urgetur hoc ex D. Thom. sic exponente verba relata: *Hæc enim possunt referri, vel ad imperfectam assimilationem Dei, quam habemus in via per gratiam; sed melius est, quod referantur ad perfectam assimilationem Dei, quæ erit in patria.* Sed hęc assimilatio est per visionem beatam iuxta illud Ioann. 1. c. 3. *Cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est*: ergò visio est adoptio filiorum Dei. Denique. Donum illud, per quod fit missio invisibilis Spiritus Sancti ad nos, est forma sanctificans; sed missio invisibilis Spiritus Sancti fit in collatione beatitudinis: ergò hæc est donum formaliter sanctificans. Maior est Div. Thom. 1. part. quæst. 44. art. 3. Et min. eiusdem ibidem art. 6. ad 3.

54 Arg. 1i

Confirm.

Urgetur.

Ultimo.

55 Visio nō est spirit. adopt.

Oppositum antec. relinquimus supra probatum; cum visio non sit communicatio divinæ naturæ, sed operationis ad illam actualiter subsequutæ: ergò nequit constituere hominem à Deo spiritualiter genitum: proindèque nec filium. Vel aliter: filiatio adoptiva Dei est expressio, & imitatio filiationis naturalis Dei, iuxta illud: *Conformes fieri imagini filij sui.* Sed Verbum eo est filius, quia procedit à Patre in identitate naturę: ergò. Quare etiam dato eam constitui per intelligere actuale; hoc solum constituit sub munere primæ, & purissimæ actualitatis, & non sub munere operationis vitalis, qualiter participatur à visione creata: ergò hæc &c. Denique: Nam ponere in homine iusto beato duplicem filiationem adæquatè distinctam, sicuti & duplicem generationem spiritualem; non videtur cōsonum doctrinæ D. Thom. & SS. PP. Videatur Ill. Godoy tom. 3. in 3. p. disp. 52. §. 9. num. 201. Unde Apost. exponendus est de adoptione, non quoad substantiam, sed ut perfecta, & consummata per gloriam. Hoc enim complexum: *Gratia consummata per gloriam* est bonum futurum respectu iustorum, proindèque est obiectum expectationis illorum.

Ultimo.

56 Aliud testimon. ex Apost.

Ad 3. testim. S. Pauli Resp. Prędestinationem non respicere pro termino primario solum visionem, sed simul cum gratia, quā perficit, & consummat, ut operatio propria ipsius. Illa autem verba D. Thom.* sed melius est quod referantur &c. * solum denotant per visionem beatam hominem perfectè assimilari Deo secundum operationem, & unionem cum Deo, ut fine ultimo; hæc autem assimilatio cum non sit similitudo in natura, non sufficit ratione sui præstare filiationem adoptivam. Nec etiam obstat authoritas Ioannis. Nam ante verba relata præmittit: *Nunc filij Dei sumus, sed nondum apparet, quid erimus*: ergò illud futurum *erimus* non est futurum de futuritione adoptionis quoad substantiā.

Testim. S. Ioan.

57 Instabis.

Dices. Demus terminum primarium prædestinationis esse visionem in recto. Sed prædestinatio necessario includit dilectionem amicabilem ex parte Dei: ergò visio constituit homin. &c. Instatur: terminus primarius prędest. Christi, ut hom. est filiatio naturalis gratiosè unita humanitati; & tamen sub expresso filiationis non sanctificat humanitatem, aut reddit Deo amicabiliter dilectam, ut frequenter tenent Thomistę. Quare esto de facto prędestinatio includat dilectionem amicabilem Dei: hoc non habet ex termino primario, sed ex adiunctis, & connexis cum illo. Unde in casu solius visionis, amor communicativus, & similiter prędestinatio, esset providentia specialis, & cum benevoleutia speciali; sed non speciali amicitia: quia deficeret communicatio cū Deo in natura. Ad ult. Resp. Sensum D. Thom. pręcipuè art. 3. citato esse manifestum pro nobis, cum expressè asserat * solum dari nobis simpliciter Spiritum S. secundum donum gratię gratum facientis. * Unde verba nobis obiecta exponenda sunt, ut diximus dub. 12. à n. 36. de missione Spiritus S. quatenus in collatione beatitudinis novo modo pręficitur gratia in ratione gratię radicantis lumen glorię, & ipsam gloriam, & ipsam visionem. Qui modus pertinet ad perfectam sanctificationem exhibitam à gratia. Cum autem novus modus supponat rem quam modificat: sola visio non sufficeret, ut daretur simpliciter Spiritus S.

Inst.

Resp.

Ad ult.

* Dub. 12. à n. 28.

58 Si instes Resp.

Si dicas. Visio ratione sui est inconiungibilis cum omni peccato læthali, ut diximus tractat. de Beatitudin. ergò est sanctitas. Nego conseq. Nam personalitas Verbi sui expresso pugnat cum omni peccato in humanitate Christi Domini; & tamen sub expresso non est sanctitas positiva illius iuxta plures ex Thom. Similiter (in quo nō est dissensio) cognitio divina ratione sui pugnat cum irrectitudine divinę volunt. & tamen ratione sui non sanctificat positivè. Inquires: *An visio sit dicenda sanctitas consummata?* Resp. Non esse sic dicendam absolutè; cum extrema non supponant pro eodem; potest

Si quaras 1. Resp.

ia-

tamen sic dici; si ly *consummata* accipiantur pro eo, quod dicit de formali; est enim consummatio sanctitatis. Inquires: *An sit dicenda gratia consummata?* Respond. quod si *gratia* accipiatur pro dono gratum faciente; neutiquam debet concedi nisi in sensu supra explicato. Si autem nomine *gratiæ* intelligatur donum gratis datum: absolutè debet concedi. Sed sermo noster solum est de gratia in primo sensu, & instatur filiatione Verbi prout tali communicata humanitati.

Si 2. Resp

59 Ex dictis constat falso P. Ripalda tom. 2. disp. 99. section. 2. asserere visionem beatam non sanctificare de facto; quia de facto non emundat hominem à peccato, nec præbet ius ad gloriam, & amorem amicabilem Dei; sed hæc omnia de facto supponit. Constat 1. Nam ut in actu secundo sanctificet non oportet, ut de facto emundet hominem à peccato; ut patet in unione hypostotica; & in maternitate Virginis, quam ipse probabiliter defendit sanctificare: & in gratia Adami, & Angelorum. Et ratio est, quia de ratione sanctitatis non est præsupponere subiectum prius peccatorem. Unde licet Concilium Tridentinum asserat iustificationem importare renovationem interiorem, & ablutione peccati: loquitur de emundat. in actu 2. pro casu peccati, prout nunc confertur: Nam loquitur de illa, cuius causa efficiens est Baptismus; & cuius causa finalis est vita æterna, non vero de sanctitate Patriæ.

Illatio ex dictis.

Contra 2. dictum obstat 1. Nam si humanitati iustificat. per prius per gratiam, & videnti clare Deum, Deus donaret unionem hypostaticam, sanctificaretur humanitas per eam: & tamen non redderetur ex vi illius acceptata ad gloriam, & hæreditatem Dei in actu secundo: ergò quod visio non præbeat in actu secundo ius ad gloriam, non probat non sanctificare. Explicatur hoc. Vel requiritur ad rationem sanctitatis in actu secundo præbere ius primum ad possessionem Dei, ita ut ante illam non supponatur aliud, vel non? Si secundum, argumentum Ripaldæ est inefficax; ut patet. Primum est falsum, ut constat in exemplis allatis: ergò. Tum quia sanctitas iuxta ipsum transcendit omnia prædicata divina. Ita ibi num. 13. Ex qua doctrina infertur, in creatura nec ad rationem sanctitatis in actu 2. nō requiri primum ius ad gloriam, & ad terminand. Dei amicitiam ab ea præstari. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. Mag. ubi præced.*

60

Explicat.

DU-

DUBIUM XV.

AN PECCATVM POSSIT REMITti per condonationem Dei pure extrinsecam?

§. I.

NOTANTVR ALIQVA.

N. 1 DUbium procedit de remissione peccati lęthalis, quod est simpliciter peccatum, licèt in progressu etiam erit sermo de peccato veniali. Rursùs: Sermo est de remissione peccati, quæ fit propriè destructiva illius; non autem de remissione consistenti precisè in non imputatione peccati ad pœnam æternam. Nam cùm Deus possit prædictam pœnam non infligere; quemadmodùm de facto non infligit pœnam pro peccatis, quæ committuntur à damnatis: stat quamoptimè remissio peccati, quòad inflictionem pœnæ; quæquidèm est impropriè remissio, absque intrinseca mutatione peccatoris. 2. notandum, difficultatem procedere de peccato commisso ab homine elevato ad finem supernaturalem; quod quidèm necessariò includit, vel connectitur cum privatione gratiæ, & amicitiæ Dei. Quid enim dicendum sit de remissione peccati commissi in pura natura, infra constabit. 3. notandum, pro nunc debere præscindi à dono intrinseco remissivo peccati lęthalis determinatè sumpto; siquidem apud AA. tuentes peccatum non posse remitti etiam de potentia absoluta Dei sine mutatione intrinseca peccatoris, est grave disidium; an, scilicet, necessariò requiratur gratia habitualis; an verò sufficiat actus charitatis, vel contritionis, saltim indirectè, remittens peccatum. Unde meritò dubitatur de remissione peccati per solam voluntatem Dei condonantis extrinsecè illud. Circa præsens quæsitum partem affirmativam tuentur Scotus in 4. dist. 1. quæst. 6. §. *Ad argumenta pro opinione*, & dist 16. quæst. 2. Gabriel in 4. dist. 14. quæst. 2. & alij Antiqui, quos referunt, & sequuntur P. Ripalda lib. 6. de ente supernat. disp. ult. per 27. section. Lugo disp. 7. de Pœnit. Ovied. tract. 8. controv. 4. & 5. & ex Thom. Conradus 1. 2. quæst. 113. art. 2. notabili 2. Ferrar. 3. contr. Gent. cap. 157. Nuño, Curiel, Zumel, & alij, qui videri possunt apud M. Prado tom. de Pœnit. quæst. 86. dub. 5. §. 2. erudite propugnantem partem negativam, in cuius favorem addueit Ricard. Capreolum, Cayetanum, Soto, Medina, Araujo, Greg. Martinez, Mag. à S. Thom. & frequenter idem tuentur Thomist. Recent. quibus adhæret Valencia, Vazq. Arand. Mærac. loquentes de peccato habituali personali; quamvis de peccato originali oppositiū propugnetur etiam ab alijs RR.

Nota 1.

Secundò.

Tertiò.

AA. pro utraque parte.

§. II.

Probatur sententia negativa de mente Sanct. Doct.

ANgelic. Præcep. hic quæst. 113. art. 2. ubi inquirit de necessitate doni gratiæ ad remissionem peccati, sic concludit corpus artic. *Et ideò non posset intelligi remissio culpæ, si non adesset infusio gratiæ.* Sed si oppositum esset possibile de potentia absoluta (nam de facto, & 2

Prob.

iuxta provid. ordinar. Dei est omninò certum, peccatum læthale non remitti excluſa gratia, & charitate inhærente cordibus noſtris.) Illud poſſet intelligi; cùm iuxta eundem Aug. Mag. 1.p. quæſt. 25. art. 3. *Solùm ea, quæ contradictionem implicant, nullus intellectus poteſt concipere*: ergò nec de potentia abſoluta poteſt dari remiſsio peccati &c. Confirm. Qui ſolvit præcipua motiva, quibus innititur opinio aſſerens peccatum poſſe remitti abſque infuſsione doni gratuiti, ſine dubio ſentit prædictam remiſsionem non eſſe poſsibilem de potentia abſoluta Dei; cùm ſemper fuerit certum ſecundùm fidem, & abſque ulla controverſia, remiſsionem peccati iuxta providen. ordin. non fieri ſine infuſsione gratiæ. Sed ſic ſe gerit S. D. in prædict. art. ergò ſentit &c. Prob. min. Præcipua motiva ſunt * 1. Quòd gratia, & peccatum ſunt contraria mediatè, inter quæ eſt poſsibilis ſtatus medius puræ naturæ, in quo homo, nec culpam, nec gratiam habeat. 2. Ad remiſsionem peccati ſufficere non imputari peccata per ordinationem illius ad pœnam; ad quam non imputationem minimè requiritur infuſsio gratiæ. Quod roboratur exemplo hominis remittentis offenſam alteri per non imputationem, ſine infuſsione alicuius intrinſeci * Sed hæc motiva expreſsè ſolvuntur à Div. Th. in præſ. ut legenti conſtabit: ergò. Hinc conſtat, quòd ſi Scotus cum alijs Antiq. ſentiret, D. Thom. in dicto art. ſolùm loqui de potentia ordinaria, abſdubiò non impugnaret illius doctrinam; nec ſolutiones, quibus idem S. Doct. fundamentis ſupra iactis iam occurrerat.

Confirm.

Tria motiv. opin. contrar.

3 Si dicat.

Nec prodeſt dicere, S. Doct. loqui de remiſsione culpæ perfecta; hoc eſt, reſtaurante hominem ad omnia dona, quæ peccando amiſsit; cùmque inter hæc præcipuum locum habeat gratia habitualis; ideò concludit: ſine illius infuſsione non poſſe intelligi remiſsionem peccati. Vel aliter dices: Div. Thom. loqui de remiſsione iuſtificante poſitive, & reddente hominem Deo amicabiliter dilectum; ut conſtat ex tit. a. 2. ſcilicet; *An ad remiſsionem culpæ, quæ eſt iuſtificatio impij, requiratur gratiæ infuſio?* Unde doctrinæ eius non adverſatur opinio loquens de remiſsione peccati, quæ ſit pura illius deſtructio, & non iuſtificatio. Non inquam valet 1. Nam D. Thom. eodem motivo poſuiſſet, ut neceſſariam ad remiſsionem peccati, infuſsionem virtutum ſuperuaturalium; nã cùm hæc à gratia dimanent, & per peccatum deſtruantur, non reſtituitur peccator ad priſtinum ſtatum, ſine infuſsione illarum, & donorum Spiritus Sanct. Cùm ergò unicè loquatur in dict. art. de infuſsione gratiæ, quia directè oppoſita offenſæ Dei: quæ quidèm remitti non poteſt abſque quòd Deus creaturam diligat; manifeſtè loquitur de remiſsione offenſæ præciſsivè ab eò, quòd ſit remiſsio iuſtificans. impug. 1.

2. Ratio Div. Thom. eſt huiuſmodi: *Nequit peccatum remitti, quin Deus placetur homini; nequit autem Deus homini placari, quin ipſum diligat; nequit verò illum diligere ſine infuſione gratiæ: ergò nequit intelligi remiſsio culpæ ſine infuſione gratiæ.* Sed prima, & ſecunda propoſitio, procedunt de remiſsione culpæ, & pacificatione Dei circa, hominem ſecundùm ſe, ſive ex terminis: ergò loquitur D. Thom. de remiſsione culpæ præciſsè quòad illius deſtructionem, vel fateantur expreſsè Adverſ. rationem Div. Thom. ut iacet, eſſe ineficacem. Secundo.

4 Urgetur ex verbis S. D. hic. Et q. 29. de Ver. a. 9. ad 13.

Urg. ex illis verb. in ſol. ad 1. *Licèt homo antequàm peccet, potuerit eſſe ſine gratia, & ſine culpa; poſt peccatum autem non poteſt eſſe ſine culpa, niſi habeat gratiam.* In quibus expreſsè adverſatur ſolut. traditæ; ſiquidè iuxta illam *poteſt homo, qui peccavit, eſſe ſine culpa, & non habere gratiam.* Dicere autem Div. Thom. loqui *de eſſe ſine culpa ſimul cum iuſtificatione, & reddítu ad priſtinam perfectionem * eſt loquutio valdè nugatoria; ſiquidèm aſſerere * hominem non poſſe reſtaurari ad gratiam, quam peccando amiſsit, ſine gratia * non indiget probatione, nec eſt propoſitio tanto Doctore digna. Præterquamquòd talis ſolutio intactum reliquit argum: intendens probare, dari ſtatum medium

dium inter gratiam, & peccatum, etiam post lapsum; proindequè ad destructionem peccati non requiri infusionem gratiæ. Assumptum probatur sic. Vel argumentum procedit de non esse peccati simul cum redditu ad statum gratiæ; vel de non esse peccati præcisse sumpto? primum est destruere vim argumenti, & illud interpretari in sensu pènitus alieno; cum non esse peccati simul cum redditu ad statum gratiæ, non sit status medius inter gratiam, & peccatum. 2. autem negatur expresse à D. Thom. ex suppositione lapsus in peccatum: ergo D. Thom. loquitur de remissione peccati, ut præcisse importat illius destructionem. Denique roborantur hæc omnia: Nam de remissione peccati perfecta, & restaurante hominem ad statum pristinum gratiæ, iam egerat expresse D. Thom. hic quæst. 109. art. 7. ubi ait: *Hominem resurgere à peccato est illum reparari ad ea, quæ peccando amisit &c.* ergò in præsenti non loquitur de remissione peccati &c.

Ponderatur.

Roborat:

5 Nec valet dicere 2. D. Th. loqui de remissione peccati, ut fit in hac providentia, iuxta quam supposito decreto efficaci non remittendi peccatum, nisi per gratiam, ut formam unicam nostræ iustificationis; repugnat methaphysice destrui culpam sine infusione gratiæ. Ita M. Torres Complut. Sed hæc solutio iam pridem reiecta est ab Emin. Cayet. in præsenti §. *Sed hæc*, tanquam falsa, & aliena à mente S. Doct. Si enim repugnantia, ut remissio peccati sit in intelligibilis sine infusione gratiæ provenit ex Decreto efficaci supra explicato; ut quid S. Doct. assumit pro medio ad id probandum *offensam non posse remitti à Deo, nisi Deus homini pacetur, & huiusmodi pacificationem requirere necessario specialem dilectionem; proindequè infusionem gratiæ.* Ratio huius est: Nam propositiones relatæ procedunt ex terminis remissionis offensæ, & etiam ex ipsa natura dilectionis Dei, necessario causantis, & infundentis aliquod donum intrinsecum subiecto quod diligit: ergò, aut discursus S. Doct. est prorsus falsus, aut inutilis, vel dicendum ipsum loqui ex terminis remissionis culpæ, & præcisivè ab omni providentia.

Si dicat.

Reijcitur

Per hæc excluditur expositio tradita a præfato Mag. qui illa verba S. Doct. ad 1. *Post peccatum autem homo non potest esse sine peccato, nisi habeat gratiam* exponit de homine in præsenti providentia, in qua est necessaria consequentia à carentia peccati ad esse gratiæ. quasi dicat: *Licèt homo in alia providentia, & in statu naturæ puræ antequam peccet, potuerit esse sine gratia, & culpa; tamen post peccatum, in præsenti statu naturæ elevatæ, & præsenti providentia circa remissionem peccati, non potest &c.* Manet, inquam, exclusa: Nam illa adversativa *post peccatum* non esset necessaria, & aliunde esset diminuta. Ratio 1. est: Præsens providentia, ita elevat hominem ad ordinem gratiæ, & possibilitatis consequendi beatitudinem, ut nisi per ipsum steterit, consequatur gratiam, & gloriam; hoc est, nisi ponat obicem peccati, utrumque consequetur; sed hoc præscindit ab eo, quod antea peccaverit, & ad nihil conducit quod peccaverit; cum deficiente peccato commisso: esset in gratia: ergò ly *post peccatum* ad nihilum deserviret, si loqueretur de homine relate ad præsentem providentiam.

6

Expositio verb. S.D.

Reijcitur

Ratio 2. est. Iuxta expositionem: solum peccasse non sufficit; sed insuper duo requiruntur 1. quod sit peccatū commissum in statu naturæ lapsæ, elevatæ tamen ad ordinem supernaturalem. 2. Quod remissio fiat iuxta Decretum, quo de facto decrevit unicam causam illius esse gratiam. Sed nihil ex his ibi continetur; nec ex dictis à S. Doct. inferri valent: ergò esset valdè diminuta. Rursùs prædicta verba ponuntur à S. D. ut conclusio illata, * ex quo nequit homini remitti peccatum absque speciali benevolentia ex parte Dei: quæ reparatur per gratiam: * postquę subdit: *Et ideò licèt homo possit esse sine gratia, & sine culpa &c.* Sed hic discursus nec facit mentionem de præs: provid: & rursùs, licet requiratur specialis benevolentia, hæc

7

Ulterius.

sub-

subsistit ex se sine reparatione per gratiam iuxta Adversi: ergò illatio S. Doct. esset prorsus inefficax. Ad id, quod dicitur de titulo Art. Respond. 1. in corpore, nec verbum personare de iustificat: Respond. 2. non dixisse: *An ad remissionem peccati, quatenus est iustificatio impij*; in qua loquutione fieret sensus formalis; sed: *Quæ est iustificatio impij*: quasi dicat; *quæ est pars iustificationis*, sive, de qua dictum est art. 1. præced. quod se habet ex parte termini *à quo*; & quæ de facto provenit à gratia, ut à forma.

Ad motivum in contra.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO.

Si peccatum habituale constituitur adæquatè, aut inadæquatè per privationem voluntariam gratiæ habitualis, nequit remitti sola extrinseca condonatione.

8 OPpositum tuentur P. Suarez lib. 7. de Sanctific. hominis cap. 22. à num. 20. & cap. 23. M. Lorca hic disp. 37. §. *ut ergò*. Scotus in 4. dist. 31. §. *contra istum*. Vazquez tomo 2. in 1. 2. disp. 206. num. 10. restringens suam opinionem ad privationem gratiæ constitutivam peccati originalis. Ratio est. Repugnat privationem formæ desinere esse manente subiecto, nisi per adventum formæ, aut alterius eam eminenter continentis. Quandiu enim non advenit forma, subiectum manet cum carentia formæ; proindequè manet ipsa privatum, si aliunde in subiecto conservetur capacitas, & aptitudo ad formam: ergò supposita elevatione hominis ad ordinem supernaturalem, ex qua consurgit in ipso debitum simul cum capacitate recipiendi gratiam habitualem, repugnat excludi privationem gratiæ, nisi adveniat de nova gratia, aut alterum donum eius perfectionem eminenter continens. Confirm. hæc ratio exemplo *cæcitatis, & mortis*, quæquidem privationes nequeunt ullatenus destrui, nisi per receptionem visus, & vitæ: ergo idem

AA. in contra.

Ratio à priori pro 1. part.

Sermo est de remiss. directa.

Confirm. ex S. Doct.

dicendum de privatione gratiæ; proindequè de peccato habituali, si in dicta privatione adæquatè, aut inadæquatè consistit. Tota hæc Doctrina traditur à D. Thom. quæst. 28. de Verit. art. 2.

Dices 1. Hanc rationem solum tenere in privationibus physicus; quales sunt in confirm. adductæ; secus vero in privationibus moralibus pendentibus ab ordinatione, aut imputat: Divina; & huiusmodi se habet privatio gratiæ constituens peccatum habitualem. Sed contra est prænotando, quod licet frequenter privatio gratiæ, ut inducta ex peccato actuali, dicatur privatio moralis; hoc contingit, non quia forma, qua privat, scilicet, gratia non sit forma physica, aut realiter physicè animæ inhærens; sed quia debitum in homine habendi gratiam non est physicum, hoc est proveniens ex natura hominis, sed morale proveniens ex libera ordinatione Dei, secundum quam gratiosè elevavit illum ad ordinem gratiæ, & gloriæ. Hoc notato sic arguo. Repugnat ex terminis destrui privationem gratiæ, ut voluntariè inductam ex peccato actuali, permanentibus eius constitutivis; sed posita voluntate Dei purè extrinseca; permanent constitutiva talis privat: ergò. Probat. min. Constitutiva illius sunt carentia gratiæ habitualis in homine elevato, & fuisse inductam ex peccato actuali. Sed per voluntatem purè extrinsecam non potest auferri carentia gratiæ; cum semper, atque in homine non infunditur gratia; datur in ipso non esse gratiæ, nec pariter auferri valet; quod talis carentia fuerit inducta ex peccato actuali; cum ad præteritum non sit potentia: ergò sine gratiæ infusione permanent omnia constitutiva privationis prout moralis est, & ut constitutiva peccati habitualis.

9 Respond. 1.

Pro impugn. noto.

Impugn.

Dices 2. Quod licèt privatio gratiæ habitualis in homine elevato simpliciter absque ulla restrictione temporis, nequeat destrui, sine gratiæ infusione, secus tamen si elevetur ad determinatum tempus v. g. decem annos, ut est possibile. Ratio

10 Resp. 2.

est:

est : Nàm transacto hoc tempore deficit in homine debitum habendi gratiam, cum illud unicè ex Dei ordinatione proveniat, undè talis privatio inducta infra tempus recensitum transiret de privatione in negationem ob defectum debiti; subindequè non maneret in ratione peccati habitualis. Hæc tamen solutio, qua moventur P. Suarez, & M. Lorca nullius efficaciæ est. 1. Quia Deus iuxta præsentem providentiam solum elevavit homines, promisitque eis dare gratiam habitualem, si per ipsos non steterit, quandiu duraret status viæ, secus autem pro statu termini, & retributionis gloriæ, aut damnationis : & tamen privatio moralis gratiæ inducta per peccatum commissum in via permanet usque in æternum in damnatis: ergò ex quo transacto tempore decem annorum homo non maneret cum elevatione ad habendam gratiam, minimè probatur privationem inductam transituram in puram negationem.

Reiicit.

11 2. Peccata habitualia commissa à damnatis constituuntur per voluntariam privationem gratiæ; si enim macula peccati in privatione nitoris, & pulchritudinis consistit; nulla est ratio; ut hæc pro statu viæ sit peccatum habituale, non vero pro statu damnationis. 3. Si peccata actualia commissa à damnatis, sunt eiusdem speciei cum his, quæ commiserunt in via; cur etiam peccata habitualia non gaudebant convenient: specifica in ratione talis. Atqui pro statu damnationis nullum est debitum intrinsecum, aut extrinsecum habendi gratiam : ergò ut talis privatio sit, & maneat in ratione peccati habitualis, minimè requiritur permanere debitum, sed sufficit aliquando extitisse, aut esse debitum non apponendi impedimentum gratiæ. Urgetur. Homo transgrediens præceptum ieiunandi die veneris manet habitualiter privatus rectitudine conformitatis cum adimpletione præcepti : vel clarius: transacto die veneris; privatio rectitudinis, qua debuit adimplere tale præceptum, manet moraliter in ipso; cum in illa consistat aversio, quæ est fundamentum offensæ, & demeriti. Et tamen transacto illo die nullum adest debitum ponendi rectitudinem; cum tale debitum oriatur ex præcepto : ergò ad privationem moralem alicuius formæ sufficit, quod homo quando peccavit, & illam incurrit, habeat debitum habendi formam; licèt postmodum deficiat ordinatio ad acquisitionem illius.

Secundo.

Tertio.

Urgetur.

Ex his facilis est Respons. ad fundamentum in contra. Duplex enim privatio moralis distingui debet; una contracta; altera contrahenda. Doctrina supra adducta unicè probat hominem non committere novum peccatum non assequendo gratiam habitualem transacto illo tempore; secus vero, quod peccatum antecedenter commissum destruatur. Undè privationes, præsertim morales, iam contractæ duo requirunt ad sui cessationem. 1. Quod deficiat debitum habendi formam; 2. quod cesset violatio debiti, & per illam non ponatur impedimentum formæ, cuius datur privatio. Cum autem in casu dicto permaneret violatio præcepti, & per illam homo apponeret conservationi gratiæ obicem, imò etiam elevationi ad ordinem supernaturalem; postmodum possibili; transacto illo tempore maneret moraliter privatus gratia. Si dicas. Sicuti ad privationem gratiæ constituentem peccatum habit: esto contractam, requiritur, quod sit voluntaria; ita requiritur quod gratia sit debita saltim extrinsecè ex Dei ordinatione; atqui destructa voluntarietate illius per actum charitatis iuxta Aliquos Thomist: talis privatio transit in puram negationem: ergò etiam deficiente debito habendi gratiam habitualem prædicta privatio transibit in puram negationem. Neg. conseq. disparitas stat in eo quod, ut peccatū habit: conservetur moraliter à volunt: necessario requiritur, quod illius voluntarietas moraliter permaneat. Quare actus charitatis destruens voluntarietatem peccati actualis destruit directè influxum moralem voluntatis conser-

12 Ad fundament: P. Suarez.

Instab. 1.

Respond.

va-

vativum illius, & ex hoc destruit indirectè peccatum habituale.

13 2. Instabis. Negatio formæ potest absque intrinseca mutatione subiecti transire in privationem; ita Secundo. S. Doct. quæst. 28. de Verit. art. 2. ad 4. ubi loquens de Catulo Canis, ait: *Quod si careat visu post nonum diem, est privatus visu; licèt ante diem nonum tantum sit illo negatus.* Idem constat in sentent. admittente possibiliratem puræ omissionis; iuxta quam carentia actus conveniens voluntati pro signo libertatis ad agere, & non agere, est pura negatio; pro signo autem sequenti est privatio Undè, licèt in 1. signo solum verificetur de voluntate esse non agentem *negativè*; pro 2. signo verificatur de illa esse non agentem *egressivè*, & *privativè*, de quo ibi Illust. Godoy: ergò etiam poterit privatio formæ sine intrinseca mutatione transire in puram negationem ob defectum debiti, vel alterius circunstantiæ. Sed privationem gratiæ transire in puram negationem est transire de esse peccati habitualis ad non esse illius: ergò &c.

Retorqueo argum. Nàm semel quòd Canis sit cœcus, nequit ab illo auferri cœcitas, nisi visum 14 recipiat: ergò idem dicendum de Solutio. privatione gratiæ semel contracta propter inæqualitatem iniustitiæ Probat de privat. contra Deum, quæ permanet moriatiá phy- raliter, nec auferri valet, nisi per fica. satisfactionem formalem, aut eminenter talem, qualis est infusio gratiæ. Ratio disparitatis est: Nàm cum privatio sit carentia formæ in subiecto apto nato habere illam; per hoc præcisse, quod carentiæ formæ addatur debitum ad illam, transit de negatione in privationem, ut probatur exemplo Catuli à D. Thom. Privatio autem moralis semel contracta non requirit permanentiam debiti ad formam, sed præcedentiam illius, & quod ipsum maneat violatum. Hoc videre licèt in Rege promittente militi, si hora nona fideliter custodierit Castellum, præmium Ducatus; sin vero, pœnam omnis honoris: in quo casu si Miles extiterit infidelis, absdubio manebit privatus honore, & pœna dignus; quamvis cessaverit debitum ad præmium promissum. Undè licèt ad privationem adhuc moralem quoad primum sui esse, sive contrahi, requiratur necessario debitum ad formam; ad illius tamen permanentiam moralem sufficit præcessisse, & illud voluntariè fuisse violatum.

3. Instabis. Privatio iustitiæ originalis transit in parvulis baptizatis de privatione in puram negationem, cum tamen per baptismum 15 Tertio ex non conferatur eis iustitia originalis, ut est certum: ergò stat privationem aliquam sub quadam consideratione transire in puram negationem absque infusione formæ, cuius est privatio moralis. Adhoc Solutio. Respond. iustitiam originalem in cuius privatione peccatum originis consistit, dicere pro recto gratiam sanctificantem, ut subjicientem animam Deo; & ex consequenti dicere, tùm donum integritatis subjicientis perfectè appetitum rectæ rationi, & donum immortalitat. subjicientis totaliter corpus animæ, illudque reddentis impassibile. Licèt ergò in Baptismo non infundatur gratia originalis quantum ad illa dona, quæ dicit ex consequenti, & secundario, benè tamen quantum ad effectum primarium ipsius, qui est reddere hominem, sanctum, filium Dei adoptivum, & hæredem vitæ æternæ. Cum autem privatio iustitiæ originalis solum sit macula, quatenus est privatio illius sub munere sanctificantis: liquido colligitur maculam peccati, sive privationem gratiæ, ut constitutivam peccati habit: non posse remitti sine infusione gratiæ. Licèt autem in baptizatis permaneat per modum privationis, tùm carentia doni integritatis, tùm doni immortalitatis; attamen istæ privationes sunt pœnæ debitæ peccato originali, & illius reliquiæ, quarum ablatio fiet instatu Patriæ.

Sed quia conclusio procedit, 16 etiam si privatio gratiæ constituat tantum inadæquate peccatum habituali; potest rationi adductæ respon- Probat. 2. pars conclus. deri, scil: quod si admittatur alterum

cont-

constitutivum inadæquatum esse carentiam condonationis extrinsecæ, posse peccatum remitti absque infusione gratiæ. Ratio est: Nam deficiente constitutivo inadæquato speciei, deficit necessario species rei; eo quod species sunt sicut numeri, in quibus, addita, vel ablata aliqua unitate, deficit numerus. Cum que carentia condonationis extrinsecæ per extrinsecam condonationem auferatur, hac posita deficeret peccatum habituale. Hæc tamen Data resp. reiicit. 1. Respons. non est ad rem; nàm in sentent. constituente peccatum habituale inadæquatè per privationem gratiæ, ponit pro alio constitutivo inadæquato aversionem actualem à Deo, ut moraliter perseverantem. Atqui perseverantia moralis huius aversionis nequit auferri per extrinsecam Dei voluntatem: ergò. Probat. min. 1. Quia iuxta AA. constituentes peccatum habituale per moralem perseverantiam huius aversionis, hæc subsistit, quandiu dicta aversio permanet tanquam in termino sui in ipsa privatione gratiæ habitualis; ut hoc modo salvent peccatum habituale esse quid intrinsecum animæ: ergò nequit prædicta perseverantia moralis deficere, niti deficiat privatio gratiæ, in qua permanet tanquam in termino. 2. Quia prædicta aversio est constitutivè, aut saltim essentialiter includit privationem actualis conversionis ad Deum, ut finem ultimum; quapropter ratio probans, quod privatio gratiæ voluntariè inducta nequit auferri sine intrinseca mutatione subiecti, probat etiam de ablatione prædictæ aversionis: quod, ut clarius constet, sit.

Secundo.

§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO.

Ratio aversionis à Deo, ut fine ultimo, nequit destrui sine dono intrinseco gratiæ.

17 SAnct. Doct. quæst. 28. de Verit. art. 2. inter varias formalitates, quas considerat in peccato, ut nequeat remitti sine dono intrinseco gratiæ; primo loco enumerat rationem aversionis per hæc verba: Prob ex Ang. D. *Non potest prædicta aversio removeri, nisi fiat coniunctio ad bonum incommutabile, à quo homo per peccatum discessit. Undè ad sanandam prædictam aversionem requiritur gratiæ, & charitatis infusio, sicuti ad sanationem cœcitatis requiritur restitutio potentiæ visivæ*: quæ verba designant implicationem contradictionis; sicuti, & cœcitatem sanari sine restitutione visus. Similia docet hac 1. 2. q. 86. art. 2. & opusc. 2. cap. 146. Adhæc attendens M. Lorca ubi supra asserit maculam peccati ea parte, qua dicit aversionem à regula rationis relictam ex peccato actuali, & permanentè, habitualiter in peccatore, non posse auferri etiam de potentia absoluta Dei sine mutatione intrinseca illius: quamvis si in peccato consideretur, tùm ratio offensæ, tùm privatio gratiæ inadæquatè constituens maculam peccati, possit remitti absque mutatione intrinseca.

Assumptum probat. Aversio à Deo, ut fine ultimo simpliciter, est ratio formalis constitutiva peccati læthalis, & principaliter se habens in ipso, & à quo desumitur gravitas illius; sed repugnat talem aversionem destrui per solam voluntarem Dei extrinsecam: ergò repugnat peccatum læthale, quantum ad id quod de formali, & principaliter dicit, remitti à Deo sola condonatione extrinseca. Mai. est expressa S. D. 2. 2. quæst. 20. art. 3. & 3. part. quæst. 86. art. 4. Min. probat. 1. Aversio à Deo ex peccato actuali relicta, aut consistit in privatione coniunctionis animæ ad Deum, ut finem ultimum; aut consistit in recessu voluntatis à Deo physicè præterito, & moraliter perseverante; sed quocumque modo consideretur, nequit destrui sola voluntate Dei, & absque dono intrinseco gratiæ: ergò. 1. Pars min. (quæ iuxta superius citata videtur. Expressa in D. Thom.) probatur omnibus rationibus, quibus §. anti. probavimus privationem gratiæ, & charitatis, non posse auferri, nisi per infus-

18 Ratio prob.

fusionem alicuius doni intrinseci. Quoad 2. vero prob. Repugnat recessum voluntarium à Deo, ut fine ultimo, destrui quoad sui perseverantiam moralem, nisi destruantur fundamenta prędictę perseverantię moralis; si enim omnia illa permanent, nequit prudenter existimari talem recessum non perseverare moraliter. Sed secluso omni dono intrinseco gratiæ permanerent omnia fundamenta moralis perseverantiæ: ergò. Prob. min. Fundamenta talis perseverantiæ sunt, *hominem violasse ius divinum ob transgressionem præcepti; velle habere bonum commutabile, ut finem ultimum sui; & prædictum ius divinum non esse reintegratum per aliquam satisfactionem.* Sed secluso omni dono intrinseco gratiæ, hæc omnia permanent in peccatore, ut de se patet: ergò.

19 Dices. Ultra recensita requiri necessario ad perseverantiam moralem aversionis, quod indignetur Deus peccatori, aut saltim, quod non cedat iuri, quod habet ad talem indignationem. Cumque sine ullo intrinseco possit Deus non indignari contra peccatorem per omissionem suæ indignationis, & similiter possit cedere iuri ad illam, potest sine ullo dono intrinseco destrui aversio à Deo in esse moraliter perseverantis, & denominantis hominem peccatorem. Sed contra est 1. Nam si vera est doctrina solutionis, ut quid Sanct. Doct. loco cit. de Verit. ait: *Ad tollendam prædictam aversionem requiri infusionem gratiæ, qua homo coniungitur cum Deo; sicuti ad sanationem cœcitatis requiritur restitutio potentiæ visivæ?* Cum Deo cessante ab indignatione, aut cedenti iuri ad illam, optimè desineret aversio ut perseverans moraliter. Hoc quidem patet à simili in perseverantia morali offensæ in humanis, aut in obligatione voti; quæ quidem, quia destrui possunt per solam voluntatem extrinsecam offensi, aut promissarij, falsò diceretur requiri mutationem intrinsecam in offendente, & promittente. 2. Solutio expressè (meo videri) opponitur D. Thom. 1. 2. quæst. 86. ar. 2. ubi hæc habet: *Quia macula peccati importat quemdam defectum nitoris, propter recessum à lumine rationis, vel divinæ legis, ideò quandiu homo manet extra huiusmodi lumen, manet in eo macula peccati.* Sed secluso omni dono intrinseco gratię, quo homo convertatur, vel accedat ad Deum, semper verificatur peccatorem manere extra lumen rationis, vel legis divinæ; cum sola voluntas Dei extrinseca non constituat hominem intra debitum ordinem ad lumen rationis, & legis divinæ: ergò sine omni dono intrinseco aversio à Deo ut fine ultimo non potest remitti.

Reijcit. 1

Secundo.

3. Animam esse aversam à Deo, ut fine ultimo, est illam esse in regione dissimilitudinis cum Deo, & ab illo affectivè divissam, iuxta illud Isai. 59. *Peccata vestra diviserunt inter vos, & Deum vestrum.* Atqui talis dissimilitudo, & separatio affectiva à Deo nequeunt destrui sola extrinseca voluntate Dei; cum dissimilitudo, aut separatio affectiva solum auferri valeant per similitudinem, & unionem affectivam cum Deo: ergò. Urgetur hoc exemplo aversionis à lumine Solis, quo utitur in præsenti Sanct. Doct. dicens: *Sicut cessante motu locali non tollitur distantia localis, ita nec cessante actu peccati cessat macula, sed requiritur aliquis motus voluntatis, sicuti ad stans alicui, ut sit propinquus illi, requiritur, quod apropinquet rediens per motum contrarium.* Cum ergò Deus sit Sol iustitiæ illuminans animam per infusionem gratiæ, & charitatis, & à quo homo læthaliter peccando recedit, fitque ab illo distans; nequit macula peccati ullatenus destrui, nisi positivè accedat ad illum, vel per actum charitatis, vel per gratiam illum eminenter continentis.

20 Tertio. Urgetur.

21 Dices: hæc omnia verum tenere in distantia, aut dissimilitudine physica; secùs vero in distantia purè morali; qualis est, quæ relinquitur ex peccato actuali. Dato autem ad illius destructionem etiam requiri aliquid intrinsecum; ad hoc sufficit, quod sit intrinsecum per æquivalentiam; & hoc modo se

Respond.

habere voluntatem Dei ut condonantem extrinsecè peccatum. Non, inquam, valet; & ab hoc ultimo incipiendo, solutio videtur esse petitionem principij. Nam idem prorsus est peccatum posse remitti sola voluntate Dei, ac solam voluntatem Dei posse æquivalere gratiæ habituali, quoad munus remittendi peccatum: ergò dicere prædictam voluntatē posse remittere peccatum, quia est intrinseca peccatori æquivalenter, hoc est, perinde se habens quod munus remittendi, ac si esset intrinseca physicè, est reddere pro ratione id ipsum, quod in quæstionem versatur, quæ his terminis proponitur: *An remissio peccati possit fieri sine forma physicè intrinseca? An voluntas Dei possit se sola præstare munus remissionis peccati, & quantum ad hoc æquivalere formæ intrinsecæ?*

Reijcitur

Deindè impugnatur discrimen assignatum. Distantia, & recessus à Deo, ut fine ultimo ex peccato proveniens, licet sit moralis, quia dissona legi divinæ, & rationi; non tamen est aliquid purè negativum, sed privativum, aut saltim includens necessario privationem accessus, & conversionis oppositæ. Ratio est: Nam pura negatio perfectionis non habet rationem mali; cum ergò prædicta aversio, & distantia à Deo, ut fine ultimo, sit proptiè, & strictè mala moraliter, consistit formaliter, aut saltim includit privationem coniunctionis cum Deo, ut fine ultimo. Sed hoc ipso nequit destrui sola voluntate Dei extrinseca: ergò? Prob. min. Carentia alicuius perfectionis, cum debito habendi ipsam, aut remotio contraria talis perfectionis, solum deficere valet per defectum debiti, aut per adventum perfectionis formæ privatæ, aut remotæ. Nam si adsit debitum, & carentia formæ, datur etiam privatio, & remotio illius. Sed per voluntatem Dei extrinsecam, nec aufertur debitum in homine ad accessum, & conversionem in Deum, ut finem ultimum; nec ex vi talis voluntatis ponitur in homine rectitudo, quam homo per peccatum à se removit, & se ipsum privavit: ergò &c. Neque enim perseverantia moralis aversionis à Deo, ut fine ultimo in peccatore, est purè extrinseca, & ex prudentum existimatione proveniens; qualis est moralitas rebus inanimatis conveniens. Unde solum dicitur moralis propter oppositionem ad regulam moralitatis, scilicet, legem æternam præcipientem homini conversionem in Deum, ut finem ultimum, & aversionem ab ipso prohibentem. Et quamvis aversio actualis transeat physicè, nec hoc modo ratione sui maneat in peccatore; manet tamen intrinsecè, & tanquam in termino in macula peccati, sive in deordinatione habituali. Quapropter nisi, aut macula, aut prædicta deordinatio se habens ut terminus peccati actualis destruatur, permanet moraliter aversio actualis, quoad munus denominandi hominem peccatorem.

22

Impugn. discrimen datum.

Impugn. 2. solutio ea parte, qua asserit perseverantiam moralem aversionis à Deo, ut fine ultimo, dependere ab indignatione Dei circa peccatorem. In primis talis positio est contra D. Thom. in 4. dist. 18. quæst. 1. ar. 2. quæstiunc. 3. dicentem: *Duo sunt effectus peccati; unus est indignatio Dei ad nos, aversioni peccati respondens; alius est pœna inordinatam conversionem ordinans.* Nunc sic: Id, quod correspondet aversioni peccati tanquam proprius effectus illius, nequit prærequiri, vel se habere ut fundamentum perseverantiæ illius; omnis enim effectus supponit causam adæquatè constitutam; ergò si indignatio Dei adversus hominem, qui peccavit, est effectus aversionis, per quam sic manet coram Deo, nequit prærequiri, aut esse fundamentum ad hoc, ut homo permaneat in peccato. Confirm. & præoccupatur evasio tacita. Si indignatio Dei se haberet pro priori, & ut fundamentum ad perseverantiam moralem aversionis, hæc causalis esset vera: *Quia Deus indignatur Petro, qui peccavit in A, pro instanti B,* Petrus est habit. aversus Deo, proindèque, immundus, & peccator coram ip-

23

Alia impugn. solvitur.

Confirm.

ipso. Sed prædicta causalis vera non est: ergo. Prob. min. Petrum esse habitualiter à Deo aversum, & immundum coram ipso, est illum esse Deo abominabilem, dignumque eius indignatione. Sed falsum est Petrum esse abominabilem Deo pro instanti B, dignumque illius indignatione, quia Deus tunc indignatur contra illum, ut mihi videtur evidens: ergò prædicta causalis &c.

24 Urgetur.

Urget. De Petro, qui peccavit in A, & cui non est remissum in B, verificatur cum omni proprietate Deum iustissimè indignari Petro pro instanti B: ergò quia in illo instanti Petrus propriè meretur, estque dignus tali indignatione. Siquidem de ratione iustitiæ etiam punitivæ est tribuere unicuique, quod ei debetur ex iure. Sed Petrum pro instanti B mereri odium, & indignationem Dei est illum permanere moraliter in esse peccatoris, sive in esse Deo abominabilis: ergò odium, & indignatio ex parte Dei, non prærequiruntur, sed potius consequuntur ad perfever. moralem aversionis.

25 Rat. doctrin. datę.

Ratio à priori provenit ex discrimine inter amorem Dei, & odium. Amor enim divinus, cum sit causa omnis boni, & infundens bonitatem in rebus prędecit illam. Quapropter non ideo aliquid amatur à Deo, quia bonum, sed è converso. *At vero odium Dei non est causa malitiæ, utpotè sanctum, & iustum: qua ratione* nō ideò homo est malus moraliter ex peccato, quia odio habetur à Deo, aut terminat illius indignationē; sed potius è contra. *Unde constat odium, & indignationem erga peccatum in B non prærequiri ad eius perseverantiam; licet prærequiratur permissio durans usque ad instans B; subindèque asserere peccatum posse non perseverare moraliter in B, quia potest deficere odium ex parte Dei pro tali instanti, non est procedere aliquomodo à priori. Videatur M. Prado ubi sup. à n. 21. probans repugnare essentialiter aversionem voluntariam à Deo, ut fine ultimo, remitti absque aliqua retractatione formali, vel eminentiali.

* De quo 1. p. q. 20. a. 2. & ista pissimè alibi.

§. V.

TERTIA CONCLUSIO.

Probatur idem de aversione, quam dicit peccatum actuale, à regula rectæ rationis, & legis divinæ.

CUm peccatum iuxta definitionem Magn. Par. explicatam à Div. Thom. hic quæst. 71. art. 6. sit contra legem æternam, ut primam regulam moralitatis, & contra rectam rationem naturaliter, aut supernaturaliter instructam; quoties homo peccat læthaliter, datur in illo duplex aversio. Una à regula rationis prohibente illius transgressionem; alia vero à Deo, ut fine ultimo, quæ subsequitur ad primam; & ratione cuius peccatum sortitur, denominationem, & speciem peccati mortalis. Ita Sanct. Doctor ubi supra, & quæst. 73. ar. 7. Sit exemplum in furto. Hoc enim contrariatur directè legi æternę, & rationi rectę prohibenti ipsum. Rursusque, quia homo per illud ita inordinatè afficitur ad pecuniam, ut propter ipsam Deum contemnat; recedit, & avertitur ab ipso, ut fine ultimo. Ratione primæ inordinaitonis furtum est malum moraliter; ratione secundę est malum in specie peccati lęthalis. 2. notandum, quod licet iuxta plures ex Advers. malitia moralis illius consistat in positiva dissonantia ad rectam rationem, & nullam importet privationem rectitudinis inhærentem actui; attamen negare nequeunt talem actum esse verè inordinatum, & ratione illius voluntatem permanere privatam recto ordine rationis, & conformitate cum lege; in qua privatione consistit obliquitas moralis eiusdem voluntatis. Hanc inordinationem, sive aversionem à regula rationis, appellat D. Thom. hic q. 109. a. 7. *corruptionem naturalis boni ex peccato derelictam.*

26 Noto 1.

Secundo.

27 Ratio probat.

His positis probatur conclusio. Repugnat peccatum habituale remitti à Deo manente in homine

illa deordinatione, secundum quam homo avertitur à recta ratione, & lege divina. Sed secluso omni dono intrinseco manet in homine, qui peccavit, prædicta deordinatio: ergò secluso illo nequit resitti peccatum. Mai. constat. Nam quandiu permanet talis deordinatio, manet homo dignus odio Dei, & exprobabilis; cum talis deordinatio sit mala moraliter, Deo displicens, & digna pœna æterna; *& id quod habet malitia ut quo, habeat ut quod subiectum illa affectum.* Min. vero probat. Prædicta deordinatio tandiu permanet in voluntate, quandiu permanet voluntas moraliter pravè affecta circa obiectum recta ratione, & lege divina prohibitum; Sed secluso omni dono intrinseco gratiæ, manet necessario in homine, qui peccavit, voluntas, ut moraliter, sive habitualiter pravè affecta circa obiectum sic prohibitum: ergò. Prob. min. Repugnat voluntatem hominis quoad suas affectiones realiter immutari secluso omni dono intrinseco; ratio enim *affectivæ* in voluntate, vel quoad prosecutionem, vel quoad fugam, est ipsi intrinseca. Sed voluntatem pravè affectam habitualiter circa obiectum prohibitum desinere esse sic pravè affectam, est voluntatem realiter immutari quoad sui affectionem: ergò.

28 Prob ex D. Thom

Doctrina huius rationis traditur à S. D. q. 24. de Verit. art. 12. *Quamvis homo, qui est in peccato mortali non habeat habitum vitij, voluntas tamen peccantis derelicto bono incommutabili, bono commutab. quasi fini adhæsit, & eiusmodi vis, & inclinatio, manet in eo quousque iterato bono incommutabili quasi fini adhæreat.* Idem docet in 1. dist. 1. quæst. 4. ar. 1. ad 4. & hac 1. 2. quæst. 109. ar. 8. ex quo probat hominem existentem in peccato læthali non posse diu perseverare absque lapsu in novum peccatum; eo quod propter adhæsionem voluntatis, & inclinationem, quæ permanet in illa ad finem inhonestum præconceptum; connaturale est prosequi illud obiectum, quod ipsi proponitur, ut consonum fini pravo. Ex quibus constat voluntatem post actum peccati læthalis manere permanenter inclinatam ad finem inhonestum, & hoc quidem independenter ab aliqua ordinatione extrinseca Dei, sed unicè ex ipsa natura peccati læthalis, vi cuius voluntas habet bonum inhonestum, ut finem ultimum ei se totaliter subijciendo. In idem redit doctrina Sanct. Doct. hac 1. 2. quæst. 88. ar. 2. probantis inordinationem peccati læthalis esse de se permanentem, & irreparabilem, ideoque reatum pœnæ æternæ inducere.

29 Alia ratio.

Ex his deducitur sequens ratio, quam deducit Illust. Godoy in 1. 2. tract. de Peccat. disp. 33. à num. 72. quæ pro præsenti instituto efficacissima est. Volitio boni ut finis ultimi, est maximæ virtutis, & efficaciæ: ergò prædicta volitio relinquit hominem veluti defixum, & permanenter inclinatum ad illum, quousque retractetur formaliter, vel eminenter. Sed omne peccatum læthale est amor boni creati, ut finis ultimi: ergò relinquit voluntatem veluti defixam, & permanenter inclinatam in illud, quousque retractetur. Quomodo ergò solo extrinseco favore Dei auferri valet à voluntate? Quid enim proderit, quod Deus non indignetur, aut si velis, non odio habeat peccatorem, ut illa inclinatio pravà voluntatis eradicetur ab ipsa? Deus in Cœlo, & voluntas pavimento terræ adhærens. Confirm. exemplo actus charitatis, Confirm. per quem homo diligit Deum, ut finem ultimum simpliciter, se, & omnia sua in illum referendo; est enim tantæ virtutis, & efficaciæ, ut quamvis physicè transierit, omnia opera honesta referantur virtualiter in Deum, ideoque sunt meritoria vitæ æternæ. Nec solum prædicta opera, verumetiam ipse homo manet habitualiter conversus in Deum, ut finem ultimum. Sed actus læthaliter peccaminosus non est minus efficax, ut reddat peccatorem, eiusque voluntatem conversam, & permanenter inclinatam in bonum commutabile, quod elegit, ut finem ultimum:

Ult.prob. mum: ergò ex vi talis peccati &c. Denique prob. Eo prædicta deordinatio posset destrui sola voluntate Dei; quia Deus nollet punire talem deordinationem, vel quia posset suspendere odium illius; sed neutrum sufficit ad illius destructionem; ergò. 1. pars minor. constat. Nam Deum nolle punire peccatum est non imputare illud ad pœnam, quod non sufficit ad veram remissionem illius consistentis non in reatu, sed in dignitate ad pœnam. Qua ratione, & si Deus peccata damnatorum nolit punire, non tamen propter hoc remittuntur eis. Quoad 2. probat. Prædicta deordinatio in sua perseverantia morali non prærequirit odium, aut displicentiam Dei: Ideo enim Deus iustè displicet in deordinatione proveniente ex fractione legis, quia in se est mala moraliter: ergò talis deordinatio in sui perseverantia morali, non dependet à priori à displicentia divina.

Consequent. patet. Nam ab eisdem causis, à quibus operatio moralis dependet quoad sui primum esse, ab eisdem, prout non retractatis, pendet quoad sui perseverantiam moralem: ergò si displicentia Dei supponit pro priori deordinationem voluntatis quoad primum sui esse, nequit non supponere etiam ut continuata perseverantiam moralem illius. Tum quia etiam si cessaret odium ex parte Dei circa prædictam fractionem legis (ut aliqui Adversar. possibile existimant) adhuc verificaretur ius divinum manere læsum; proindèque maneret etiam in homine vera obligatio satisfaciendi Deo, fundata in violatione iuris divini. Atqui huiusmodi violatio est essentialiter mala moraliter, & imputabilis ad culpam: ergò. Ex his constat præsentem conclusionem posse clarioribus terminis propugnari, scilicet: *Repugnat peccatum læthale, quatenus dicit deordinationem oppositam dictamini rectæ rationis, & legi divinæ, remitti absque intrinseca mutatione peccatoris.*

30

31 Si dicas. Nec valet dicere cum Ripalda. Peccatum, ut oppositum legi naturali, posse remitti extrinseco favore Dei. Siquidem Deus est Supremus Dominus naturæ rationalis; unde sicut Respublica, vel Magistratus, potest remittere delicta contra leges Reipublicæ, multo magis poterit Deus remittere delictum, quatenus opponitur legi naturæ rationalis. Non, inquam, valet. Nam & si Respublica, aut Princeps, possit remittere delictum contra illius legem commissum, remissione non imputante, seu obligante ad pœnam; secus tamen remissione destruentem inordinationem delicti ob violationem legis contractam. Unde si Respublica iudicaret de omni inordin: talis delicti, & per comparationem ad obedientiam legi æternæ debitam; æstimaret talem hominem ut exprobabilem, & contemptu dignum, quousque pœniteret se subijciendo legi. Cum ergò Deo displiceat peccatum oppositum rectæ rationi naturali ratione suæ intrinsecæ deordinationis, eiusque destructio necessario includat defectum talis deordinationis, nequit à Deo remitti sine immutatione intrinseca peccatoris. Reijcitur

§. VI.

QUARTA CONCLUSIO.

Idem dicendum de peccato quantum ad condignitatem pœnæ æternæ.

32 DIvus Thomas quæst. citata de Verit. a. 2. asserit: *Peccatum consideratum etiam quatenus reddit peccatorem dignum pœna æterna, quæ est carent. gloriæ, non posse remitti sine dono gratiæ.* Pro cuius intelligētia advertendum: aliud esse hominem ordinari, & destinari actu ad pœnam æternam; aliud vero hominem ratione peccati esse dignum, ut à Deo pœna æterna puniatur. Constat hoc à simili in unione hypostatica, aut gratia sanctificante. Licet enim Deus possit non ac-

ceptare, nec destinare animam his gratijs præditam ad æternam beatitudinem, nequit tamen auferre ab illa, quod sit digna, gaudeatque iure morali, & quoad sufficientiam ad vitæ æternę consecutionem. Constat hoc etiam in peccatis damnatorum, quæ licet non demereantur in actu 2. pœnam æternam, nec ratione illorum homo obligetur ad illam; quia talia peccata sunt commissa extra statum meriti, & demeriti; attamen propter illa verificatur hominem esse dignum in actu 1. & quoad sufficientiam pœna æterna. Hinc à Theologis *Reatus* ex peccato proveniens communiter accipitur in duplici sensu; scilicet, pro reatu demeriti in actu 2. consistente in obligatione ad pœnam æternam proveniente ex divina voluntate, destinante, & ordinante ad illam peccatorem. Hic autem reatus, utpotè ex Dei ordinatione proveniens, non est malus moraliter; nec dicitur reatus culpæ, sed pœnæ. 2. accipitur *Reatus* pro condignitate, tum ad odium Dei, tum etiam ad pœnam æternam; in quo sensu communiter dicitur *Reatus culpæ*. Et quamvis frequentior sententia non constituat peccatum habituale per huiusmodi reatum; attamen communiter sentiunt esse inseparabilem à peccato habituali. His positis.

Duplex acceptio reatus.

33 Ratio proponitur.

Probatur. Repugnat peccatum vere remitti à Deo, quin ex vi talis remissionis homo desinat esse dignus æterna damnatione; sed nequit homo, qui peccavit, huiusmodi dignitatem amittere sine dono intrinseco gratiæ: ergò repugnat sine illo verè remitti peccatum. Maior constat. Tum quia talis dignitas est mala moraliter, reddensque hominem vituperabilem, & congruum terminare indignationem Dei; ita Sanct. Doct. hac 1. 2. quæst. 87. art. 1. probans id ipsum ex S. Dionysio cap. 4. de Divinis Nominib. dicente: *Puniri non est malum, sed fieri dignum pœna.* Tum quia esse pœna æterna dignum, est iuxta D. Gregor. *Esse filium iræ, filium vindictæ, filium gehennæ*, quæ expressiones sunt propriè malitiæ mortalis. Tum quia pœna, utpotè iusta, debet esse pro meritis; sed non bonis: ergò malis. Tum quia talis dignitas est saltim proprietas peccati læthalis; quemadmodum condignitas ad gloriam est proprietas gratiæ sanctificantis; sed repugnat destrui peccatum quoad essentiam manente illius proprietate: ergò. Min. vero probat. Homo redditur dignus æterna damnatione per peccatum, quatenus ratione illius transgreditur ordinem divinæ iustitiæ, se avertendo à Deo ut fine ultimo, & se convertendo ad creaturam ut finem: ita Sanct. Doctor hac 1. 2. quæst. 87. art. 1. 2. 3. & 6. ergò nequit deficere reatus pœnæ æternæ, prout hic consistit in condignitate ad illam, nisi ablata per prius aversione à Deo ut fine ultimo, & restaurata integritate iustitiæ: *Quamdiu enim manet causa, hoc est, perversitas ordinis iustitiæ relatè ad Deum, necessario manet Reatus.* * Ita Sanct. Doctor art. 1. Sed, ut constat ex dictis in antecedent. aversio voluntaria à Deo ut fine ultimo, & perversitas ordinis divinę iustitiè, quatenus homo avertitur à lege divina, & recta ratione, nequit auferri sola voluntate extrinseca Dei: ergò nec condignitas quoad sufficientiam potest &c.

* Idem expresse in 4. d. 16 q. 3. a. 1.

34 Confirmat.

Confirmat. Ideò condignitas ad pœnam æternam, prout differt ab obligatione in actu secundo subeundi illam, posset sola voluntate Dei remitti; quia penderet à divina ordinatione illam inferente, aut causante; sed hoc est falsum: ergò. Prob. minor. Talis condignitas consequitur ad peccatum lęthale, quia transgreditur ordinem divinæ iustitiæ; ita Sanct. Doctor ubi supra art. 6. Sed actum peccati læthalis esse transgressionem ordinis divinæ iustitiæ non dependet ab aliqua ordinatione divina; cum in tali transgressione malitia læthalis consistat: ergò. Explicatur hoc. Si aliqua ordinatio ex parte Dei posset prærequiri, ut peccatum læthale esset condignum pœna æterna, esset, aut decretum infligendi illam; aut decretum, vi cuius ho-

Comfir.

Explicat.

homo obligatur,& destinatur ad pœnā æternam.Sed neutrum exdecretis prærequiritur, ut in peccato læthali sit condignitas in actu 1. & quantum est in se ad pœnam æternam: ergò. Min. constat in peccatis damnatorum quantum est ex se, & quo ad sufficientiam, dignis puniri pœna æterna; & tamen utrumque decretum supra descriptum deficit in Deo circa talia peccata.Constat hoc etiam in malitia peccati læthalis, quantum est ex se digna, ut homo anihiletur; & tamen ad huiusmodi condignitatem nullum requiritur decretum ex parte Dei.

35 Si Resp.

Nec valet dicere: Huiusmodi dignitatem contractam per peccatum commissum in A, quoad sui perseverantiam moralem in B, nō requirere aliquam ordinationem positivam ex parte Dei; requirere tamen carentiam voluntatis remissivæ illius, vel saltem requirere carentiam voluntatis displicentiæ, & indignationis pro instanti B. Unde posito, quod Deus velit peccatum remittere in B, & cessare ab odio, & indignatione pro tali instanti; (quod totum fieri potest sola voluntate extrinseca,) cessat in tali instanti dignitas ad pœnam æternam. Reijcit. 1. Non, inquam, valet 1. Et si carentia voluntatis remissivæ peccati prærequiratur, ut dignitas ad pœnam æternam perseveret moraliter; restat tamen difficultas, An talis voluntas, prout remissiva, necessario ponat in voluntate aliquod donum intrinsecum, vel non? Primum defenditur a Thomistis, & est id,in quo punctum præsent. difficultatis consistit; Secundum vero propugnatur ab Adversarijs.Unde doctrina huius solutionis hæret principijs. Nihil enim certius ad perseverantiam privationis visus v. g. prærequiri carentiam decreti divini auferentis dictam privationem. Sed tamen quia privatio auferri non potest, manente subiecto, sine positione formæ, cuius est privatio, ineptè quis oppositum probaret, ex quo carentia talis decreti est auferibilis unicè per decretum extrinsecum creaturæ.

2. Displicentia, & indignatio Dei non se habent aliquomodo pro priori, ut peccatum commissum in A sit in instanti B dignum puniri pœna æterna: ergò carentia odij, & indignationis ex parte Dei pro instanti B, non infert à priori perseverantiam dignitatis ad pœnam. Antecedens probat. 1. Nam iuxta plures ex Adversar. stat permanere moraliter peccatum, proindèque condignitatem quantum est ex se ad pœnam æternam, & Deum suspendere displicentiam, & indignationem contra peccatorem; eo quod malitia illius est finita, proindèque impotens necessitare divinam voluntatem. 2. Nam hæc causalis est falsa: *Petrus in instanti B attenta malitia peccati est dignus puniri pœna æterna, quia ratione illius displicet Deo: cum potius sit verum e converso*: ergò. 3. Condignitas ad displicentiam, & indignationem Dei, non habetur ratione displicentiæ, aut indignationis; cum motivum ad aliquem actum adæquate præsupponatur ad illum. Sed perseverare moraliter condignitatem ad odium, & indignationem Dei, necessario fundat condigniratem ad pœnam æternam: ergò si condignitas ad odium non pendet aliquomodo ab odio Dei, nec similiter condignitas ad pœnam æternam: ergo ex defectu displicentiæ, & indignationis ex parte Dei, non infertur à priori defectus condignitatis ad pœnam æternam: ergò quærenda est alia forma destructiva talis condignitatis præter carentiam displicentiæ, & indignationis ex parte Dei. Sed,ut hæc melius percipiantur.

36 Reijcit. 2.

Secundo,

§. VII.

Occurritur fundamento cuiusdam Magistr. contra rationem adductam.

MAg. Torres ubi sup. num. 37. ut probet suam conclusionem ratione speciali (quam etiam subtilem appellat) duo sup-

37

Suppon. 1. ponit. 1. Deum in alia providentia posse hominem, qui peccavit, nec diligere amicabiliter, nec odio inimicitiæ prosequi: hoc in quit, videtur clarum. Tum quia Deus est liberior homine; sed homo potest graviter offendentem ipsum, nec odio habere, nec illum positivè amare: ergò. Tum quia nulla datur necessitas metaphysica, ut Deus graviter offendentem ipsum aliquando amet illum amicabiliter, ut est certum; deindè, nec ut illum odio habeat, ut est communis Theologia; eo quod peccatum non est malitiæ simpliciter infinitæ, & dato quod necessitaret ad odium sui, non tamen ad odium hominis propter peccatum: ergò prima

Secundo. suppositio est vera. Suppon. 2. Deum posse obligari hominibus ex sua libera voluntate, & promissione, ex stricta iustitia ad quæcumque possibilia voluerit, ut frequenter tenent Thom. tract. de Merito iusti. His suppositis sic arguit.

38 Potest Deus in alia providentia hominem, qui mortaliter peccavit, nec odio inimicitiæ, nec amore amicitiæ prosequi, sed utrumque omittere: ergò potest nolle

Format. argum. utrumque, & promittere se obligare homini ex iustitia, ut nec illum amet, nec odio prosequatur. Añs. constat ex suppositis, & conseq. patet. Quia Deus potest reflexè suos actus liberos velle, & nolle. Nunc sic. Sed talis nolitio simul cum promissione esset remissio peccati: ergò cum aliunde non esset voluntas infusiva gratiæ, aut alterius formæ expulsivæ peccati (aliàs esset amor amicabilis circa hominem) esset remissiva peccati sine ullo dono intrinseco. Min. subsumpt. prob. Talis volitio simul cum promissione excluderet à Deo ius ad odium hominis; sed cessante tali iure nequit homo denominari peccator; ut de

Mai. prob 1. se constat: ergò. Mai. prob. 1. Ex vi talis volitionis, & promissionis homo acciperet à Deo ius strictum ad carentiam odij: quia supponimus Deum se obligare ex iustitia: ergò in Deo non esset ius strictum ad odium: aliàs in Deo, & homine ponerentur simul duo iura stricta ad contradictoria. 2. Posita tali promissione, & obligatione, Deus iniuriam faceret homini, si illum odio haberet: ergò in homine tunc non esset ius strictum, & dignitas ad odium.

39 Non percipio subtilitatem præiacti argum. Videtur enim mihi in illo misceri aliqua parum solide excogitata. In primis prædictus M. num. 109. tuetur Deum nullatenus posse remittere peccatum in instanti, in quo committitur. Rationem assignat ex eo, quod quamvis Deus possit omittere indignationem, & odium circa peccatum pro instanti, in quo committitur propter summam eius libertatem; non tamen propter hoc peccatum verè remittitur. Siquidem ad hoc requiritur, quod homo non maneat dignus odio Dei, & quod in Deo non sit ius ad illud. Constat autem non esse idem hominem non odio haberi à Deo, ac non esse dignum odio, sive quod in Deo non sit ius ad illud; de quo idem Mag. à num. 88. Nunc sic contra ipsum arguo. Per te potest Deus obligari sua libera voluntate, & promissione ex stricta iustitia ad quodcumque possibile voluerit: ergò potest Deus nolle, & promittere, seque obligare ex iustitia homini actualiter peccanti, ut illum non odio habeat pro tali instanti. Conseq. patet. Quia talis carentia odij est iuxta arguentem Deo possibilis, & potest Deus nolle, aut velle reflexè suos actus liberos. Nunc sic. Sed nolitio odij, & indignationis simul cum promissione, & animo se obligandi ex iustitia, iuxta tuam doctrinam, est remissio peccati; utpote cessio iuris in Deo ad odium: ergò inconseq. procedis admittendo possibilem omissionem odij in Deo circa peccatum pro instanti in quo committitur; & aliunde negando possibilitatem remissionis illius.

Retorq. argum.

40 Nec probationes, quas adducit, ut neget necessitatem, ut Deus hominem, qui peccavit, odio habeat, vel amicabiliter diligat, assumpt. suadent. 1. enim, quæ desumitur à paritate hominis, qui potest graviter offen-

Prob. adduct pro 1. supp. insunt efficac.

offendentem ipsum, nec odio habere, nec positivè diligere, aliquid probat: quia, videlicèt, talis omissio in homine non provenit ex libertate præcisse, sed ex imperfectione ex parte cognitionis, quæ præscindere potest ab eo, quod odio habere, vel amare offendentem, proponatur ipsi ut conveniens. Deus autem cognoscere debet odio habere, vel positivè amare peccatorem pro instantibus sequentibus esse ipsi conveniens; cum debeat habere curam, & exercere aliquam providentiam circa hominem peccatorem; omittendo autem utrumque exercitium, nullam providentiam exercere valet. Patet hoc assimili; nàm etsi homo benè faciens alteri possit pro alijs instantibus suspendere amorem, & nolitionem positivam circa beneficij conservationem; non tamen Deus donans gratiam homini; siquidem necessitatur pro alijs instantis, ut velit, vel nolit illius conservationem.

41 Alia probat. deficit.

2. Probatio deficit, ex quo procedit à suppositi: determinata ad confussam negativè, scilicèt; * non datur necessitas metaphysica, ut Deus hominem, qui peccavit, aliquando amicabiliter diligat (ut est certum) nec ut illum odio habeat propter peccatum, *cum hoc non sit malitiæ infinitæ.** Hæc enim probatio solum concludit non dari necessitatem ad unum ex illis determinate, secus vero ad aliquod vage. Datur enim necessitas, ut Deus remittat, vel non remittat peccatum, & ut sit, vel non sit peccatum. Si enim perseverat peccatum, illud odio habetur à Deo; si non perseverat; hoc provenit iuxta S. Doct. quia Deus paccatur homini, & illum diligit infundendo gratiam, vel saltim aliud donum inconiungibile cum peccato: ergò talis probatio supponit probandum, & hæremus principijs difficultatis. Sed instat, quod etiam si existat peccatum, potest Deus illum non odio habere; cum non sit malum infinitum. Adhoc Respond. non officere libertati Divinæ necessitari ad odium peccati ex suppositione libera suæ permissionis circa primum esse, vel perseverantiam illius. Talis enim necessitas spectat ad rectitudinem Divinæ voluntatis, quæ sicuti necessario amat suam bonitatem; hoc ipso, quod cognoscat peccatum esse ei oppositum, necessario ex suppositione permissionis illud odio habet.

Instab. 1. Respond.

Rursus instat: quod ut Deus omittat odium peccati, & hominis propter peccatum, non requiritur talem omissionem provenire ex amore infusivo alicuius doni excludentis peccatum. Adhoc Resp. esse sine probatione dictum, ut videre est in Decreto inferendi homini cœcitatem, & à quo cœcitas pendet in sui conservatione, ut à non agente; quodquidem Decretum deficere nequit, nisi per Decretum positivum communicandi potentiam vitivam. 1. Solutio est asserere Deum esse necessitatum methaphysicè ad odio habendum hominem, qui ipsum graviter offendit, vel ad illū amicabiliter diligendum stricta amicitia; si gratia habitualis necessario requiratur ad remissionem peccati; vel amicitia secundum quid, si ad dictam remissionem sufficit actus charitatis. Hæc dicta sunt de necessitate purè vaga, & ex suppositione quod homo perseveret quoad sui existentiam. Rationē huius necessitatis facilè est probare eodem fundamento, quo probatum relinquimus: non posse remitti peccatum, nisi dono intrinsi: auferat: macula, & aversio a Deo habit: manens in peccatore. * Et quidē cum remissio peccati sit maximum beneficium saltim negativum, impossibile est Deum remittere homini peccatum, quin illum propriè diligat, licèt non dilectione causante aliquod donum intrinsecum, benè tamen intrinsecum moralit: & maximæ æstimabilitatis. Undè si ponere necessitatem vagam ad odium, vel huiusmodi dilectionem, non officit Divinæ libertati, idem dicendum de dilectione positiva infundente gratiam.

42 Instab. 2. Respond.

Respond. ad 1. suppositi.

*Pro hoc sunt testim. S.D. asser: post peccatū non dari statum medium.

2. Solutio est: Admittendo Deum posse omittere odium, & etiā amorem positivum circa peccatorem relatè ad alia instantia; insuper-

43 Alia sol.

que

que admisso etiam Deum velle reflexe omissionem utriusque, simulque promittere omittere odium, & amorem relatè ad instans, *B.* v. g. adhuc tamen non remitteretur peccatum. Constat hæc solutio primo ex instantia adducta contra ipsum arguentem, & admittentem possibilem omissionem odij circa peccatum pro instanti, in quo committitur, proindequè possibilem promissionem Dei de tali omissione. 2. Quia ex tali promissione non advenit homini aliquod ius strictum, ut non odio habeatur à Deo. Siquidem ex vitalis promissionis Deus non efficitur debitor homini, sed sibi ipsi, in quantum debitum est, ut sua ordinatio, & promissio adimpleatur. Unde dicendum; quod si Deus in sensu compositio talis promissionis odio haberet hominem, esset quidem infidelis, sed non iniustus, nec iniuriam aliquam ei irrogaret. Constat etiam hoc in casu, quo Deus promitteret unionem hypostaticam sub conditione actus honesti naturalis; quin propter hoc daretur ex parte hominis ius strictum ad unionem.

44 Sidicas Respond.

Nec obstat, quod argum. loquitur de promissione, qua Deus se obligaret ex stricta iustitia. Non, inquam, obstat; siquidem hoc debebat probari; stricta enim iustitia ex parte Dei dicitur relativè ad veram condignitatem, & ius strictum ex parte hominis; cumque nihil horum detur in præsenti, nequit Deus se obligare ex stricta iustitia. Opinio Thomist. tuentium Deum supposita promissione esse obligatum ex iustitia ad collationem gloriæ per modum coronæ, nihil refert: Nàm talis promissio solum ponitur ut conditio adhoc, ut homini sit debita gloria propter merita, quæ aliunde supponuntur æqualia moraliter cum illa, & in actu 1. & quoad sufficientiam digna illius consequutione. Istæ autem circunstantiæ non occurrunt in præsenti.

45 Alteri Resp.

Hinc facilè solvitur alia instantia. Supposita tali promissione debetur homini carentia odij, & indignationis propter peccatum: ergò non est dignus odio Dei. Solvitur, inquam, disting. añs. debito purè extrinseco ex promissione Dei provenienti, conced. añs. debito intrinseco, neg. añs. Vel aliter debito iustitiæ, neg. añs. debito fidelitatis, subdisting. auferente quoad efficaciam odium Dei, conced. añs. auferenti condignitatem, & sufficientiam ad illud, neg. añs. Quod explicari potest, tùm in Decreto efficaci, seclusa promissione illius, non odio habendi peccatorem: tùm in Decreto quo denegavit concursum igni Babylonico ad comburendum. In quibus in actu 1. & quoad sufficientiam erat debitus concursus, & odium; in actu vero 2. & quoad efficaciam, erat debita extrinsecè, & ex parte ordinationis Divinæ carentia utriusque.

46 Si iterum instes: Respond.

Si dicas. Promissionem acceptatam dare verum ius promissario. Respond. hoc solum posse tenere verum de promittente, & potente abdicare à se dominiũ rei promissæ; quod in Deo locum non habet: quia est supremus Dominus omnium donorum; proindequè potens uti illis absque iniuria alterius. Pro maiori argumenti confutat: advert: Deum supposita promissione dandi gloriam benè operantibus, manere obligatum ad illius collationem posse dupliciter accipi: 1. ita ut Deus sit obligatus à iure creaturæ; ideòquè sit debitor respectu hominis: 2. ita ut hæc obligatio non proveniat ab extrinseco iure creaturæ, sed adæquatè ab intrinseco ex vi Divinæ voluntatis. Primo modo non admittitur à Thom. prædicta obligatio adhuc supposita promissione. Ratio est: Nàm iuxta D. Th. 2. 2. quæst. 80. art. 1. ad 3. *Inferiori in quantum tali, non est aliquis obligatus.* Cum igitur homo sub qua vis consideratione, & liberalitate ex parte Dei sit inferior illo, nequit Deus ex promissione obligari modo dicto. Undè solum admittitur obligatio in 2. sensu; quin propter hoc sit in homine aliquod ius adversus Deum. Quantum attinet ad huiusmodi obligationem Deo possibilem ferè eundem effectum causat Decretum efficax conferendi aliquod do-

Adverten dum.

De quo tract. de Merito.

donum creaturæ simul cum revelatione talis Decreti. Siquidem Deus ex vi illius manet obligatus, & necessitatus ratione suæ immutabilitatis, & veracitatis ad illius collationem. Qua ratione Decretum simul cum revelatione est æquivalenter promissio Divina. Sicut ergò Decretum non odio habendi peccatorem simul cum revelatione non poneret in illo verum, & strictum ius ad carentiam odij, sed maneret cum vera condignitate ad illud; ita dicendum de Decreto simul cum promissione.

47 Cuidam quæsito Respond. 1.

Inquires. Si odium, supposita tali promissione, est Deo illicitum; quomodo manet in illo verum ius ad odio habendum peccatorem? Sed, & ego inquiro, si supposito Decreto efficaci conferendi aliquod donum simul cum revelatione, carentia collationis illius est Deo illicita, utpotè oppositа suæ immutabilitati, & veracitati; quomodo Deus ratione supremi Dominij, manet cum iure, & potestate ad non conferendum tale donum? quapropter Respond. 1. talem indecentiam provenire ex oppositione ad Dei fidelitatem, non tamen ad illius iustitiam.

Secundo. Respond. 2. In Deo non manere ius cum potestate consequenti respiciente omnes circunstantias; benè vero cum facultate expedita, & potestate antenedenti ad odium, quantum est ex parte hominis, & attenta indignitate peccati.

48 Arguit. 2. idem M.

Objcies 2. Remissio peccati ex conceptu suo essentiali non requirit formam intrinsecam: ergò &c. Probat. añs. Si Deus haberet voluntatē, qua cederet iuri ad odio habendum peccatorem absque ulla alia forma intrinseca ei donata, peccatum esset illi remissum: ergò remissio peccati &c. Patet conseq. Tùm quia nihil potest existere absque eo, quod exigit ex suo conceptu essentiali: ergò si pro casu existentiæ prędictæ voluntatis, & carentia infusionis doni intrinseci existeret remissio peccati, hæc non exigit &c. Tùm quia benè valet * si gratia existeret sine habitu charitatis, homo esset sanctus: ergò sanctitas non requirit essentialiter habitus charitatis *: ergò pariter benè valet * existente voluntate prædicta in Deo, & absque ulla forma intrinseca, peccatum esset remissum: ergò remissio peccati non exigit &c. * Añs. prob. Si Deus haberet dictam voluntatē absque infusione alicuius doni intrinseci, homo, qui peccavit, non esset dignus, ut iustè odio haberetur à Deo; cum Deus in casu prædicto non haberet ius ad illum odio habendum: utpotè supponimus per talem voluntatem Deum cedere iuri ad iustum odium peccatoris: ergò cum dignitas ad odium sit de essentia peccati, ex vi talis voluntatis remitteretur peccatum.

49 Confirm.

Confirm. Hominem esse, & denominari peccatorem, est illum esse Deo odiosum; sed hæc denominatio potest tolli sola extrinseca Dei condonatione: ergò. Probat. min. Talis denominatio potest tolli per illum actum, quo Deus liberè cedat iuri, quo gaudet ad odio habendum peccatorem, ut est certum, sed condonatio Dei extrinseca se sola est actus, quo Deus cedit prædicto iuri; quia se sola est condonatio peccati, ut ex ipso nomine constat: ergò. Nec valet dicere: Casum esse absolutè impossibilem, scilicèt, dari voluntatē, qua Deus cedat iuri ad odio habendum peccatorem, absque infusione alicuius doni intrinseci. Non, inquam, valet 1. Nàm licèt casus sit impossibilis, hoc non tollit eius utilitatem ad indagandum; an remissio essentialiter exigat formam intrinsecam, vel non: sicuti Theologi frequenter admittunt casus impossibiles ad indagandum conceptum essentialem rerum v. g. si Spiritus Sanctus non procederet à Filio &c. ergò si posita sola extrinseca condonatione consistente in prædicta cessione iuris, intelligitur remissum peccatum, remissio non petit essentialiter &c. 2. & aliter: Præscinde per intellectum dictam cessionem ab omni forma intrinseca, & tùnc inquiro, aut manet peccatum, vel non? Primum dici non potest; cum deficiente in Deo iure ad odium, peccator nequeat esse dig-

Sidicas contra est 1.

Secundo.

dignus illo: ergò dici debet secundum: ergò remissio peccati intelligi potest absque ulla forma intrinseca.

50 Ostendit: arg ineficacia 1.

Miror virum, aliàs mihi experientia doctum, argumento adeo debili iuniti, ut difficultatem gravissimam solo titulo quæstionis resolutam reddat. Si enim condonatio extrinseca se sola est actus, quo Deus cedit iuri, quo gaudet ad odium peccatoris (ut ex ipso nomine constat) cum sit innegabile ex terminis posita tali cessione iuris destrui peccatum; erit innegabile ex vi terminorum peccatum posse remitti sola condonatione extrinseca. Quodquis credet? 2. Eadem forma arguendi potest probari absque ulla dubitatione; posse hominem esse positivè iustum, & sanctum sine omni dono intrinseco, scilicèt; per solam iustificationem, & adoptionem extrinsecam; quod ipse M. cum pluribus alijs negat. Ratio est: Nàm nomine huiusmodi iustificationis, & adoptionis, intelligitur, & significatur id, quod se solo sufficit ad sanctificandum positivè, ut est innegabile. Aliter enim non significaretur aliquid contra asserentes requiri donum intrinsecum gratiæ: ergò illa posita præcisse homo esset sanctus positivè.

Secundo.

51 Respond.

Fatemur frequenter admitti à Theologis hypotheses impossibiles ad indagandas essentias rerum; cæterum cum aliquibus limitationibus. Prima aliud est hypothesim esse implicantem, seu impossibilem; aliud vero esse complicantem, & simul implicantem; prima est utilis pro prædicto assumpto; secus autem 2. cum utrumque inferatur ex illa. Sit exemplum pro prima: *An si Spir. Sanct. non procederet &c.* Hæc est enim de hypothesi purè impossibili; scilicèt, non processionis Spiritus Sancti à filio. Sit exemplum pro 2. *An si Spiritus Sanctus non procederet à filio, qui esset unicè filius, distingueretur realiter ab illo?* Hæc est de hypothesi complicatoria: Nàm ea ratione qua non procederet à filio, non distingueretur realiter. Et ea ratione, qua esset unicè filius, & non Spir. S. necesse est realiter distingui à Spir. Sanct. Idem dicendum in sequentibus. *An si videretur Deus, ut unus, & non ut trinus; talis visio esset Beatitudo? An si videretur præcisse ut unus visione satiante omnem appetitum, talis visio est Beatitudo?*

1. est implicans. 2. complicans.

52 Roborat.

Hinc concedo congruum, & utile esse admittere hypothesim impossibilem ad indagandas essentias rerum; quando, scilicèt, possibilitas, aut impossibilitas hypothesis, non est ex terminis idem cum possibilitate, aut impossibilitate rei, de qua disputatur, & sola voce distincta: quia in hoc casu non remanet locus disputationi, vel discursui. Nunc sic. Sed possibilitas condonationis purè extrinsecæ ex terminis est possibilitas remissionis peccati, absque dono intrinseco; huiusque impossibilitas solo nomine differt ab impossibilitate remissionis sine dono intrinseco: ergò admissio impossibilitatis condonationis purè extrinsecæ, quæ aliunde est iuxta Nos impossibilis, est admissio hypothesis implicantis, & complicantis, proindequè incongrua, & inutilis ad indagandam essentiam remissionis peccati.

53 Ad 1. probar. ant.

His suppositis ad 1. probat. ant. disting. ant. esset remissum peccatum, & non esset, conced. añs. esset remissum præcisse, neg. añs. & conseq. Ratio distinctionis est; nàm ius, quod habet Deus, ut odio habeat peccatorem, provenit suo modo ex ipsa aversione peccati permanenter ei inhærente: non enim homo est turpis habitualiter, & iniustus coram Deo, quia Deus potest iuste illum odio habere; sed è converso. Undè nisi probetur absque forma intrinseca posse à Deo destrui prædictam aversionem, non probabitur Deum posse sine illa cedere iuri ad odium peccatoris.

54 Alijs terminis.

Vel aliter: Esset remissum remissione purè apprehensa, conc. ant. Remissione vera, & possibili, nego ant. & conseq. In alijs enim quæst. de hypothesi impossibili ficto nostri intellectus solum cadit supra hypothesim, & non supra id, quod affirmatur ex illius suppositione.

ne. Sic contingit in præsenti propter motiva supra adducta. Quod confirmari potest exemplo veræ iustificationis, & adoptionis in filium Dei sine ullo dono intrinseco; sic arguendo * posita prædicta voluntate iustificante &c. homo esset positivè Deo gratus, & filius adoptivus Dei; hic enim effectus formalis intelligitur nomine iustificationis purè extrinsecæ, si illa, esto absolutè impossibilis, admittitur ut possibilis: ergò hominem esse iustum positivè non exigit essentialiter donum intrinsecum, * sicut ergò huic instantiæ Respond. solutione à nobis data; ita Respond. instantiæ nobis oppositæ. Ad aliam probat. Resp. eodem modo. Siquidem hominem esse dignum odio Dei, & pœna æterna, præcedit nostro modo concipiendi cum fundamento in re hoc, quod est Deum habere ius ad odium, & pœnæ inflictionem. Ita S. D. in 4. dist. 18. q. 1. art. 4. quæstiunc. 3. ubi asserit: *Indignationem Dei ad nos, esse effectum correspondentem aversioni ex peccato derelictæ.* Undè nisi ponatur ex parte hypothesis aliquid destruens, quasi à priori, vel ratione alicuius doni, condignitatem ad odium, & vindictam fundatam necessario in aversione, est in vanum laborare, & varijs formulis arguendi intellectum molestare.

Ad alia prob.

55 Ad confirm.

Ad confirm. neg. min. Ad illius prob. disting. min. Condonatio extrinseca se sola est cessio iuris &c. in apprehensione tuentium illam ut possibilem, conced. min. in rei veritate, & sine contradictione possibili, neg. min. & conseq. Qui enim tuentur ad remissionem peccati requiri necessario donum intrinsecum, consequenter asserunt hoc complexum *condonatio purè extrinseca* esse repugnans; sicuti hoc: *Iustificatio positiva purè extrinseca.* Nec refert, quod condonatio extrinseca ex vi nominis significat cessionem iuris, & remissionem peccati se sola. Non, inquam, refert: Nàm cum nomina significent sine tempore, restat difficultas circa possibilitatem rei significatæ per nomen; & hanc negamus in præsenti; admissa significatione per tale complexum. Undè ea parte, qua significat condonationem, sive destructionem peccati, nihil involuit repugnans; ea tamen parte, qua significat remissionem purè extrinsecam, pugnat cum remissione peccati iuxta hucusque stabilita. Quapropter sive sit nomen complexum, sive incomplexum *complexe* significatum, constat ex partibus sibi invicem pugnantibus; ut patet assimili in hac dictione *iustificatio purè extrinseca.*

§. VIII.

Solvuntur alia argumenta.

56 Arguit. 1.

OBijcies 1. Potest homo transire de peccatore in non peccatorem sine ullo dono intrinseco: ergò. Probat. añs. Esse non peccatorem distinguitur, a quolibet dono intrinseco; liquidem sunt separabilia inter se, ut patet in homine condito in pura natura, quia nec esset peccator, nec donum intrinsecum gratiæ haberet: ergò potest homo transire de peccatore &c. Prob. conseq. Quia non frigidum, & calidum distinguuntur realiter inter se, potest subiectum transire de frigido in non frigidum sine calore. Similiter, quia esse non sanctum, & esse peccatorem, differunt inter se, potest subiectum transire de sancto, in non sanctum absque peccato, ut si Deus v. g. aufferat gratiam habitualem homini iusto sine culpa: ergò si esse non peccatorem distinguitur a quolibet dono intrinseco gratiæ &c.

57 Confir. 1.

Confirm. 1. Potest Deus hominem, qui peccavit, reducere immediatè ad statum puræ naturæ; sed homo sic reductus careret peccato, & dono gratiæ, ut est certum: ergò potest homo transire de peccatore &c. Prob. mai. 1. Quia Deus ante peccatum potest condere homi nē in statu purę naturę: ergò etiam post peccatum; cum ex suppositione illius non sit minoris potentiæ.

ecundo. 2. Gratia, & peccatum non oppo-; nuntur inter se immediatè; cum detur medium inter illa, scilicet, sta-

ſtatus puræ naturæ. Sed ex duobus, quæ inter ſe immediatè non opponuntur, defectus unius non infert neceſſario poſitionem alterius: ergò poteſt deficere peccatum &c. Neg. añs. ad illius probat. neg. conſeq. Diſcrimen ſtat in eo, quod ratio, quare ſubiectum poteſt tranſire de frigido in non frigidum ſine calore, & de ſancto in non ſanctum ſine peccato, non eſt præciſſe diſtinctio realis aſsignata, ſed dependentia frigoris, & ſanctitatis quoad ſuum eſſe, & conſervari à Deo, ut A. Cumque Deus poſsit ſuſpendere concurſum conſervativum illorum, poteſt fieri prædictus tranſitus ſine aliquo termino intrinſeco. Oppoſitum contingit in peccato habituali, utpotè independenti à concurſu conſervativo Dei.

Solutio.

58 Inſtabis.

Dices: Peccatum habituale ſaltim pro materiali conſervatur à Deo: ergò hoc etiam poteſt deficere per ſolam ſuſpenſionem concurſus illius. Cumque deficiente materiali; deficiat ex conſeq. formale, ſequitur &c. Probat. añs. Iuxta ſentent. ſatis probabilē peccatum habituale, ſicut, & actuale, conſiſtit in aliquo poſitivo: ergò ſicut actuale conſervatur à Deo pro materiali, idem dicend: de habituali. Si ſorte dicatur tale poſitivum in peccato habit: eſſe morale, ideòque à Deo non conſervari; benè vero peccatum actuale includens pro materiali aliquid phyſicè bonum. Contra eſt 1. Nàm ſaltim ſecundum conceptum communem poſitivū entis moralis conſervabitur à Deo; cum prout ſic non dicat deformitatem convenientem ipſi ex conceptu differentiali. Cumque deficiente conceptu generico alicuius ſpeciei deficiat ſpecies; Deo ſuſpendente conſervationem conceptus communis illius, deficiet etiam malitia habitualis.

Sidicas contra eſt 1.

59 Secundo.

2. Et urg. Tale poſitivum morale ab aliquo debet conſervari; ſed non à peccatore: cum iuxta S. Doct. q. 28. de Verit. art. 2. ad 7. *Licèt peccator ſit cauſa peccati quantum ad fieri; non tamen eſt cauſa permanentiæ eorum, quæ ex peccato relinquuntur*: ergò tale poſitivum conſervatur à Deo. Nego añs. ad illius probat. Reſpond. ſolutione data; quin obſtet probatio: Nàm conceptus communis moralitatis; ſicuti præſcindit à bonitate, & malitia; ita præſcindit à perfectione, & imperfectione, & huiuſmodi præciſsio ſufficiens eſt, ut prædictus conceptus nequeat cauſari à Deo, qui ſolum id, quod eſt poſitivè perfectum, valet, producere, & conſervare. Si autem quæras: An talis ratio communis ſit poſitivè improducibilis à Deo? neutrum videtur poſſe dici. Si enim Reſpond. affirmativè erit poſitivè mala. Si vero negativè; nullam dicet repugnantiam, ut producatur à Deo.

Solutio.

Inquires.

60 Reſp. 1.

Reſpond. Nobis ſufficere, quod talis ratio communis non participet poſitivè rationem perfectionis, adhoc ut non producatur à Deo, quidquid ſit, an repugnet poſitivè illam produci à Deo. Deindè Reſp. 2. Prædictam rationem communem eſſe poſitivè improducibilem à Deo. Ratio eſt: Quia res non producuntur, præſertim à Deo, niſi prout ſunt in actu; proindequè in determinata ſpecie, & individuo conſtitutæ. Cum ergò prædicta ratio includat realiter tanquam differentiam malitiam moralem improducibilem poſitivè à Deo, ipſe conceptus communis moralitatis conſtituens ſpeciem peccati habitualis, eſt improducibilis repugnanter à Deo; licèt repugnantia non proveniat ab illo, ſed a differentia, quam neceſſario in eſſe producibilis, includit. Ex his conſtat ad 1. probat.

Secundo.

Ad 1 probat.

61 Ad urg:

Ad urg. Reſpond. S. Doct. ſolum negare peccatum habituale conſervari à voluntate libertate immediata, & dominio formali ad deſtructionem illius, ita ut pro libito ſuo poſsit illud à ſe expellere; non tamen negat conſervari ab ipſa; libertate, & voluntarietate in cauſa. Quod ſi etiam apponit pro cauſa permanentiæ peccati Divinam iuſtitiam; loquitur de cauſa purè negativa, * quatenus non confert gratiam deſtructivam peccati. Ad 1. confirm. poſitam num. 57. Reſpond. ex D. Thom. hic, & quæſt. 28. de Verit. art. 2. ad 4. & 5. Ad Titum 3. lect. 1. quod licèt

* Removens prohibens.

Ad 1. confirm.

cèt gratia, & peccatum absolutè non sint contraria immediatè; secus tamē ex suppositione peccati. Quemadmodum licèt esse cœcum, & videntem, non contrarientur immediatè absolutè respectu Catuli; benè tamen post nonum diem à nativitate sua. Nec quod Deus non possit reducere hominem peccatorem immediatè ad statum puræ naturæ; provenit ex defectu potestatis in illo; sed ex repugnantia termini propter motiva hucusque adducta; sicuti Ex his patet ad 2. non arguit defectū potestatis in Deo, quod hominem cœcum non possit immediatè reducere ad puram notionem visus.

62 Objicies 2. Cessante odio Dei circa peccatorem, peccatum cessat; Arguit. 2. *cum odio sint Dèo impius, & impietas eius.* * Sed potest Deus suspendere odium circa peccatorem absque infusione doni intrinseci: ergò absque illo potest destrui peccatum. Probat. min. Potest Deus suspendere odium circa peccatorem, quin prius nostro modo concipiendi se exerceat per actum amoris erga ipsum: ergò cum infusio doni gratiæ ex amore proveniat &c. Prob. añs. Prædictum odium est Deo immediatè liberum: ergò potest immediatè deficere in Deo; sed defectus immediatus illius est omissio: ergò potest Deus suspendere immediatè odium circa peccatorem. Sed si ad illius suspensionem necessario præcederet amor, prędicta suspensio non esset Deo immed: libera: ergò. Urgetur. Urgetur. Nequit odium erga peccatorem esse Deo immediatè liberum, quin illius contradictorium sit etiam Deo immediatè liberum; si aliunde admittitur in Deo libertas, quasi subiectiva contradictionis. Sed si non posset Deus omittere odium, nisi prius se exercendo per actum amoris, contradictorium illius, scilicet, omissio, non esset Deo immediatè liberum; siquidem inter odium, & omissionem mediaret actus amoris: ergò.

63 Hoc argum. non reputatur efficax à tuentibus posse Deum non odio habere peccatorem in sensu * Sic Ripalda, & Torres. compositò peccati habitualis. * Nec prodest. Si cum his AA. dicas, quod licèt Deus necessario propter rectitudinem suæ voluntatis non possit non odio habere peccatum, dum existit, potest tamen non odio habere subiectum illud committens. Non, inquam, prodest: Nàm, qui displicet in aliqua forma, displicet in effectu formali primario illius; sed respectu peccati effectus formalis primarius est reddere hominem peccatorem: ergò necessario Deus displicet in homine qua peccator est, licèt non in homine, qua homo est, ut omnes fatentur. 2. Qui displicet in malitia peccati, displicet in ipsa ut voluntaria: ergò displicet in illa ut egrediente ab homine: ergò displicet in homine, ut voluntarie illam committente; quodquidem est ponere hominem tanquam subiectum *quod* terminans displicentiam Dei, licèt motivum huius sit malitia peccati. 3. Deus nequit homini communicare gratiam, quin diligat, & complaceat in subiecto, cui gratiam communicat: quod etsi negetur à Ripalda sic probatur. Diligere aliquem est velle illi bonum; sed gratia habitualis est maximum bonum respectu hominis: ergò nequit Deus velle homini communicare gratiam &c. undè constat falsitas prædicti asserti. Nàm iuxta Scripturam Deus utrumque odio habet, scilicèt, *impium, & impietatem illius.*

Dist: excogit: in sui favorem. Reijcit. r. Secundo. Tertio. M. Torres q. 7. à n. 106. ait infuss. gratię essenc: dicere amicit: Dei cum homine.

Hoc omisso Respond. negando min. & illius probationem, uti negatur à D. Thom. differtis verbis ubi supra dicente: *Non posse remitti offensam Dei, quia Deus homini pacetur, nec pacari valet, quin ipsum diligat, nec diligere sine infusione gratiæ, qua homo fit dignus vita æterna.* Probatio adducta in contra solet etiam proponi tractatu de voluntate ad probandum Deum potuisse suspendere omnem actum positivum circa creaturas, proindequè, esse in illo possibilem puram omissionem. Si namque volitio mundi v. g. est Deo immediatè libera; potuit Deus immediatè illam suspendere absque ullo actu positivo inferente omissionem illius. Undè utendo Doctrina, quæ frequenter ibi adhi-

64 Respond.

bet

Stat liberi: immed. sine possibil: puræ omissionis

beri solet à Thom. Respond. omni actui libero posse assignari duplicem defectum immediatum: unum contradictorium; contrarium alterum. Nàm odium v.g. etiam excludit immediatè amorem; cum immediatè illi contrarietur, & contraria sint, quæ mutuo se expellunt. Hac ratione gratia immediatè expellit peccatum, & è converso; licèt peccatum consistat in positivo morali. Idem constat in frigore, & calore in gradibus intensis. Ex qua Doctrina facilis est solutio in forma; cum enim Deus sit immediatè potens decernere infundere gratiam homini, qui peccavit, & tale Decretum sit dilectio hominis; Deus potens immediatè ad dilectionem, est pariter potens ad defectum odij.

65

Explicat. amplius solut.

Sed quia esto unum contrarium excludat immediatè alterum; hoc non fit, nisi causando non esse illius: quæquidem negatio realiter distinguitur à contrario excludente; videtur prædictam exclusionem non esse in omni rigore immediatam. Ideo solutio data amplius explicatur, disting. duplicem defectum, unum formalem, & quasi passivum. Alterum causalem, & quasi activum, 1. consistit in non esse extremi exclusi; 2. in forma excludente. Unde in forma disting. mai. quin possit immediatè deficere defectu formali passivo, neg. mai. defectu causali, & quasi activo, conced. mai. & cum eadem min. disting. neg. conseq. Hic defectus sufficit ad libertatē immediatam; cum libertas Dei sit ad exercitia, non vero ad id, quod virtualiter per modum termini ad illa consequitur. In idem redit advertendo * aliquod exercitium Divinum liberum posse immediatè deficere * dupliciter posse aprehendi, vel ly *immediatè* appellante supra exercitium; vel etiam supra voluntatem relatè ad illud. 1. Salvatur, si exercitium immediatum possit in se deficere, licèt ut sic deficiat, debeat voluntas Divina liberè amans Petrum v. g. prius se exercere per nolitionem circa Petrum, adquam consequitur carentia amoris. Hæc dicta sunt, pronata occasione ad solutionem argum: probantis in Deo possibilitatem puræ omissionis.

Sed demus Deum in suis actibus gaudere libertate contradictionis pura, & non permixta libertate contrarietatis. Adhuc argumentum nihil probat. Nàm licet ex conceptu communi exercitij libeti non repugnet Deum liberè odio habentem peccatorem se exercere immediatè per illius omissionem; repugnat tamen ex conceptu peculiari; siquidem Deus necessario amans suam bonitatem, & maiestatem, necessitatur ex suppositione peccati, quod est aversio à suma bonitate, & contemptus suæ Maiestatis, ad illud odio habendum. Cumque prædictum odium non sit causa peccati, sed potius quid obiectivè consecutum ad existentiam illius, nequit deficere odium in Divina voluntate, nisi per prius deficiat in peccatore aversio, & offensa Divinæ Maiestatis. Hinc provenit, Deum ad omissionē talis odij prius debere se exercere per actum positivum amoris infundentis donum intrinsecum exclusivum aversionis, quæ est motivum illius.

66

Amplior solutio admissa libert: puræ contrad:

Sit aliquale exemplum pro Doctr. solut. in privatione visus, v. g. quæ cum contingenter suo modo afficiat subiectum, & Divina voluntas sit radix omnis contingentiæ; necessario pendet in sui permanentia à determinatione libera Divinæ voluntatis: vel, qua positivè velit cœcitatem, vel, qua nolit positivè existentiam visus (nè sit litigium). Hinc sequitur deficiente tali determinatione libera defecturam ipsam privationem. Cumque hæc deficere nequeat manente subiecto, nisi adveniente visu, (ad cuius adventum necessario prærequiritur ex parte Dei Decretum positivum producendi visum:) de primo ad ultimum infertur, Deum liberè nolentem existentiam visus non posse se exercere immediatè per omissionem nolitionis, sed per Decretum positivum inferens illam. Deindè argumentum instatur in præsenti providentia, in qua Deus remittit peccata per infusionem gratiæ; proindeque omis-

67

Explicat: Doctrin. data.

sio

sio odij circa peccatorem consequitur virtualiter ad amorem amicabilem infusivum gratiæ ; quin propter hoc dicatur Deum non se exercere libertate immediata transeundo, ut ita dicam, de odio ad amorem. Nec fortè dicas : De facto præcedere omissionem odij amorem infusivum gratiæ. Nam sequeretur gratiam, ut infusam non esse formam expulsivam peccati ; quod reijcitur à Sanct. Doct. hic quæst. 113. art.6.dicente : *Deus eodem amore, quo largitur gratiam, remittit culpam.*

68 Arg.3. Objicies 3. ex Sanct. Doct. quæst. 7.de Malo art.11.ubi ait : *Nihil aliud est peccatum remitti à Deo, quam non imputari* ; sed non imputatio peccati potest fieri sola extrinseca voluntate Dei : ergò. Prob. min.Deum non imputare peccatum homini,est nolle propter illud punire peccatorem ; sed hoc fieri potest sola extrinseca voluntate Dei, Urget. ut est certum : ergò. Urget. Deum non imputare homini peccatum, est hominem apud Deum non esse reum pœnæ propter peccatum;sicut è contra,homini imputari peccatũ,est esse reum pœnæ ; sed reatus ad pœnam sola extrinseca Dei voluntate potest auferri : ergò. Hinc impugnata manet distinctio tradita à Thomist. de duplici remissione peccati ; una purè non imputativa illius ; altera verè destructiva ; cum iuxta Sanct. Doct. *Remissio peccati sit formaliter* Solutio. *non imputatio illius.* Respond. ex eodem Sanct. Doct. ibidem, ubi ait: *Ad hoc, quod peccatum mortale non imputetur, quantum ad culpam, oportet tolli impedimentum, quod erat ex corruptione principij per novam gratiæ infusionem.* Undè claritatis gratia distingue cum eodem Sanct. Doct. ibidem, duplicem imputationem peccati, scilicet, quantum ad culpam, & quan- *Scilic. obligat. ad pœnã. tum ad reatum pœnæ. Licet ergò hoc secundũ *possit remitti sola extrinseca voluntate Dei ; non tamen

69 primum, de quo procedit quæstio.

Arg.4. ex alij quibus AA. Objc.4.Forma reddens peccatorem absque dignitate ad pœnam æternam, & ad satisfactionem pro offensa, sufficiens est ad remissionem peccati ; cum dignitas ad utrumque sit de essentia peccati. Sed hæc omnia possunt provenire à forma purè extrinseca peccatori : ergò. Prob. min. In casu, quo unus homo constituatur fideiussor alterius, ad satisfaciendum pro illius peccato (uti se habuit Christus Dominus pro peccatis generis humani) si talis homo offerat satisfactionem, extinguitur in homine, qui peccavit, ius ad pœnam æternam, & ad offerendam ulteriorem satisfactionem. Constat hoc in humanis ; Nam si aliquis constituatur, & acceptetur ut fideiussor alterius, hoc ipso quod offerat creditori æquale prætium pro solutione pecuniæ, aut pro recompensatione offensæ ; debitor principalis liberatur à iure solvendi pecuniam, & debitò satisfaciendi. Sed talis casus est possibilis, & aliundè satisfactio oblata est extrinseca peccatori : ergò. Probat argumen- Arg.ineficacia. tum satisfactionem Christi de facto esse formam remissivam peccati, proindèque expulsionem illius non esse effectum formalem secundarium gratiæ ; pro quo vide dicta dub.6.§. Solutio 2.conclus. 1. Nec valet dicere cum cuiusdam P. Marin disp. 7. n. 7. ad vitandum R. hoc inconv. Christum Dom.non satisfeciisse satisfactione propriè accepta, & acceptata à Deo ut tali, sed solum per modum causæ meritoriæ remissionis peccati.

Non, inquam, valet 1. Nam asserere passionemChristi solum fuisse operatam nostram salutem,ut meritũ, & non per modum satisfactionis, pro Reijcit.1 ut distinguitur formaliter à merito ? est expressè contra Div. Thomam 3. part. quæst. 41. art. 1. & 2.& etiam contra Tridentin. sess. 6. cap. 7. * asserens causam meritoriam nostræ iustificationis esseChristum Domin. qui pro nobis in ligno Crucis satisfecit : * ergò dicendum Christum Dom.non solum meruisse remissionem peccati, sed etiam verè, & propriè pro peccatis nostris satisfeciisse.2. Christus Dom. ex fine Secundo. expiandi nostra peccata,&reparandi ius divinum lęsũ per illam,passus est pro nobis.Sed hoc est propriè,&for-

70

maliter satisfacere: sed sic se gessit Christus se offerendo hostiã, & oblationem pro nostris peccatis: ergò. Nunc sic. Sed asserere Deum non accepisse passionem Christi sub munere satisfactionis, & illam fuisse oblatam à Christo Domino sub tali munere, est prorsus voluntarium, & ineptè discernere inter munus meriti, & munus satisfactionis, ut unum fuerit placitum Deo, non vero alterum in ordine ad satisfactionem: ergò. Vide plura ex SS. PP. & Theol. 3. part. tractat. de Satisfactione Christi.

71 Vera Resp.

Respond. Satisfactionem Christi (idem de qualibet alia) non opponi formaliter cum peccato, pro cuius remissione offertur, sed solum efficienter moraliter, quatenus ex valore illius movetur Deus ad destructionem peccati. Cumque hoc consistat in aliquo intrinseco peccatori, nequit intelligi satisfactionem Christi acceptari quoad efficaciam pro remissione peccati, nisi per actum, quo Deus velit auferre à peccatore denominationem intrinsecam aversi à Deo, ut fine ultimo, & simul dignitatem intrinsecam ad privationem vitæ æternæ. Huiusmodi denominationem, sive effectum formalem intrinsecum peccati non posse auferri per aliquid purè extrinsecum, constat ex rationibus probativis supra adductis. Unde nisi oppositum huius probetur, argumentum desumptum ex causalitate satisfactionis purè effectiva moraliter, est prorsus inefficax.

72 Arg. 5.

Obijcies 5. Potest Deus de potentia absoluta anihilare peccatorem; sed tunc casus peccatum illius verè, & propriè esset destructum sine gratia: ergò potest &c. Min. constat: Nam peccatum habituale in quolibet consistat, accidit moraliter peccatori; sed destructo subiecto cuiuslibet accidentis perit necessario accidens: ergò in casu anihilationis peccatoris secundum corpus, & animam &c. Si dicas 1.

Si Resp. 1

Quæstionem solum procedere de remissione peccati propriè sumpta, hoc est, manente subiecto; cum tunc transiret de peccatore in non peccatorem. Si dicas 2. Tunc casus non remitti propriè peccatum, sed permanere moraliter terminans displicentiam Dei. Contra est. Nam possibile est peccatorem anihilari, & iterum produci à Deo. Sed in hoc casu peccatum habituale non reproduceretur in ipso peccatore; siquidem causa reditus non esset homo, qui peccavit, sed Deus reproducens hominem: ergò tunc esset vera remissio peccati. Urg. Si Angelus peccaret in primo instanti, tale peccatum esset à Deo, eo quod operatio incipiens cum esse rei tribuitur agenti dante esse rei; sed hæc doctrina æquè urget in casu præsenti: ergò dicendum nullatenus rediturum esse peccatum habituale, sed esse remissum.

Reijcitur

Urget.

73 2. Sol. ex M. Medina, & Salmant. & à M. Prado approbat. sustinetur.

Prima solutio optima est, & ad sensum, in quo quæstio exagitatur à Sanct. Doct. & Theologis. 2. etiam est bona. Ad instantiam pro casu reproductionis dicimus tale peccatum rediturum; quin reditus illius causaretur à Deo; sed ab anteriori prava voluntate illius nunquam retractata, & permanente moraliter obiectivè in abominatione Dei. Quemadmodum peccatum originale dum contrahitur à posteris, attribuitur Adamo, ut causæ principali; eo quod voluntas, qua peccavit pro illis, licet physicè transierit, permanet moraliter in divina abominatione; cum per pœnitentiam solum retractaverit peccatum, ut fuit personale ipsius, non tamen, prout fuit capitale. Nec est idem de peccato Angelorum, si daretur pro primo instanti; siquidem ex parte illorum nullus defectus, aut causa moralis defectuosa ex parte intellectus, aut voluntatis, præsupponitur in eis; unde solum Authori naturæ ipsorum posset imputari.

74 Instat M. Ferre contra dicta.

Displicent valdè hæc omnia Mag. Ferre. 1. Quia anihilato subiecto anihilantur omnia, quæ ei insunt: ergò peccatum illud, nec virtualiter permaneret: ergò indigeret nova actione ad sui reditum, ueuti illa indigeret subiectum. 2. Falsò dicitur tale peccatum manere

in

in Dei abominatione ; quia quod nullo modo exiſtit, nequit abominari à Deo. 3. In dicto caſu Deus ſumeret adæquatam vindictam, & quaſi ſatisfactionem, de peccato ; cum non poſſet ultra illud punire : ergò non maneret ulterius dignum abominatione Dei. 4. Odium rationale, & iuſtum, nequit tranſire ultrà non eſſe ſimpliciter offendentis : ergò non maneret ille homo dignus abominatione Dei. Propter hæc M. Carraſco diſtinguit inter remiſſionem peccati, & puram deſtructionem illius. Ad 1. aſſerit, requiri ex parte Dei dilectionem circa offendentem ; ad 2. vero ſufficere, quod peccatum tranſeat de eſſe ad non eſſe, eſto indirectè, & per accidens ob defectum ſubiecti offendentis, etiam ſi hoc contingat propter indignationem Dei. Unde cum in dicto caſu defectus peccati ſic contingeret, nullatenus verificatur peccatum poſſe remitti à Deo abſque dono intrinſeco gratiæ.

Tertio.

Quarto.

Quædam Reſp.

75 Hæc tamen non urgent. Non primum : quia anihilatio eſt deſtructio totalis rei per ordinem ad propriam menſuram illius, & quoad phyſicam exiſtentiam ; ſecus vero relatè ad voluntatem divinam acceptantem bonum, aut abominantem malum ; & præcipuè quoad moralem perſeverantiam peccati in carentia retractationis formalis, & eminentialis, conſiſtentem. Per quod conſtat ad 2. Nam ad odium ſufficit phyſicè extitiſſe peccatum, & exiſtere obiectivè in cognitione divina, & in æternitate relatè ad illud inſtans. Ad 3. negatur anihilationem fore pœnam adæquantem gravitatem offenſæ ; cum peccatum mereatur pœnam infinitam. Unde quod non poſſet Deus talem hominem ultra punire, non proveniret ex defectu dignitatis ad illam, ſed ex defectu ſubiecti punibilis. Ad 4. Reſp. Odium deſtructivum rei non poſſe ſe extendere ultra non eſſe offendentis ; ſecus vero odium conſiſtens in diſplicentia circa peccatum ab illo commiſſum.

Ad 1. inſtant.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

76 Solutio tradita à Mag. Carraſco, eſtò ſatis probabilis, non videtur ſatis ad mentem D. Thom. & aliqua ex parte favet Adverſ. Nam eſto anihilatio ex indignatione proceederet, illa tamen poſita ceſſaret indignatio, & odium circa peccatum, & peccatorem ; quin talis ceſſatio proveniret ex ſpeciali dilectione Dei, quod idem dicunt Adverſ. Rurſus. Nam nomine remiſſionis peccati omnes in præſenti intelligunt veram deſtructionem illius, & tranſitum de peccatore in non peccatorem ; ſi ergò eſt caſus poſsibilis, in quo ſine dono intrinſeco gratiæ hæc verificentur ; magna ex parte annuimus Adverſ. relicto litigio de voce, & ſignificatione huius nominis *remiſsio peccati*.

Doctr. M. Carraſco non placet. 1.

Secundo.

77 Obiic. 6. Deus ſola voluntate ſua extrinſeca remittere poteſt, & de facto remittit (vel indulgentiarum beneficio, vel alijs modis) tam intra, quam extra Sacram. pœnam debitam pro peccatis : ſimiliterque relaxat, & diſpenſat vota per ſuum Vicarium abſque infuſione alicuius doni intrinſeci : ergò ſimiliter poterit remittere offenſam ſola extrinſeca ſua voluntate. Conſeq. pater. Tum à paritate. Tum quia ſi 1. accidere poteſt, eo quod ſua extrinſeca voluntate cedit iuri acquiſito ad pœnam per peccatum, & per votum ; etiam cedere poterit iuri ad indignationem erga peccatorem. Nec valet dicere, hominem eſſe obligatum voto, eſſe effectum dependentem ex libera voluntate Dei ; ideòque ceſſante tali acceptatione, vel abſolutè, vel pro tempore determinato, ceſſat obligatio voti. At vero hominem eſſe in peccato habituali, & averſum à Deo, cùm à Dei voluntate non dependeat, nequit tolli denominatio peccatoris ſola extrinſeca Dei voluntate. Non, inquam, valet : Nam licet hominem eſſe peccatorem, ſive in peccato permanere, non dependeat ab aliqua voluntate poſitiva Dei ; pendet tamen à libera voluntate, qua nō vult illud condonare, aut cedere ſuo iuri ad odium, & indignationem : ergò ſicut poteſt relaxare votum per ſolam voluntatem extrinſecam non acceptandi illud, poterit etiam re-

Arg. 6.

Si Reſp.

In contra eſt.

mittere peccatum per eandem voluntatem, volendo illud condonare, & cedere iuri, quod habet ad odium, & indignationem.

78 Argum. parum efficax, utpotè probans ad remissionem peccati directè, & formaliter oppositi dono gratiæ sanctificantis non requiri per se, & ex natura rei mutationem intrinsecam ex parte peccatoris, quod est plus quã falsum, & non rectè percipere qualis sit, & in quo consistat malitia peccati læthalis. Paritas desumpta ex pœna nihil probat: cum enim hæc sit à Deo infligenda; ut illa remittatur, sufficit, quod Deus nolit illam infligere, sive causare. Quemadmodum, ut in homine non sit aliquis dolor, vel cruciatus infligendus, vel per se ipsum, vel medijs causis secundis, sufficit suspendere concursum causativum pœnæ; uti de facto accidit circa peccata damnatorum, quæ Deus non vult nova pœna punire. Si dicas paritatem non solum procedere de remissione pœnæ, sed etiam de debito, & obligatione ad illam, quod quidem oritur ex ipso peccato independenti à voluntate positiva Dei. Resp. cum Illust. Godoy disp. 36. de peccato originali à num. 30. obligationem ad pœnam esse reatum pœnæ, & provenire à Deo sua lege statuente, & taxante pœnam pro culpa; unde non mirum, quod prædicta obligatio sola voluntate Dei possit auferri. Nec obstat si talis obligatio ponatur inadæquatè proveniens à culpa, ut insinuat ex aliorum sententia Illust. Godoy. Non, inquam, obstat: Nam sufficit inadæquatè dependere à divina voluntate, ut ex vi illius se sola possit auferri; species enim sunt sicut numeri. Nec est idē de dignitate ad pœnam, quæ antecedit prædictam obligationem, & consequitur per modum proprietatis virtualis; cum realiter identificetur cum ipsa culpa.

Resp.

Cayet. hic §. ad obiecta.

79 Ad paritatem de voto Resp. 1. Ex illa probari (si paritas est efficax) posse peccatum læthale remitti pro aliquo tempore, & illo elapso redire sub ratione peccati, quod est absurdum. Sinamque, quia obligatio voti pendet ex voluntate Dei acceptantis, potest Deus velle, ut desinat obligatio voti solum quoad tempus determinatum, quo elapso redeat; idem dicendum de peccato, si Deus cedat iuri ad indignationem, vel nolit obligari hominem ad satisfactionem, nisi unicè pro tempore determinato. Ita in præs. M. Bolivar. Nec probatio adducta aliquid suadet. Certum enim est, quod ut peccatum perseveret in B, dependet negativè, & permissivè a voluntate Dei non condonante. Sed cum non admittamus condonationem sine dono intrinseco gratiæ; sola voluntas Dei non sufficit. Ad id, quod dicitur de cessione iuris; infra Resp. *

Ad parit. ex voto.

*. Dubio 17.

Et hæc de hoc dub. applic. litt. M. ubi præc. & tract. de necessit. grat. De peccat. Et de illorum remiss. Et de Sacram.

DU-

DUBIUM XVI.

AN REPVGNET CONDONATIO peccati pure extrinseca titulo offensæ?

§. I.

RESP. AFFIRMATIVE IUXTA MENTEM SANCT. DOCT.

N. 1 TRiplici ex causa sigillatim præfatum titulum examinandum proponimus. 1. Ut maiori claritate distinctionis beneficio procedamus. 2. Quia est præcipuus quoad expressionem in termino *à quo* remissionis peccati. 3. Quia in eius decisione plura adducentur ex Angel. Mag. scitu digna. Præter AA. supra citatos pro condonatione purè extrinseca, eis adhærent M. Lorca, & M. Medina hic solut. ad 1. propè fin. dicens: **Quod cum in peccato ultra rationem offensæ detur macula, aversio, & deformitas animi*; quę nequeunt remitti absque intrinseca mutatione peccatoris; quidquid sit quantum id quod dicit de offensa, salvatur doctrina S. D. scilicet: *Remissionem peccati non posse intelligi sine infusione doni intrinseci.** Præcipuum fundamentum desumitur ex vulgari exemplo in humanis, iuxta quod unus homo potest remittere alteri offensam, etiam si illud non recipiat in pristinam amicitiam, nec aliquod donum ei intrinsecum communicet. Cum ergò voluntas divina in ordine ad remissionem offensæ sit efficacior, & infinite excedens sua misericordia, misericordiam hominis, poterit &c.

Motivum opinionis contrariæ

Fere eadem M. Lorca.

2 Hoc motivum reputatur ineffícax à S. D. Sic constat ex his, quæ docet 3. p. q. 86. a. 2. ubi contra se opponit tertium argumentum, cui Adversarij innituntur: *Maior est misericordia Dei, quam hominis; sed homo interdum remittit offensam suam homini etiam non pœnitenti: ergò multo magis Deus remittit offensam suam homini etiam non pœnitenti.* Cui Resp: *Dicendum, quod misericordia Dei est maioris virtutis, quam misericordia hominis, in hoc quod immutat voluntatem hominis ad pœnitendum, quod misericordia hominis facere non potest.* Si ergò maioritas misericordiæ Dei in remittendo offensam probat requiri ex parte offendentis actum pœnitentiæ ad illius remissionem; licet non requiratur ad remissionem offensæ in humanis; cur maioritas eiusdem misericordiæ erit medium efficax ad probandum non requiri aliquod donum intrinsecum ad prædictam remissionem, si in humanis tale donum non requiritur ad remissionem offensæ?

Primum testim.

3 Deindè, in eod. corp. art. in quo propugnat: *requiri actum pœnitentiæ ad remissionem peccati lethalis, eo quod requiritur gratuita voluntas ex parte Dei circa hominem: cui offensam remittit; quemadmodum etiam in humanis remissio offensæ provenit ex gratuita voluntate personæ offensæ, subdit:* hoc interest inter gratiam Dei, & gratiam hominis: quod gratia hominis non causat, sed supponit bonitatem veram, vel apparentem in homine grato. Sed gratia Dei causat bonitatem, eo quod bona voluntas Dei est causa omnis boni creati. Unde potest contingere, quod homo remittat offensam absque aliqua mutatione voluntatis; non autem contingere potest, quod Deus remittat alicui offensam absque immutatione voluntatis eius.* Ubi nota duo. 1. D. Th. loqui de remissione peccati secundum formalitatem offensæ, & considerando præcisè illius

Secundũ.

Nota 1. super adducta.

lius destructionem nulla facta mentione de hominis restauratione ad dona, quæ peccando amisit.

4 2. Discrimen statutum à D. Thom. non desumi attenta providentia ordinaria Dei, secundum quam de facto remittit offensam peccati; sed unicè attenta natura amoris gratuiti Dei, qui est effectivus eius, quod efficaciter vult, & infundens bonitatem rebus. Ex quo infert Deum non posse velle efficaciter remissionem peccati, absque eo quod immutet voluntatem hominis, communicando ei aliquod donum intrinsecum. Si autem sentiret D. Thomas posse à Deo remitti offensam peccati, absque ullo dono intrinseco: Et ad id probandum esse efficax exemplum remissionis in humanis; facilè erat Sanct. Doct. insinuare unum saltim verbum de condonatione extrinseca; vel ad minus distinguere inter puram remissionem peccati, & remissionem simul cum restauratione ad amicitiam Dei; vel tandem distinguere in Deo duplicem modum amoris (qui gratia Dei nominatur) unus positivus necessario causans bonitatem in rebus; alter verò purè negativus, & removens malum. His enim doctrinis utuntur Adversar. ad exponendum testimonia D. Thom. Cum igitur nihil horum insinuetur in loco adeò opportuno; fatendum ipsum est sentire ad remissionem offensæ contra Deum necessario requiri immutationem intrinsecam peccatoris, & exemplum, cui innituntur Adversarij, reputari ab illo ut prorsus inefficax.

Secundo.

Diversi modi exponendi S.D.

5 Confirmat. idem assumptum ex D. Thom. quæst. 28. de Ver. art. 2. ubi considerans rationem offensæ in peccato, sic ait: *Offensa etiam, quæ ex peccato sequitur, sine gratia aboleri non potest; sive accipiatur offensa ex parte hominis, in quantum peccando Deum offendit* (præponendo in suo affectu creaturam Creatori) *sive accipiatur offensa ex parte Dei, secundum quod est offensus peccatori, iuxta illud Psalm. 5. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* In eodem sensu formali, & præcisivo, scilicet, attenta in peccato expressione offensæ, procedit etiam S. Doct. hic quæst. 113. art. 2. in quo, ut probet hanc conclusionem: *Et ideò non potest intelligi remissio culpæ, si non adesset infusio gratiæ*; assumit has præmissas: *Dicendum, quod homo peccando Deum offendit; offensa autem non remittitur alicui, nisi per hoc, quod animus offensi pacatur offendenti. Pax autem Dei nequit esse sine dilectione, nec dilectio sine gratia &c.* Quæ omnia manifestè suadent esse de mente illius. * Peccatum adhuc reduplicata expressione offensæ, non posse remitti sola voluntate extrinseca Dei. * Ex his sic arguo contra Mag. Lorca. Sanct. Doct. eisdem verbis asserit peccatum secundum rationem offensæ non posse remitti à Deo sine gratia, ac asserit de illo, si consideretur secundum quod dicit aversionem à Deo, & maculam ut consistentem in privatione actualis coniunct. ad divinum lumen. Si ergò ad remissionem illius sub his formalitatibus fatetur esse de mente illius necessario requiri donum intrinsecum gratiæ; inconsequenter negat tale requisitum ad remissionem peccati, prout est offensa Dei.

Confir. 1.

Secundo.

6 Sed quia Sanct. Doct. distinguit duplicem acceptionem offensæ in peccato, vel prout se tenet ex parte hominis activè offendentis Deum, propter contemptum divinæ maiestatis; vel etiam prout se tenet ex parte Dei; quatenus se habet ut offensus creaturæ, eam repellendo ab amicitia sua; de utraque offensa probanda est concl. Offensa in 1. sensu dicitur offensa active sumpta; quæ iuxta D. Thom. in 4. dist. 14. q. 2. a. 1. sic definitur: *Inæqualitas proveniens ex actu, quo quis subtrahit alteri honorem debitum.* Quia ergò Deo debetur iure supremæ maiestatis, dominij, & ultimi finis simpliciter, quòd omnes actiones nostræ referantur in eius obsequium, & honorem, proindèque debetur obedientia suis præceptis; ideò, dum homo illa transgreditur, ipsum offendit, eique iniuriam irrogat. Hinc provenit hominem peccatorem iure na-

Nota dupl. accept offensæ.

Deum esse offensum ab homin. est pravum. Deum esse homini offensum est iustum

naturæ,& etiam divino,teneri ad recompensandam prædict.iniuriam,redendo Deo honorem sublatum.Hæc autem recompensatio propriè pertinet ad pœnitentiam,cuius est offerre Deo in sacrificium spiritum cõtribulatum.Nam licet charitas detestetur etiam peccatum commissum : diverso tamen modo illud detestatur. Charitas enim abominatur peccatum , quatenus oppositum divinæ bonitati ; pœnitentia vero , quatenus est offensa , & iniuria Dei. Quapropter motivum formale pœnitentiæ est ius divinum læsum , ut reparabile per satisfactionem. Offensa vero in 2. sensu dicitur offensa passivè sumpta , & importans ex parte Dei odium circa peccatorem , vi cuius repellit illum à gratia sua.

Sic S. D. 3. p. q. 85. a. 2.

§. II.

Nulla offensa ex dictis potest deficere sine dono intrinseco.

7 LOquendo de offensa 1. modo sumpta prob. concluſ. ex D. Thom. Ratio offensæ in peccato fundatur per se , & immediatè in aversione voluntaria à Deo , ut fine ultimo ,& in conversione ad bonum creatum dilectum appreciativè supra Deum : ergò perseverante in homine prædicta aversione, & conversione , perseverat peccatum sub formalitate offensæ. Sed repugnat prædictam aversionem , & conversionem derelictam in voluntate ex peccato actuali destrui sola voluntate Dei extrinseca:ergò &c. 1. antec. constat ex dictis , & adductis ex D. Thom. ubi supra , & quæst. 28. de Ver. a. 2.Min.vero subsumpt. prob.relinq.dub.ant.§.4.& 5.per totum ; traditurque à D. Thom. q.24. de Verit. a. 2. asserente conversionem ad bonum commutabile habitualiter derelictam ex peccato , permanere in voluntate,quousque convertatur in Deum , ut finem ultimum per gratiam , & charitatem.

Probat. concl. de offensa in 1. sensu accepta.

8 Confirm. Offensa derelicta ex peccato actuali , & habitualiter permanens in peccatore , est quasi forma intrinsecè denominans moraliter hominem offendentem Deum; sed hoc ipso repugnat verè remitti absque dono intrinseco gratiæ : ergò ratio offensæ in peccato &c.Probat. min. Denominatio, aut effectus formalis intrinsecus, esto solum moraliter , nequit propriè destrui , nisi aut per suspens. concursus causę cõservantis illum ; aut per introductionem alicuius formæ cum illo incomponibilis. Sed denominatio intrinseca moralis offensæ nequit 1. modo deficere : ergò secluſso dono intrinseco gratiæ repugnat illam verè , & propriè remitti. Prob. min. Ratio offensæ , nec quoad 1. sui esse, nec quoad sui perseverantiam moralem,pendet à divina voluntate , ut conservante illam : ergò repugnat rationem offensæ deficere etiam ut, denominantis intrinsecè moraliter, sola suspensione concursus divini. Añs. quoad 1. part. constat. Nam ratio offensę necessario consequitur, aut sistit in subtractione honoris debiti Deo , & in contemptu saltim virtuali diligendo plus creaturam, quam Creatorem. Sed nihil horum, utpotè ab intrinseco malum moraliter , dependet ut à causa , à divina voluntate : ergò. Quoad 2. part. sic prob. 1. Quia hæc in sui ratione est mala moraliter , iuxta illud D. Bernardi : *Peccare est hominum ; perseverare autem in peccato , Diabolicum.* 2. Nam id , quod se habet ut proprietas per se , & ab intrinseco proveniens à malitia mortali qua tali , nequit non esse malum moraliter,iuxta illud : *Nequit arbor mala bonos fructus facere.* Sed huiusmodi est perseverantia moralis offensæ læthalis; cum iuxta Sanct. Doct. 1. 2. q. 87. a. 3. sit de se ab intrinseco inordinatio irreparabilis ; ideòque ab intrinseco inducens reatum pęnę ęternæ : ergò nequit illa pendere quoad sui perseverantiam moralem à divina voluntate &c.

Confirm.

2. Pars min.prob 1.

Secundo.

De hoc Tom.2.f. 553.

9 Tertio à paritate offensæ humanæ , cui maximè fidunt Adverſ. Talis enim offensa quoad sui inordinationem intrinsecam , vi cuius privat offendentem rectitudine virtutis oppositæ , scilicèt , iustitiæ , vel amicitiæ,non dependet in sui perse-

Tertio.

verantia morali à voluntate offensi; cum prædicta inordinatio nequeat ut talis remitti favore extrinseco ipsius; ut est certum. Propter quod, ut offendens liberetur à tali inordinatione, ut mala moralit: necesse habet conteri de illa, & se exercere per actum virtutis contrariæ: ergò idem dicendum de offensa contra Deum, quatenus se tenet ex parte hominis, & consequitur necessario ad aversionem voluntariam à Deo, ut fine ultimo; per quam contemnitur Deus, quia postpositus affectivè creaturæ.

10 Loquendo etiam de offensa, prout se tenet ex parte Dei, & prout Deus segerit, ut offensus peccatori, probatur assumptum ratione Div. Thom. Deum se gerere, ut offensum peccatori, est repellere illum à gratia sua, sive ab eius gratuita dilectione. Sed repugnat Deum deponere huiusmodi voluntatem circa peccatorem absque eo, quod infundat aliquod donum intrinsecum gratiæ: ergò offensa, etiam prout se tenet ex parte Dei, nequit destrui sine intrinseca mutatione peccatoris. Mai. est D. Thom. tùm quæst. 28. de Verit. art. 2. *tùm 3. part. q. 86. art. 2. tùm super Epist. ad Titum cap. 3. lect. 1. Min. vero probatur. Repugnat Deum deponere voluntatem repellendi peccatorem à sui gratuita dilectione, nisi illum gratuito diligat. Sed repugnat talis gratuita dilectio Dei erga peccatorem, nisi ei infundat donum intrinsecum gratiæ: ergò. Probat. mai. Si forte negetur. Deum deponere voluntatem, qua repellit, & abijcit peccatorem à sui gratuita dilectione, est, vel infert per se, & necessario peccatorem iam non esse privatum iuste gratuita Dei dilectione; sed repugnat peccatorem huiusmodi privationem iustam exuere, nisi terminuet gratuitam dilectionem Dei. Tùm quia privatio nequit destrui, nisi per adventum formæ manente subiecto. Tùm, quia dum homo non terminat gratuitam dilectionem Dei, adest carentia illius; sed non carentia, quæ sit pura negatio; cum ortum ducat ex peccato actuali: ergò semper maneret in eo privatio gratuitæ dilectionis.

Prob. de offensa ut se tenet ex parte Dei.

* Illam prob. ex illo Ps. 5. Odisti omnes, qui operantur &c.

Minor etiam prob. Dilectio gratuita ex parte Dei requisita, ut Deus deponat voluntatem repulsivam peccatoris, debet esse dilectio, quę se habuit ut terminus *à quo* prędictæ repulsæ; alioquin semper maneret homo propter peccatum repulsus, seu abiectus à Deo; cum permaneret terminus formalis, scilicet, carentia talis dilectionis. Sed dilectio, a qua Deus abijcit, & repellit peccatorem, est dilectio amicabilis; cum peccatum reddat hominem Deo inimicum, sive dignum inimicitia ex parte Dei: ergò voluntas repellendi &c. solum deficere potest in Deo per adventum dilectionis denuo restituentis peccatorem ad illius amicitiam: ergò cum hæc nequeat haberi sine dono intrinseco gratiæ; sine illo nequit Deus desinere se gerere, ut offensus peccatori. 11

Prob. eadem conclusio ratione D. Thom. hic ar. 2. Offensa non remittitur alicui, nisi quatenus animus offensi pacatur offendenti: ergò, ut Deus nobis remittat offensam peccati, etiam prout se tenet ex parte Dei, requiritur, quod Deus nobis pacetur. Sed huiusmodi pax ex parte Dei consistit in dilectione speciali circa peccatorem (nam dilectio secundum quam diligit omnia, quæ sunt, semper manet in Deo etiam circa peccatorem) ergò ad remissionem offensæ requiritur dilectio specialis ex parte Dei. Sed hæc necessario debet causare aliquod donum intrinsecum in homine, quem diligit specialiter; cum dilectio Dei sit effectiva, & causans bonitatem in rebus: ergò de 1. ad ultimum infertur remissionem offensæ, prout se tenet ex parte Dei, requirere donum intrinsecum gratiæ. Oppositum vero oppositi de causa contingit in remissione, qua unus homo remittit alteri offensam. Nam esto in illa includatur necessario specialis benevolentia ex parte offensi, illa tamen, quia impotens intrinsecè immutare voluntatem offendentis, solo favore extrinseco re- 12 Secunda ratio.

remittit offensam, etiam quatenus se tenet ex parte Personæ offensæ.

13

Quædam Respons.

Huic rationi, sicuti & præcedenti, Resp. illam esse inefficacem, utpotè arguentem ab speciali benevolentia ad benevolentiam specialem in determinata specie. Dupliciter enim potest haberi benevolentia specialis ex parte offensi ad offendentem. Uno modo, ut non reputetur amplius pro inimico, quamvis nec pro amico. Alio modo positive diligendo offendentem per restaurationem ad pristinum statum, & consortium amicitiæ. Ut autem offensa peccati remittatur à Deo, sufficit ex parte Dei benevolentia specialis circa peccatorem 1. modo accepta, uti contingit in humanis. Nec probatio ex D. Thoma adducta suadet oppositum. Nam, etsi amor Dei ratione suæ fœcunditatis, & perfectionis, necessario causet aliquod donum in dilecto; non petit, quod tale donum semper sit aliquid physicè intrinsecum ei; sed sufficit, quod sit aliquod bonum morale, & æquivalenter quid positivum ipsi physicè intrinsecum. Huiusmodi esset remissio peccati sine infusione gratiæ; cum carere malo, præsertim malo culpæ, reputetur ut maximum bonum morale, estò præcisive ab infusione gratiæ.

Illam affert Cajet: cõtra rat. S D. §. in Respons.

14

Impugn. 1.

Hæc tamen Doctr. reiecta est ab Emin. Cayet. 3. p. q. 86. a. 2. & in præs. §. *sed hæc solutio*, ex eo, quod * ex aversione actuali à Deo, ut obiecto charitatis; perquam constituitur peccatum in esse læthalis; remanet quasi habitualiter aversio ab eodem: in qua consistit macula peccati, & quæ est impedimentum, & obex infusioni gratiæ; subindeque manet homo privatus gratia, & amicitia Dei. Cum autem manente subiecto, privatio nequeat auferri, nisi per habitum oppositum; nullum defectum committit Sanct. Doct. dum ex benevolentia speciali remissiva peccati concludit necessitatem gratiæ habitualis. *Unde licet ex terminis dilectio Dei possit causare in creatura bonum solum moraliter intrinsecum, imò & extrinsecum v. g. potestatem iurisdictionis, dignitatem, remissionem pœnæ &c. secus vero dilectio specialis destructiva privationis physicè, aut moraliter inhærentis animæ.

Sed quia solut: data à Cayet: videtur expressè loqui de remissione offensæ, prout se tenet ex parte offendentis; ratio autē à nobis posita procedit de remissione offensæ, prout se tenet ex parte Dei offensi: addimus Deum non posse desinere se gerere ut offensum circa peccatorem, nisi illum specialiter diligat dilectione gratuita, & amicabili. Ratio huius est. Offensa irrogata Deo opponitur directè demeritoriè gratiæ Dei, id est, dilectioni, qua Deus gratuito diligit hominem. Ex quo provenit, quod licet Deum se gerere, ut offensum homini, plura involvat; directè tamen, & primario dicit repellere peccatorem à sua amicitia, & gratuita dilectione. Undè nequit Deus desinere se habere, ut offensus creaturæ, nisi iterum restituat illum ad sui gratuitam dilectionem. Ita deducitur clare ex S. Doct. 3. p. supra quæst. 86. art. 2. Homo autem ab altero offensus secundum quod se gerit ut offensus alteri, non dicit primario, & constitutivè abijcere offendentem à sui amicitia. Tùm quia in sensu composito offensæ ipsi irrogatæ potest conservare eandem dilectionem amicabilem circa offendentem. Tùm, quia sufficienter se habet unus homo ut alteri offensus; si velit sumere vindictam de offensa, aut exigere pro illa aliquam satisfactionem. Ex quibus constat, cur offensa in humanis, prout se tenet ex parte offensi, possit cessare absque restitutione ad pristinam amicitiam; non tamen possit Deus desinere se habere, ut offensus peccatori, nisi per dilectionem, qua illum amicabiliter diligat.

15

Secundo.

Offens. ut tenet ex parte Dei, non deficit sine dono intrinf.

Nè autem diversa acceptio offensæ ex peccato proveniens, & diversa probatio supra adducta, videatur alicui voluntaria, placet adducere D. Thom. qui 3. p. q. 86. a. 2. probat: *Ad remissionem peccati requiri mutationem intrinsecam voluntatis per pœnitentiam* duplici ratione. 1. est. *Offensa directè opponitur gratiæ,*

16

Roborat: dicta ex S. Doct.

ex

ex hoc enim Deus dicitur offensus creaturæ, quia illam repellit à gratia sua; undè ad remissionem offensæ requiritur, quod Deus gratuito diligat hominem, cui offensam remittit. Sed quia hoc interest inter gratiam Dei, & gratiam hominis, quod gratia hominis non causat bonitatem in homine grato, secus vero gratia Dei; * *potest contingere quod homo remittat offensam absque aliqua immutatione voluntatis; non autem Deus.* In hac probat. loquitur expresse de remissione offensæ tam in Deo, quam in humanis, prout se tenet ex parte personè offensæ.

* 1.2. q. 110. art. 1

17 2. Ratio S. Doct.

2. Ratio est: *Offensa peccati mortalis procedit ex hoc, quod voluntas hominis est aversa à Deo per conversionem ad aliquod bonum commutabile: ergò requiritur ad remissionem Divinæ offensæ, quod voluntas hominis convertatur ad Deum cum detestatione conversionis prædictæ: quod fit per pœnitentiam.* In hac ratione loquitur expresse de remissione offensæ, prout se tenet ex parte hominis offendentis; licèt propter rectitudinem voluntatis Divinæ odio habentis impium, & impietatem eius, nequeat homo offendere Deum, quin Deus se habeat ut offensus homini. Undè quia hæc connexio inter esse offensum ab altero, & segerere ut offensum alteri, non datur inhumanis: ideò remissio offensæ facta ab homine solum est destructio illius, ut se tenet ex parte offensi; non autem ut se tenet ex parte offendentis, & quoad inordinationem intrinsecam, secundumquam offendens operatur pravè moraliter.

§. III.

Solvitur argumentum, de remissione offensæ inhumanis.

18 Arguit. 1.

OBijcies 1. Homo de facto condonat, & remittit alteri suas offensas per solam extrinsecam voluntatem, & quin aliquid intrinsecum ponat inoffendente: ergò similiter poterit Deus. Probat. conseq. Quia Deus non est minus potens, & liber ad condonandam propriam offensam, quam homo: ergò si &c. Nec valet dicere 1. Quod offensa hominis contra alterum non tollit ab offendente aliquod donum intrinsecum, in cuius privatione offensa habitualis consistat. At vero offensa gravis contra Deum privat hominem conversione ad illum, ut finem ultimum, & gratia habituali, in cuius privatione consistit peccatum habituale. Undè sicut aliæ privationes nequeunt auferri, nisi per formam intrinsecam, ita dicendum de offensa, seu de peccato habituali. Non, inquam, valet 1. Nàm hæc solutio coarctat proprium sensum ad sentent. specialem aliquorum Thomist. modo dicto constituentium peccatum habituale. Undè si admittatur pronunc (ut admitti debet) illud constitui per peccatum actuale commissum, ut est moraliter perseverans, solutio est insufficiens. 2. Etiam offensa irrogata homini privat offendentem aliquo bono intrinseco, scilicèt, conformitate actus offensivi cum recta ratione, & debito iustitiæ; & insuper, quia præ dictus actus potest esse adeo intensus, ut privet ipsum habitu virtutis oppositæ iuxta qualitatem materiæ, in qua exercetur offensa: ergò traditum discrimen &c.

Sidicas 1. Reijcit. 1. Secundo.

19 Sidicas 2.

Nec valet si dicatur 2. offensam in humanis solum permanere in obligatione satisfaciēdi personę offensę, aut iniure convenienti personæ offensæ ad infligendam pœnam offendenti. Cumque per solam nolitionem satisfactionis, aut punitionis, cesset prędicta obligatio inoffendente, & ius in offenso: ex vi talis nolitionis remittitur offensa. Offensa vero contra Deum perseverat non solum in obligatione ad satisfaciendum pro illo; verum etiam in macula, & turpitudine habituali fundante illam; unde nisi hæc turpitudo auferatur, semper perseverat offensa. Sic cum alijs M. Bolivar. Non, inquam, valet 1. Quia ex hac solutione. Sequitur offensas inter homines esse verè irremissibiles. Ratio est, quia iuxta solut. offensa solum remittitur, quatenus remittitur pœna satisfactoria liberando offensorem ad obligatione ponendi illam.

Impugn. 1.

Sed

Sed pœna, etsi satisfactoria, est quid distinctum ab offensa; sicuti, & obligatio ad illam: ergò.

20 2. Stat quam optimè aliquem remittere offensam, & nihilominus velle offensorem puniri à Judice, Secundo. ut frequenter contingit: ergò falsum est offensam in humanis remitti per non imputationem illius ad pœnam. Undè consequenter dicendum erit iuxta solutionem; præceptum Divinum remittendi offensam non adimpleri ab offenso volente ob vindictam publicam, aliudque motivum honestum puniri offensorem à Judice; quod videtur absurdum. Tertio. 3. Quia sine probatione relinquitur discrimen inter unam, & alteram remissionem; cur, scilicèt, nolle in humanis satisfactionem exhiberi ab offendente sit cessio iuris ad illam exigendam; ideòque maneat offensa remissa per talem nolitionem: & in Deo nolle satisfactionem à peccatore, non sit etiam cessio iuris ad illam exigendam? Cumque cessante tali iure in Deo cesset pariter offensa, nullum assignatur discrimen, ut ex vi talis nolitionis, aliunde possibilis Deo, non remittatur offensa peccati. Sic post alios M. Torres.

21 Plura continentur in hoc argum. falsa, & inefficacia. 1. conseq. Argum: inefficacia suadetur 1. argum. parita ti innixa est inefficax. Duo enim sunt in remissione offensæ facta ab homine, scilicèt, substantia illius, & modus consistens in eo quod fiat solo favore extrinseco, 1. pertinet ad potentiam, liberalitatem, & misericordiam offensi; 2. vero potius provenit ex impotentia, sive ex defectu potestatis in homine ad immutandam voluntatem alterius. Hinc iam apparet inefficacia 1. probat. Nam, licèt quidquid potestatis, liberalitatis &c. convenit homini, debeat potiori iure attribui Deo; secus vero id, quod potius de defectu potestatis, & misericordiæ includit. Cumque modus remissionis per favorem extrinf: hominis sit huiusmodi, probare illum esse Deo possibilem ob perfectionem suæ liberal: & miser: est inefficaciter procedere. Hæc Doctr. traditur à S. Doct. 3. p. quæst. 86. art. 2. ubi simile argum. sibi opponit, ut probet ad remissionem peccati non requiri actum pœnitentiæ, quod supra à n. 3. retulimus. In cuius Responsione non solum solvit argum. nobis oppositum; sed etiam ostendit ex illo potius debere inferri contrarium; ut patet ex illis verbis: *Misericordia Dei est maioris virtutis &c.* Nec dicas D. Thom. loqui de potentia ordinaria, iuxta quam ad remissionem peccati requiritur actus pœnitentiæ. Hoc enim dicere nihil refert ad infirmandam instantiam adductam: non enim intendimus eadem necessitate requiri actum pœnitentiæ ad remissionem peccati, ac donum intrinsecum gratiæ; sed solum enervare probat: adductam ex maioritate virtutis libertatis, & misericordiæ in Deo ad remissionem offensæ, quam sit in homine. Hoc autem efficacissimè convincitur ex Doctrina adducta probante ex maioritate liberalit: & excessu misericordiæ in Deo, requiri mutationem intrinsecam voluntatis ad remissionem offensæ. Reijcitur quædam evasio.

Constat 2. Inefficacia probat. siquis utatur eadem forma, eodemque medio, ut probet hominem posse esse amicabiliter dilectum à Deo, & filium adoptivum solo favore extrinseco illius, quod frequenter negant Advers. * *Siquidem Deus potentior, & liberalior est homine; sed unus homo potest dici amicabiliter &c. solo favore extrinseco: ergò.* Undè sicuti huic instantiæ occurritur ex Doctr. S. Doct. hic q. 110. art. 1. & 3. p. q. 23. art. 1. & alibi dicendo:, necessitatem doni gratiæ ad adoptionem, & amicitiam Dei potius provenire ex excessu perfectionis Divinæ dilectionis, & adoptionis supra dilect: creatam: ita dicendum in præsenti de necessitate doni intrinseci gratiæ ad remissionem offensæ. Si dicas: Deum non posse remittere offensam sine dono intrinseco, dicere indigentiam alicuius creati, proindeque imperfectionem. Resp. instando in iustificatione, & amicitia cum Deo quoad effectum positivum; & in alijs effectibus formalibus pri- 22 Secundo suadet: *De quo dub. 2. Quidam instantiæ occurritur.

ma-

marijs formæ creatæ. Nec hoc est ponere propriè indigentiam aliquam ex parte Dei, sed potius perfectionem suæ potestatis, quæ solum est ad possibilia; & quæ maximè comendatur communicando suam perfectionem eminentialē creaturis, ad effectus formales sibi proprios. 3. Quia homo offensus potest actu diligere amic: offend: non vero Deus. Si dicatur illud non posse accidere in Deo, qui ob summam rectitudinem suæ voluntatis nequit non abominari peccatum, quæ abominatio est incomponibilis cum amicitia ad hominem pariter, & Nos dicimus necessitatem doni gratiæ ad remissionem offensæ peccati requiri ob illius perfectionem; & quia Deus non sic fegerit in remittendo sicuti homines.

Tertio.

23 His præiactis 1. solutio data est satis probabilis. Nec impugnario ullius roboris est; siquidem non coarctat suam veritatem adhoc, quod peccatum habituale, ut hoc nomine significatur, sit formaliter privatio gratiæ; sed adhoc * quod ratio offensæ in peccato fundatur, & per se consequitur ad rationem aversionis à Deo, ut fine ultimo, * & rursus, quia asserit hanc aversionem dicere privationem coniunctionis cum Deo * istæ duæ proposit: docentur expresse à D. Thom. 1. habetur 3. p. quæst. 86. art. 2. *Offensa peccati mortalis provenit ex hoc, quod voluntas hominis est aversa à Deo per conversionem ad bonum commutabile.* 2. Traditur loco citato de Verit: his terminis: *Ad tollendam prædictam aversionem requiritur* coniunctio ad bonum incommutabile, à quo homo per peccatum discessit. * Cumque ex his proposit: probet S. Doct. remissionem peccati non posse fieri sine infusione gratiæ; solutio data innititur per omnia illius Doctrinæ. Deindè quia sententia constituens maculā peccati in privatione nitoris gratiæ, aut coniunctionis ad Divinum lumen, est expressa in D. Thom. licèt iuxta aliquos Thomist. non sit ita expressum peccatum habituale, & similiter offensam habitualem, in dicta privatione consistere. Quis autem affirmare poterit verè destrui peccatum

1. Solutio sustinetur Ad 1. impugn. Respond. 1.

Secundo.

in homine, nisi etiam auferatur ab illo ratio maculæ peccati, per quam est immundus, & abominabilis Deo? ergò remissio peccati habitualis, præcisivè à sui constitutione, necessario includit carentiam privationis alicuius doni intrinseci. Non ergo veritas solut: coarctatur ad unā, vel alteram opinionem. 3. Nàm esto prædicti AA. restringerent præsent: conclus: ad constitutionem peccati habitualis per privationem gratiæ, non tamen ut omnino necessariam, sed ut sibi veriorem, & probabiliorem; cumque, qui probabiliter solvit; evidenter solvat, ex dicta solutione argum. inefficacia rectè convincitur; & unusquisque in suo sensu abundet. Videatur Illust. Godoy tom. 3. in 1. p. disp. 97. n. 249. in simili.

Tertio.

24 2. Impugnatio est contra Arguentem. Siquidem offensa itrogata homini nequit quoad sui intrinsecam inordinationem, & privationem conformitatis cum recta ratione, solo favore extrinseco personæ offensæ verè destrui, atque remitti. Qua de causa prædicta remissio est imperfecta, & quasi solum se tenet ex parte offensi. Cumque præsens difficultas sit de remissione offensæ lethalis contra Deum verè, & proprie destruentē omnem turpitudinem, & de ordinationem, repertam in offendente; rectè deducitur ex ipsa Doctrina arguentis illam non esse possibilem sine dono intrinseco rectificante voluntatem peccatoris; subindeque destruente inordinationem aversionis, & conversionis. 2. Solutio est satis solida, neque solidè impugnatur. 1. Quia iuxta S. Doct. in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 2. quæstiunc. 2. *Eatenus unus homo remittit alteri offensam, quatenus propter illam non servat malevolentiam erga offendentem privando ipsum à beneficijs communibus, ipsique debitis.* Ex quibus constat, quod remissio offensæ inhumanis nihil est aliud quoad substantiā, nisi carentia indignationis liberantis offendentem à vindicta, & obligatione ad illam. Nec obstat pœnam esse distinctam ab offensa; subindequè remittere pœnam non esse remittere offensam. Non, inquam, obs-

Ad 2. impugn.

Ad impugn. 2. solut:

obstat: Nàm solutio à nobis data duo ponit pro remissione; scilicèt, nolle puniri offendentem, & simul carentiam indignationis contra illum, vi cuius liberatur etiam ab obligatione sub eundi pœnam (idem dicendum de remissione offensæ, cui fit satis per humiliationem, & obsequium offendentis) hæc autem duo constituunt remissionem offensæ, prout spectat ad Tribunal humanum; licèt prout dicit rationem culpæ, & inordinationis contra rectam rationem, solum possit à Deo remitti.

25 Quoddá dictum reijcitur. Hinc 1. falso dicit Arg: inhumanis remitti offensam quantum ad id, quod habet de culpa; nisi nomine culpæ intelligat iniustitiam externam quoad homines ob violationē iuris, cuius est effectus. Hinc 2. falso asserit componi cū remissione offensæ exigere à Judice satisfactionem pro illa. Siquidem iuxta D. Thom. 2.2. q. 108. art. 1. & 2. petitio talis vindictæ conferendæ à Judice, dum modo non fiat ex odio, sed ob finem emendationis, & ut alij timore pœnæ non imittentur offendentem, est actus virtutis specialis, quæ dicitur iustitia vindicativa, cum quo non stat offensam esse remissam. Nec talis vindicatio opponitur præcepto Christi Domini intimantis remissionem offensæ. Nàm tale præceptum solum prohibet inflictionem pœnæ ponendam ab ipso offenso privata authoritate; & insuper, quod si talis pœna exigitur à Judice, petitio non fiat ex odio, sed iustis de causis, scilicèt, emendatione delinquentis, & aliorum timore, de quo videatur S. Doct. ad Rom. 12. lect. 3. Quod autem in dicto casu offensus, ti exigat ut pars offensa, non propriè remittat offensam, sic suadetur: Nàm qui solvit debitum propriè satisfacit; qui autem propriè satisfacit, ipse satisfaciendo extinguit ius, quod erat contra ipsum: ergò falso asserit tunc casus dari remissionem offensæ.

Aliud reijcitur.

26 Instabis. Sed dices. Stat offensum nolle offerri sibi satisfactionem pro offensa, & simul segetere, ut offensum cum iure ad exigendam satisfactionem: ergò falsum est remissionem offensæ inhumanis fieri per carentiam indignationis, & non imputationem ad pœnam. Probat. añs. Stat optimè aliquem nolle pecuniam à debitore, & non se privare iure contra illum; ut contingit, quandoquis propter ruborem non exigit pecuniam sibi debitam: ergò stabit &c. Respond. neg. añs. quia talis nolitio Respons. si sit actus positivus, & innotescat debitori, communiter interpretatur ab dicatio iuris ex parte personæ offensæ ad exigendam satisfactionem. Nec est idem de pecunia; nisi constet creditorem nolle etiam illam dari à debitore; quia res ubicumque est Domini sui est: *Undè oportet diligenter distinguere inter hæc duo: nolo petere pecuniam à Petro mihi debitore: nolo unquam dari mihi pecuniam à Petro.* In 1. enim non datur cessio iuris ex parte creditoris, benè vero in 2.

Ex his constat solutiones traditas à Thom. minimè enervari instantijs adductis: attamen iuxta supra adducta ex D. Thom. Paulo aliter Respond. potest, disting. añs. potest unus homo &c. quatenus offensa se tenet ex parte offensi, conc. añs. quatenus offensa se tenet ex parte offendentis subdistinguo: secundumquod offensa dicit de obligatione ad satisfactionem, vel vindictam, conc: ant: Secundumquod dicit de inordinatione, & oppositione cum recta ratione, nego ant: & conseq. Primus modus remissionis consistit in eo quod homo non segerat, ut offensus. 2. vero, fit destruendo omnem inordinationem, & inæqualitatem quæ remanet inoffendente ex iniuria irrogata. 1. Remissio fit, per carentiam indignationis, nollendo obligare exterius offendentem ad satisfactionem; ideòquè fit solo favore extrinseco. 2. autem solum fieri potest ponendo in offendente, aliquod donum intrinsecum, vi cuius dicta inordinatio destruatur: quod solum fieri potest à Deo movente ad ponendam æqualitatem, & de hac remissione specialiter est præs: difficultas.

27 Alia sol: Aliter respondetur disting. añs. potest unus homo remittere offensam &c. Secundumquod talis offensa

28 Alijs terminis.

fensa dicit reatum, & obligationem satisfaciendi, aut vindictam patiendi, conc. añs. Secundum quod talis offensa dicit de mordinatione orta ex voluntate offendentis, vi cuius denominatur prave moraliter operans, neg. ant: & conseq. Ita Mag. à S. Thoma, tom. de Sacram. disp. 35. §. *ad exemplum*. Quod est idem ac dicere * potest remittere remissione non imputativa offensæ ad pœnam; secus vero remissione destructiva offensæ quantum ad eius inordinationem intrinsecam. *Hæc enim solum fit media satisfactione oblata offenso per actum virtutis oppositæ, & Deo per actum pœnitentiæ, qua tenetur de offensa conteri, & confiteri.

29 Dices: ergò poterit etiam Deus remittere offensam peccati, prout se tenet ex parte ipsius, solo favore extrinseco. Respond. neg. conseq. ob disparitatem traditam à D. Thom. videlicèt, quia Deus nequit pacari homini, in quo consistit remissio offensæ prout se tenet ex parte Dei, nisi specialiter diligat hominem; proindequè, quin ipsi aliquod donum intrinsecum communicet. Huius oppositum contingit in dilectione humana non causante aliquod bonum intrinsecum subiecto dilecto. Videantur superius dicta. Deindè: Nàm Deum segerere ut offensum homini provenit ex offensa ab ipso irrogata, & à summa actualitate Divinæ voluntatis necessario odio habentis peccatum, & peccatorem propter oppositionem huius cum summa bonitate, quam necessario diligit. Undè efficacissimè infertur, quod ut Deus cesset ab odio peccatoris, & non segerat ut offensus illi, necesse est, ut per prius destruat offensam peccati, quatenus se tenet ex parte offendentis. Ita Eminent: Cayet: hic quæst. 113. a. 2. per hęc verba. *Non est eadem ratio remissionis offensæ in nobis, & Deo, quia remissio in homine potest esse ex parte remittentis solum, (possunt enim perseveranti inimico parcere) sed remissio Dei opportet quod sit ex parte eius, cui remittitur: quoniam abominabilis est Deo impius, & impietas eius, & propterea oportet illum immutari ab impij privatione ad habitum oppositum. *

Si instes. Respond. *§. ad obiectionē.

30 Obijcies 2. & replicab: contra dicta. Implicat offensam remitti ab homine quantum ad debitum satisfaciendi personæ offensæ, & non remitti offensam quantum ad intrinsecam sui in ordinationem: ergò solutio dicit duo inter se implicantia. Antec. prob. Implicat manere offensam quoad sui intrinsecam inordinationem, quin maneant proprietates ad illam consecutæ. Sed una ex illis est debitum ad satisfaciendum ortum ex ipso dictamine rationis naturalis: ergò manente tali inordinatione manet debitum satisfaciendi. Sed repugnat esse debitum satisfaciendi subiecto, in quo non adest ius ad exigendam satisfactionem: ergò. Urgetur. Reatus ad satisfactionem, vel pœnam, solum causatur ab offendente, nec dependet positivè in conservari à persona offensa; cum talis reatus per se consequatur ad inordinationem offensæ; Et tamen iuxta solut: potest auferri prædictus reatus, & obligatio sola condonat: hominis: ergò stat aliquam denominationem auferri à subiecto, à quo ipsa non dependet in conservari solo favore extrinseco: ergò ex quo denominatio peccatoris non pendeat in conservari a Deo, poterit auferri solo favore extrinseco, scilicèt, per puram suspensionem indignationis circa illum.

Arguit. 2. Urgetur.

31 Respond. in offensa irrogata homini coincidere duo debita ex parte offendentis. 1. ad excludendam à se malitiam moralem in ipso moraliter manentem propter fractionem legis, & rectę rationis naturalis prohibentis offendere alterū. 2. quòd dicitur relativè ad Tribunal humanum, consistitque inexhibendo satisfactionem externam (quocumque animo fiat) ut persona offensa maneat integrè apud homines restaurata quoad honorem sibi debitum. Huiusmodi autem debita sunt inter se separabilia; potestque contingere offensam esse remissam quoad Tribunal hominum, si æqualem satisfactionem obtulerit, *non vero quoad Tri-

Solutio. *Erò pravo animo.

Tribunal Dei propter permanentiam moralem prædictæ inordinationis. Similiterque, & è converso: ut liquis ante satisfact: iit exercitatus per actus virtutis oppositæ, vel iustificat: per pœnitentiam apud Deum cum proposito satisfaciendi personæ offensæ. Igitur primarium debitum per se, & absolutè consecutum ad actum offensivum, est illudquod 1. loco recensuimus; quod autem 2. loco recensitum est, consequitur secundario ad offensam, nec omnino absolute, sed dependenter à conditione, scilicèt, quod persona offensa velit segerere ut talis, nolitque huiusmodi debitum remittere. Per quod constat ad probat: antec:

32 Ad urg: Ad urg. Resp. quod debitum exhibendi satisfactionem, estò quoad sui radicem non dependeat à voluntate offensi; secus tamen formaliter acceptum, & quatenus actu obligans ex iustitia apud homines. Ratio est clara: Nàm si satisfactio ofertur ex iustitia; cum hæc reddat unicuique quod suum est; numeratur etiam inter bona creditoris. Cum que unusquisque, possit uti re sua, cuius est Dominus, quomodo voluerit: debitum ad dictam satisfactionem in esse obligantis proximè conservatur à voluntate personæ offensæ; tandiuque durat, quandiu ipse vult. Nec obstat prædictum debitum obligare ex ipsa ratione naturali dictante satisfactionem. Non, inquam, obstat. Quia semper intelligitur conditio, scilicèt, nisi offensus aliter ordinaverit. Undè extingui potest sola voluntate extrinseca, quatenus obtinet rationem debiti legalis.

Inquires: An dato, quod Deus possit remittere offensâ quatenus se tenet ex parte sui, solo favore extrinseco; talis remissio esset vera condonatio, de qua in præsenti? Respond. hoc concesso, adhuc remanere præcipuam difficultatem sine decisione, scilicèt, circa remissionem offensæ, ut se tenentis ex parte peccatoris, & denominantis illum iniustum, & reipsa dignum odio Dei; & non puram carentiam odij. Quam remissionem admittunt aliqui ex Adversi. esse possibilem pro instanti, in quo committitur peccatum; cum Deus possit non odio habere peccatorem; dicunt tamen illam non esse remissionem propriè dictam pro tali instanti propter rationem datam. Manente enim hac dignitate *homo est filius iræ, filius pœnæ, filius gehennæ;* per quæ explicatur ratio peccatoris iuxta P. August. & S. D. ad Ephes. 2. lect. 1. *Et hæc de hoc dub. applic. litteræ Mag. ubi præcedens.* 33 De quo Torres art. 5.



DU:

DUBIUM XVII.

AN ARGVMENTA THOMIST: contra condonationem pure extrinsecam sint efficacia?

§. I.

EXPLICATUR TITULUS DUBIJ, ET ALIQUA motiva in eo insinuantur.

N. 1 DUBIJS anteced: pro posse nostro relinquimus firmatam conclusionem D. Thom. hic art. 2. *Scilicèt, peccatum lethale non posse remitti, nec intelligi remissum, absque dono intrinseco gratiæ*, pro quo illius rationes propositimus, & ab aliquibus argum: contra ipsam liberatam dedimus. Restat modo etiam munus impugnatoris oppositum tuentium gerere, scrutando, scilicèt, quænam sit forma, & cuius conditionis illa voluntas divina adeò favorabilis, ut se sola remittere valeat peccatum? Illius tendentiam, & energiam variè explicant Adv. quemadmodum etiam discriminantur circa obiectum directè correspondens prædictæ voluntati. In quo puncto tot ingeniosis reflexionibus utuntur, ut si nimis protrahantur argum: aut illorum solut: res maneant ferè imperceptibiles. Nihil horum habet sent. assertus necessario requiri ad peccati remissionem donum intrinsecum gratiæ; siquidem pro illius probatione nulla ferè reflexione est opus, sed soliditate doctrinę directè explicantis malitiã peccati, tam secundum rat: aversionis, quam secundum rationem offensę Divinę Maiest: & Div: amoris naturam.

Motivũ dubij.

P. Oviedo ait esse obligat: satisfaciendi.

2 Supponunt frequenter Advers. peccatum habituale consistere in peccato actuali physicè præterito, & moraliter perseverante quoad denominandum hominem, qui peccavit, Deo exosum, inimicum, & dignum puniri pœna æterna. Si autem inquiras: in quo consistat perseverantia moralis peccati actualis in ordine ad præstandam talem denominationem? communiter Respond. illam consistere in carentia omnis remissionis, sive in hoc quod est tale peccatum nullatenus esse à Deo remissum. Undè iuxta illos peccatum habituale *est peccatum actuale physicè præteritum, & à Deo non remissum, nec intrinsecè ratione gratiæ, nec purè extrinsecè ratione voluntatis condonativæ.* Si autem rursus inquiras, qualiter se habeat carentia condonationis ad constitutionem peccati habituali? frequenter dicunt illam se habere, ut constitutivum inadæquatum simul cum malitia actuali physicè præterita. Alij autem affirmant, solum ingredi per modum conditionis, sive (in obliquo, de quo tom. 2. de Const: peccati habit: dub. 3. 4. & 5.

Notandũ.

3 Pluca afferunt Thom. ad probandum peccatum habituale non posse adhuc inadæquatè constitui per carentiam actus divini illud extrinsecè remittentis; siquidem cum peccatum habituale sit malitia moralis constituens hominem dignum odio Dei; videtur repugnans constitui per carentiam actus divini: cum hæc sit exercitium omissivum summæ sanctitatis; idemque dicendum de nolitione condonationis, de quo ibidem ex professo egimus. Nec dicas 1. Quod peccatum

Sensus Thomistæ circa peccat: habit:

Occurritur duplici instanti.

tituitur malum per dissonantiamcum Deo,& lege æterna; quæ dissonantia cum sit relatio prædicamentalis, includit Deum,& legem æternam: ergò non repugnat aliquod malũ constitui per aliquod bonum. 2. Obiectum prohibitum,qua tale, est malum obiectivè.Sed constituitur in esse obiecti prohibiti per prohibitionem bonam: ergò idem quod prius. Non, inquam,dicas. Nam 1.instantia supponit falsum,scil. relationem constitui adhuc inadæquatè per terminum, de quo in Logica.Ad 2.Resp. Quod si in obiectis admittitur aliqua malitia intrinseca (de quo tract. de moral.dub.4.tom. 1.) falsò innititur fundamento, scilic. prohibitionem esse formam constitutivam malitię obiectivę. Si autem talis malitia sit denominatio extrinseca à prohibitione proveniens: obiectum esse prohibitum non est illud in esse prohibiti esse malum;licet id,quod prohibetur denominetur malum à prohibitione. Licet enim lex sit bona, quia tamen aversivè se habet respectu obiecti,quod prohibet,non repugnat bonum aversivè attactum denominare malũ id,ad quod modo dicto comparatur. Carentia autem condonationis non comparatur aversivè respectu peccati, unde non est paritas. Videatur M. Bolivar de moralit. dub.6.& 10.§.3.

Ad 1.

Ad 2.

4 Condonationem purè extrinsecam aliquibus inconvenientibus ex illa consequutis reijciunt Thom. 1. Quia respectu illius nullum obiectũ directum ad illa distinctum assignari valet. 2. Quia obiectum,quod ex vi condonationis remittitur, debet esse aliquod malum moraliter, à quo homo per prius erat peccat. & dignus odio Dei. Si autem peccatum habituale consistit in peccato commisso, & non condonato, simile obiectum moraliter malum,quod destruatur ex vi condonationis,assignari nequit.3. Quia sequitur de facto peccatum habituale remitti tanquam per formam per actum divinæ volitionis illud cõdonantis,non vero per gratiam infusam. * 4. Quia sequitur peccatum læthale posse remitti solum ad tempus determinatum, & eo elapso redire.5.Quia tendentia talis actus extrinsecè condonantis, non satis congruè, & perceptibiliter describitur. His igitur suppositis assumptum probandum suscipimus. Pro quo sit.

Motiva cont. condon. extrinsec.

*De hoc egi tom. 3.de cõstit.peccati habit. dub 6. n. 52.

§. II.

Prima conclusio.

5 *Condonationi puræ extrinsecæ non potest assignari obiectum congruum eius naturæ.* Voluntas extrinsecè condonativa debet habere aliquod obiectum directè volitum per ipsam; sed tale obiectum non est assignabile: ergò voluntas purè extrinsecè condonativa peccati impossibilis est. Mai. est evidens, siquidem debet habere aliquod obiectum; cum sit tendentia vitalis affectiva, cumque omne indirectum supponat directum,evidens est &c.Min. vero probatur. Obiectum directum talis voluntatis solum posset esse carentia, sive destructio peccati habitualis; cum directè, & per se ipsam ordinetur ad destructionem peccati. Sed prædicta destructio,aut carentia, nequit esse obiectum directum:ergò. Prob. min. Destructio peccati habitualis est ipsamet voluntas condonativa. Ratio est: quia ex duobus, quæ constituunt peccatum habituale,scil. peccatum actuale præteriisse, & non esse condonatum.1.destrui nequit,ut patet;quia ad præteritum &c. 2. autem formaliter destruitur per ipsam condonationem,& carentia carentię condonationis est formaliter ipsa cõdonatio.Sed repugnat volunt.condonativam esse obiectum directum sui ipsius;siquidem hæc tendentia: *Volo me ipsam* est fatua, & inexplicabilis: ergò.*

Prob.

* De hoc S. D. 1.2. q.1.art.1.

Nec valet si dicas; obiectum directum talis voluntatis esse cessionem iuris, quod Deus habet ad odium peccatoris propter peccatum actuale antecedenter commissum: quæ quidem cessio iuris, quæ est illius destructio, est virtualiter quid distinctum ab ipsa voluntate condonante. Patet hoc à simili in voluntate hominis remittentis offensam cedendo iuri, quod inest ei; tum ad

6 Resp.

vindictam, tum ad exigendam satisfactionem pro offensa. Non, inquam, dicas. Quia destructio, aut
Reijcitur cessio prædicti iuris, est omninò ipsa condonatio peccati habitualis. Ratio est: Nam prædictum ius proximum in Deo ad odium peccatoris constituitur iuxta Adversarios per peccatum præteritum, & non condonatum: ergò voluntatem condonativam habere pro obiecto directo cessionem, aut desitionem iuris divini proximi ad odium, est illam habere se ipsam pro obiecto. Si fortè
Si dicas. dicatur condonationem purè extrinsecam ex parte Dei non esse volitionem, sed nolitionem permanentiæ moralis peccati commissi; ideòque non debet ipsi præscribi obiectum aliquod directè volitum. Contra est. Nam hoc omisso, voluntas condona-
Impugn. tiva debet habere obiectum nolitū, scilic. permanentiam moralem peccati actualis physicè præteriti. Sed talis permanentia dicit iuxta Adv. carentiam condonationis sui: ergò talis voluntas condonativa debet nolle directam carentiam sui ipsius. Sed hoc perindè est ac velle se ipsam directè, ut patet ab exemplis: ergò talis voluntas se ipsam &c.

1. Solut. (præscindendo ab eo,
7 quod voluntas condonativa explicetur per volitionem, aut nolitionem; cum in utroque casu sit eadem difficultas) distinguit inter obiectum di-
1. Resp. ex Mag. Torres. rectè, & signatè volitum per voluntatem cōdonativam, & inter id, quod exercitè præstat in genere causæ formalis eadem voluntas. Pro obiecto directè volito solum poni valet carentia odij, & iustæ indign. quam Deus poterat habere cum peccatore pro instanti B v.g. propter peccatū commissum in A. Destructio autem peccati habitualis, similiterque cessio divini iuris ad odium pro tali instanti, non est obiectum directè volitum, ut benè prob. argum. cum talis destructio ex parte obiecti sit ipsa condonatio. Unde remissio peccati, aut cessio iuris solum est volita exercitè per se ipsam, in quo nullum apparet inconveniens. Nec obstat dicere, quod voluntas condonandi ordinatur per se ad remiss. peccati habitualis: ergò hęc est obiectū signatum, & in recto, respectu illius. Non, inquam, obstat. Nam, etsi effectivè ordinetur ad remissionem peccati, affectivè tamen solum ordinatur tanquam ad obiectum directum, ad carentiam odij, & inimicitiæ possibilis Deo pro instanti B, & sequentib. Solum enim correspondere valet obiectum directè volitum prædictæ voluntati, ut habet rationem affectionis; non vero ut habet rationem effectionis.

Sed cont. est 1. iuxta eundem M. 8
Voluntas condonativa aptè, communiterque explicatur his terminis: *Parco tibi, remitto, aut condono offensam*: Impug. 1
ergò prædicta volūtas habet pro obiecto directo id, quod directè prędictis terminis significatur. Sed in illis directè significatur remissio, aut destructio peccati: ergò talis remissio, & destructio est obiectum directè vo-
Secundo litum prædicta voluntate. 2. Eatenus nolitio indignationis erga peccatorem possibilis Deo pro instanti B, est condonatio peccati, quatenus peccatum, dum existit, & non remittitur, necessario connectitur cum eo quod terminet indignationem Dei; quapropter hac deficiente pro aliquo instanti necessario deficit peccatum pro eodem instanti. Ita prædictus M n. 94. iuxta opinion. aliquorum, quam reputat probab. estò magis inclinet in oppositū. Sed prædicta voluntas non sufficit ad remissionem peccati: ergò per solut. datam non salvatur &c. Prob. min. Odium possibile Deo pro instanti B, & cuius carētia est volita per voluntatem condonativam; vel ingreditur inadæquatè, aut saltim per modum conditionis, ut existat peccatum habituale in B; vel est quid consequutum ad existentiam illius pro tali instanti? Si primum: ergò cum peccatum habituale consistat in peccato prius commisso, ut non remisso: tale odium erit non remissio peccati: & carentia eiusdem odij erit remissio illius: ergò formalis condonatio peccati non est illa voluntas, qua Deus vult carentiam odij. Ex quo constat ulterius: falsò dici in solut. remiss. aut destruct. formal. peccati non esse obiect. directè volitū per volunt. con-

condonativam. Si 2. (quod videtur verius) necesse est asserere voluntatem condonandi non esse formalem remissionem peccati habitualis. Ratio est : Nam talis formalis remissio est destructio peccati à priori,& non tantum ex consequenti ; quia videlicet destruit aliquid ; sine quo, licet à posteriori,nequit existere peccatum habituale.

9 Si forte dicatur.

Nec dicas. Volitionem carentiæ indignationis pro B aliud dicere ex parte obiecti signatè voliti ; & aliud per modum effectus formalis ab ipsa provenientis. Etenim signatè solum dicit carentiam alicuius inferentis à posteriori defectum peccati ; at vero exercitè dicit effectum formalem destructivum alicuius constituentis inadæquatè peccatum in esse habitualis;dicit enim cessionem iuris divini ad talem indignationem ; quod quidem ius proximum est de essentia peccati;unde non existente prædicto iure,deficit necessario peccatum in esse habitualis.

10 Doctrina Adv.

Ut hæc doct. percipiatur, & efficacius impugnetur ; advertendum duplicem esse opinionem Adversi. circa terminationem odij , sive displicentiæ divinæ erga peccatum.Aliqui enim tenent Deū posse absolutè suspendere odium circa illum, etiam pro casu illius existentiæ. Sic P. Ripalda , & Mag. Torres. Alij vero tuentur oppositum.Si loquamur iuxta primum modum dicendi : peccatum adhuc habituale non dicit essentialiter actu terminare odium, & indignationem Dei ; benè vero reddere subiectum dignum,sive cum iure passivo , ut odio habeatur à Deo. Rursus advertendum, * quod homo peccans in A & est dignus , ut peccatum non remittatur in B, & etiam est dignus , ut odio habeatur à Deo in eodem B. Quapropter etiā adest in Deo, vel potius advenit Deo ex peccato (vel se habeat ut conditio , vel ut ratio formalis (duplex ius quasi activum , scilicet , & ius ad non remittendum peccatum, & ius ad illud odio habendum.Cum hoc tamen discrimine , quod ius proximum ex parte Dei ad remittendum in B constituitur per cognitionem peccati commissi in A , & non remissi præcisivè pro signo priori instantis B. Ius tamen proximum in Deo ad odium supponit peccatum non remissum in B ; quia videlicet peccatum non ideò perseverat in B,quia odio habetur à Deo, sed è contra ; ideò perseverat in B, quia in illo non remittitur. Hinc infertur ius proximum ad non remittendum peccatum esse ius mediatum , & radicale ad odium Dei. Unde de essentia peccati actualis sunt duo , scilicet , & ius proximum ad odium pro instanti , in quo committitur , & simul præbere ius proximum Deo ad non remissionem illius pro instanti sequenti : qua non remissa posita est habit.& adest ius proximum ex parte Dei ad odium pro instanti non remissionis ; ideòque, & si cesset odium , quod est absolutè possibile , manet peccatum in esse habitualis.

Remiss. peccati erit cessio unius, & illius iuris, quod habet Deus ad non cedere etiá iuri ad odium.

Cum autem condonatio essentialiter dicat remissionem alicuius debiti , & in homine nequeat dari debitum , nisi etiam ex parte Dei sit ius ad non condonandum tale debitum ; quando Deus v. g. condonat in B peccatum commissum in A, aufert à se , vel potius impedit , nè debitum , quod erat in A transeat, seu perseveret usque ad instans B,& ad alia. Cumque iuxta ante dicta ius proximum ex parte Dei ad odium peccati supponat illius non remissionem;quando illud remittit in B , excludit à se ius proximum,sive potiùs impedit ius,quod habebat ad odium, si deficeret condonatio peccati.Hoc modo explicant AA. quid sit Deum cedere iuri immediato quo gaudebat ex vi peccati commissi in A ad non remittendum illud in B , & etiam iuri mediato ad odium peccati in B , si in illo non remittatur extrinsecè.

11 Sic Torres pro Alijs.

12

Si inquiras , quot , & quænam sint exercitia divinę voluntatis, dum peccatum condonat ? Resp. Esse unicum adæquatum , scilicet, condonationem. Nam si peccatum commissum in A odio habeatur à Deo ; dum se exercet condonando illud in B,omittit etiam tale odium.

*Sic Torres num. 103.

Et si peccatum erat habituale in B, quando illud remittit in C, suspendit prædictum odium, & condonando excludit à se ius, quod habebat Deus, ut tale peccatum odio haberetur pro instanti C. Nec ex hac doctr. sequitur, quod aliquod exercitium divinæ voluntatis auferat ius, & potestatem, quam exercet. Nam condonatio in B requirit pro principio potestatis ad illam, indignitatem peccati in A, ut nō remittatur in B, quę in dignitas manet relatè ad A. Et estò condonatio in B destruat ius, sive excludat illud à Deo, ut odio habeat peccatum in B, omissio odij in B tantum est exercitium iuris mediati, quod habebat in A. Quapropter cessio iuris in Deo ad odium in B, non est exercitium potestatis immediatæ ad odium; sed potestatis immediatæ ad remittendum, & quę erat mediata ad odium.

Nota hęc pro dicendis; conclus.

13 Quid iuxta alios?

Si autem iuxta secundum modum dicendi supra relatum; peccatum necessario ex suppositione permissionis odio habeatur à Deo, dicendum: dignitatem proximam ex parte peccati ad odium esse de essentia illius; verumtamen actu odio haberi, non esse constitutivum illius, etiam in esse habitualis. Nam hæc propositio: *Petrus v. g. est peccator in B, quia displicet Deo*, est falsa; sed potiùs contrariū asserere est verum. Ratio. Nam malum culpæ habitualis est causa moralis, & motiva, ut peccator odio habeatur à Deo. At qui huiusmodi causa præsupponitur ad odium: ergò homo non est peccator habitualiter, quia actu odio habetur à Deo, sed potius è contra. Hinc inferes adhuc in dicta opinione peccatum habituale non dicere inadæquatè odium ex parte Dei, sed solum illius non remissionem, vi cuius perseverat moraliter. His animadversis placet varijs conclusionibus reijcere condonationem purè extrinsecam, prout exponitur ab Adversarijs.

*** *** ***
*** *** ***

§. III.

Secunda conclusio.

14 Ratio probat.

Voluntas condonandi purè extrinsecè peccatum, nequit dici destructio formalis peccati habitualis; quia est formalis destructio carentiæ sui. Probatur. Voluntatem divinam destruere formaliter peccatum habituale, est destruere illud, prout denominat hominem peccatorem, Deo inimicum, eique abominabilem. Sèd voluntatem aliquam divinam destruere formaliter carentiam sui, non est destruere formaliter aliquod prædicatum cum conditionibus recensitis: ergò voluntas condonandi &c. Prob. min. Carentia, sive omissio voluntatis condonativæ, est exercitium divinum libertatis (si admittitur possibilis pura omissio) proindèque est exercitium sanctissimum saltim moraliter; divina enim libertas in omnibus suis exercitijs dicit essentialem repugnantiam, nedum cum peccato, sed etiam cum umbra illius. Quod si Deo non est possibilis pura omissio, exercitium exclusum formaliter per voluntatem condonādi, erit huiusmodi: *Nolo condonare*, quod quidem utpotè positivum Phys. est sanctum, & iustum moraliter. Sed repugnat ex terminis exercitium divinæ voluntatis, & tot prærogativis ornatum, reddere hominem formal: peccator. &c: ergò.

15 Confirm.

Confir. Exercitium non condonationis formaliter exclusum per voluntatem condonandi, est exercitium iustè ponibile à Deo, quamvis sua misericordia per illud non se exerceat. Sed nō dari in Deo aliquod exercitium iustum, & iustè ponibile ab ipso, non est formaliter hominem exuere condonationē iniusti, & abominabilis corā Deo; ut est de se certū: ergò voluntas condonandi ut formaliter excludens carentiam sui, non est formaliter excludens ab homine esse iniustum, & abominab. Deo. Aliter, & efficacius. Deum remittere peccatum habit. est destruere in homine iniquitatem; & immundit. corā ipso. Sed exercit. quo vult non condona-

Aliter.

re

re non est iniquitas, & immunditia hominis coram Deo; cum sit exercitium nolitivum divinæ voluntatis: ergò tale exercitium destrui formaliter per voluntatem condonandi non facit huiusmodi voluntatem destruere formaliter peccatum habituale. Urgetur. De essentia peccati, ut habitualis, est saltim dignitas ad odium ex parte Dei: ergò voluntatem divinam destruere formaliter peccatum in esse habitualis, est formaliter destruere prædictam dignitatem ad odium. Atqui voluntas non condonandi, sive omissio voluntatis condonandi, non reddit formaliter hominem dignum odio Dei, quod quis neget? * ergò voluntatem condonandi destruere formaliter in Deo suum contradictorium, aut nolitionem contrariam condonandi, non est esse destructionem formalem peccati in esse habitualis.

Urgetur.

* Est actus iustitiæ.

16 Dices: Deum non odio habere peccatum habituale secundum totum quod dicit in esse talis, hoc est, prout dicit habitualitatem; sed solum odio habet illud, prout dicit actum malum præteritum, qui perseverat moraliter. Unde quamvis carentia condonationis non sit in se mala, aut displiceat Deo: quia tamen ratione illius perseverat moraliter malitia peccati; dum illa destruitur per voluntatem condonandi, destruitur formaliter malitia habitualis. Contra est 1. Voluntas condonativa non destruit peccatum actuale, ut physicè præteritum. Tum quia prout sic iam defivit esse. Tum quia ad præteritum non datur potentia: ergò solum destruit formaliter illud quoad suam perseverantiam moralem in denominando hominem iniustum, & abominabilem Deo. Sed hæc perseverant. moralis iuxta solutionem habetur ratione non condonationis: ergò si peccatum actuale, ut perseverans moraliter denominando hominem iniustum &c. est Deo abominabile, erit Deo abominabilis carentia condonationis, aut voluntas non condonandi, quod quis credet? 2. Offensa peccati ea ratione, qua remittitur a Deo, est mala moraliter; Deus autem principaliter culpam remittit, esto etiam pœnam relaxet. Sed offensa peccati remittitur, quatenus perseverat moraliter in homine quoad munus denominandi iniustum &c: ergò prout sic est mala moraliter. Sed quod perseveret moraliter quoad hoc munus, habet nō ratione sui, sed ratione non condonationis à Deo: ergò huiusmodi non condonatio in Deo, & prout à Deo, erit mala moraliter.

Resp.

Impug. 1.

Secundo.

17 Sanctus in quantum Sanctus, est amicus Dei; & tamen sanctitas, quæ est forma talis concreti, non denominatur Deo amica: ergò stabit optimè carentiam condonationis esse pro recto formam denominantem hominem peccatorem, & quod Deus displiceat in tali denominatione, & non in carentia dictæ cōdonationis. Hinc subdit fallum esse concretum reduplicativè ut tale dicere formam in recto; liquidē hęc propositio * Sanctus ut Sanctus est amicus Dei, * esset falsa; cum prędicatum tali formę non conveniat: ergò quamvis carentia condonationis sit forma pro recto peccati ut habitualis, non sequitur peccatum qua tale dicere in recto carentiam condonationis: ergò quāvis peccatum, ut habituale, displiceat Deo, non propter hoc debet displicere in carentia condonationis.

Instant. cont probation ad duct. à P. Marin.

18 Resp. Quod licet forma denominans concretum non suscipiat denominationē illius, præsertim ut quod; nequit tamen suscipere denominationem directè contrariè oppositam; cumque carentia condonationis, utpotè exercitium divinæ voluntatis sit sancta moraliter, placensque Deo, nequit constituere per modum formæ concretum Deo displicens, ipsique abominabile, quale est peccatum habituale. Deindè: Nam licet gratia habitualis non denominetur Deo amica, denominatur tamen cum proprietate terminans dilectionem Dei specialem, vi cuius maximè ei placet. 1. contingit, quia amor amicitiæ, & similiter odium ei oppositum terminatur ad res subsistentes; iuxta expressam doctrinam D. Th. hic 1. 2. q. 29. a. 1. & 3. cont. Gent. c. 96. Unde consequenter dicend. quod esto carent. condon. constituēs per modum

Solutio.

Robor.

formæ hominem Deo inimicum, non debeat terminare odium inimicitiæ; secus tamen odiū abominationis. Ad id, quod additur, dico esse innegabile (ni fallor) concretum reduplicativè ut tale dicere formam in recto; alibi notum Dialecticis maximè tract. de appellatione. Nec probatio urget: Nam in concretis aliud est, quod significatur de formali, & in recto; aliud pro quo supponunt. Unde ex falsitate propositionis* solum probatur hoc concretum sanctum (idem dico de alijs) non supponere pro forma; secus tamen non significare illam in recto.

* (Gratia est amica Dei.

§. IV.

Tertia conclusio.

19 *Non rectè explicatur condonatio peccati habitualis purè extrinseca per voluntatem, qua Deus cedit iuri, quod habet, ut non remittat peccatum.* Prob. 1. Nam de facto, & in hac providentia, cum Deus infundendo gratiam remittit peccatum, cedit iuri, quo gaudet ad non remissionem peccati; siquidem poterat Deus Petro peccatori in instanti B iustè non remittere peccatum in C, ex quo patet in Deo esse ius quod habuit ad non remissionem illius. Quod si dicatur in casu dicto: Deum nolle uti iure suo, non tamen cedere ei: præter quam quod alia cessio iuris non est Deo possibilis ex suppositione peccati; cum tale ius fundetur in maiestate divina offensa ex tali suppositione: Nequit rectè explicari, in quo consistat cessio iuris propriè sumpta: ergò talis voluntas non explicat propriè, & in specie condonationem peccati, ut purè extrinsecam.

Prob. 1. contra cession.

* Cum sit exercitij libertatis remissive constitutæ per tale ius.

20 Prob. 2. Deum cedere iuri, quo gaudet ad non remissionem peccati, est Deum actu remittere peccatum, quod aliundè posset iustè illud non remittere. Sed asserere voluntatem condonationis purè extrinsecæ esse remissionem peccati, quia remittit peccatum, cum posset iustè illud non remittere, est dicere idem per idem, & non reddere rationem; cur prædicta voluntas remittit peccatum: ergò remissio peccati non rectè exprimitur per talem voluntatem. Confirm. Peccatū commissum in A reddit hominem dignum, ut non remittatur à Deo in B; unde ratione talis peccati advenit Deo ius, ut illud non remittatur, nec in B, nec in C. Sed peccatū non remitti in B est illud esse peccatum habituale: ergò in Deo est ius, ut illud sit habituale in B per non remissionem: ergò cessio iuris divini respicit pro obiecto remissionē peccati illam causando. Sed obiectum practicè positum per actum supponit ipsum: ergò prior est in Deo cessio iuris, quam remissio peccati: ergò talis cessio non est formalis remissio peccati. Sed aliunde ius ad non remittendum peccatum iuxta Advers. constituit inadæquatè peccatum in esse habitualis: ergò inconsequenter procedunt in suis assertis. Explicatur hoc. Quando Deus non remittit peccatum, iustè se gerit: ergò talis non remissio est obiectum voluntatis iustæ: ergò cum actus divinæ voluntatis non se habeat pro obiecto sui directè volito, & quasi adæquato nequit ille esse formaliter non remissio peccati: ergò nec actus, quo vult cedere iuri, sive remittere peccatum, erit formalis remissio peccati.

2. Ratio.

Confirm.

Explicat.

21 Nec valet si dicas: aliud esse Deum non uti iure suo circa non remissionem peccati; aliud vero privari dicto iure, quod patet à simili in humanis. Potest quis nolle uti dicto iure adversus creditorem, quin per hoc privetur illo. Licet enim Deus in hac providentia, dum per gratiā habitualem remittit peccatum, nō utatur iure suo, non tamen privatur illo ratione gratiç. In casu autem condonationis purè extrinsecæ utrumque contingeret; cumque deficiente ex parte Dei iure ad non remissionem peccati, & ad indignationem contra peccatorem, deficiat necessario peccatum; ex vi prædictæ voluntatis maneret remissum peccatum habituale. Non, inquam, valet: Nam repugnat in Deo permanere verum ius adversus peccatorem, nisi etiam ex parte huius detur ius quasi passivum, ut terminet odium, vel

Si dicas.

Reijcitur

odium, vel indignationem Dei; tum quia hæc duo iura sunt correlativa. Tum quia nequit Deus iustè se habere circa peccatorem, nisi ex parte huius sit demeritum, ut constat ex definitione iustitiæ. Atqui cum Deus iustificat gratia sua peccatorem, non manet in illo ius, ut terminet odium, vel indignationem Dei, cum sit reconciliatus in amicitiam illius: ergò pro casu positivæ iustificationis, si datur in Deo cessio iuris, debet esse cessio pro illius expulsione, si aliundè hæc est possibilis Deo, ut purè extrinsecè condonati.

22 Doctrina pro cessione iuris.

Sed quia Adversf. frequenter utuntur dicta cessione iuris ex parte Dei, satis opportunum duxi meum qualemcumque sensum circa illius possibilitatem sic explicare. Primo mihi certum est Deum posse nolle privari iure, quod ratione peccati commissi habet adversus peccatorem, vel ut non remittat illud, vel ut odio habeat; vel ut pœna æterna puniat. Ratio est, quia cum tale ius non tollat supremum Dei dominium, sitque coniunctum summæ misericordiæ, & libertati, non necessitat illum ad actum correspondentem prædicto iuri; qua ratione dicitur Dei misericordiam minimè adversari, sed potius superexaltare eius iudicium. Unde ponit in Deo facultatem, & potestatem expeditam ad iustè retribuendum peccatori, si velit.

23 Illatio ex dictis.

Hinc infero, quod si nomine cessionis iuris in Deo intelligatur extinctio, exclusio, aut privatio illius, hæc minime est admittenda in Deo. 1. Quia quidquid se tenet ex parte Dei, est immutabile, sicuti & ipse Deus; qua ratione communis Theolog. sententia eandem immutabilitatè attribuit actibus liberis divinæ voluntatis; ita ut ex suppositione quod Deus amicabiliter diligat aliquem, etiam si committat peccatum, ab æterno, & usque in æternum ipsum tali dilectione prosequatur: non quidem relatè ad omne instans nostri temporis, sed relatè ad illud tempus, pro quo decrevit ei gratiam infundere. Idem dicendum de odio peccatoris propter peccatum; ideòque exempli gratia, modo displicet Deo D. Petrus, ut peccans peccato negationis Christi Domini in nocte passionis; de quo latè Theologi tract. de Volunt. Cumque ius aliquod divinum transire de esse ad non esse, sit quædam mutatio in Deo, nequit admitti cessio illius sumpta pro exclusione, aut privatione.

Prob. 2.

2. Nam prædictum ius, cum Deum non necessiter, solum ponit in illo facultatem, & potestatem expeditam, ut iustè se gerat circa peccatorē, si velit uti prædicto iure. In Deo autem nulla est possibilis libertas temporalis, & quæ æterna non sit; quidquid enim Deus aliquando potuit agere necessario, aut liberè, modo, & pro semper gaudet eadem potestate. Si autem posset Deus se privare iure, quod habuit adversus peccatorem, dum in tempore ei remittit peccatum, absdubio deficeret ipsi libertas, & potestas expedita ad iustè se gerendū circa peccatorem. Quod, ut clarius fiat, sit exemplum. Petrus v. g. peccat læthaliter in instanti A, huiusmodi peccatum utpotè offensa Dei, & de se dignum nunquam remitti, sed puniri pœna æterna; Deus ex suppositione talis peccati ab ipso liberè permissi habet ius, sive facultatem, ut illud nunquam remittat. Hoc tamen non obstante Deus sua misericordia motus ab æterno decrevit illud remittere tempore sibi placito. Cæterum per huiusmodi remissionem ab æterno decretatam, nec Deus se privat, nec à se abijcit illud ius, quo gaudet ad non remittendum peccatum. Semper enim verificatur in Deo manere potestatem antecedentem ad peccati non remissionem, & relatè ad illa instantia, pro quibus decrevit illud non remittere. Cumque prædictum ius ad signum potestatis antecedentis, scilicet iustæ, spectet, sicut nequit se privare aliqua potestate, nequit se privare illo iure.

24 Secundo.

Explicat.

Instabis. Si Petrus v. g. iam est iustificatus, proindèque nec meretur odium Dei, aut pœnam æternam; quomodo manet in Deo ius quod ante habebat ad odium, & in-

25 Instantia cont. dicta solvit.

flictionem pœnæ ? Resp. Hanc difficultatem impugnare etiam immutabilitatem Dei in suis decretis, simulque attributum summæ potestatis, vi cuius semper verificatur de Deo *posse modo, quid quid olim potuit.* Unde pro omnibus dicendum, in Deo nunquam fuisse ius nō ad remittendum peccatum, Illudque puniendum in sensu compos. iustif. vel prę scindente à remissione, & nō remissione; vel si mavis, etiam relatè ad illa instantia, pro quibus ab æterno decrevit non remittere peccatum. Hoc autem ius sic explicatum, etiam supposito decreto iustificandi; ab æterno, & usque in æternum permanet immobiliter in Deo. Quapropter licet in nobis cessio iuris sit exclusio, aut privatio illius ob nostram mutabilitatem, non tamen in Deo, sed unicè explicari potest per decretum, quo vult non uti illo. Videantur AA. loco citato.

26 2. Resp.

Si Resp. 2. (omisso hoc litigio) quod sicut in nobis datur duplex cessio iuris adversus offendentem, scilicet, vel purè remittendo offensam per carentiam odij, aut nolitionis debitæ satisfactionis; vel etiam admittendo offendentem ad pristinam amicitiam; ita affirmandū de Deo relatè ad remissionem offensæ. Cessio primi generis est absolutè possibilis, & in alia providentia. Cessio autem secundi generis est, secundum quam in præsenti providentia remittit peccata infundendo gratiam, qua nos reconciliat in sui amicitiam. Sed hæc solutio manet iam impugnata toto dubio principali; siquidem talis cessio nequit non importare specialem dilectionem ex parte Dei; proindèque iuxta doctrinam D. Thom. necessario includit infusionem alicuius doni intrinseci. His accedit discrimen pro cessione iuris in humanis adversus offendentem. In his enim offensa solum remittitur quoad forum exterius, non vero quoad inordinationem relictam in offendente; hæc enim solum per actum virtutis oppositæ destrui valet. Oppositum autem contingit in remissione offensæ peccati à Deo proveniente; ita enim Deus pacatur offendenti, ut offensam, nec imputet ad pœnam, nec in peccante maneat aliqua malitia habitualis, sive aversio imputabilis ad culpam.

Impugn. 1.

Secundo.

§. V.

Quarta conclusio cum quadam illatione.

27 Ratio prob.

Voluntas remissiva peccati non constituitur per velle destruere in peccatore dignitatem ad odium, vel ad pœnam æternam. Probatur ex dictis tract. de peccat. constitut. ubi statutum est talem dignitatem non esse constitutivum peccati habitualis, sed illius proprietatem. Quemadmodum dignitas ad gloriam, & ad amorem amicitiæ, non est constitutiva gratiæ habitualis, sed illius proprietas. Etenim homo non est iustus coram Deo, quia dignus vita æterna, sed potius è contra. Hinc constat veritas conclusionis, secundum quam oportet ponere in voluntate remissiva peccati aliam tendentiam primariam directè terminatam ad destructionem illius quoad sui essentiam. Licet enim sit bona consequentia: *Nolo Petrum peccatorem esse pro instanti B dignum odio, & pœna æterna: ergò in tali instanti non manet peccator.* Attamen solum est bona à posteriori, & per defectum alicuius proprietatis necessario consequutæ ad peccatum habituale. Igitur necesse est, quod voluntas remissiva, quæcumque sit, explicetur per nolitionem efficaciter destruentē aversionem habitualem creaturæ à Deo ut fine ultimo, in qua fundatur talis condignitas. Uno verbo: debet esse volitio huius tendentiæ.* Nolo Petrum v. g. manere pro instanti B aversum, & immundum, *quæ quidem aversio, & immunditia, utpotè constitutivè, aut actu includens privationem coniunctionis cum divino lumine, & similis conversionis ad Deum; nequit auferri sine dono intrinseco.

28 Illatio.

Hinc infero. Omnes sequentes volitiones iuxta Adv. Deo possibiles; scilicèt: *Volo me gerere cum Petro, qui peccavit, ac si non peccasset. Nolo Petrum esse*

esse ulterius dignū mea indignatione, aut pœna æterna. * Etsi iuste possim Petrum odio habere, aut Reum pœna æterna pro instanti *B*: **Cedo huic iuri, nec volo ipsum, ut inimicum tractare. Nolo ulterius permittere Petro peccatum, aut continuare in illius permissionem.* Omnes, inquam, istæ voluntates, aliæque similes, sunt inconiungibiles cum peccato habituali; proindeque inferunt necessario illius destructionem. Attamen difficultas in præsenti exagitata consistit in probando, quod prædictæ voluntates possint haberi à Deo sine eo, quod ex ipsis derivetur aliquod donum intrinsecum gratiæ formaliter directè, aut indirectè destructivum peccati. Quemadmodum voluntas, qua Deus vult hominem, qui peccavit, admittere ad sui amicitiam, illumque constituere dignum, & hæredem vitæ æternæ; est necessario remissiva, destructivaque peccati habitualis; cum tamen ex vi propriæ tendentiæ non præbeat effectum remissionis, nisi medio dono intrinseco gratiæ. Similiter hæc voluntas: *Volo paccari Petro, qui peccavit* est iuxta S. Doct. in præsenti voluntas remissiva offensæ peccati, & iuxta ipsum necessario requisita in Deo ad talē remissionem. Verumtamen; quia Deum sic velle paccari est ipsum specialiter diligere peccatorem; & quia dilectio specialis nequit haberi à Deo sine infusione doni gratiæ, infert S. Doct. dicto art. 2. hanc conclusionem: *Et ideo non potest intelligi remissio culpæ sine infusione gratiæ.* Hinc constat laborē susceptum pro descriptione tendentiæ, qua gaudet voluntas remissiva peccati purè extrinseca, esse inutilem, nisi postmodum subsumatur, & probetur hæc minor: *Sed talis voluntas potest haberi sine infusione alicuius doni intrinseci*: in cuius prob: est difficultas.

Probat.

Semper hæremus difficult:

***

*** *** ***
*** *** ***

§. VI.

In quo probatur peccatum lethale non posse remitti in instanti, in quo committitur, aut antequam committatur.

EST communis inter Thom. inter quos videndus M. Prado dub. 6. de Pœnit: §. 3. & M. Ferre hic quæst. 5. §. 11. P. Suarez lib. 7. de Grat. cap. 21. ubi conclusionem nostram appellat per se notam, M. Torres, & Alij. Oppositum tuentur Lugo disp. 7. de Pœnit: sect. 8. P. Ripalda tom. 2. disp. ultim. sect. 29. referens pro se alios RR. * & insuper asserit esse consequentiam doctrinæ admissa possibilitate condonationis purè extrinsecæ, de quo in fine. Probat. 1. concluſ: Peccatum ut mortale dicit essentialiter rationem aversionis voluntariæ à Deo ut fine ultimo: ergò dum committitur peccatum mortale, datur talis aversio. Sed repugnat aversionem à Deo ut fine ultimo remitti pro instanti, in quo est; cum vera remissio sit destructio talis aversionis: ergò repugnat peccatum lethale verè remitti pro instanti, in quo fit.

29

Probat. 1.

Distinguī remiss: à destruct:

Nec valet dicere probationem solum convincere prædictam aversionem essentialiter permanere pro tali instanti purè physicè; non autem moraliter: eo quod ad huiusmodi existentiam moralem requiritur ex parte Dei odium inimicitiæ circa peccatum; quodquidem de potentia absoluta potest Deus suspendere. Non, inquam, valet 1. Nàm talis aversio, dum committitur, existit ut voluntariè inducta contra legem æternam: ergò existit in illo instanti ut imputabilis ad culpam, & prout est in linea morali. Conseq. patet: Nàm aversio ut inducta voluntariè contra legem æternam, est essentialiter culpabilis, utpotè dicens formaliter oppositionem cum regula moralitatis. 2. Dato, quod Deus non prosequatur odio hominem pro instanti, in quo peccat lethaliter (ut vult solutio) huiusmodi suspensio esset maxima gratia peccanti: ergò

30

Dices.

Impugn: 1.

In hoc sistit ratio peccati iuxta M. Par.

Secundo;

quia

quia attenta malitia peccati homo erat dignus, ut ôdio inimicitiæ prosequeretur à Deo. Sed cum dignitate ad odium ex parte Dei non ſtat vera remiſsio peccati in homine peccante. Tùm quia ratione huius dignitatis homo eſt ex probrabilis. Tùm quia iuxta D. Dionyſ. *Licèt punirì non ſit malum; ſecus tamen fieri pœna dignum.* Tùm quia motivum, ſive condignitas ad odium inimicitiæ ex parte Dei ſolum eſt malum morale: ergò &c.

31 Probat. 2. Probat. 2. concluſ: Conſiderando peccatum mortale, prout dicit rationem maculæ, & immunditiæ animæ coram Deo Repugnat ex terminis peccatum deſtrui in ratione reddentis animam maculatam, & immundam coram Deo pro illo inſtanti, pro quo verè, & propriè exiſtit ratio maculæ ex peccato conſequuta. Sed ad peccatum lethale pro inſtanti, pro quo committitur, neceſſario conſequitur ratio maculę, vi cuius anima ſit immunda coram Deo: ergò. Mai. conſtat, & minor probat: Anima redditur impura, & immunda coram Deo ratione privationis gratiæ inductæ ex peccato actuali; quemadmodum redditur ſancta, & munda ratione ipſius gratiæ. Atqui peccatum lethale pro inſtanti, in quo committitur neceſſario inducit privationem gratiæ: ergò neceſſario induçit &c. Min. prob. Nàm ſi peccatum mortale eſſentialiter opponatur gratiæ habituali, neceſſario inducit privationẽ gratię tam in eſſe gratific: animam, quam in eſſe qualitatis, ſi autem non ſic opponatur, repugnat ei coexiſtere in eſſe ſanctific: & decorantis animam; ut expreſſe fatentur relatam opinionem propugnantes. Etenim omnibus eſt per ſe notum huiuſmodi denominationes iuſti, & iniuſti, amici, & inimici, immundi, & mundi eſſe ex terminis inconiungibiles: ergò. Quod ſi dicatur hominem peccatorem neceſſario manere maculatum phyſicè pro inſtanti, pro quo peccat, non autem moraliter. Contra eſt: Nàm privatio gratiæ ſub munere ſanctificantis animam, voluntariè inducta, & contra legem æternam, & ſimul cum debito non ſe privandi grratia ut ſpiritualiter purificante animam, eſt conſtitutivè macula moralis; cum omnia principia pènes quæ attenditur talis privatio, ſpectent ad lineam moralem: ergò peccatum lethale in inſtanti, pro quo committitur, neceſſario reddit animam moraliter maculatam, & moraliter immundam coram Deo; etiam admiſſo poſſe coexiſtere cum gratia ſub ratione qualitatis. Quomodo ergò poterit verificari pro tali inſtanti homini remiſſum eſſe peccatum, eſſeque innocentem ſaltim negativè coram Deo?

Ex his probatur etiam prædictum peccatum non poſſe remitti ea ratione, qua eſt offenſa Dei. Peccatum habet rationem offenſæ Dei, quatenus eſt averſio indebita à Deo ut fine ultimo; vel quia peccans convertendo ſe ad bonum creatum ut finem ultimum, iniuriam facit creatori, dum in affectu ſuo illum poſtponit creaturæ ita D. Thom. quæſt. 28. de Verit. art. 2. ergò quandiu exiſtit prædicta, & inordinata converſio voluntariè, & contra legem Dei, exiſtit pariter ratio offenſæ, & contemptus Divinæ Maieſtatis. Atqui, dum homo lethaliter peccat, ex ipſa ratione peccati lethalis avertitur à Deo, & cõvertitur ad creaturas, eaſque in ſuo affectu præponit creatori: ergò pro tali inſtanti neceſſario exiſtit peccatum ſub formalitate offenſæ Dei. Ex his excluſa manet diſtinct. inter deſtructionem averſionis, malitiæ &c. & illius condonationem. Siquidem iuxta Adverſar. hæc requirit in Deo ceſsionem iuris ad odium. Si enim exiſtit in peccante ratio peccati per privationem conformitatis cum lege, ratio offenſæ, & ratio maculæ; manet in illo ius, & debitum, vel condignitas ad odium &c. ergò etiam adeſt in Deo ius; cum ſint correlativa: ergò nequit dari in ipſo vera ceſsio iuris.

32 Prob. idẽ. de formali offenſæ. Quædam diſtinctio.

Contra hanc concl: argues. 33 Poſsibile eſt Deum decernere, & inſuper promittere, quod etſi homo peccet in inſtanti *A* v.g. non indignetur contra illum, nec ipſum odio habeat, nec exigat ſatisfactionem pro

pro offensa. Huiusmodi enim affectus, utpotè Deo liberi, qui nec à bono, aut malo creato necessitari valet, possunt suspendi ab ipso. Sed Deum sic se gerere circa peccantem est remittere illi peccatum; cum hoc modo paccetur saltim negativè peccatori: ergò possibilis est remissio peccati &c. Confirm. Aliud est Deum ex suppositione peccati necessario displicere in illo, aliud vero talem displicentiam transire ad hominem peccantem: patet hoc in homine offenso odio habente offensam ipsi irrogatam, non vero, sed potius amante offendentem, ut sic verificetur illud M.P. Aug. **Cum dilectione hominum, & odio vitiorum.* Quod si hoc possibile est homini offenso, multo magis Deo. Sed hoc necessario importat remissionem offensæ ex parte Dei: ergò possibile est Deum remittere &c. Min. subsumpta probat. à paritate. Nàm cum homo offensus sic se gerit erga offendentem, dicitur ei remittere offensam. 2. Deum se gerere ut offensum homini est iuxta D. Thom. quæst. 28. de Verit. art. 2. indignari contra peccatorem: ergò cessante tali indignatione Deus non se habet ut offensus. Sed Deum non se habere ut offensum, est moraliter remittere offensam: ergò sic se habere Deum &c. Urgetur. Sicut potest Deus non diligere actu amicabiliter hominem gratia sanctificanti prædituni iuxta Aliquos, potest etiam non prosequi odio inimicitiæ hominem peccantem, & ipsum offendentem; licèt odio abominationis prosequatur peccatum: ergò homo ille pro casu peccati non esset Deo inimicus. Ergò non esset peccàs moraliter relatè ad divinam existimationem; sed tantum physice, aut materialiter. Sic discurrit P. Ripalda.

Confirm.

* Sic in Regula.

Urgetur.

34 Sed hæc nihil sunt. Nàm admissa illa suspensione odij indignationis, & aliorum affectuum, quos Deus modo exercet circa peccantes, adhuc maneret in peccante lethaliter dignitas ad odium, & positiva indignitas ad terminandam amicitiam Dei: quæquidem dignitas, aut indignitas, necessario reddit hominem Deo abominabilem, & positivè maculatum coram ipso. Cum qua denominatione pugnat remissio peccati verè, & sincere talis, & non remissio, quę sit fictitia sit, aut purè non imputativa ad pœnam. Hanc doctrinam fateri debet Ripalda ut veram, dum num. 409. asserit * talem hominem; etiam pro casu suspensionis odij, manere Deo fundamentaliter inimicum, licèt non formaliter, quia actu non terminaret odium inimicitiæ ex parte Dei. * Inquiro enim: fundamentum inimicitiæ actualis cum Deo potest denudari à malitia gravi morali? Per quæ constat ad confirm. Nec paritas de offensa inhumanis aliquid probat; cum remissio illius, ut sæpè diximus, non sit destructiva inordinationis repertæ in offendente, sed tantum consistat in non imput. obligante ad pœnã, & in non exigentia debitæ satisfactionis. Oppositũ accidit in vera remissione peccati, vi cuius in homine, qui peccavit, nihil malitiæ moralis, nihil inordinatæ aversionis à Deo, nullaque impuritas in oculis Dei permanet.

Respond.

Ad confirm.

Ad urg. Admissa illa opinione dico eam minimè favere arguenti: Nàm homo prædituς gratia necessario est obiectum congruum dilectionis amicabilis Dei; & dignus per se, ut ex compacentia in illo conferat bona amicabilia, scilicèt, visionem, & fruitionem æternam sui; in quibus hæreditas filiorum Dei consistit: ergò pariter discurrendum est de peccato lethali relatè ad constituendum peccatorem dignum per se odio, & indignatione privante ipsum æternam fœlicitate, & societate amicabili cum Deo. Sed cum hoc non componitur illud esse verè remissum; cum esse odio dignum sit proprietas mali moralis: ergò.

35

Ad urg.

Ex hucusque dictis possunt deduci aliæ conclus: impugnantes condonationem purè extrinsecum. * 1. contra admittentes posse peccatum remitti pro instanti, in quo committitur sub hac forma. * Si possibilis est condonatio purè extrinseca, possibile est peccatum verè remitti &c. sed hoc repugnat: ergò, & con-

36

Illatio 1. triplicis concluſ. Prima.

dq-

donatio purè extrinseca. Minor probar. fundamentis supra stabilitis. 2.* contra negantes sequelam. * Deo

Secunda prob. suspendente odio, sive indignatione circa peccatum, & peccatorem deficit peccatum in ratione offensæ, sicuti offensa inhumanis manet remissa, dum offensus non indignatur, & si possit iustè circa offendentem; sed Deus potest sic se gerere erga actu peccantem. Tùm quia malum peccati est finitum, & ideo non necessitat Deum ad sui displicentiam. Tùm quia si hoc potest facere homo circa propriam offensam, multo magis Deus, qui est maioris misericordiæ, & liberalitatis: ergò. Si autem fiat recursus ad cessionem iuris, quæ nequit esse, dum actu Deus offenditur. Contra est 1. quia Deus potest non admittere ius ad indignationem; cum talis admissio sit Deo libera.

37 3. Est *ex condonatione extrinseca sequitur posse in homine pluribus peccatis implicato remitti

Tertia. unum alio non remisso. * Ratio est quia potest nolle indignari, aut cedere iuri, quod habet ad indignatione

Probat. tionem propter unum, & non sic se gerere propter aliud. Hoc enim petit Dei libertas circa actum indignationis: Et quia peccata in sui malitia non habent connexionem. Quod roborari potest inhumanis; liquidem potest unus homo remittere offensam ei illatam per de honorationem determinatam; secus vero per aliam. Quod autem hoc nequeat sustineri constat ex S. Doct. 3. p. q. 86. art. 3. pro quo videatur M. Prado de Pœn: q. 86. dub. 6. & Alij Comment: sed quia sequelam concedit Ripalda; oportet eius motivum examinare.

38 Arguit sic: Supponendo privationem gratiæ non esse peccatum habituale nisi, ut inductam ex peccato

Obijc ex Ripalea. num. 402 actuali. Pone hominem privatum gratia ob peccatum actuale commissum in instanti *A*, & quod Deus promittat, quod si in *B* non committat novum peccatum, dabit ei gratiam; & quod homo denuo peccet. Tunc enim deficit privatio gratiæ, ut inducta ex 1. peccato, & unice existit, ut inducta ex secundo: ergò primum fuit remissum. Respond. Quod in tali sententia; idem est Deum decernere gratiæ infusionem; ac decernere remissionem peccati habitualis; si non existat novum peccatum: ergò hoc existente deficit remissio illius peccati habitualis; licèt motivum, ut illud non fuerit remissum, sit peccatum de novo commissum. Sed inst. Instabis. tat. Peccatum denuo commissum est causa, ut existat privatio gratiæ prius inducta: ergò talis causa non est peccatum actuale prius commissum. Respond. disting. añs. Est causa, ut existat privatio gratiæ, ut inducta ex primo peccato, conced. añs. ut existat, & non, ut inducta ex illo, neg. añs. Nàm cum Deum remittere peccatum sit tollere privationem, & etiam peccatum actuale, prout obstans infusioni gratiæ: idem est Deum decernere infundere gratiam remissivam, ac infundere gratiam tollentem obstaculum peccati, & causalitatē huius ad permanentiā peccati. Undè novum peccatum est causa permanentiæ moralis alterius peccati; causa, inquam motiva, licèt non sit causa requisita. Alia forma potest argui. Si hodie non existeret novum peccatum, hodie non existeret privatio gratiæ: ergò hoc est causa, & non illud. Resp. dist. añs. non existeret privatio, nec peccatum actuale inducens illam, conc. añs. non existeret privatio, etiam si existeret primum peccatum inducens illam nego añs. quia peccatum habituale essentialiter dicit privationem simul cum peccato, ut obstanti illius infusioni.

Replicab. Respond.

Obiter advertendum 1. remissionem peccati pro instanti suæ exis-

39 tentiæ, quam possibilem ex termi-

Adverte 1. nis fatentur aliqui Adversi. coincidere cum illa remissione, quam de facto ponunt hæretici (quod est sufficiens discrimen) afferentes homini eatenus remitti peccata, quatenus raduntur, occultantur, & non imputantur à Deo, licèt reipsa maneant in peccante. De quo Trid: sess. 5. de iustific. Can. 5. Advert. 2. Quod, etsi in hoc dub: & alijs antecedent: dixerimus Deum odio inimicitiæ prosequi peccatores: locuti sumus iuxta frequentem modum dicendi ad ponderan-

Secundo dam

dam malitiam, & iniquitatem peccati lethalis. Scimus enim ex Doctr. Ang. Mag. 1. 2. quæst. 29. art. 1. & 1. contra Gent. cap. 96. prædictum odium terminari ad res subsistentes; sicuti, & amorē amicitię. Cumquè istæ nequeant prout sic odio haberi, non datur tale odium in Deo in sensu stricto acceptum; hoc enim dicit velle malum alicui personæ, quia malum eius est. Quia tamen Deus propter peccata punit homines privando eos bonis, quæ suis amicis gratuito præparavit, avertendo faciē ab illis, esto odium Dei sit tantum abominat: circa peccata; virtualiter, vel æquivalenter dicitur peccatores odio inimicitiæ prosequi. Videatur S. Doct. loco ex contra Gent: ubi exponit testim. Sacræ Script: & M. Lezana, tract. de Amore Dei dub. 3. M. Ferre tomo 2. in 1. p. tract. 9. q. 1. §. 8. plura à nobis dicta tom. 2. de Constit: peccati habet: hic, prę oculi habenda. *Et hæc de hoc dub. applic. litteræ Mag. ubi præcedens.*

DUBIUM XVIII.

AN PER ACTVM CHARITATIS elicitum sine gratia habituali remitteretur peccatum habituale?

N. 1 Sensus dubij.

INTER Thomistas, & alios AA. tuentes sine immutatione intrinseca supernaturali non posse remitti adhuc de potentia absoluta peccatum hominis elevati ad finem supernaturalem: magna est dissensio circa qualitatem prædicti doni supernaturalis. Quidam enim tuentur necessario requiri gratiam habitualem, vel saltim unionem hypostaticam eminenter illam continentem, & positivè sanctificantem naturam, cui unitur. Ita Emin. Cayet: hic art. 2. quem sequuntur Mag. Ferre, Bolivar, Carrasco, Gonet, de iustificat. disp. 1. §. 4. Alij vero tuentur ad remissionem peccati sufficere actum charitatis; ita M. Prado tom. 2. de Pœnit: quæst. 86. dub. 5. §. 4. referens pro se M. Soto, Conrrado, Ferrariensem, Greg. Martinez, Ledesma, Zumel, Bellarminū, Suarez lib. 7. de Gratia cap. 22. à num. 99. Montesinos tom. 2. in 1. 2. disp. 33. quæst. 6. §. 2. esseque communem testatur, & sequitur Ioann. à S. Thom. tom. 2. in 1. 2. disp. 27. art. 2. Mag. Vincentius in relectione de Grat. Christi, Illust. Araujo hic dub. 3. Serra, & M. Medina 1. 2. sic loquens* potens est Deus remittere peccatum sine gratia, quæ sit qualitas animæ,* & alij RR. quos sequuntur, & referunt PP. Salmantic. hic dub. 6. Et omnes qui tribuunt actui charitatis vim, & rationem formæ sanctificantis. Hinc nescio; qua de causa M. Carrasco asserat * suam opinionem esse communiorem inter Thom. * ut constabit, si numerus Authorum pro utraque parte computetur. Deindè advertendum quod, licèt iuxta aliquos ex Thomistis actus charitatis pendeat essentialiter à gratia habituali, ideòque apud ipsos impossibilis est remissio peccati lethalis sine tali gratia; ut tuentur PP. Salmantic. attamen pro præsenti præscindunt à tali connexione, asseruntque actum charitatis ratione sui esse essentialiter inconiungibilem cum peccato, ideòque, etiam si Deus in præsentia illius non infunderet gratiam, verè destrueret peccatum. His positis.

Sententię

*** *** ***

§. I.

§. I.

Statuitur unica Conclusio.

Conformior videtur Doctrinæ D. Thomæ pars negativa; etiam si peccatum habituale in privatione gratiæ consistit.

2 PRima pars suadetur ex testimonijs adductis dub. 15. & præcipuè hic art. 2. ubi ab ipso dictum est ad remissionem peccati necessariam esse gratiam, qua homo sit dignus vita æterna, (quæ sine dubio est gratia habitualis) his verbis, *&ideo non posset intelligi remissio culpæ, si non adesset infusio gratiæ. *Si autē posset talis remissio fieri per actum charitatis ratione sui; esset intelligibilis talis remissio sine gratia. Id ipsum constat ex q. 28. de Verit. art. 2. ubi asserit *remissionem peccati nullo modo posse esse sine gratia; & insuper ad illius remissionem requiri gratiam, secundum quam anima unitur cum Deo, sicuti ad sanitatem cęcitatis requiritur restitutio visus, *sed quod nullo modo est possibile, est impossibile attenta potentia absoluta Dei: ergò.

3 Sidicas 1. Cum aliquibus Thomistis D. Thom. loqui de remissione perfecta peccati positivè iustificante, & restituente hominem ad omnia dona, quæ peccando amisit.

1. Resp.

Impugn. Contra est 1. Ex his, quæ dubio citato ad impugnandam prædictam solutionem adduximus, quæ ibi videri possunt. 2. Quia in quæst. citata de Verit: præcisè loquitur tùm in titulo art. tùm in toto corp. de remissione peccati qua remissio est, nec ullum verbum insinuat de remissione iustificante. Quod efficacissimè roborat: ex exemplo ibidem adducto de ablatione cœcitatis necessario requirente restitutionem visus. Sidicas 2.

2. Resp. S. Doct. loqui de remissione directa peccati; non tamen de indirecta illius, quatenus destruitur aliquid, à quo peccatum habituale dependet in conservari; ideòque primam solum posse fieri per gratiam habitualem directè oppositam peccato; 2. vero per actum charitatis auferentem rationem voluntarij à privatione gratiæ, ut constituente peccatum habituale. Contra est 1. ex illis verbis: *Non posset intelligi remissio peccati &c.* Siquidem ly *non* omnem remissionem peccati negat. 2. Prædicta verba significant, & continent conclusi deductam ab ipso S. Doct. ex his principijs: *Nequit offensa remitti, quin Deus paccetur homini, & huiusmodi paccatio nequit intelligi absque speciali dilectione circa hominem, qui peccavit.* Ex quo infert conclusionem supra positam. Sed in præiactis principijs loquitur D. Thom. de remissione peccati ex terminis, & sub se comprehendentem omnem modum possibilē illius, tam directè, quā indirectè talē: ergò eodē modo loquitur in verbis adductis. 3. Quia ad talem remiss: probandam erat ei certa, & facilior via ita arg: *Unum contrarium nequit directè remitti, aut destrui, nisi per appositionem alterius*; sed peccatum habituale directè contrariatur gratiæ sanctificanti: *ergò nequit intelligi remissio &c.* Ad quid ergò recurrit D. Thom. ad aliam rationem satis profundam ex perfectione, & fœcunditate dilectionis divinæ depromptam?

Impugn. 1. & 2.

Tertio.

4 Undè sic formo discursum mihi efficacissimum, & ad hominem contra Thomist. tuentes peccatum non posse remitti absque intrinseca immutatione peccatoris. Illud donum gratiæ requiritur omnino necessario ad remissionem peccati, per cuius positionem salvatur esse de mente D. Thom. peccatum non posse remitti sine intrinseca mutatione peccatoris, sed semel atque non requiratur infusio gratiæ habitualis ad dictam remissionem, testim. D. Thom. reduntur inefficacia ad probandum peccatum non posse remitti sine dicta mutatione: ergò. Probat. min. In primis, si est vera 1. solutio, primum testim. est prorsus inefficax, cum iuxta illam loquatur de remissione, quæ est positiva iustificatio impij. Deindè, si est vera 2. solut. undè probatur ex S. Doct. remissionem indirectam necessario requirere intrin-

Quarto ad hominem contra Thom

§. I.

trinſecam peccatoris mutationem? Cum iuxta Adverſ. etiam peccatum habituale pendeat indirectè à Deo, ut non cœdente iuri, quo gaudet ad odiū iuſtū peccatoris: Inſuper ſi diſtinguitur duplex modus remiſsionis, ſcilicèt, directæ, & indirectæ, qui non docetur, nec efficaciter colligitur ex doctrina ipſius, cur etiam non licebit Adverſ. addere tertium modum remiſsionis, ſcilicèt, quæ ſit æquivalenter directa, aut indirecta? Ut ergò Thom. impugnantes ex D. Thom. condonationem purè extrinſecam ab eorum argumentis ſe liberent, tutius eſt noſtram ſententiam negativam propugnare.

5 Probat 2 pars.

2. Pars probat: & præcipuè contra PP. Salm. & Alios tuentes peccatum habituale in privatione voluntaria gratiæ conſiſtere. Eo actus charitatis ratione ſui deſtrueret indirectè peccatum habituale, quia deſtrueret rationem voluntarietatis dictæ privationis, proindequè illa tranſiret de privatione in negationem, & ſaltim non maneret in ratione privationis moralis. Sed hoc eſt falſum: ergò in tali opinione actus charitatis non poteſt &c. Min. probat. Eo actus charitatis auferret à privatione gratiæ rationem voluntarietatis, quia deſtrueret peccatum actuale in eſſe moraliter conſervandis dictam privationem; ſed falſum eſt actum charitatis hoc munus præſtare: ergò. Mai. conſtat: Nàm voluntarietas privationis ſolum eſt talis extrinſecè ab actu peccati voluntario, vi cuius fuit inducta, & min. probat. Si actus charitatis deſtrueret perſeverātiam moralem peccati actualis, ut conſervantis dictam privationem, de facto eſſet verum per illum eſſe deſtructum peccatum habituale, & pro ſigno priori ad gratiam. Sed hoc nequit dici; cum gratia ſit cauſa formalis noſtræ iuſtificationis includentis illius remiſſionem: ergò. Sequela probat. Tunc verificatur eſſe deſtructam privationem gratiæ ut conſtituentis peccatum habituale, dum verificatur eſſe deſtructivum illius in ratione voluntariæ; hoc eſt, dum verificatur eſſe deſtructivum peccati actualis ut moraliter perſeverantis, & influentis in eius permanentiam. Sed hoc verificatur in ſigno præcedenti gratiam habitualem: ergò. Probat. min. Actus charitatis præcedit per modum diſpoſitionis voluntariæ infuſionem gratiæ habitualis: ergò ſi ratione ſui habet vim ad deſtruendam perſeverantiam moralem peccati actualis, in ſigno anteced. infuſionem gratiæ deſtruet peccatum actuale; proindequè ex vi illius iam deficit privatio gratiæ in eſſe voluntariæ, & prout conſtituit peccatum habituale.

6 Explicat:

Explicat. hoc. Ratio voluntarij eſſentialiter ſpectat ad eſſe peccati iuxta modum illius; ſi enim ſit actuale, & perſonale, requiritur voluntarietas per modum exercitij, & perſonalis; ſi vero ſit habituale, requiritur voluntarietas per modum termini, quæ revera eſt quid extrinſ: proveniens ab actu illud cauſante; & ſi tale peccatum ſit originale ſolum petit eſſe voluntarium voluntarietate capitis. Certum autem eſt quod, ut aliqua res deficiat, ſufficit deficere aliquid eſſentialiter requiſitum ad eſſe illius; licèt ad illius exiſtentiam debeant omnia eius conſtitutiva exiſtere: qua ratione dicitur malum provenire ex quocumque defectu, & iterum, ſpecies eſſe ſicut numeros, à quibus qualibet unitate ſublata ſpecies illorum deficit. Nunc ſic: ergò in ſigno, in quo deficit perſeverantia moralis peccati actualis, à qua privatio gratiæ dicitur voluntaria, & peccaminoſa, deficit iam aliquid eſſentialiter requiſitum, ut ſit peccatum habituale. Sed actus charitatis præcedens, ut diſpoſitio ad gratiā, intelligitur in illo ſigno ut efficaciter deſtruens peccat: actuale quoad ſui perſeverantiam moralem: ergò. Probat. min. Quod actus charitatis deſtruat peccatum actuale, habet, quia eſt converſio in Deum, aut quia includit odium efficax peccati. Sed his gaudet in illo ſigno; quia gratia infunditur homini ex eo quod ille convertitur ad Deum iuxta illud *convertimini ad me, & ego convertar ad vos*: ergò in ſigno anti. ad gratiam, eſſet iam deſtructum peccatum

tum habituale, sive privatio gratiæ, ut constituens peccatum habituale.

7 Dices actum charitatis, ita præcedere gratiam per modum dispositionis ad illam, ut simul effectivè
Respond. ab ipsa procedat, undè destruct: permanentiæ moralis peccati actualis non sit sine gratia; sed mediante ipsa causante effectivè actum charitatis. Sed contra est. In tali opinione
Contra est. frequenter distinguitur in gratia duplex munus, scilicèt, auxiliantis, & sanctificantis; & licèt actus charitatis subsequatur ad illam sub 1. munere, antecedit tamen ipsam sub 2. Nunc infero: ergò licèt actus charitatis destruens moralem permanentiam actualis peccati, supponat gratiam sub ratione auxiliantis, antecedit illam sub ratione sanctificantis: ergò ante signum gratiæ sub munere sanctificantis intelligitur iam destructum peccatum habituale ex vi actus charitatis formaliter; & effectivè ex vi gratiæ sub ratione auxiliantis. Sed hoc nequit dici; cum remissio peccati spectet ad rationem sanctificationis, tanquam effectus secundarius: ergò in tali opinione ad-
Explicat. huc manet idè inconveniens. Explic. hoc. Iuxta præsent: prouident. non solum debet concedi remissionem peccati habitualis fieri per gratiam habitualem, sed etiam fieri per illam, tanquam per causam formalem; & insuper debet concedi illam spectare ad munus completum sanctificandi; cum sanctitas sit libertas ab omni immunditia peccati. Atqui hoc non salvatur adhuc admissa tali opinione: Siquidem gratia ut auxilians exprimit munus causæ effectivæ; & gratia, ut sanctificans, est pro signo sequenti ad actum charitatis, qui ratione sui destruit permanentiam moralem peccati actualis: ergò in-
Urgetur. conveniens adductum adhuc manet in suo robore. Rursus ex hoc ipso. Quod gratia ut auxilians facit effectivè, facit formaliter terminus, qui ab illa procedit: ergò si actus charitatis est terminus productus à gratia ut auxiliante; & hæc effectivè destruit perseverant: peccati; actus charitatis destruit illam formaliter, Sed hoc nequit dici: ergò &c.

Dices: Quod sicuti in gratia distinguitur duplex munus, quod exercet in duplici signo; sic etiam in ipso actu charitatis debet distingui duplex munus, scilicèt, dispositionis ad gratiam, & retract: peccati; munus autem destruendi voluntarietatem peccati actualis, non convenit, ipsi in signo, in quo disponit ad grat: sub munere sanctificantis; sed in signo conseq: ad ipsam etiam sub tali munere. Quemadmodum ratio meriti de condigno gloriæ, & munus satisfaciendi pro offensa non convenit actui charitatis nisi, ut supponenti grat: sub ratione sanctificantis. Sed hæc solutio pènitus est falsa. Nàm sequitur ex illam actum charitatis non disponere ad remissionè peccati, quia est retractatio efficax peccati actualis. Ratio: Nàm iuxta solut: hoc munus retractandi est in actu charitatis post infusionem gratiæ ut sanctificantis, proindequè, ut formaliter remittit peccatum: ergò retractatio advenit post peccati remissionem.

8 Iterum respond.

Reiicit.

2. Inquiro; in illo signo, in quo intelligitur disponere ad gratiam ut sanctificantem, quænam munera exercet actus charitatis? sine dubio munus convertendi voluntatem ad Deum, ut finem ultimum affectivè, ut ipse Deus convertatur effectivè ad voluntatem, & eam amicabiliter diligat. Ex quo sequitur, quod in illo signo etiam disponit; quia avertit animam ab amore rerum commutabilium; cum enim hic sit impedimentum respectu gratiæ, oportet quod retractatio talis amoris ingrediatur in signo dispositionis. Atqui si actus charitatis habet destruere permanentiam moralem peccati, hoc habet, quia facit animam accedere, & converti in Deum, & illam separat, & avertit ab amore rerum commutabilium: ergò in signo, in quo exercet munus dispositionis, etiam exercet munus destruendi voluntarietatem privationis gratię constituentis peccatum habituale.

Secundo.

*** *** ***

§. II.

§. II.

Triplex ratio Thom.

8 PRima est. Forma quolibet modo destruens privationem gratiæ in ratione peccati, & maculæ, debet præstare effectum formalem inconiungibilem cum effectu formali illius; sed hic effectus nequit præstari ab actu charitatis: ergò. Probat. min. Effectus formalis proveniens à privatione gratiæ in esse maculæ, afficit immediatè ipsam animam, & pro priori ad potentiam voluntatis; sed effectus formalis præstabilis ab actu charitatis non sic afficit animam, sed immediatè voluntatem: ergò prædicti effectus formales non sunt inconiungibiles. Conseq. prob. Ubi non est vera oppositio ex parte effectuum formalium, non est vera inconiungibilitas; atqui, ubi adest diversitas ex parte subiecti (qualis est inter animam, & voluntatem) nequit esse vera oppositio: cum non sint circa idem subiectum: ergò nequit esse vera inconiungibilitas. Urgetur. Nequit privatio formæ destrui iuxta Thomistas, nisi subiectum, cui inest privatio, intrinsecè immutetur; sed anima ratione sui, & pro priori ad actum voluntatis, imò, & ad ipsam voluntatem, est subiectum privationis gratiæ in ratione maculæ: ergò nisi anima intrinsecè immutetur ratione sui, nequit exuere dictam privationem. Atqui per actum charitatis non immutatur anima intrinsecè, & ratione sui considerata; cum prædictus actus ratione sui, & immediatè afficiat solam voluntatem: ergò.

Sic Mag. Carrasco.

Urgetur.

9 2. Ratio. Si peccatum habituale posset remitti per actū charitatis, esset possibilis duplex remissio peccati specie distincta. Hoc repugnat: ergò. Sequela constat. Nam effectus formalis proveniens à forma specie diversa, est specie diversus; cum effectus formalis formæ sit ipsa forma communicata: sed hac diversitate gaudent actus charitatis, & gratia; ergò. Minor vero probat. 1. iuxta frequentem sensum Thomistar. de quo dub. 11. & 12. repugnat duplex iustificatio specie diversa: ergò & duplex remissio peccati specie distincta. 2. Si esset possibilis talis distinctio specifica, esset in Deo possibilis remissio peccati, cui ex specie sua repugnaret infundere gratiam habitualem remissivam peccati; siquidem talis remissio ex specie sua haberet pro termino formali infusionem actus charitatis, non autem gratiæ. Sed hoc nequit concedi: ergò. Probatur min. Repugnat dilectio specialis ex parte Dei circa peccatorem, cui essentialiter repugnet infundere gratiam habitualem; cum Div. Thom. in præsenti ex tali dilectione inferat hanc conclusionem: *Et ideò non posset intelligi remissio peccati, si non adesset infusio gratiæ.* Sed omnis dilectio remissiva peccati est in Deo dilectio specialis: ergò. Sic ex Mag. Carrasco deducti sunt prædicti discursus nostro labore paulò elucidati, & ad formam reducti.

Secunda ex eod.

Pr. min. 1

Secuddo.

10 3. Ratio. Si contritio opponitur directè peccato actuali, ut conservanti peccat. habituale, & exindè indirectè ipsi habituali; contritio expellit formaliter peccatum habituale. Sed hoc nequit dici; neque dicitur ab Adverſ. ut constat in præsenti providentia: ergò contritio non opponitur directè cum peccato actuali, ut cōservanti peccat. habituale. Probatur sequel. Tunc aliqua forma expellit formaliter aliam, quando ex vi informationis unius desinit esse actio conservativa alterius: sed sic se haberet contritio &c. ergò. Urg. Si existeret contritio sine gratia, expelleret formaliter iuxta Adv. peccatum habituale; cum illud expelleret per sui informationem; sed non alia ratione, nisi quia destrueret directè actionem conservativam illius: ergò. Confirm. Actus contritionis iuxta Adverſ. expellit formaliter perseverantiam moralem peccati actualis, ad quam consequitur ipsum habituale: ergò etiam expellit formaliter peccatum habituale. Probat. conseq. à simili in forma cadaveris v. g. expellente formaliter formam viven-

Tertia ex M. Boliv.

Urgeo.

Confirm.

tis, & ex consequenti etiam formaliter expellente, hoc est, exui informationis, & intrinsecæ communicationis, proprietates illius.

§. III.

Rationes adductæ non sunt efficaces; & suadetur conclusio alia ratione.

11 VEnia tanti Mag. 1. ratio videtur parum efficax, siquidem probat nec visionem beatam permanenter communicatam habere oppositionem ex natura rei cum peccato habituali; cuius oppositum communiter tuentur Thomist. admissa independentia à gratia habituali. Ratio est in promptu: Nam visio residet intrinsecè immediatè in solo intellectu; macula vero habitualis afficit immediatè animam. Imò probat etiam de potentia absoluta posse coniungi cum peccato actuali commisso in instanti antec. ad infusionem visionis. Siquidem visio intrinsecè afficit solum intellectum; peccatum vero actuale afficit intrinsecè voluntatem. Probat etiam gratiam habitualem non præstare effectum formalem oppositum peccato actuali mortali; cum hoc immediatè afficiat voluntatem, gratia vero immediatè afficiat animam. Un de communi solutione Resp. Ad oppositionem essentialem inter actum charitatis, & peccatum actuale, sufficere, quod actus charitatis intrinsecè mediatè afficiat animam, præstando ipsi effectum formalem perfectæ unionis, & conversionis ad Deum, ut finem ultimum. * Dum enim homo diligit Deum, non solum eius voluntas, verumetiam anima, & totus homo convertitur in Deum, ut finem ultimum; ob id namque dicitur voluntatem esse appetitum totius suppositi. Cum hoc autem effectu formali non componitur effectus formalis aversionis à Deo, in quo consistit peccatum habituale.

1. Ratio.

Instat. 1.

Secundo.

Tertio.

Resp. directè ad illam.

*Vide dub. 10. n. 66. in fine.

12 Ad urg. Resp. 1. retorquendo illam instantijs supra adductis. Resp. 2. neg. min. Dum enim homo elicit actum charitatis, mutatur etiam anima intrinsecè duplici titulo; & quia transit de intrinsecè non producendo actum charitatis ad similem productionem; & insuper; de non recipiente intrinsecè ad intrinsecam receptionem illius. Cum enim vivere sit se movere ab intrinseco, agendo, & recipiendo; anima in dicto casu verè, & propriè vivens, utroque titulo intrinsecè mutatur. Nec te moveat actum charitatis solum immediatè afficere voluntatem; nam sufficit mediata receptio ad veram mutationem: ut videre licet in dispositionibus alterantibus materiam. Alia probatio adiuncta, scilicet, *privatio formæ nequit destrui, nisi per adventum formæ.* Facilè, inquam, solvi potest ab Advers. dicendo privationem gratiæ secundum se sumptam non constituere peccatum habituale, sed ut moraliter voluntariam, qua de causa destructa illius voluntarietate, uti destruitur per actum charitatis efficaciter retractantem illam, manet privatio gratiæ purè in esse physico; non vero in ratione maculæ redentis animam Deo exosam, & abominabilem.

2. Ratio non videtur efficaciter convincere. Siquidem non repugnat aliquem effectum negativum, qualis est remissio peccati, præstari à duplici forma specie distincta: maximè si sit cum aliqua diversitate ex parte modi, scilicet, directè, aut indirectè. Constat hoc in amore: cuius defectus præstari potest per odium, vel per aliquem actum causantem nolitionem amoris. Constat etiam in expulsione unius formæ substantialis à materia prima, quæ valet præstari à quacumque forma substantiali in illa recepta. Nec est idē de effectu formali positivo iustificationis; hic enim est proprius, & specificus effectus gratiæ habitualis: cum solum illa titulo participationis divinę naturę sit rectitudo universalis animæ. Unde illa propositio, *effectus formalis alicuius formæ nequit præstari, nisi a tali forma, vel ab alia tam eminenter continente*: est vera de effectu formali positivo illius, & de hoc, non utcumque, sed quando est effectus for-

13 Idem de secunda.

formalis ſpecificus formæ. Hæc dicta ſunt de remiſsione quaſi activè ſumpta; ſi enim ſumatur paſsivè, hoc eſt, purè pro non eſſe peccati, nulla eſt diſtinctio ſpecifica ex parte ipſius. Quem admodum expulſio formæ ignis terminativè ſumpta non differt ſpecie; etſi à formis ſpecie diverſis proveniat.

14 Ad alias prob. Reſp.

Quod ſi Arguens velit adſtruere diſtinctionem ſpecificam purè moralem, ſive in ratione beneficij, inter utramque remiſsionem. Hoc nihil contra nos probat: Nam remiſsio ſic accepta includit actu ſuam cauſam, ſcilicèt, gratiam, vel actum charitatis; ex parte quorum datur diſtinctio ſpecifica. Nec inconvenit concedere Deo dilectionem ſpecialem ſufficientem ad remiſsionem indirectam peccati, & inſufficientem ad poſitivam iuſtificationem. Nam etiam viſio beata iuxta Arguentem eſt de ſe ſufficiens conſtituere hominem impotentem actu peccare: in quo reſplendet maximum beneficium Dei; proindèque ſpecialis dilectio: & tamen ratione ſui, nec ſufficit ad poſitivè ſanctificandum, nec ad deſtructionem peccati habitualis antea commiſsi. Idem contat (iuxta opinionem Illuſtriſ. Godoy) aſſerentis perſonalitatem Verbi pro expreſſo ſanctificare negativè humanitatem Chriſti Domini, licet non poſitivè. Licet ergo dilectio infuſiva actus charitatis indirectè remittentis peccatum, eſſet ſpecialis: Tum quia à Deo Authore ſupernaturali operante contra exigentiam peccati: Tum quia talis dilectio ex natura rei connecteretur cum infuſione gratiæ: non tamen eſſet ſpecialis ſimpliciter, & ſtrictè, eo quod non traheret hominem ad conſortium amicabile cum Deo.

15 De tertia ratione.

Tertia ratio videtur infirma occaſione deſumpta ex diverſo modo accipiendi ly *formaliter*. Si enim unum extremum expellere formaliter alterum, explicetur per expulſionem habitam ratione informationis intrinſecæ, & non per aſsiſtentiam purè extrinſecam illius: in hoc ſenſu nullum eſt inconveniens concedere actum charitatis intrinſecè informantem animam expellere formaliter peccatum habituale; non quidem directè, ſed indirectè. Res eſt de ſe clara. Si autem ly *formaliter* ſignificet non ſolum intrinſecam inhærentiã in ſubiecto, aut informat; ex parte extremi expellentis, ſed etiam munus cauſæ formalis; prout diſtinguitur à munere cauſæ diſpoſivæ, ſive materialis; expreſsè negatur ſequela ab Adverſar. cum ſolum adſtruant inconiungibilitatem actus charitatis cum peccato habituali titulo ultimæ diſpoſitionis ad gratiam habitualem directè expellentem illud, & in genere cauſæ ſtrictè formalis. Ad probationem in contra Reſpond. Ad hoc, ut unum extremum expellat formaliter alterum, ly *formaliter* in ſenſu proprio accepto, & immediatè explicato: non ſufficere, quod ad præſentiam illius ceſſet actio conſervativa alterius; ſed inſuper requiritur, quod præſtet effectum formalem ex terminis directè oppoſitum effectui formali extremi expulſi. Cumque non ſic ſe habeat actus charitatis relatè ad maculam peccati in recto dicentem privationem gratiæ, ſed unicè relatè ad illius voluntarietatem, ut perſever. purè moraliter; inde provenit non expellere illam formaliter in ſenſu proprio, & communiter accepto. Hoc explicatur in peccato actuali mortali neceſſ: excludenti virtutem infuſam temperantiæ, aut Religionis v. g. * quia excludit gratiam habitualem, à qua virtutes infuſæ dependent, tanquam à radice in eſſe, & conſervari: quin propter hoc formaliter in ſenſu proprio expellantur ratione peccati actualis. Ad replicam de forma cadaveris Reſp. Talem loquutionem ſolum eſſe veram iuxta 1. acceptionem de ly *formaliter*; cum propriè loquendo ſolum radicaliter excludat proprietates formæ viventis.

Ad prob. adduct. Reſp.

*S.D. 1.2 q.1.a.

Ad exemplum.

16 Alia ratio propon.

His ſtabilitis, ut promiſsis ſtemus, proponitur alia ratio innixa varijs teſtimonijs Sacræ Scripturæ. Primum habetur Iſaiæ 55. *Derelinquat impius viam ſuam, & revertatur ad Dominum, & miſerebi-*

tur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Secundum habetur Hierem. 3. *Convertimini filij revertentes, & sanabo aversiones vestras.* Et Zachar. 1. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.*

Formatur discursus. Ex quibus sic arguo. Si actus contritionis v. g. esset essentialiter, licet indirectè, forma remissiva peccati habitualis, Deus non posset promittere prædictam remissionem sub conditione elicientiæ actus contritionis; cum promissio conditionata sub conditione necessario connexa sit Deo repugnans, utpotè falsa. Atqui iuxta testimon. adducta Deus promittit ignoscere peccata nostra, si homo convertatur ad ipsum, quæ conversio est propria contritionis, & actus charitatis: ergò prædicti actus non sunt essentialiter adhuc indirectè expulsivi peccati habitualis. Eadem ponderatio fieri potest ex verbis Hieremiæ, in quibus videtur expressè loqui de remissione peccati qua talis, absque recursu ad effectum positivum sanctificationis, consistentem in eo quod homo sit positivè gratus, & terminans dilectionem amicabilem Dei. Hoc videtur constare ex illis verbis: *Sanabo aversiones vestras.* Quę sanatio promissa est hominibus revertentibus ad Deum per contritionem, & dilectionem. Hæc ratio urgeri potest ex illis verbis: *Et miserebitur eius*, ubi significatur remissionem peccati etiam posita conversione actuali ex parte hominis esse opus misericordiæ Dei; cum quo non compatitur essentialis oppositio indirecta inter actum charitatis, & peccatum habituale.

17 Confirmatur ex verbis Zachariæ. Remissio peccati fit per hoc, quod Deus, qui ratione illius

Confirm. erat iustè aversus ab homine, convertatur ad illum, fiatque ei propitius. Quod, præterquam est de se manifestum, suadetur etiam, ex quo cum Deus remittit peccatum iuxta D. Thom. pacatur peccatori, & non utitur iure, quod ratione peccati habet ad indignationem contra illum. Hoc etiam insinuatur in

Psal. 84. illis verbis: *Deus tu conversus vivificabis nos* Atqui per actum contritionis, aut charitatis, esto homo actu convertatur ad Deum, non tamen ratione illius Deus convertitur ad hominem. Tum quia conversioni creatæ ad Deum promissa est conversio Dei ad creaturas. Tum quia Deus convertitur ad hominem, fitque ei propitius per id, quod se tenet ex parte Dei; non vero per id, quod se habet, ut operatio libera se tenens ex parte hominis: ergò actus charitatis, & contritionis non sunt essentialiter inconiungibiles, nec sufficientes ad ullam remissionem peccati habitualis. Hæc ratio desumpta est ex Mag. à Sanct. Thoma hic art. 1. quæ, etsi ab ipso afferatur, ut probet actum charitatis non esse formam positivè sanctificantem; etiam probat non esse formam indirectè essentialiter remissivam peccati habitualis, ut

Explicat. constat ex discursu facto. Hæc omnia aliquam lucem accipiunt in expulsione tenebrarum ab homine, qui aversus fuit à Sole. Licet enim ad prædictam expulsionem requiratur, quod homo convertatur ad Solem; non tamen provenit directè, aut indirectè, tanquam à forma expulsiva, à motu conversionis in Solem, sed unicè à Sole, ut infundente homini lucem. Quapropter si Sol esset agens liberum potens continere radios suæ lucis, etiam posita conversione ex parte hominis ad ipsum, iste absque dubio permaneret in tenebris.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

OBiicies 1. Repugnat voluntatem esse simul conversam ad duos fines ultimos totales, & adæquatos. De quo 1. 2. quæst. 1. art. 5. Sed actus charitatis est conversio totalis, & adæquata voluntatis creatæ in Deum, ut finem ultimum, iuxta expressam doctrinam Div. Thomæ 2. 2. quæst.

18 Arg. 1.

De hoc vide tom. 1. dub. 7. concl. 2.

quæst. 24. art. 11. ergò cum actu charitatis nequit ullatenus componi hominem esse conversum in bonum commutabile, ut finem ultimum, & adæquatum. Sed sic manet conversus ratione peccati habitualis: ergò actus charitatis repugnat essentialiter coexistentię cum peccato habituali. Aliter. Repugnat voluntatem creatam esse simul aversam à Deo, ut fine ultimo, & esse conversam ad Deum, ut finem ultimum. Sed peccatum habituale est aversio à Deo, ut fine ultimo, actus vero charitatis est conversio ad ipsum Deum sub ratione finis ultimi: ergò. Resp. M. Ferre ex doctrina Mag. à S. Thoma hic disp. 27. art. 1. num. 10. maiorem esse veram de duplici conversione formali; secus vero, si una sit conversio formalis, & alia operativa in operatione voluntatis consistens: quia videlicet dictæ conversiones, nec sunt eiusdem rationis, nec eiusdem generis, nec eiusdem lineæ. Sic contingit in casu præsentis quæstionis; cum peccatum habituale sit formalis conversio ad bonum commutabile, & formalis aversio à Deo fine ultimo; actus vero charitatis solum est conversio operativa ad Deum, utpotè consistens in actu voluntatis: quapropter possunt simul coexistere, si non adest convers. per grat.

Quædam solutio.

19 Valdè displicet solutio data Mag. Carrasco. 1. Nam semel quod conversio habitualis ad creaturam, ut finem, destruatur operativè per actum charitatis, iam non datur talis conversio: ergò nequit cum illa actus charitatis existere. 2. Nam si actus charitatis destruit operativè peccatum habituale, debet producere aliquem terminum formaliter expellentem illud; si enim nullum terminum producit, nihil operatur: ergò si actus charitatis excludit operativè &c: Sed pace tanti Mag. instantiæ minimè impugnāt solutionem. 1. Nam Mag. Ferre non dicit actum charitatis excludere operativè peccatum habituale; sed solum esse conversionem operativam: hoc est in actu voluntatis consistentem; ideò

Impugn. à M. Carrasco.

Sustinetur solut. data 1.

que non pugnare cum conversione peccati habitualis; cum hæc non sistat in operatione; sed in termino positivo ex peccato actuali derelicto. 2. Nam dum asserit actum charitatis esse conversionem operativam, non accipit ly *operativam* pro eodem, ac conversionem productivam efficienter alicuius formalis conversionis: quemadmodum de igne v. g. dicitur calefacere operativè; quia producit calorem formaliter denominantem calidum; sed accipit ly *operativam* pro actu operationis spectante ad lineam operandi. In quo sensu negari nequit actum dilectionis esse conversionem operativam; non quidem per modum formæ, naturæ, aut principij; sed per modum operationis. Hinc constat, quid nomine conversionis formalis intelligat præfatus Magister; intelligit enim conversionem provenientem ab aliqua forma, sive natura: qualis est gratia habitualis relatè ad Deum; vel quasi forma se habente; uti est conversio habitualis inducta per peccatum actuale. Unde, quod Alij appellant conversionem actualem, aut affectivam; vocat M. Ferre conversionem operativam, sive in operatione voluntatis consistentem. Cum ergò hæc satis pervia sint, miror Mag. Carrasco asserere, præfatam solutionem esse ipsi imperceptibilem.

Secundo.

Aliter Respond. Mag. Carrasco dicendo, per actum charitatis elicitum sine gratia hominem converti in Deum affectivè, & inefficaciter, non vero efficaciter; velle enim non esse aversum à Deo per peccatum, revera, & efficaciter non tollitur per illum aversio inducta per peccatum. Et licet homo nequeat habere duos fines totales efficaciter volitos; benè tamen unum volitum efficaciter, & alterum tantum inefficaciter, ut patet in iusto venialiter peccante. Quod si instes, per actum charitatis hominem converti efficac. in Deum, ut finem ultimum, cum sit dilectio efficax ipsius. Respondet, quod aliud est converti *efficaciter* in Deum,

20 Alia Responsio ex Carrasco.

ut finem ultimum, aliud vero converti in Deum, ut finem ultimum *efficaciter volitum*; ad hoc enim necessum est, ut auferatur à creatura, in cuius amore peccavit homo: ratio ultimi finis, quod non fit nisi per infusionem gratiæ.

21 Hanc solutionem impugnavi tom. 1. tract. de ultim. fine dub. 7. §.3.à num.21. Primo: Nam in ea committitur petitio principij; ideò namque ait; actum charitatis non convertere ratione sui hominem in Deum, ut finem ultimum efficaciter; quia non destruit aversionem habitualem ab illo inductam per peccatum: de quo puncto est difficultas, & pro eius positione stant argumenta proposita. 2. Falsum est actum charitatis non esse conversionem in Deum, ut finem ultimum efficaciter volitum. Ratio. Deus ultimus finis dilectus appreciativè super omnia, est Deus dilectus efficaciter, ut finis ultimus; sed actus charitatis ita efficaciter diligit Deum finem ultimum, ut velit illum tanquam finem ultimum dilectum appreciativè super omnia: ergò. 3. Finis ultimus ita volitus, ut in illum homo se, & sua omnia actu referat, est finis ultimus in ratione talis actu efficaciter volitus; quænam enim maior efficacia ex parte finis in finalizando, quam omnia hominis finalizare? Sed per actum charitatis ita diligitur Deus; testante expressè D. Thom. 2. 2. quæst. 24. art. 12. ergò.

Impug. 1.

Secundo.

Tertio.

22 4. Actus charitatis elicitus à peccatore, medio auxilio, & absque infusione gratiæ habitualis, esset adimpletivus præcepti charitatis, si tunc urgeret: ergò per illum diligeretur *Deus ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima.* Sic enim præcipitur in Sacra Scriptura. Sed hoc modo diligere Deum est converti efficaciter ad ipsum; cum sit converti quantum homo potest totis viribus suis: ergò esset conversio voluntatis ad Deum, ut finem ultimum efficaciter dilectum.

Quarto.

23 Hinc constant duo. 1. paritatem ex peccato veniali in homine iusto; & paritatem de bono opere elicito à peccatore esse valdè inefficacem. Quæ enim, rogo, est paritas inter unum actum particular. & inter appretiativum Dei super omnia, & per quem homo totaliter ad illum convertitur? 2. Satis impropriè loqui eum, qui pro eodem reputat hæc duo, scilicet: *Converti affectivè, & converti inefficaciter.* Quidquid enim sit de retractatione efficaci; attamen conversio efficax in Deū verè dividitur in affectivam, & effectivam, sive ut communiter asseritur, in actualem, & habitualem: per quam distinctionem facilius, & solidius occurritur argumento proposito. Cum enim actus non contrarietur directè habitui, sed indirectè; quatenus disponit, & causat habitum oppositum; in casu pro quo ad conversionem actualem in Deum per actum charitatis non sequatur infusio gratiæ habitualis directè oppositæ peccato habituali, nullatenus expelletur per actum charitatis. Contra hanc duplicem conversionem aliqua possunt obijci, quæ latè soluta sunt à nobis tractat. de ultimo fine, ubi si placet, videri possunt.

24 Obijcies 2. & potest esse replica contra dicta. Conversio actualis ad creaturam, ut finem ultimum, est ratione sui inconiungibilis cum gratia habituali, ut probavimus dub. 12. Append. & ex hoc peccatum actuale mortale, nec divinitus posse coniungi cum gratia habituali; quæ tantum habitualiter convertit animam ad Deum: ergò similiter duplex conversio in duplicem finem ultimum adæquatum nequit simul coexistere, & si una sit actualis, & altera habitualis. Ad hoc dictum est loco citato, reddendo manifestam disparitatem inter utramque conversionem: illa enim conversio, quæ habetur ex vi peccati actualis, nedum est affectiva, sed effectiva. Insuper, talis est dicta conversio, ut sit etiam eminenter habitualis; cum sit causa, radix, & origo malitiæ habitualis: ideòque in ratione mali moralis

Arg. 2.

Solutio.

longè illam superans. Unde nihil mirum, ut gaudeat moraliter eadem oppositione, quam habet peccatum habituale relatè ad gratiam. Actus vero charitatis, ita est conversio affectiva animæ in Deum, ut nec formaliter, nec eminenter sit habitualis, sive effectiva; sed unicè se habet per modum dispositionis ad gratiam, qua anima effectivè convertitur in Deum. Adest etiam alia ratio discriminis stans in eo, quod cum peccato actuali mortali nequit componi hominem esse Deo amicabiliter dilectum, iuxta illud: *Odio sunt Deo impius, & impietas eius.* Unde cū gratia habitualis tam in fieri, quā in conservari pendeat necessario à dilectione amicabili Dei circa hominem; hac deficiente ad præsentiam peccati mortalis actualis, necessario deficit gratia habitualis.

25 Instabis. Sed dices: ergò si actus charitatis ratione sui pugnet cum eo, quod Deus odio inimicitiæ prosequatur hominem habitualiter peccatorem, erit ratione sui inconiungibilis cum peccato habituali. Consequentia patet, cum repugnet hominem esse in peccato habituali, & actu non terminare odium inimicitiæ ex parte Dei. Nunc sic: sed res ita se habet: ergò. Probatur min. subsumpt. Actus ille, qui necessario ex suppositione suæ existentiæ reddit hominem Deo dilectum, necessario excludit ab illo terminare odium ex parte Dei, sive esse Deo actu exosum. Sed talis est actus charitatis iuxta illud Prov. 8. *Ego diligentes me diligo.* Et illud Ioan. 14. *Si quis diliget me, diligetur à Patre meo*: ergò.

26 Resp. Respond. Actum charitatis ratione sui reddere etiam hominem Deo dilectum. Tum ex ratione communi, secundum quam iuxta Div. Thomam omnis communicatio cuiusvis perfectionis creatæ est effectus dilectionis divinæ. Tum etiam ex ratione speciali propter eminentiam actus charitatis essentialiter contentum intra ordinem supernaturalem: propter quem est effectus specialis providentiæ Dei. Quapropter libenter concedimus hominem ratione actus charitatis terminare dilectionem specialem Dei; sed, quæ secluſa gratia habituali, estò sit specialis benevolentia, non tamen pertingit ad dilectionem amicabilem: Quia videlicet non est amor fundatus in gratia, per quam homo fit particeps divinæ naturæ; quæ participatio, & communicatio cum Deo necessario requiritur ad amorem amicitiæ tam ex parte Dei ad hominem, quam è converso. Videantur dicta dubio 11. in quo probavimus actum charitatis non esse formam sanctificantem positivè; eo quod ratione sui non reddit hominem Deo amicabiliter, aut simpliciter dilectum. Hinc constat solutio ad probationem in contra. Licet enim amor amicabilis, & odium inimicitiæ, opponantur inter se; non tamen illa dilectio, quæ tantum disponit ad amicitiam, & huiusmodi est dilectio Dei, quam terminat actus charitatis, secluſa infusione gratiæ. Patet hoc à simili in dilectione, per quam Deus infundit auxilium fluidum ad eliciendam actus charitatis, cum quo necessario non connectitur: Sed potest urgente præcepto coniungi cum illius omissione. Quod si in hac providentia, iuxta quam loquuntur testimonia adducta, qui diligit Deum, diligitur amicabiliter ab ipso: hoc contingit propter inseparabilem connexionem actus charitatis cum gratia habituali. Videantur adducta dubio citat. §. 1.

Ad prob. min.

Ad test. adducta.

27 Dices. Replicabis. Implicat hominem per actum charitatis diligi specialiter à Deo, ut admittit solutio, & Deum nō esse ei pacatum. Sed Deum pacari homini, qui peccavit, est remittere ei offensā. ergò implicat per actum charitatis non remitti offensam. Minor est expressa D. Thomæ hic art. 2. illis verbis: *Eatenus Deus remittit offensam, quatenus pacatur homini.* Minor etiam expressè traditur ab ipso, verbis sequentibus: *Quæ quidem pax in dilectione consistit.* Et 3. part. q. 86. art. 2. probat: *Ad remissionem peccati requiri infusionem alicuius doni; quia nimirum requiritur specialis benevolentia ex*

parte Dei: ergò si ratione actus charitatis homo terminat specialem dilectionem, & quæ est amor benevolentiæ ex parte Dei, nequit prædictus actus existere absque remissione offensæ.

28 Petit instantia, ut explicetur, in quo sensu homo ratione actus charitatis præcisivè à gratia terminare valeat dilectionē specialem Dei.

Nota pro solut. Pro quo notandum ex D. Th. 1. p. q. 20. ferè per totam, quod cum amor Dei sit infundens, & creans bonitatem in rebus, iuxta qualitatem huius amor sortitur diversam denominationem; licet in se subiectivè simplicissimus sit. Si enim bonitas communicata sit de ordine naturæ, dilectio secundum quam Deus illam communicat, dicitur naturalis; si vero prædicta bonitas sit supernaturalis, dilectio communicativa ex parte Dei denominatur supernaturalis. Sed quia etiam intra ordinem naturę potest Deus conferre aliqua beneficia specialia, & auxiliari ad opera honesta ardua; uti sunt dilectio Dei Authoris naturæ, victoria gravis tentationis &c. potest etiam Deus, ut Author naturæ diligere specialiter hominem. Hinc propter similemotivum, etiam dilectio ex parte Dei ut Author. supernaturalis, secundum quam communicat dona supernaturalia, admittit latitudinem, & excessum, qui pensari debet ex magnitudine doni supernaturalis.

Quotuplex sit amor Dei.

29 Cum igitur intra ordinem gratiæ sint auxilia, virtutes infusæ, actus fidei, & spei, remotè disponentes ad iustificationem: sintque etiam actus charitatis, & contritionis ultimo disponentes ad illam: & tandèm sit gratia sanctificans, simulque visio beata: necesse est ob inæqualitatem perfectionis in donis recensitis, adstruere ex parte dilectionis divinæ diversam denominationem eis proportionatam. Ex his habetur 1. dilectionem specialem Dei ex terminis non opponi cum peccato; siquidem potest esse de ordine naturæ propter specialitatem doni, & si entitativè naturalis. Habetur 2. Omnem dilectionem provenientem à Deo, ut Authore supernaturali, posse dici iure optimo dilectionem specialem, eo quod illa est omninò supra exigentiam, & omnem politivam proportionem naturæ: Et etiam; si comparetur ad dilectionēDei, secundum quam diligit omnia, quæ sunt, ut dicitur in Sacra Scriptura. Habetur 3. Dilectionem specialem Dei, ut Authoris supernaturalis aliam esse secundum quid, & aliam simpliciter talem. Primi generis est dilectio donans gratiam, & gloriam. Ratio est. Nam denominatio dilectionis ex parte Dei desumitur per ordinem ad quantitatem doni, quod communicat; qua ratione iuxta D. Th. ad Ephes. 2. lect. 2. dilectio secundum quam Deus misit Filium suum in mundum appellatur ab Apostolo *charitas nimia*. Cum ergò homo non sit simpliciter perfectus intra ordinem supernaturalem, nisi ratione gratiæ, secundum quam fit particeps divinæ naturæ, & ratione beatitudinis, secundum quam perfectè assimilatur ipsi per consortium divinæ hæreditatis; solum ratione harum perfectionum dicitur Deo simpliciter dilectus.

Quot modis sit specialis.

1. Illatio ex dictis.

Secunda.

Tertia.

Dilect. Dei erga nos simpliciter talis.

30 Ex his ad instantiam Resp. concedendo per actum charitatis hominem terminare dilectionem specialem Dei in sensu dicto, negando tamen per talem dilectionem Deum pacari homini. Ratio est. 1. Nam Deū sic pacari, est hominem habere veram pacem cum Deo: pax autem iuxta Aug. lib. 19. de Civit. Dei cap. 13. *Est tranquilitas ordinis*. Quare tunc erit pax hominis cum Deo, quando se habeat in debito ordine ad illum; videlic. si supremum hominis quoad animam, & potentias superior. subdatur Deo, ut fini ultimo, & vires inferiores sint subditæ rationi. In quibus omnibus expressè continetur iustitia hominis, qua fit gratus Deo: ideòque dicitur rectitudo generalis hominis, ut docet D. Thom. hic art. 1. 2. Quia ita expressè docetur à D. Thom. 2. 2. quæst. 20. art. 3. ad 1. his verbis: * Dicendum, quod à gratia gratum faciente nullus deficit, nisi propter peccatum; ex quo contingit, quod homo sit aversus à fine debito. Et secund. hoc appetitus

Solutio.

Prob. 1.

Secundo

eius

eius non inhæret principaliter vero bono, sed apparenti : & ideo sine gratia gratum facientem non potest *esse vera pax.* * Quo nihil clarius.

31 Tertio. 3. Quia pax tùm hominis ad Deum, tùm hominis ad proximum ponitur fructus Spiritus Sancti ; qui a nobis non habetur nisi per gratiam gratum facientem, & tanquam per causam immediatam per habitum charitatis in illa radicatum. Hæc rat: pax Dei appellatur Isai. 32. *Fructus iustitiæ*: quæ in homine relatè ad Deũ est gratia habitualis. Si autem loquamur de pacificatione, prout se tenet ex parte Dei relatè ad hominem, idem dicendum ; cum hæc consistat in reconciliatione ex parte Dei cum homine, qui eius amicitiã contempsit propter peccatum. Undè nisi Deus restituat offendentem ad pristinam amicitiam, non dicitur ei reconciliari. Ad alias probationes Respond. esse veras, si iuxta doctrinam traditã intelligantur de dilectione perfecta, & simpliciter tali; sola enim hæc est, quæ veram pacem, consistentem in unitate spiritus cum Deo, operatur in nobis.

Ad prob. positas n. 27.

32 Obijc. 3. Obijcies 3. Actus charitatis opponitur essentialiter peccato actuali mortali : ergò etiam peccato habituali. Añs. est evidens; cum peccatum actuale sit aversio à Deo, contemptus illius, & divinæ legis transgressio: actus vero charitatis sit conversio actualis in Deum illius obsequium, & divinæ legis adimpletio. Probat: conseq. 1. Conseq. probat. Id quod essentialiter opponitur actioni productivæ termini, opponitur essentialiter tali termino, ut exẽplis manifest: valet fieri sed peccatum habituale est terminus physicè derelictus ex peccato Urg. hoc. actuali : ergò si actus charitatis. Urgetur. Supponendo peccatum habituale esse ipsum peccatum actuale, ut moraliter perseverans. Actus charitatis est essentialiter inconiungibilis cum peccato actuali, ut physicè existenti, iuxta superius dicta : ergò etiam est inconiungibilis cum illo ut moraliter perseveranti. Probat. conseq. 1. Malitia peccati actualis sub duplici consideratione recensita est eadem quoad substantiam, cum sola diversitate accidentali pènes statum existentiæ physicæ, & putè moralis. Sed oppositio essentialis inter actum charitatis, & peccatum actuale, mensuranda est pènes malitiam essentialem peccati ; aliter non esset oppositio essentialis, hoc est, ex essentijs rerum proveniens : ergò si &c.

33 2. Probat conseq. 2. Probatur eadem conseq. Eo actus charitatis nequit coniungi cum peccato actuali ut physicè existenti, quia repugnat voluntatem actu physicè converti ad Deum, & simul actu physicè averti ab illo. Sed hæc ratio probat etiam inconiungibilitat: illius cum peccato actuali, ut moraliter perseveranti : ergò. Probat. min. Per actum charitatis non solum physicè existentem, sed etiam post illius elicientiam, manet homo conversus moraliter in Deum ut finem ultimum: ergò cum duplex conversio moralis in duplicem finem adæquatum repugnet, actus charitatis; licèt non ut physica conversio, ut conversio tamẽ moralis in Deum, pugnat cum peccato actuali, ut moraliter perseveranti. Deniquè. In Ultimo. dicta opinione dicendum est actum charitatis, ut moraliter perseverantem, directè opponi peccato actuali, ut etiã moraliter permanenti: quemadmodum actus charitatis, ut physicè existens opponitur essentialiter cum peccato actuali, ut physicè existenti. Sed repugnat, quod actus charitatis, ut moraliter perseverans, pugnet essentialiter cum peccato actuali, & quod ut physicè existens (sub qua ratione dicit maiorem perfectionem) non gaudere eadem oppositione essentiali : ergò in dicta opinione actus charitatis &c.

34 Respons. ad 1. probat. arg. Argum. quoad 1. probat: conseq. est futile, & varijs instantis expositum. Siquidem attritio supernaturalis, & actus spei, sunt inconiungibiles cum peccato actuali mortali; secus vero cum peccato habituali; ut est certum. Similiter propositum efficax adimplendi præceptum religionis, aut temperantiæ, est inconiungibile cum actuali transgressione præcepti religionis, & virtutis temperantiæ : & tamen possunt coexis-

tere cum peccato habituali derelicto ex peccatis actualibus in dicta materia commissis. Idem constat in actu cuiusvis virtutis multoties coexistente cum habitu vicioso producto per actus pravos; cum quibus talis actus coexistere nequit. Patet etiam in rebus naturalis: nàm converti ad Solem, & averti ab illo nequeunt simul existere, & tamen conversio ad Solem accepta in sui principio potest coexistere cum privatione lucis ex aversione derelicta.

35 Probata iam inefficacia argumenti dicendum; actum charitatis pugnare essentialiter cum peccato actuali commisso pro eodem instanti, etsi in illo distinguantur diversa signa naturæ; non tamen pugnare essentialiter cum peccato actuali tempore antec. commisso. Undè argumentum solum probat non posse coexistere peccato habit: quod sit terminus peccati commissi pro eodem instanti, secus vero non posse coexistere peccato habituali, quod sit terminus derelictus ex peccato actuali anteced. commisso; de quo est præsens difficultas. Si autem inquiras: Cur actus charitatis est coniungibilis cum termino peccati actualis; non autem cum ipso peccato, à quo fuit productus? Respond. disparitatem constare; Tùm ex exemplis supra adductis Tùm etiam, quia peccatum habituale non dependet ab actuali in conservari, sed in fieri. Tùm etiam, quia tale peccatum habituale est aversio habitualis à Deo ut fine ultimo, quæ solum per contrariam conversionem auferri potest. Ad urg. Respond. talem constitutionem peccati habitualis esse falsam. Sed quia M. Bolivar de Iustific. dub. 8. num. 4. admittit peccatum habituale consistere in ipso peccato actuali præterito, & moraliter perseveranti; admissa hac opinione: Respond. actum charitatis non opponi cum perseverantia morali peccati actualis. Ratio est: Nàm talis perseverantia iuxta ipsum Authorem necessario connotat privationem gratiæ. Undè solum deficiente dicta privatione per infusionem gratiæ, cessat perseverantia moralis peccati actualis. Sed de hac instantia, & alijs probationibus subijciendis, iterum redibit sermo.

Respons. — Cuidam quæsito ut satis. — Ad urg. — Aliter respond.

Obijc. 4. Actus charitatis est ultima dispositio ad gratiam habitualem, non solum moralis per modum meriti de congruo, aut impetrationis, sed etiam physicè, & ex natura rei connexa cum illa; sed hoc ipso est inconiungibilis ratione sui cum peccato habituali: ergò. Min. probat. ex communi exemplo Philosophiæ, iuxta quod communiter asseritur dispositionem ultimam ad aliquam formam esse ex natura rei inconiungib: tùm cum dispositione ultima ad formam contrariam, & cū forma; tùm etiam cum ipsa privatione formæ, ad quam disponit, ut videre est in calore ut octo relatè ad formam aquæ essentialiter inconiungibilē cum forma ignis: ergò. Confir. Si actus charitatis est ultima dispositio ad gratiam habitualem essentialiter oppositam cum peccato habituali, opponitur saltim ex natura rei cum illo; sed hoc sufficit ad illius remissionem: ergò. Probat. min. Id, quod ex natura rei petit coniungi cum non esse peccati, opponitur ex natura rei cum illo; sed si actus charitatis est dispositio ultima ad gratiam, ex natura rei petit coniungi cum non esse peccati; cum ex natura rei petat coniungi cum gratia, à qua provenit non esse peccati: ergò. 2. Actum charitatis coniungi cum peccato habituali est opus miraculosum; sed hoc repugnat: ergò repugnat talis coniunctio. Min. constat: Nàm Deum miraculose operari in coniunctione actus charitatis cum peccato abituali est, illum specialiter influere in conservationem peccati: quod repugnat. Sequela probatur 1. ex dictis. Nàm talis coniunctio est contra exigentiam naturalem actus charitatis; cum idem sit exigere ex natura rei coniungi cum gratia habituali, ac coniungi cum non esse peccati habitualis. Sed coniunctio contra exigentiam actus charitatis est opus miraculosum: ergò. 2. Sub alia forma. Actum charitatis elici ab homine peccatore sine gratia remittente peccatum, est actum

36 Arguit. 4. — Confir. 1. — Secundo. — Aliter.

ium charitatis coniungi cum peccato; sed actum charitatis sic elici est opus miraculosum; cum ex natura rei petat infundi pro posteriori gratiam: ergò actum charitatis sic elicitum, & coniunctum cum peccato est opus miraculosum.

37 Communis solutio est dicere * ultimam dispositionem ad aliquam formam esse inconiungibilem cum forma opposita, non ratione sui, sed ratione formæ, ad quam disponit; quapropter si talis forma non ponatur ad positionem dispositionis ultimæ, coexisteret cũ forma oppositа. Undè si posset existere calor, ut octo, absque productione formæ ignis, ad quam ultimo disponit, existeret simul cum forma ligni. Cum ergò argumentum procedat supponendo non infundi gratiam habitualem, ad quam actus charitatis ultimo disponit; inconsequenter probat non posse coniungi cum peccato habituali.* Hæc tamen solutio, esto vera, indiget ulteriori explicatione; siquidem probationes adductæ in argumento suadent actum charitatis ratione sui dicere oppositionem cum peccato habituali; cum ratione sui connectatur cum gratia habituali, quoad omnem eius effectum formalẽ. Non enim in actu charitatis est alia exigentia, qua petit infundi gratiam habitualem, & alia, qua exigit gratiam habitualem sanctificare, & mundare animam à peccato: ergò si ratione sui exigit gratiam, ratione sui exigit non esse peccati; proindequè ratione sui, & non ratione gratiæ, exigit non coniungi cum peccato.

Communis solut.

Sed habet in contra.

38 Undè claritatis gratia dicendum; aliud esse actum charitatis ratione sui exigere destructionem peccati, proindequè non coniungi cum peccato; aliud vero exigere destructionem peccati præstandam ratione sui. 1. est verum; 2. vero falsum; cum destructio peccati unicè habeatur ratione gratiæ. Hinc sequitur in casu non infusionis gratiæ, nihil fieri contra exigentiam actus charitatis, quantum ad permanentiam peccati; cum solum exigat destructionem huius ponendam per infusionem gratiæ. Ad 1. confirm. neg. mai. ad eius probationem dist. mai. quod petit ex natura rei coniungi cum non esse peccati præstando ab ipso, conced. mai. præstando à forma, ad quam disponit, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Nec tibi ingerat difficultatem concedere actum charitatis ratione sui exigere destructionem peccati, & negare sic opponi ex natura rei cum peccato. Nàm exigere formam oppositam exigentia, quæ tantum sit per modum dispositionis, non est opponi propriè, sed tantum via ad oppositionem; via autem ad unum terminum stat cum termino opposito.

Explicat.

Ad 1. confirm.

Ad 2. Respond. dupliciter posse contingere Deum operari miraculosè in casu coniunctionis alicuius doni supernaturalis cum peccato. Uno modo antecedenter suspendendo aliquod donum añs. ex quo sequit: exist: peccati. Alio modo immediatè influendo, aut suspendendo carentiam formalem peccati. 1. modus non facit Deum causam specialem existentiæ, aut perseverantiæ malitiæ peccati, sed totus eius influxus, aut specialis concursus, sistit in denegatione talis doni; qua posita connaturaliter prædicta perseverantia sequitur. Sicque contingeret in præsenti: in quo casu miraculum esset in non infusione gratiæ ad præsentiam actus charitatis ultimo disponentis, & ex natura rei connexi cum gratia habituali; post cuius suspensionem (Deo amabilem ob finem sibi notum) nulla gauderet repugnantia, ut coexisteret peccato habituali. Quando autem in argumento *probavimus; quod si gratia ex natura rei esset inconiungibilis cum peccato, pariter esset inconiungibilis de potentia absoluta; eo quod ex opposito sequeretur Deum specialiter influere in perseverantiã peccati; probatio procedit de coniunctione miraculosa immediatè terminata ad existentiam illius; cum hæc daretur contra id, quod gratia immediatè, & formaliter præstat ex natura rei.

39

Ad 2.

*Sub dubio unico fol. 419.

40 Undè claritatis gratia, neg. mai. ad illius probationem: dist. mai. Idem est actum charitatis exigere ex na-

Roborat. & explic.

natura rei coniungi cum gratia habituali, ac exigere coniungi cum non esse peccati habitualis proveniente à gratia pro casu suæ existentiæ, conced. mai. cum non esse peccati habitualis proveniente ab actu charitatis, neg. mai. & conc. min. neg. conseq. Ad 2. probat: sub alia forma propositam, dist. mai. actum charitatis existere sine gratia remittente peccatum est formaliter illum coniungi cum peccato, neg. mai. est illativè, subdist: illatione consistente in defectu formæ remittentis peccatum: conced. mai. illatione consistente in carentia destructionis peccati aliunde potentis provenire ab actu charitatis, nego mai. & concessa min. neg. conseq. Miraculum enim tunc staret in non infusione gratiæ per modum causæ formalis remittentis peccatum; secus tamen in eo, quod ad præsentiam actus charitatis Deus suspenderet in illo destructionem peccati: quod erat necesse, ut Deus formaliter miraculosè operaretur ad coexistentiam actus charitatis cum peccato habituali. Tota hæc doctrina illustrari valet exemplo ultimæ dispositionis ad formam ignis. Hac enim deficiente, Deo operante miraculosè; talis dispositio connaturaliter coexisteret cum alia forma substantiali opposita formæ ignis. Ex quo exemplo potest deduci inefficacia probationis utendo eadem forma arguendi.

Ad eamdem sub alia forma.

Exemplū pro solut:

41 Sed contra insistes probando exemplum adductum esse in contra. Siquidem asserere coexistentiam caloris ut 8. cum forma substantiali ligni non esse miraculosam est prorsus falsum, & contra communem sensum. Quis enim negare poterit hominem cum ultima dispositione ad formam cadaveris v. g. diu vivere esse magnum miraculum? cum frequenter prædicetur ut miraculum hominem vivere cum gravi indispositione vehementer inconnexa cum morte. Igitur si exemplum adductum attente consideretur, non solum est miraculum non introduci formam substantialem ad præsentiam ultimæ dispositionis; verum etiam est miraculum talem dispositionem coexistere cum forma opposita: ergò idem dicendum, si actus charitatis ultimo disponens ad gratiam habitualem coexisteret peccato habituali Deo suspendente infusionem gratiæ.

Replicab retorq: exemplū.

Propter hanc instantiam oportet solutionem datam amplius explicare. Concedimus libenter conservationem formæ aquæ, vel viventis, in præsentia caloris ut octo, esse in se miraculosam. Ratio est: Nàm forma substantialis aquæ, aut viventis, nequit nisi miraculosè conservari sine dispositionibus proportionatis ad sui permanent: ut videre est in quolibet animali exigenti ad sui permanentiam proportionem humorum, debitam organizationem, & colligationem partium corporis. Ex quo sequitur, quod si calor ut octo, vel etiam si sit inferior, sua intensione destruat dispositionem prærequisitam ad conservationem viventis, permanentia huius est opus miraculosum. Si enim hominem vivere absque respiratione per aliquod tempus, aut cum vulnere lethali in parte principe, v. g. corde, aut iecore est miraculum; quanto magis ipsum vivere calore combustum, & cum totali distemperie erit miraculosum?

42 Respond. explic: solut.

Sed ex hac doctrina nihil deducitur in favorem coexistentiæ actus charitatis cum peccato habituali, ut probetur illam esse formaliter miraculosam. Nàm peccatum habiteale nullam dispositionem prærequirit ad suam permanentiam; siquidem hoc ipso, quod homo peccet actualiter, manet in peccato habituali, Reusque æternæ damnationis, etsi postmodum nihil mali operetur. Quinimo, nec ipsa gratia habitualis prærequirit ad sui permanentiam aliquam dispositionem liberi arbitrij, sed solum carentiam peccati, per quod destruitur illius continuatio. Hinc constat, cur prima existentia esset miraculosa formaliter ex se ipsa; non autem coexistentia actus charitatis cum peccato habituali. Nàm calor ut octo necessario ex natura rei destruit dispositionem requisitam ad conservationem compo-

43 Illatio pro dis-crimine.

positi: actus vero charitatis nullam dispositionem tollit necessario requisitam, ut homo permaneat in peccato habituali. Quapropter miraculum unicè staret in non infundendo gratiam habitualem ad præsentiam actus charitatis.

§. V.
Præcipuum Argumentum.

44 Arguit. 1. OBijcies 5. Peccatum habituale est privatio gratiæ, non ut cumque, sed voluntaria: ergò id, quod ratione sui destruit voluntarietatem talis privationis, destruit ratione sui peccatum habituale. Sed huiusmodi est actus charitatis, & contritionis: ergò. Omnia constant præter min. sublumptam, quæ probat. 1. Id, quod ratione sui reddit privationem gratiæ in voluntariam homini, destruit ratione sui illius voluntarietatem; in voluntarium enim, & voluntarium, utpotè contraria, mutuo se expellunt. Sed huiusmodi est actus charitatis: ergò. Probat. min. Id ratione cuius homo detestatur efficaciter privationem gratiæ, reddit illam in voluntariam, utpotè repugnantem inclinationi elicitæ voluntatis. Sed per actum charitatis homo detestatur efficaciter privationem gratiæ, ut est peccatum habituale: ergò. Probat. 2. Id ratione cuius gratia habitualis fit nobis voluntaria, reddit illius privationem in voluntariam. Sed ratione actus charitatis acceptantis gratiam habitualem, hæc redditur iustis voluntaria iuxta Trident: sess. 6. cap. 7. & D. Thom. hic art. 4. ergo.

Probat. min. 1.

Secundo.

45 Confir. 1. Confirm. 1. Privatio gratiæ dicitur voluntaria à permanentia morali peccati actualis, per quod fuit inducta: ergò id, quod destruit talem permanentiam destruit privationem gratiæ in esse voluntariæ. Sed talis est actus charitatis: ergò. Prob. min. sublumpta. Id, quod est retractatio efficax peccati actualis, destruit permanent: moral: illius; sed talis est actus charit: tùm quia includit dolorem efficacem illius. Tùm quia est conversio efficax in Deum ut finē ultimū, proindequè retractatio efficax actualis aversionis à Deo per peccatum actuale: ergò. Urgetur. Peccatum actuale moraliter perseverare in voluntate est illud extitisse, & non esse retractatum. Sed per actum charitatis tollitur carentia retractationis; cum ipse actus sit retractatio peccati: ergò per illum destruitur permanentia moralis peccati actualis.

Urgetur.

46 Confir. 2. 2. Voluntatem permanere moraliter in peccato actuali, est illam perinde se habere, ac si actu physicè peccaret; vel est, illam in prudentem existimatione velle actu converti ad bonum commutabile, ut finem ultimum. Sed repugnat ex terminis affirmare de voluntate actu diligente Deum super omnia perinde se habere, aut prudenter interpretari, velle bonum creatum ut finem ultimum sui, & cum contemptu Divinæ Maiestatis: ergò per actum charitatis necessario destruitur perseverantia moralis peccati actualis. 3. & satis urgenter. Communiter tuentur Theologi Deum posse infundere gratiam habitualem remittentem peccatum habituale absque ullo motu liberi arbitrij, tam in Deum, quam in peccatum. Quod si eis opponatur dicendo peccatum non posse remitti absque retractatione tollente illius voluntarietatem. Respond. Gratiam habitualem esse retractationem eminentialē peccati. Nunc sic: ergò sentiunt Theologi dari duplicem retractationem efficacem peccati actualis commissi. Unam eminent: alteram formalem: ergò actus charitatis, & contritionis sunt formalis, & actualis retractatio efficax peccati actualis; proindequè illius perseverantiam moralem destruentes, & ex consequenti peccatum habituale dependens in conservari à voluntate medio peccato actuali, ut moraliter perseveranti.

Tertio.

47 Respond. Hoc argumento moventur PP. Salmantic: & M. à S. Thoma, ut propugnent sentent: contrariam. Et quamvis probationes adductæ sint satis difficiles, eas tamen maiori claritate, qua possimus, solvere conabimur. Ad 1. probat: admittimus

mus contra M. Carrasco (de quo in solut. ad 1.) actum contritionis esse detestationem efficacem peccati habitualis. Tùm quia est detestatio illius super omnia. Tùm quia est detestatio excludens omnem affectum peccati in posterũ, & etiam circa peccatum ante commissum: inefficax autem detestatio potest secum compari aliquem affectum ad peccandum. Tùm quia cum detestatio peccati sit actus quasi primarius virtutis pœnitentiæ, debet esse efficax; eo quod virtutes, præsertim infusæ, non dantur nisi ad actus absolutos, & efficaces, si sint primarij. Sed ex hoc tantum infertur privationem gratiæ constitutivam peccati habitualis, non esse voluntariam per modum exercitij, secus vero per modum termini derelicti ex actu præcedente voluntatis. Ita D. Thom. in suplemento quæst. 1. art. 1. ad 2. hoc est, in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 1. ad 3. Quo d ulterius explicatur à D. Thom. exemplo illius, qui voluntariè se projicit in Puteum, cuius existentia remanet proijcienti voluntaria, quantumvis retractetur. * Hinc apparet ratio satis efficax, ut contritio de peccato actuali commisso non destruat ratione sui voluntarietatem privationis gratiæ; cum hæc duo non opponantur inter se: *Privatio gratiæ fuit liberè inducta per peccatum præcedens: displicet mihi talem privationem fuisse liberè inductam &c.* Adest etiam alia ratio efficax, ut peccatum actuale præcedens non destruatur in esse moraliter influentis per actum contritionis ratione sui: quia videlicèt, contritio respicit tale peccatum, ut obiectum suæ displicentiæ; undè solum poterit denominare illud in voluntarium obiectivè, hoc est nolitum, sive odio habitum, non vero in voluntariũ causaliter, sive effectivè: hoc est, tam physicè, quam moraliter destructum.

Ad 1. probat. min. subsumptæ.

Explicat: solutio.

* Quæst. 28. de Verit. art. 2. ad 7.

Roborat:

48 Undè claritatis gratia dist. mai. reddit illam in voluntariam obiectivè, conced. mai. in voluntariam causaliter; subdistinguo. causaliter purè dispositivè, conced. mai. causaliter effectivè, aut formaliter, neg. mai. Hic duplex modus in voluntarietatis admitti debet in præsenti. Tùm assimili in Deo, cui peccata nostra dicuntur in voluntaria: Tùm obiectivè, quia ipsi displicent. Tùm effectivè; quando pro libito suo misericorditer illa remittit. Constat insuper hoc idem, in habitibus vitiosis oppositis virtutibus acquisitis; cum enim illi excludantur per actus honestos de ordine naturæ; si homo doleat efficaciter de actibus vitiosis, simulque exerceatur per actus honestos naturales; prædicti habitus vitiosi ante acquisitionem virtutis erunt in voluntarij obiectivè, post acquisitionem vero erunt in voluntarij utroque modo. Nec obstat pœnitentiam respicere peccatum actuale commissum non solum ut obiectum, sed etiam ut materiam destruendam: ergò reddit illud in voluntarium utroque modo. Non, inquam, obstat, quia adhoc sufficit illud esse in voluntarium causaliter dispositivè per actum contritionis. Undè si gratia, adquam disponit, non infunditur à Deo, non destruetur effectivè peccatum habituale ex actuali derelictum. Ex his constat ad 2. probationem; nàm gratia habitualis, estò sit obiectivè voluntaria adulto se disponenti ad illam; non tamen est voluntaria effectivè; cum non sit terminus productus per actum charitatis, qui est dispositio ad ipsam. Undè consulto Concil: Trid: dixit cap. 7. *Hominem iustificari per voluntariam susceptionem gratiæ: non autem per voluntariam efficientiam illius*, ut sic doceret gratiam tantum esse formam liberè obiectivè in nobis receptam, non vero liberè à nobis causatam.

Solutio in forma.

Sidicas.

Respond.

Ad 2. probat. min.

49 Sed dices: ergò ex vi actus charitatis, & contritionis, redditur infusio gratiæ dispositivè, & obiectivè voluntaria, & privatio inducta per peccatum redditur obiectivè, & dispositivè in voluntaria. Sed hoc ipso nequit permanere in ratione privationis moralis, & imputabilis ad culpam: cum repugnet homini imputari ad culpam, illud quod est ipsi in voluntarium adhuc obiectivè; ubi enim nulla datur inordinata delectatio, aut mala volun-

Replicab

luntas, nulla est dignitas ad pœnam: ergo si ex vi actus charitatis, vel contritionis reddentis privationem gratiæ obiectivè in voluntariam, nulla remane: inordinata complacentia circa malum, aut aliqua mala voluntas, nulla remanebit condignitas ad pœnam. Respond. Respond. hanc instantiam probare etiam attritionem supernaturalem efficacem, & inconiungibilem cum omni affectu peccandi, esse sufficientem ad destructionem peccati habitualis; nàm quamvis differat specie a contritione pènes motivum; convenit tamen cum illa inefficacia doloris, & proposito de cœtero non peccandi. Igitur directe Respond. sufficere ut homini imputetur ad culpam, quod fuerit in eius potestate illud vitare, esto secundum præsentem dispositionem, & affectionem, in qua invenitur, nullatenus ipsi placeat: peccatum enim transit actu, & remanet reatu. Nec Dei iudicium pro iusta retributione solum attendit affectiones, quas homo de præsenti habet, sed etiam illas, quas liberè, & inordinate commisit.

50 1. Confirm. gravem continet difficultatem, cui Respond. 1. Si enim peccatum habituale constitat in privatione gratiæ inducta, ut ex peccato actuali, nescio cur ad illius permanentiam requiratur actus peccati, tanquam causalitas voluntatis conservantis moraliter dictam privationem. Ratio est: Nam privatio formæ, sive moralis, sive physica, cum in se sit nihil, nullum actum positivum requirit pro sui perseverantia; sed ad summum solum requirit, quod non adsit activitas positiva ex parte agentis introducentis formã oppositam. Hac enim ratione privatio lucis in aere tandiu durat, quandiu Sol ipsum non illuminat; similiterque privatio visus animali durat, quandiu Deus ei potentiam visivam non restituit: ergo ut privatio gratiæ inducta per peccatum per quod homo avertit affectum à Deo perseveret in illo, non requiritur aliquis influxus physicus, aut moralis ex parte voluntatis, sed quod Deus gratiam non infundat, & in voluntate non sint vires sufficientes ad expiationem peccati. Sic aliqu. Thom.

Ad 1. confirm. Resp. 1.

Hæc solutio valdè conformis 51
est D. Thom. quæst. 28. de Verit. art. 2. ad 7. *afferenti causam permanentiæ eorum, quæ ex peccato actuali proveniunt; partim esse iustitiam divinam non infundentem lumen gratiæ ob demeritum peccati, partim insufficientiam liberi arbitrij ad resurgendum à peccato. Consequenter asserit etiam peccatum habituale, & detrimentum eorum, quæ ex peccato sequuntur, dependere à voluntate quoad fieri, non vero quoad conservari. Quod explicat exemplo permanentiæ in puteo, inquem quis se voluntariè proiecit.* Ex his in forma Respond. potest peccatum habituale non dependere in sui permanentia à peccato actuali, etiam moraliter influente in ipsum. Undè quamvis actus contritionis destruat perseverantiam moralem peccati actualis, non propter hoc destruit peccatum habit: dependens iuxta D. Thom. à voluntate solum quoad fieri, non vero quoad conservari.

2. Respond. Admittendo peccatum actuale semper permanere 52
moraliter, quousque remittatur à Deo, non quidem per modum influentis in peccatum habituale, sed per modum obstaculi impedientis infusionem gratiæ. Huiusmodi permanentia in peccato actuali traditur à D. Thom. in 4. dist. 14. quæst. 2. art. 2. ubi comparat pœnitentiam relatè ad infusionem gratiæ, vento auferenti nubem impedientem Solis illuminationem.* Sicut enim per nubem impeditur luminis communicatio, ita per peccatum actuale dividentem animam à Deo Sole iustitiæ, impeditur infusio gratiæ; undè sicut ventus auferens nubem restituit nobis lumen Solis, ita pœnitentia tanquam removens prohibens (scilicet, peccatum) restituit nobis gratiam gratum facientem.* Idem docet 2. quæst. 28. de Verit. art. 2. ubi requirit pœnitentiam de peccato actuali commisso ad receptionẽ gratiæ sanctific: non quidem, ut tale

Resp. 2.

pec-

peccatum non fuerit, sed nè propter nimium gratiæ influsio impediatur. Propter hoc videtur innegabile peccatum actuale perseverare tanquam obstaculum impediens receptionem gratiæ, vi cuius expellitur formaliter peccatum habituale. Cumque talis permanentia non sit physica, dicenda est moralis. Sed insuper restat proband: huiusmodi permanentiam non destrui per actum charitatis, & contritionis secluſa gratia habituali: pro quo.

53 Suppono ex communi doctrina posse quam optimè unum actum retractari efficaciter sub una ratione, non vero sub alia; proindequè posse destrui permanentiam moralem illius sub una formalitate, & permanere sub altera. Constat hoc in eo, qui vehementer dolet de voto emisso, aut professione religiosa. Licèt enim ex vi talis doloris destruatur perseverantia moralis voti, prout dicit in vovente affectum circa cultum, & obsequium Dei; proindequè nequeat talis homo denominari cultui divino devotus; permanet tamen votum emissum, etiam in sensu composito talis displicentiæ, quoad munus inducendi obligationem ad adimpletionem rei promissæ. Constat etiam in actu vitioso nimis intenso, per quem adquiritur habitus vitij, & simul inducitur peccatum habituale (in quocumque consistat) Ponamus hominem se exercere per actus naturales virtutis oppositæ, proindequè acquirentem habitum virtutis. In hoc enim casu actus præcedens vitiosus destruitur moraliter in esse conservantis habitum vitiosum; non tamen in esse conservantis maculam peccati. Quinimo, cum aliqua vitia sint inter se opposita, v. g. avaritia, & prodigalitas, potest per actus unius vitij excludi alterum vitium; proindequè per eosdem actus destruentur quoad sui moralem perseverantiam actus vitiosi in ratione conservantis vitium; non vero maculam peccati. Videatur M. Prado de Pœnit. dub. 8. & M. Bolivar in præsenti. Iuxta hanc Doctrin: satis communem, Respond. per actum contritionis, & charitatis destrui perseverantiam moralem peccati actualis quoad munus denominandi voluntatem affectam ad bonum commutabile, ob cuius amorem inordinatum peccavit, v. g. circa pecuniam, cibum, aut honorem; non tamen quoad munus denominandi voluntatem aversam à Deo, ut fine ultimo simpliciter sub qua formalitate suo modo conservat peccatum habituale removendo gratiam.

Suppoſit. pro ſolut.

Respond. ad arg. ex M. Boliv.

54 Sed contra argum. 1. Ideo enim peccatum furti v. g. destruitur moraliter in ratione amoris pecuniæ, quia per actum contritionis homo dolet de furto prout fuit amor inordinatus pecuniæ. Sed etiam dolet per actum contritionis, quatenus furtum fuit actualis aversio à Deo, & illius offensa: imo potius obiectum actus contritionis est peccatum ut aversio, & offensa Dei: ergò nulla est ratio, cur destruatur moraliter furtum sub una ratione, & non sub altera: ergò. 2. Deus ut apretiativè dilectus actualiter super omnia tanquam finis ultimus, pugnat cum actuali amore boni commutabilis, ut finis ultimi: ergò si prædictus actus retractat efficaciter peccatum actuale quoad munus denominandi volunt atem inordinate affectam ad bonum commutabile, multo magis erit etiã retractatio efficax eiusdem peccati quoad munus denominandi eandem voluntatem conversam moraliter ad idem bonum ut finem ultimum. Sed destructa hac conversione destruitur aversio à Deo, ut fine ultimo; in qua ratio peccati pro formali consistit: ergò. Nec huic difficultati satisfacies addendo frequentem distinctionem de duplici retractatione, scilicèt, *affectiva*, & *effectiva*, quarum prima convenit actui charitatis, & contritionis; non autem 2. Non, inquam, satisfacies: nàm instantiæ factæ probant in conseq. Doctrin. asserentis actum contritionis retractare effectivè peccatum actuale, prout est affectio inordinata ad bonum commutabile; non vero prout est conversio ad illum, ut finem ultimum, & ex consequenti, prout est aversio à Deo.

54 Hæc Respons. habet contra se 1.

Secundo.

Sal-

55 Aliter Resp:

Salva igitur veneratione tanti M. Resp. Actum charitatis, aut contritionis non esse retractationem effectivam, seu propriè talem peccati actualis commissi, prout dicit aversionem à Deo. Ratio est: Nam tale peccatum sub ratione aversionis duo dicit; scil. privationem coniunctionis voluntatis cum Deo, qui est vita animæ; & insuper læsionem iuris divini, vi cuius Deus manet aversus à creatura, ipsique offensus. Unde solum potest retractari *effectivè*, hoc est reipsa, & cum effectu, quoad sui perseverantiam moralem per donum ratione sui inducens vitam spiritualem in anima, & quod ratione suę dignitatis reparando perfecte ius divinum læsum, sive offensum, auferat à Deo, quòd se gerat ut aversus, sive ut offensus ergapeccatorem. Cum igitur actus charitatis, quantumvis perfectus, non inducat ratione sui unionem cum Deo, quatenus vivificat spiritualiter animam; nec ita reparet ius divinum læsum, ut adhuc Deus non maneat infinitè offensus creaturæ, non est retractatio effectiva peccati actualis, quatènus est aversio à Deo, ut fine ultimo, proindèque nec peccati habitualis ex illo derelicti. Dixi *retractationem effectivam, hoc est, cum effectu*, & propriè talem; retractatio enim affectiva solum est desiderium retractationis. Nam hoc verbum *retracto* iuxta Calepinum idem significat, *ac quasso, & annullo.*

56 Arg. ult.

Argues ult. Ideò actus charitatis non destrueret perseverantiam moralē peccati, ut est aversio, nec illud retractaret effectivè; quia nequit auferre læsionem iuris divini inductam ex peccato. Sed hoc solum probat non destruere talem perseverantiam per modum condignæ satisfactionis, secus vero per oppositionē ex nat. rei cum illo: siquidem etiam gratia habitualis non est æqualis dignitatis, ac est gravitas offensæ; & tamen est effectiva retractatio, sive

Urg. 1.

destructio talis peccati: ergò. Urg. 1. Contritio iuxta D. Thom. tendit efficaciter in destructionem maculæ, & offensæ; proindèque in destructionem peccati actualis, ut moraliter influentis in illam. Sed omnis affectus efficax est procurativus illius in quod tendit: ergò efficacia rerractationis conveniens actui contritionis, non consistit in solo affectu, sed etiam est talis in effectu. 2. Quia Secundo. non apparet quomodo peccatum actuale, ut perseverans moraliter in esse obstaculi infusionis gratię, retractetur effectivè per gratiam habitualem: siquidem retractatio significat affectionem voluntatis hominis voluntariam, & sub præcepto intimatam. 3. ex hoc ipso: quia aliàs non Tertio. erit necessaria contritio ad remissionem peccati per modum removentis impedimentum; cum hoc, scil. permanentia moralis peccati obstans infusioni gratiæ, iuxta doctrinam datam, auferatur à Deo infundente gratiam.

57 Resp.

Resp. neg. min. Peccatum enim actuale habet ex natura sua, & esse obstaculum illuminationi gratię, & insuper habet constituere Deum iustè aversum à creatura. 1. habet, quia separat animam à Deo: 2. habet, quia est gravis offensa illius. Unde solum illud donum, quod facit, ut Deus illuminet animam, & convertatur ad illam, potest effective destruere peccatum actuale, ut moraliter perseverans in esse impedientis infusionem gratiæ, & causare peccati habit. remissionem. Actus vero contritionis nec facit, quod Deus illuminet animam, nec reddit illum conversum ad creaturas; solum enim est conversio creaturæ ad Deum, non vero conversio Dei ad creaturas. Constat hoc ex illo Zach. 1. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* In prioribus verbis designatur conversio nostra ad Deum per actum charitatis, & contritionis; in posterior. describitur conversio Dei ad gratiam, quæ est annexa primæ, tanquam dispositioni ad gratiam, ut remissivam peccati habitualis. Ad prob. in contra Resp. Gratiam esse participationem Deitatis, vi cuius Deus adoptat hominem in filium; subindèque est donum, per quod Deus etiam convertitur ad hominē, cum sibi assimilando in natura. Quapropter, estò sit inferioris dignitatis

Ad prob. in contr.

relatè ad gravitatem offensæ, est retractatio effectiva illius. Ad 1. urg. Resp. ex D. Thom. in 4. d. 17. q. 2. a. 5. actum contritionis gaudere efficacia procurativa sibi proportionata; scilic. per modum dispositionis, & conversionis actualis animæ in Deū, ut ipse Deus postmodum se convertat ad animam per infusionem gratiæ, & cum illa societatem amicabilem ineundo.

Solvit. 1. Urg.

58

Ad 2. Resp. Negari non posse in quavis opinione peccatum actuale, ut moraliter perseverans destrui re ipsa per gratiam. Tum quia hæc est forma remissiva omnis peccati etiam actualis; cum hoc se habeat ex parte termini *à quo* iustificationis, & gratia sit terminus *ad quem* eiusdem. Tum quia Deus eodem actu, quo largitur gratiam, remittit omnia peccata tam habitualia, quam actualia, ut moraliter avertentia hominem à Deo. Ex quibus constat infusionem gratiæ, ut remissivæ peccati, esse effectivam retractationem ipsius, sumpta retractatione pro eodem ac destructione; licet in alia acceptione hoc nomen retractatio significet affectum doloris, sive displicet de peccato. Ad 3. dicendum, quod licet obstaculum peccati auferatur formaliter per gratiam infusam à Deo, necessario prærequiritur actus contritionis dispositivè illud removentis. Quemadmodum ad expulsionem tenebrarum, quæ proveniunt ex interpositione corporis opaci, vel ex aversione à Sole, requiritur formaliter illuminatio; conversio vero ad Solem, vel remotio corporis opaci, requiruntur tantum dispositivè. Si dicas. Motus, per quem aliquis se convertit ad Solem (à quo per prius recesserat) destruit unicè motum aversivum, per quem fuit impedita Solis illuminatio: ergò idem dicendum de actu contritionis in ordine ad remotionem peccati actualis, ut est obstaculum morale infusionis gratiæ. Resp. hoc contingere, quia homo solum est, qui avertitur a Sole; Sol autem non avertitur, nec convertitur ad hominem; sed unicè per modum causæ naturalis infundit lumen in corpora sibi appropinquantia. Deus autem etiam se avertit ab homine actualiter peccante, iuxta illud: *Nè avertas faciem tuam à me.* Et iterum: *Convertere Domine &c.* Qua de causa solum donum, vi cuius Deus per prius aversus à peccatore, redditur conversus ad illum, destruit formaliter, & cum effectu peccatum actuale, ut obstans infusioni gratiæ.

Secunda.

Tertia.

Si contra hoc inst.

Resp.

Psalm. 101 & 8, in M.P.

59

Ut autem hucusque dicta roborentur, placet doct. D. Th. illa compendiosè continentem, transcribere. Sic enim habet in 4. d. 18. q. 1. a. 2. ad 2. quæst. *Dicendum, quod macula obscuritatis ex interpositione causata non potest auferri, nisi obstaculam interpositum amoveatur. Peccatum autem, quod erat obstaculum interpositum prohibens gratiæ claritatem non potest removeri, ut factum non sit, sed ut effectum avertendi Deum à nobis non habeat: qui propter aversionem, qua à Deo fuimus aversi propter peccatum, à nobis aversus manebat; & ideò secundum hoc, quod se ad nos sua benignitate convertit, dicitur peccatum nostrum remittere: sicut nos offensam alicui remittimus, cum ad eum propter offensam præteritam ulterius malevolentiā non servamus* In quo aureo testimon. plura habentur. 1. ad destructionem maculæ, sive peccati habitualis, necesse est removeri obstaculum peccati actualis, ut impedientis gratiæ infusionem. Ex quo habetur 2. peccatum actuale, etsi physicè præteritum, perseverare moraliter, ut impediens remissionem illius. 3. tale obstaculum habere pro effectu reddere etiam Deum à nobis aversum; ex qua aversione provenit ablatio, & non infusio gratiæ. 4. Deum eatenus remittere peccata, quatenus se convertit ad nos sua benignitate, avertendo faciem suam à peccatis nostris; nè scil. propter illa perseveret in indignatione. Ex quo sequitur peccata non remitti per illā conversionem voluntatis ad Deum, quæ solum provenit ab actu charitatis; sed per conversionem Dei ad nos, quæ nequit contingere sine infusione gratiæ, utpotè distincta à conversione actuali nostræ voluntatis in Deum, iuxta illud Zach. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*, quod est idem, ac Deum nobis

Roborantur dicta ex D. Angel.

Ponderatur.

bis reconciliari. Per hæc omnia accipit maius robur 2. ratio, qua conclusionem probavimus. Tota hæc doctrina subsistit, etsi peccatum habituale non dependeat in conservari ab actuali, ut à causa aliquomodo positivè influente; siquidem negari nequit iuxta testim. D. Thom. immediatè adductum peccatum habituale dependere in sui conservatione ab actuali, prout hoc obtinet rationem obstaculi reddentis Deum aversum à peccatore.

60 Dices: Peccatum dicit constitutivè aversionem creaturæ à Deo: ergò forma illud destruens est conversio illius ad Deum: ergò non est conversio Dei ad nos. Resp. Conversionem Dei ad nos, prout se tenet ex parte illius non poni à nobis, ut formam destruct. sed ut causã à qua provenit gratia habitualis, præbens formaliter utrumque munus sanctitatis, positivum, & negativum. Si inquiras: *An sit concedendum peccatum habituale dependere in sui conversione à volantate nostra, vel non?* 1. opponitur D. Thom. q. 28. de Ver. a. 2. ad 7. asserenti: *Peccatum habituale non dependere à nostra voluntate in conservari; sed in fieri.* Rursus: si ita dependet in conservari, dependet ab illa ut causa liberè, & voluntariè illud conservante; proindèque per actum liberum peccati commissi, ut moraliter perseverantis. 2. videtur difficile dictu. Nulla enim res potest conservari, nisi vel à Deo, vel à creatura. Cum enim Deus nequeat conservare peccatum habituale, sicuti nequit illud producere, dicendum conservari à nostra voluntate. Resp. Cum dist. Si enim peccatum habituale consistat in privatione gratiæ non requirit aliquem actum, ut causam moraliter conservativam sui, sed sufficit, vel quod Deus gratiam non infundat, & quod in voluntate creata non sint vires sufficientes ad illius expiationem. Si vero illud consistat in aliquo positivo morali, ut cum alijs tenet Illust. Godoy, dicendum illud dependere in conservari à voluntate creata. Non quidem nova libertate, & dominio, quo fuit commissum peccatum actuale, sed eadem prorsus libertate. Nec hoc opponitur testim. D. Thomæ; solum enim negat conservari à voluntate nostra libertate, & dominio; ita ut pro libito suo valeat illud à se expellere, ut hic advertit M. Bolivar. Nec, ut talis conservatio sit libera, & voluntaria requiritur aliquis actus perseverans, cum tantum sit libera terminativè, pro qua sufficit peccatum actuale fuisse ei voluntarium. Advertendum etiam voluntatem sustentantem tale positivum morale derelictum ex peccato actuali, exercere etiam aliquod munus causæ efficientis. Cum talis sustentatio, & receptio terminetur ad dandam existentiam prædictæ conversioni positivæ morali, in quo resplendet munus proprium causæ efficientis. Ut optimè advertit M. à S. Thoma in Physica q. 3. a. 3. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. M. in 2. dist. 14. & 16. & in 4. dist. 16.*

Inquires.

Resp. iuxta meam opinionē

Iuxta Alior. opinion.

***

DUBIUM I. APPENDIX
PRO CONDONATIONE EXTRINSECA.
QVÆNAM SIT FORMA REMISsiva peccati venialis?

§. I.

RATIO DUBITANDI PROPONITUR.

N. 1. UNum ex motivis, cui innituntur aliqui AA. ad probandam posibilitatem condonationis puræ extrinsecæ, desumitur ex paritate remisionis peccati venialis; quam sic inter alios proponit P. Ripalda. Deus in Sacramento pœnitentiæ cum sola attritione supernaturali susçepto, remittit peccatum veniale per solam condonationem extrinsecam: ergò non repugnat de potentia absoluta etiam remitti peccatum mortale &c. Consequentia patet, & añs. prob. In Sacramento pœnitentiæ sic susçepto nihil datur, quod ex natura rei sit forma incomponibilis cum peccato veniali confesso: ergò. Prob. añs. Gratia habitualis infusa virtute Sacramenti est ex natura rei componibilis cum peccato veniali; cum homo iustus in sensu composito gratiæ sanctificantis posit venialiter peccare: aliunde attritio supernaturalis ratione sui non pugnat cum peccato veniali; aliàs ante susceptionem Sacramenti pœnitentiæ, & non virtute illius remitterentur peccata venialia; quod concedere est ad minus temerarium: ergò nihil datur, quod ex natura rei &c.

Motiv. dub. & argum. pro condon. extrins.

2 Nec valet dicere, gratiam habitualem, licet secundum se non repugnet peccato veniali, benè tamen ut collatam à Deo intuitu attritionis disponentis ad Sacramentum pœnitentiæ, ut fructuosè susçipiendum. Non, inquam, valet. Nam forma, quæ secundum se non præstet subiecto aliquem effectum formalem positivum, aut exclusivum formæ contrariæ, nequit illum præstare per elevationem purè extrinsecam, aut etiam adventum alicuius denominationis, sive respectus purè extrinseci, ut est indubitabile apud Thom. sed gratiam habitualem infundi à Deo in Sacramento pœnitentiæ intuitu attritionis est quid extrinsecum gratiæ: ergò nequit &c. Nec iterum valet dicere: quod cum homo per Sacramentum pœnitentiæ fiat ex attrito contritus; per contritionem simul cum gratia infusa remittuntur peccata venialia. Non, inquam, valet. Nam etsi tale proloquium sit regulariter verum; & etiam universaliter, si intelligatur de contritione habituali consistenti in infusione gratiæ, & virtutis pœnitentiæ; non tamen est semper verum de cõtritione actuali: ut multoties contingit in accedente ad Sacramentum pœnitentiæ cum sola attritione, & postmodum non prorumpente in actum contritionis, vel propter distractionem mentis, vel propter privationem usus rationis, qui potest contingere: ergò prædicta solutio est insufficiens. Hinc excluss manet recursus ad aliquem modum supervenientem attritioni ex consortio gratiæ habitualis infusæ, vi cuius sit forma remisiva peccati venialis. Siquidem nequit explicari, in quo prædictus modus consistat, aut in quo genere causæ præstetur à gratia habituali. Deindè, quia multoties contin-

Si dicas 1 contr. est.

Alia Resp reijcitur.

Ulterior recurs. reijcit.

tingit, ut attritio ſupernaturalis deſinat eſſe ante infuſionem gratiæ, quæ fit virtute Sacramenti pœnitentiæ. Sed forma, quæ non exiſtit, nequit cum proprietate elevari, ut præſtet aliquem effectum formalem per ſui intrinſecam communicationem: ergò.

3 De materia huius argumenti agit ex profeſſo D. Thom. 3. p. q. 87. per totam, & in 4. diſt. 16. q. 2. a. 1. & 2. & q. 7. de Malo a. 11. & cum illo eius Commentatores, inter quos eminent M. Prado tom. de Pœnit. & M. Ferre in præſenti. Licet igitur deciſio præſentis difficultatis alio ſpectet; ob conſequentiam doctrinæ neceſſe eſt aliqua dicere. Peccata venialia poſſunt tripliciter remitti. 1. extra Sacramentum, & Sacramentalia. 2. intra Sacramentum pœnitentiæ, & Euchariſtiæ &c. cum ſola attritione ſupernaturali de prædictis peccatis. 3. poſſunt remitti virtute Sacramentalium, uti ſunt benedictio Epiſcopi, aſperſio aquæ benedictæ &c.

Triplex remiſſ. venialium.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO.

Ad remiſſionem venialium quocumque modo ex dictis fiat, requiritur donum intrinſecum ex natura rei cum eis inconiungibile.

4 ITa communiter Thom. & prob. 1. Macula peccati venialis iuxta D. Thom. conſiſtit in privatione fervoris charitatis; quia nimirum voluntas propter affectionem inordinatam ad delectabilia manet impedita, ſive retardata, ut fervenſer, & promptè tendat in Deum ſuper omnia dilectum. Ita S. D. hac 1. 2. q. 89. a. 1. & 3. p. ubi ſup. & in Sent. loco relato art. 2. ad 1. per hæc verba: *Macula poteſt eſſe dupliciter, uno modo per privationem pulchritudinis; & ſic in veniali non manet macula, quia non tollit gratiam, quæ eſt animæ decor. Alio modo per hoc, quod pulchritudo, quæ eſt gratiæ, impeditur, ne exterius appareat: ſicut per pulverem pulchritudo faciei fœdatur: & talis macula eſt in venialibus, quia impeditur decor gratiæ, ne in actibus exterius oſtendatur.* Ubi nomine *privationis fervoris* non intelligitur ablatio alicuius gradus ex parte charitatis; ſed ſolum quædam tepiditas in voluntate, ut in omnibus ſuis actibus tendat in Deum, ut finem ultimum formaliter, aut virtualiter eos finalizantē; & hoc propter affectionem, ſive nimiam adhæſionem circa bona temporalia. Nam quemadmodum gravitas lapidis impeditur ad deſcenſum per interpoſitionem corporis; ſimiliterque inclinatio innata voluntatis impeditur per habitum vitij, retardaturque, & extrinſecè minuitur, ut prorumpat in actum virtutis; ità ſimiliter in præſ. Cum enim voluntas propter peccata venialia maneat inclinata, cōverſaque habitual. in bona temporal. manet impedita, & aliqualiter retardata ad uſum actualem charitatis, per quem omnia ſua referat in Deum ſuper omnia dilectum. Talis enim amor eſt quoddam pondus, quo propendit in bona temporalia, proindeque, quo retardatur, ut amore ſupernaturali charitatis feratur ſurſum in Deum. Cum ergò privatio manente ſubiecto nequeat auferri niſi per adventum formæ, qua privat, nequit macula venialis deleri, niſi prædictus fervor reſtituatur, vi cuius excluditur tepiditas in voluntate, & affectio inordinata ex peccato veniali contracta.

Prima ratio.

Explicatur hæc ratio. Peccatum actuale mortale eſt converſio inordinata ad bonum commutabile cum averſione à Deo fine ultimo ſimpliciter; ideòque per illum deſtruitur gratia, & charitas: peccatum vero veniale, etſi amor inordinatus, non avertit animam à Deo ſimpliciter, ſed ſolum divertit. Qua ratione communiter dicitur venialiter peccantem ſe habere, ut nimis morantem in via; peccantē vero mortaliter ſe avertere ſimplic. à via, qua itur in Deum. Unde ſicuti ex peccato mortali manet volūtas intrinſecè moraliter adhærens bono commutabili, ut fini, & averſa à Deo; ita ex peccato veniali manet intrinſecè

5 Explicat. hæc ratio

moraliter diversa à Deo, & inclinata in bona temporalia, per prius inordinatè dilecta. Nunc sic. Denominatio intrinseca nequit auferri à voluntate, nisi per suspensionem concursus eam conservantis, aut per adventum formæ præbentis denominationem oppositam. Cum ergò inordinatio ex peccato veniali in voluntate proveniens, utpotè mala moraliter, non conservetur à Deo; nequit tolli nisi per aliquod donum intrinsecum ei oppositum. In idem reddit sequens ratio. * Quandiu remanet causa perseverantiæ inordinationis, & maculæ peccati venialis, tandiu manet macula eiusdem. Sed causa talis permanentiæ est voluntaria transgressio legis, & carentia retractationis efficacis: ergò cum secluso omni dono intrinseco voluntati ex natura rei inconiungibili, maneant hæc recensita, manet etiam peccatum veniale.

Alia probatio.

9 2. Probatur. Peccatum veniale est aliqualis offensa Dei; siquidem est etiam materia Sacramenti, & virtutis pœnitentiæ; cuius proprius actus est dolere de peccato, in quantum est offensa Dei. Hac ergò ratione verificatur etiam de iustificatis multoties Deum offendere iuxta illud Iacobi 3. *In multis offendimus omnes*: ergò ad remissionem illius requiritur, quod Deus pacetur homini, etiam quantum ad offensam venialem. Cumque Deum pacari homini iuxta S.D. includat necessario ex parte Dei specialem dilectionem, & hæc nequeat subsistere sine alicuius doni intrinseci communicatione, propter fœcunditatem, & efficaciam divini amoris; planè infertur requiri tale donum ad remissionem peccati venialis. Recolantur dicta dubio 17. quæ æquè probant peccatum veniale non posse remitti sola condonatione extrinseca, sicuti probant de peccato mortali.

Secunda ratio ex S.D. a. 1.

*** *** ***

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO.

Peccatum veniale extra Sacramentum, & Sacramentalia, nequit remitti, nisi per actum contritionis formalis, vel saltim virtualis in vi actus charitatis.

7 ITa expressè D. Thom. locis supra relatis, præsertim 3. part. quæst. 87. art. 2. ad 2. dicens: *Peccatum veniale nunquam remittitur sine aliquali actu pœnitentiæ virtutis explicito, vel implicito, ut dictum est articulo præcedente*; ubi pœnitentiam implicitam exprimit *per actum dilectionis, per quem aliquis ita ferventer tendit in Deum, ut quidquid sibi occurreret, quod eum ab hoc motu retardaret, ei displiceret, & doleret se commisisse.* Idem docet art. 3. Consequenter ad hanc doctrinam asserit Sanct. Doct. posse remitti unum peccatum veniale alijs non remissis: vel quia potest quis conteri de uno, & nō de alio; vel quia fervor charitatis, qui iuxta S.D. a. 1. est pœnitentia virtualis, potest se extendere tantum ad aliqua specialia. Unde loco relato ex Sentent. ait: *Secundum quantitatem fervoris est quantitas remissionis; & ideo secundum quod maior, vel minor fervor charitatis concitatur, secundum hoc plura, vel pauciora remittuntur, & non omnia semper.* Et quæstiunc. 2. ad 2. *Tam fervens potest esse motus charitatis in Deum, quod omnia peccata venialia consummat, etiam sine actuali cognitione ipsorum.* Nec obstat dicere, quod peccatū veniale, iuxta sæpè dicta, remittitur per fervorem charitatis: ergò cum illud consistat in privatione fervoris, si unum peccatum dimittitur, & non aliud, erunt simul fervor charitatis, & privatio illius. Non, inquam, obstat: Nam fervor charitatis admittit in se latitudinem; siquidem potest quis habere promptitudinem ad detestanda peccata venialia propter Deum summè dilectum in una ma-

Prob. ex D. Angelico.

Cuidam instant. occurrit.

materia, & non in alia; imò potius cum aliqua inclinatione ad illa committenda. Quapropter poteſt etiam conteri de aliquibus venialibus, & non de omnibus.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

8 CONtra hanc concluſionem frequenter admiſſam à Theologis, tripliciter poteſt opponi,

Arguit. 1. quod requirit. pœnit formalis.

1. probando non ſufficere actum charitatis ſine dolore actuali, vel formali, ad remiſsionem venialium. 2. probando ſufficere attritionem ſupernaturalem. 3. ſufficere quodlibet opus honeſtum ſupernaturale, dummodo ſit meritorium, & ordinetur ad deletionem venialium. Pro 1. ſtant Alenſis, & Durandus in 4. d. 16. q. 2. n. 9. & ſuadetur 1. ex D. Th. ubi ſupra in ſent. & præcipuè diſt. 17. & 21. q. 2. a. 1. aſſerente: *Peccatum veniale non poſſe remitti ſine contritione, aut pœnitentia.* Quæ verba, ſi propriè accipienda ſunt, nequeunt adaptari ſoli actui charitatis.

Secundo.

Deindè remiſsio peccati venialis, utpotè dependens ex divina voluntate, ponenda eſt iuxta illa, quæ Sacra Scriptura affirmat eſſe requiſita ad illius aſſequutionem. Atqui iuxta Sacram Scripturam peccata, ſive mortalia, ſive venialia, non remittuntur niſi agentibus pœnitentiam: ergò.

Reſp.

Ad hoc Reſp. exponendo prædicta teſtim. & alia ſimilia SS. PP. de pœnitentia implicita, & virtuali, qualis eſt actus charitatis; ut ipſe S. D. ſe ipſum, & alios SS. PP. explicat locis ſupra relatis.

Adde.

Addendum tamen pro maiori intelligentia, & explicatione: illorum doctrinam debere intelligi loquendo regulariter, & ſcil. quando in ſubiecto diligente Deum ſuper omnia adeſt cognitio actualis de peccatis venialibus à ſe commiſsis; in hoc enim caſu videtur ferè moraliter impoſsibile prorumpere in actum dilectionis, ut oppoſitum peccatis venialibus, & non prorumpere in actum contritionis de eiſdem.

Actus charitatis dicitur pœnitentia implicita, quia eminenter, & per modum imperij continet actum contritionis; licet huiuſmodi actus ex illo actu nō conſequatur, vel propter defectum contritionis explicitę peccati venialis, vel quia homo non tenetur de illo cogitare. Sed quia per actum dilectionis, ita ferventer tendit voluntas in Deum ſuper omnia avertentia ab ipſo, & aliqua divertentia, quod ſi ei expreſsè occurrerent, explicite etiam diſplicerent voluntati; ideò actus charitatis dicitur pœnitentia virtualis, ſive implicita. Unde hæc pœnitentia longè differt ab alia, quæ dicitur virtualis, ſive interpretativa unicè propter veritatem huius conditionalis: *Si peccatum veniale mihi occurreret, diſplicerem de illo.* Huiuſmodi propoſitiones conditionales nunquam cognovit Div. Thomas, ut ſufficientes ad remiſsionem peccati; ſiquidem nullius ſunt meriti, aut demeriti. Forſan enim verum eſt, & Deus ſcit, quod ſi mihi offerretur martyrium, illud ſubirem; & tamen hęc conditionalis nihil meriti affert mihi apud Deum. Quare pœnitentia virtualis ad remiſsionem peccati venialis ſufficiens, ſolum debet admitti, quando eminenter continetur in actu charitatis, & iuxta modum fervoris, quo voluntas fertur in Deum ſuper omnia dilectum.

9 Cur charitas ſit virtual. pœnit.

Obijcies 2. ex illo communi proloquio adducto à D. Thom. in 4. ad Anibald. diſt. 16. quæſt. 2. art. 2. *Contraria contrarijs curantur.* Omne peccatū veniale includit inordinatam dilectionem creaturæ, ſed contrarium huius eſt dolor, aut diſplicentia: ergò. Confirm. Fervor charitatis, nec formaliter ratione ſui, nec conſecutivè, dicit oppoſitionem cum peccato veniali: ergò niſi accedat actualis contritio, nequit peccatum veniale remitti. Añs. prob. Talis fervor, aut conſiſtit in intenſione charitatis ſecundum habitum, aut ſecundum actum? Sed neutro modo dicit oppoſitionem aliquam cū peccato veniali: cum poſsit coexiſtere cum illo, & habitus charitatis intenſus, & ſimiliter actus: ergò. Urgetur.

10 Arguit. 2. Confirm. Urgetur.

Peccatum mortale subiecto, quod est conticium de illo, nequit remitti sine pœnitentia formali: ergò idem dicendum de veniali.

11 Resp. Etiam actum charitatis, & non solum contritionis, contrariari peccato veniali: nam huiusmodi peccatum opponitur cum perfecta amicitia hominis ad Deum, estque aliqualis diversio ab illo, ut fine ultimo. Cum igitur actus charitatis sit amicitia, & conversio hominis in Deum, ut finem ultimum; si prædictus actus accipiat novum fervorem, contrariatur peccato veniali, & secundum rationem aliqualis offensæ Dei, ut amicab. dilect. & secundum rationem diversionis à Deo. Sed tamen verum est, quod si peccatum veniale consideretur secundu rationē inordinatæ delectation. quam dicit de materiali; expressius ei contrariatur dolor, sive displicentia de illo. Quemadmodum peccatum furti v. g. prout est aversio à Deo, & inimicitia cum illo, directè opponitur actui charitatis, licet secundum rationem inordinatæ delectationis opponatur tristitiæ, & displicentiæ de ipso. Vel si placet, potest Resp. Fervorem actus charitatis contrariari eminenter peccato veniali, iuxta illud D. Greg. *tanto amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur.* Et rursus: *Quod est aqua ad caminum*, hoc est, *veniale ad fervorem charitatis.*

Resp.

Hom. 33

12 Ad confirm. Resp. Fervorem charitatis, nec in intensione illius quoad habitum, nec quoad actum, consistere, sed in eius extensione, quatenus per dilectionem ita fertur voluntas in Deum, ut omnes illius affectiones ordinentur in ipsum, & nulla earum Deo displiceat. Sed quia hic fervor solum est possibilis in Patria; ideò iuxta minorem, aut maiorem ordinationem operationum voluntatis in Deum, mensuratur fervor charitatis in via. Ratio huius est. Nam sicut aquam fervere calore ignis, est illam ebullire ad exteriora; ita charitatem fervere, est illius ardorem usque ad exteriora voluntatis diffundi. Omnes autem actiones circa diversa obiecta particularia se habent, ut quid exterius respectu charitatis habentis pro actu proprio unire animam affectivè cum Deo; ideoque dum voluntas prorumpit in actiones prædictas ex amore Dei, dicitur fervere secundum charitatem; dum autem inordinatè circa illas se exercet, dicitur fervorem charitatis minui. Ita S. D. in 4. d. 16. quæst. 2. a. 1. ad 2.

Ad confirm.

Quid sit fervor charit.

Ad urgentiam Resp. Quod quemadmodum stat peccatum mortale esse materiam necessariam Sacramenti pœnitentiæ, non vero peccatum veniale; ita dicendum in præsenti. Verumtamē dicendum etiam cum Eminent. Cayet. 3. p. q. 87. a. 1. regulariter, & per se loquendo actum charitatis semper imperare dolorem peccati venialis; ideoque pœnitentiam de ipso disponere ad illius remissionem.

Ad urg.

§. V.

Actus contritionis de peccato veniali est condignè satisfactorius pro illo.

13 RAtio est. Nam iuxta D. Thom. 3. p. q. 48. a. 2. *Ille propriè (hoc est de condigno) satisfacit pro offensa, qui exhibet offenso id, quod æquè, vel magis diligit, quam oderit offensam.* Sed sic comparatur actus charitatis respectu peccati venialis; cum sit maximum donum, & perfectissimum Dei obsequium; peccatum vero veniale sit levis offensa: ergò talis actus est condignè satisfactorius &c.

Prob. ex S.D.

Loquendo autem de pœnis debitis pro peccatis etiā læthalibus dimissis quoad culpam; est omninò certum actum charitatis condignè satisfacere pro illis; cum oppositum sit propositio Baij damnata, quæ est ordine 77. Contra hoc obijciunt aliqui RR. 1. Remissio peccati venialis fit à Deo gratis, estque munus gratiæ, & misericordiæ Dei. Ita S. D. 3. p. q. 86. a. 3. & 6. & q. 87. a. 4. Sed hoc pugnat cum satisfactione de condigno pro illo; cum hæc sit actus propriæ iustitiæ: ergò. 2. Solus Deus est qui remittere valet omnia peccata tam læthalia, quam venialia. Sed si actus charitatis esset condignè satisfactorius pro offensa veniali, etiam

Obijc. 1.

Secundo.

no-

homo iuſtus ſe exercens per actum charitatis vere, & proprie cauſaret remiſsionem peccati venialis: ergò.

Tertio. 3. Homo iuſtus iuſte orat Deum pro remiſsione venialium; ſed qui in ſua poteſtate habet poſſe condigne ſatisfacere pro offenſa, ad quam ſatisfactionem neceſſario conſequitur illius remiſsio, non indiget orare pro remiſsione: ergò. 4. Totus

Quarto. valor condignus contritionis de veniali exhauritur in homine iuſto merendo de condigno augmentum gratiæ, & gloriæ; cum illud phyſicè excedat in valore opera meritoria hominis iuſti: ergò actus contritionis, aut charitatis, nequit de condigno promereri remiſsionem venialium, etſi adhæc terminetur. Patet conſequentia: nam meritum remuneratum ad æqualitatem per collationem alicuius præmij, nequit aliud de condigno promereri.

Adhæc, quæ ſibi objcit M. 14 Prado de Pœnit. ad quæſt. 87. de Remiſsione venialium §. 2. Reſpond.

Reſp. 1. 1. inſtantiam eſſe inefficacem; nàm cum actus contritionis ſit donum gratiæ Dei, & gratuito communicatum; eſto remiſsio venialium ſit propter illud, ut ſatisfactorium de condigno, ſemper verificatur, quod talis remiſsio ſit munus gratiæ Dei. Sicut enim ſatisfactioni de condigno pro offenſa debetur iure morali remiſsio illius; ita gratiæ ſanctificanti debetur iure phyſico remiſsio peccati lethalis; cum ſit effectus formalis illius. Sicut ergo hoc non obſtat, quo minus Deus gratis remittat peccatum lethale ſubiecto, cui gratiam communicat: ita non obſtat gratuitæ remiſsioni offenſæ venialis, quod communicet actum contritionis condigne ſatisfacientē pro illo. Si autem dicas; hoc ſolum

Si iuſtes: probare remiſsionem peccati venialis eſſe gratuitam in ſua cauſa; non

Reſpond. 1. vero in ſe ipſa. Reſpond. 1. hoc ſufficere, ut abſolute verificetur illam eſſe munus gratiæ Dei, & nullatenus vires naturæ eſſe ſufficientes ad talem remiſsionem; cuius oppoſitum

Reſp. 2. eſt error damnatus. Reſp. 2. Quod licet ad æqualitatem in valore actus contritionis cum offenſa veniali nulla requiratur gratia ſuperaddita; bene tamen, ut talis actus acceptetur efficaciter à Deo titulo ſatisfactionis in actu 2. cum poſſet illum exigere à creatura alijs titulis ſcilicet, ſupremi domini, Creatoris &c. Ex quo patet illum actu ſub munere ſatisfactionis in actu 2. quoad efficaciam eſſe gratuitum, tam in cauſa, quam in ſe ipſo. Videatur pro 1. ſolutione Mag. Lorca in 3. p. diſp. 5. ubi etiam advertit doctrinam traditam eſſe veram, quando homo ſupponitur iuſtus, & conteritur prout delectione peccati venialis; nàm ſi per actum contritionis accipiat homo remiſsionem peccati mortalis, & etiam venialis, quia de utroque conteritur; talis contritio non eſt condigna ſatisfactio; utpotè non procedens, iuxta illius opinionem, à gratia; vel ſi ab illa procedit, non tamen ſub munere ſanctificantis. Vide Lorca.

Secunda inſtantia nihil valet, ſi fervor actualis, aut contritio non ſint cauſa formalis remiſsionis venialis, ſed ſolum cauſa diſpoſitiva. Quemadmodum ſolus Deus dicitur iuſtificare impium, eſto diſpoſitio ad iuſtitiam proveniat ab homine actu cooperante. Deinde hoc omiſſo Reſpond. ad veritatem talis loquutionis ſufficere nullam remiſsionem peccati fieri, niſi per gratiam Dei. Unde ly *ſolus* excludit aliud agens virtute propria remittens peccata, non vero aliud agens ſecundarium, & remittens per gratiam Dei. Exemplum habetur manifeſtè; ſi admittatur actum charitatis eſſe ſanctitatem actualem, vel illius infuſionem ſine gratia, ſufficere ad remiſsionem peccati mortalis. Nam in hoc caſu homo etiam eſt cauſa activa ſuæ ſanctificationis, & remiſsionis peccati, *cum tamen ſolus Deus ſit, qui poteſt facere mundo de immundo conceptum ſemine.* Job 14.

15 Ad 2. inſtant:

Alia ſolutio.

Ad 3. dicatur hominem rectè orare pro remiſsione venialis; ſiquidem indiget auxilio ſpeciali, ut eliciat actum charitatis, aut contritionis. Certum eſt etiam iuſtum iuſte orare pro remiſsione pœnæ debitæ peccatis remiſsis: & tamen negari non poteſt opera iuſtorum eſſe

16 Ad 3.

con-

condigne satisfactoria pro pœnis temporalibus. Ex hoc Respond. ad
Ad 4. 4. Quandoquidem opera elicita ab homine iusto ex imperio charitatis sunt condigne satisfactoria pro pœna tempor: & insuper sunt meritoria de condigno augmenti gratiæ. Unde dicendum duo præmia adæquata, & inter se non subordinata, non posse correspondere eidem actui; secus vero, si sint unicum adæquatum præmium, vel unum sit requisitum ad consequutionem alterius. Cumque expiatio peccati venialis, & remissio pœnæ illi debitæ, sint prærequisita ad ingressum in gloriam; ideò esto fervor charitatis compensetur adæquatè intensivè per mercedem gloriæ, potest se extendere ad satisfaciendum pro peccato veniali, & pro illius pœna impedientibus fruitionem gloriæ.

§. VI.

Contritio est nedum dispositio, sed forma remissiva venialis.

17 PRobat: ex D. Thom. 3 p. quæst. 87. art. 1. & quæst. 7. de Malo, art. 11. sub hac forma. Con-
Sic M. Prado n. 22. tritio, aut fervor charitatis, opponitur formaliter cum macula veniali, & offensa eiusdem: ergò est forma remissiva illius. Ass. probat. Ma-
Ratio ex S Doct. cula peccati venialis consistit in quadam inordinata diversione à Deo, ut fine ultimo, & retardante fervorem charitatis; similiter ratio offensæ in peccato veniali opponitur perfectioni amicitiæ actualis hominis cum Deo iuxta illud M. P. *Minus enim te Domine amat, qui aliquid amat, quod non propter te ipsum amat.* Sed fervor charitatis directè, & formaliter opponitur privationi fervoris, & diversioni actuali à Deo, similiterque aliquali violationi amicitiæ Dei: ergò.
Explicat: Explicat: hoc. Aversioni habituali à Deo, ut fine ultimo, directè opponitur conversio habitualis in ipsum, sicut mors opponitur vitæ, & umbræ directè opponitur lumen: qua ratione peccatum mortale excluditur formaliter per gratiam habitualem: ergò diversioni à Deo, ut fine ultimo, & inordinatæ affectioni ad bona temporalia, directè opponitur actualis conversio in Deum, & dolor talis inordinatæ affectionis.

Placet hic modus dicendi. 18
Si autem Aliquis velit adstruere pro forma remissiva venialis gratiam habitualem præexistentem, quatenus ex actu contritionis accipit novum decorem, vi cuius voluntas est potens expedite diligere Deum etiam supra divertentia ab illo ut fine satis probabiliter loquetur cũ S. D. & insuper adstruet eandem formam remissivam peccati venialis tam extra Sacramentum, quam intra Sacramentum cum sola attritione susceptum. Deindè. Cum macula venialis sit quodammodo habitualiter permanens transacto peccato actuali; satis vero simile videtur, ponere pro forma directè opposita etiam aliquid habituale, scilicèt, gratiam cum novo decore, & expeditione provenienti ex fervore charitatis, ut voluntas se tota feratur in Deum, & à bonis temporalibus retrahatur, nè eis nimis adhæreat, illaque actu ordinet in Deum, ut finem ultimum.
Oppositũ potest etiam tueri.

§. VII.

Non sufficit sola attritio supernat:

ATtritionem supernaturalem extra Sacrament: & extra Sacramentalia, non sufficere ad remissionem venialium; est expressa doctrina D. Thom. locis ubi supra concluſ. 2. Tùm quia semper requirit, vel fervorem charitatis, vel motum contritionis. Tùm quia loquitur de contritione, prout est actus virtutis pœnitentiæ, quæ solum est contritio perfecta, & ex imperio charitatis proveniens. D. Thom. sequuntur frequenter Theologi ex antiquis, & RR. asserentibus doctrinam illius esse adeo veram, ut opinio opposita probabil: nequeat defendi. Ratio est. Ille actus requiritur ad remissionem venialis, qui opponitur secundum sibi intrinseca malitiæ illius; sed huiusmodi est actus solius contritionis: ergò. Mai. constat: Nàm in præsen-
19 Probat. ex S. Doct

ſenti non loquimur de actu per modum diſpoſit: aut meriti de congruo conducente ad remiſsionem venialis, ſed de actu ſe habente ut forma remiſsiva illius ab intrinſeco. Min. prob. Malitia peccati venialis Theologicè conſiderata conſiſtit in oppoſitione cum fervore charitatis, & perfecta amicitia Dei; ſed actui ſic oppoſito ſolum correſpondet, ut forma directè oppoſita fervor charitatis, & perfectio extenſiva amicitiæ in ordine ad Deum: ergò cum huiuſmodi non ſit actus attritionis ſupernaturalis, nequit per modum formæ venialia remittere.

20 Confirm. Attritio, etſi ſupernaturalis, non eſt dolor de peccatis, quatenus ſunt offenſa Dei; nec pariter, quatenus opponuntur amicitiæ Dei, vel illius perfectioni extenſivæ; cum motivum illius ſit amiſsio gloriæ, vel pœna cruciatus in inferno: ergò prædictus actus eſt inſufficiens ad reſtaurandum fervorem charitatis, & ut voluntas maneat inclinata expedite ratione charitatis, ut in omnibus ſuis operationibus ſubſequentibus habeat Deum pro fine ultimo, in cuius obſequium operetur: ergò prædictus actus ſe ſolo eſt inſufficiens ad remiſsionem venialis in reparatione iuris divini conſiſtentem, & in reſtauratione ad perfectam amicitiam cum Deo. Deniquè. Nàm ex ſententia oppoſita ſequitur iuſtum, qui cum attritione accedit ad Sacramentum Pœnitentiæ, ut mundetur à venialibus; non accipere illorum remiſsionem per Sacramentum; cum ante illius receptionem ſupponatur attritio ſupernaturalis de illis. Sed hoc aſſerere eſt contra communem ſenſum, & praxim fidelium frequenter utentium Sacramento Pœnitentiæ pro remiſsione venialis; ideoquè huiuſmodi confeſsiones reconciliationes appellant: ergò. Hæc ratio, etſi non videatur efficax P. Suarez, nec reputet inconven: concedere ſequelam; eſt tamen efficaciſsima ob probationem adductam ex praxi fidelium, & communi ſenſu illorum, à quo non licet recedere, ut contra ipſum arguit Cardinalis de Lugo. *

Confirm.

Ultimo.

* Et Rip. n 287. aeriter refutat hanc Doctr:

Obijcies 1. ex Trident: ſeſſ. 14. cap. 5. docente: *Venialia ſine culpa taceri poſſe in confeſsione, quia multis alijs remedijs expiari poſſunt*: ergò perfecta contritio non eſt requiſita ad illorum remiſsionem extra pœnit: Sacram: ſed ſufficit ſola attritio: aliàs tantum eſſet unicum remedium pro illorum expiatione. 2. Attritio ſupernaturalis in homine iuſto, eſt retractatio efficax peccati venialis, de quo dolet; aliunde accipit à gratia ſufficientem valorem pro illius deſtructione; cum ſit condigne meritoria vitæ æternæ: ergò ſe ſola ſufficit ad remiſsionem venialis: 1. pars añtis. conſtat: Tùm quia eſt dolor efficax illius. Tùm quia prædicta attritio ſimul cum Sacramento Pœnitentiæ ſufficit ad remiſsionem peccati lethalis; quæ ſine retractatione efficaci haberi nequit. 3. Attritio ſupernaturalis de levi mendatio v. g. directè opponitur voluntati mentiendi; adeo, ut nequè de poſsibili valeant ſimul coexiſtere: ergò cum unũ extremum oppoſitum alteri ſufficiat ad deſtructionem illius, dicendum &c. Hoc ipſum urgeri poteſt probando attritionem ſupernaturalem medatij v. g. deſtruere moralem perſeverantiam illius: quia videlicèt eſt illius retractatio efficax. Neque enim æſtimari poteſt hominem attritum ſupernaturaliter de levi mendatio, perinde ſe habere, ac ſi vellet mentiri; in qua exiſtimatione perſeverantia moralis conſiſtit. His motivis ducuntur Ioannes de Medina, Codice de Pœnit. Joſeph Angles, Azor, & Villalobos, alijque, quos refert M. Prado ubi ſupra à num. 32.

21 Arguit. 1. Secundo. Tertio. Urgetur.

AA. præſent cont.

22 Ad 1. Reſpond. Illud manifeſtè inſtari in ſententia requirentium dolorem ſupernaturalem præſcindentem ab attritione, & contritione: quandoquidem, nec Sacramentum Euchariſtiæ, nec Extrema-Unctio, nec etiam Sacramentalia, ſunt efficacia pro remiſsione venialis ſine aliquo dolore ſupernaturali; cum prædicta remiſsio ſit opus gratiæ Dei per Jeſum-Chriſtum. Quod adeo certum exiſtimat M. Lorca, ut aſſerat oppoſitum non eſſe pro-

Ad 1.

Ex remed. neceſſ: dol. ſupernat:

Dictum M. Lorca diſp. 41 de Grat:

probabile, sicuti non est probabile veniale posse remitti intra Sacram: sine aliqua pœnit: formali, aut virtuali. Ex his constat solutio. Cum enim peccata venialia possint remitti per Sacramenta relata; dum modo præcedat attritio, verificatur propositio Tridentini, scilicèt: *Venialia sine Sacramento Pœnitentia alijs remedijs posse expiari.* Quid autem sit dicendum de remissione illorum per Sacramentalia; constabit infra.

23 Ad 2. Respond. neg. añs. Cum enim peccatum veniale sit offensa (esto levis) Divinæ Maiestatis, & opponatur fervori amicitiæ Dei: quatenus homo aliquas operationes subtrahit à gloria Dei; dolor peccati venialis ex timore pœnæ conceptus non est efficax retractatio illius quoad malitiam convenientem ipsi in consideratione Theologica, & non præcisse, prout opponitur rectæ rationi naturali. Nec probatio in contra obstat. Nàm etsi attritio sit dolor efficax efficacia dispositionis simul cum Sacramento; non tamen efficacia per modum formæ, de qua est difficultas. Nec iterum obstat prædictum actum esse meritorium vitæ æternæ. Nàm etiam actus honestus, & naturalis elicitus ab homine iusto ex imperio charitatis est meritorius vitæ æternæ; quin propter hoc sufficiat ad remissionem venialis. Ad ultimam Respond. Illud probare dolorem naturalem efficacem de mendatio commisso, & cum simili proposito non mentiendi, sufficere ad remissionem venialis commissi; cum talis dolor, & propositum sint inconiungibilia cum voluntate mentiendi. Undè iuxta dicta distinguo, añs. opponitur directè secundum malitiam ex obiecto permito añs. secundum malitiam, quam habet in ratione offensæ, & quatenus opponitur fervori amicitiæ cum Deo, neg. añs. & conseq. Notandum tamen, quod si attritio imperetur ex charitate, non forsan dissentiemus asserentibus illam esse remissivam peccati venialis, ut insinuat M. Soto; cum nostra concluse: solum procedat de attritione quoad sibi intrinseca.

Ad 2.

Ad probat: subiunctas.

Ad urg.

24 Obijcies 4. Probando, quodlibet opus honestum hominis iusti posse remittere venialia, si ordinetur ab operante ad illorum expiat: pro quo modo dicendi referuntur Scotus in 4. dist. 21. quæst. 1. Maior, Gabriel, Delgadillo, & Joannes de Medina Codice de Pœnit. tract. 1. quæst. 3. §. *ad oppositum.* Omnis actus honestus sic elicitus est meritorius vitæ æternæ, ut modo supponimus: ergò est etiam remissivus peccati venialis, si ad remissionem illorum ordinetur, vel acceptetur à Deo adhunc finem. Probat. conseq, Plus est actu mereri vitam æternam, quam remittere peccatum veniale; cum illud sit maius bonum. Sed qui potest ad magis, potest ad minus: ergò. Confirm. Omnis actus bonus est satisfactorius pro pœna temporali debita peccato veniali, ut constat ex propositione Michaelis Baij damnata, & supra relata; sed pœna non remittitur, nisi culpa remittatur: ergò.

Argum. speciale iuxta Alior opinio.

Confirm.

25 Probat. arg. per actum naturalem posse consequi finem supernaturalem, qualis est remissio peccati venialis. Probat etiam sine pœnitentia formali, aut eminentiali, posse venialia remitti, etiam cum conscientia actuali illorum: quod asserere opponitur pluribus testimonijs SS. PP. quæ refert M. Prado à num. 35. Probat etiam per unum actum honestum, etsi facilem, posse plura peccata venialia remitti; si ad eorum remissionem ordinetur, quod videtur absurdum præsumia laxitate. Deindè. Aut opus honestum de se sufficienter retractat, & compensat offensam venialem, vel non? Si primum (quod nequit intelligi nisi imperetur a virtute pœnitentiæ) ad quid requiritur ordinatio ex parte hominis ad illius remissionem? Si 2. cum prædicta ordinatio, utpotè extrinseca, nullum valorem communicet operi honesto, non poterit huiusmodi opus in vi illius ordinationis remittere venialia.

Reijcitur talis opinio.

26 Ad illud Respond. directè: peccatum veniale non consistere in reatu ad pœnam, sed in privatione fervoris charitatis, & diversione à Deo, ut fine ultimo: undè solum per

Respond. argum.

per actum dilectionis, aut pœnitentiæ compenſantis offenſam remitti valet. Nec illius probatio obſtat. Ad illam enim Reſpond.D.Thom. q.7. de Malo, art.11. ad 5.& 6.*Dicendum remiſsionem culpæ venialis non pertinere per ſe ad augmentum gratiæ, & gloriæ, ſicut pertinet ratio meriti*: Undè etſi grat:condignificet opera honeſta in ordine ad vitam æternam; non illam condignificat in ordine ad remiſsionem peccati venialis.Illud autem proloquium:qui poteſt ad magis &c.verificatur in his,quę ſunt eiuſdē rationis, & cum ordine, qualia non ſunt remiſsio venialis, & meritum vitæ æternæ. Ad confirm.Reſpond. iuxta dicta;quod etſi per bona opera poſsit remitti veniale quoad reatum pœnæ, non tamen quoad culpam, eo quod cum illud ſit offenſa Dei ex inordinata affectione circa temporalia proveniens, nequit deſtrui ſine dolore ſupernaturali deſtruente talem inordinationem. Undè licet pœna non remittatur culpa non remiſſa, non propterea debet concedi eundem actum, quo remittitur, & ſatisfit pro pœna, eſſe remiſsivum culpæ.

Ad confirm.

§. VIII.

Qualiter remittantur venialia per Sacramentalia.

27 LOquendo de tali remiſsione per Sacramentalia, qualia ſunt aqua benedicta, benedictio Epiſcopi &c. de quo agit M. Prado dub. 4. & latiſsimè Theologi dicimus cum D. Thom. quæſt. 7. de Malo, art.12.& 3.p. q.87. art.3. *Eatenus illa cauſare remiſsionem peccati venialis,in quantum inclinant animam ad motum pœnitentiæ, qui eſt deteſtatio peccatorum, vel implicitæ, vel explicitæ.* Et in 4. ad Anibaldum diſt. 16. quæſt. unica, art.5. ad 2. loquens de benedictione Epiſcopi &c. ſic habet: *Dicendum; quod hæc ſpecialiter dicuntur remittere venialia; non quia remittant per ſe, ſed quia ſunt excitativa fervoris,per quem fit remiſsio.* Ratio probativa formari poteſt ex dictis, ubi probavimus ſolam attritionem, aut etiam quodlibet opus honeſtum ratione ſui, non pertingere ad deſtructionem malitiæ, aut offenſæ venialis in diverſione à Deo, ut fine ultimo, & oppoſitione cum fervore charitatis conſiſtentē. Cum ergò talia Sacramentalia ſint quid extrinſecum,nequeunt elevare aut attritionem, aut quemlibet motum reverentiæ, & devotionis, ut per modum formæ remittat peccatum veniale.

Concluſ: requirit fervorē, aut contrit:

Probat.

Contra hanc concluſ: ſunt aliquæ inſtant: Prima eſt: quia ſequitur prædicta Sacramentalia eſſe prorſus vacua omni virtute remiſsiva; cum hæc unicè iuxta nos tribuatur fervori charitatis. 2. Quia ſequitur illa non remittere peccata venialia ex opere operato, ſed ex opere operantis: cuius oppoſitum communiter tenetur. 3.Quia prædictus modus remiſsionis per Sacramentalia maiori cum proprietate convenit orationi Dominicæ, tunſioni peccatoris, & alijs pijs meditationibus: quandoquidē eſt indubitale prędicta eſſe magis excitativa fervoris charitatis, & contritionis. His moventur aliqui ad aſſerendum Sacramentalia operari remiſsionem peccati venialis; dum modo ſuſcipiantur cum aliquo motu devotionis circa Divina. Quia tamen videtur certum ſine pœnitentia nullum peccatum poſſe remitti: Et aliunde ſola attritio ſupernaturalis ſit inſufficiens; ſtandum doctrinæ D. Thom. ſupra traditæ, quæ,etſi aliquibus nimis rigida videatur: non propterea deſinit eſſe vera, ſed in illa admonemur excutere negligentiam de cordibus noſtris conſiderando beneficium remiſsionis culpæ, ut conemur ad deteſtandam offenſam, etſi venialem Divinæ Maieſtatis. Ad 1. Reſpond. cum D. Th. quæſt.7. de Malo citata art.12.*Quod pie creditur virtutem divinam interius operari excitando fervorem contritionis, ſi Sacramentalia cum reverentia, ſuſcipiantur.* Ex quo conſtat illa non eſſe vacua omni virtute:quidquid ſit;An illa ſit phyſica, aut moralis:de quo Emin.Cayet.ſupra locum citatum ex 3. p. Nec ad cauſalitatem ex opere operato ex

28 Inſtab. 1.

Secundo.

Tertio.

Reſpond.

ge-

genere necesse est illam esse causalit. immediatam, sed sufficere mediatam ratione virtutis ad excitandum fervorem dilectionis, aut contritionem. Si enim in vocibus rethoricè prolatis agnoscit D. Thom. quandam energiam, sive virtutem ad excitandam intelligentiam rerum penetrativam; multo magis Sacramentalibus concedenda est aliqua virtus derivata ex Passione Christi, ut si ex parte nostri præcedat motus reverentię ad excitandum fervorem devotionis excitetur fervor dilectionis. Ad exemplum de tunsione peccatoris &c. quæ latè appellari solent Sacramentalia, Respond.* illa solum excitare fervorem charitatis per modum considerationis, & objectivè contemplata; non vero quia eis insit aliqua virtus physica, aut moralis, qualiter attribuit D. Thom. Sacramentalibus iuxta sensum, & institutionem Ecclesiæ, pro quo adducit 3. p. ubi supra illud 2. Machab. cap. 3. *Verè virtus quædam est in loco isto; nàm ipse, qui habet in Cœlis habitationem, adiutor loci illius est*, scilicet, Templi. Si ergò consecrationi Ecclesiæ adest quædam virtus ad excitandam dilectionem seu contritionem; idem dicendum de Sacramentalibus. Videatur M. Gonet tract. de Pœnitent: disp. 4.

Ad 3.

*Sic S.D. q. 7. de Malo art. 12.

§. IX.

Occurritur argumentis dubij propositi, circa remissionem intra Sacramentum.

29 COncedimus accedentem ad Sacramentum Pœnitentiæ cum sola attritione supernaturali de venialibus, simul cum mortalibus, aut etiam sine mortali, accipere illorum remissionem, quam vis in motum contritionis, & charitatis non prorumpat, propter mentis diversionem, aut alijs de causis. Idem dicimus de adulto recipiente baptismum cum sola attritione venialium, in quo videtur certum nullum prorsus peccatum etiam veniale remanere; cum sic baptizatus restauretur ad statum primæ regenerationis absque ullo debito culpæ, & pœnæ. Dicimus vero formam remissivam tunc non esse attritionē, sed gratiam habitualem infusam, aut augmentatam, cum quodammodo extensionis ornatam; vi cuius tàm anima, quam voluntas uniuntur perfectiori modo moraliter cum Deo, ut fine ultimo etiam relatè ad illa obiecta, quæ inordinate dilexit. Sic M. Boliv. in præsenti.

In cuius probationem adducit posse optimè aliquam formam ratione alicuius modi superadditi præstare effectum, tam physicum, quam moralem, alias sine illo impossibilem ab ipsa præstari. Const. 1. in gratia originali, quæ in Adamo radicabat statum innocentiæ consistentem in perfecta subiectione corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem, quem statum in nobis gratia habitualis non radicat. Idem constat in gratia habituali accipiente novum modum consumationis, sive immutabilitatis, in separatione animæ à corpore: vi cuius radicat physicè lumen gloriæ, quod sine illo radicare non valet. Si enim sola diversitas status, aut subiecti in causa est, ut eadem forma radicet novas proprietates, ut constat in lapide exist. in centro radicante quietem, & extra illud radicante motum; & in gratia habituali radicante in homine virtutes morales, quas in Angelo non radicat; etiam sufficiet novus modus extensionis radicatus in gratia, & ex infinita perfectione divinæ naturæ, ut vi illius præbeat novum effectum positivum. 30 Roborat.

Idem dicendum pro effectu negativo formæ consistenti in expulsione, aut inconiungibilitate cum forma contraria: tùm quia effectus positivus est magis intraneus formæ, quam negativus: tùm quia habitus scientiæ terminatus ad unam conclus: ratione modi extensionis superadditi per demonstrationem, excludit errorem circa illam, quē prius non excludebat. Idem in gratia collata Adamo excludente ab illius appet. fomitē peccati, quia fuit communicata cum speciali modo dominij. Deindè. Si eadem dilectio charitatis 31 Prosequ. sumpt.

po-

poteſt ita creſcere, ut non ſolum diligat Deum ſuper omnia aversentia ab illo, ſed etiam ſuper aliqua, vel etiam ſuper omnia divertentia: qua de cauſa poteſt remittere, vel omnia, vel aliqua venialia, vel forte nulla, ſi ad illa deteſtanda non extendatur; cur negabitur gratiæ habituali, quæ eſt vera ſanctitas, & munditia animæ poſſe communicari modum extenſionis in ratione puritatis, & munditiæ, ut poſita attritione, tanquam diſpoſitione, ſimul cum Sacramento deleat, & abſtergat maculam peccati venialis?

32 Sed contra hanc doctrinam obſtat 1. Authoritas D. Thom. ſæpè

Obijc. 1. aſſerentis * Sacramenta novæ legis tenus remittere peccata venialia, quatenus inclinat ad ferventem actum charitatis. *Ita quæſt.9.deMalo, art.12. & in 4. diſt. ubi ſupra, & 3.p. quæſt.79. art. 4. loquens de Sacramento Euchariſtiæ: ergò gratia cum ſola attritione, & modo extenſionis, non ſufficit remittere venialia. 2. Eodem modo requirit D.

Secundo. Thom. fervorem charitatis ad remiſsionem venialium intra Sacramenta, ac extra illa; ut patet ex verbis relatis: ergò ſi extra Sacramentum loquendo, ita rigurosè accipiuntur, ut ſine fervore, aut contritione, remitti nequeant; idem dicendum &c. 3. Peccatum veniale

Tertio. dicit de formali oppoſitionem cum fervore charitatis, & perfectione amicitiæ cum Deo; ob quam rationem probavimus requiri actum charitatis, aut contritionis, pro eius remiſsione. Non enim privatio formę deſinit eſſe, niſi per illius introductionem. Atqui modus extenſionis derivatus à gratia infuſa in Sacramento Pœnitentiæ ſola attritione ſuſcepto, non eſt fervor charitatis, aut contritionis ſpectantis unicè ad voluntatem: ergò.

Propter Authorit. D.Thom.

33 & reliqua, plures tenent *etiam ad remiſsionem venialium intra Sacramenta requiri actum contritionis, vel charitatis.* Sed quia in eis datur virtus excitativa ad elicientiam prædictorum actuum, verificatur de illis remittere venialia ex opere operato, non quidem cauſalitate immediata, ſed mediata. Quapropter, ſi illa ſuſcipiens non prorrumpit in actum charitatis deteſtantis aliqua, vel omnia venialia, non conſequetur homo eorum remiſsionem. Ita S. Bonav. in 4. diſt.1. Alenſis. Eminent. Cayet. 3. p. quæſt. 87. art.2. Petrus de Soto lect. 18. de Pœnit. Mag. à S.Thoma diſp.35. art.2. §.3. M. Gonet diſp.4. de Pœnit: art.3. concluſ. 3. quos refert M. Prado ubi ſupra. Undè conſtat ſatis probabiliter poſſe prædictum modum dicendi defendi. Sed quia argumentum de Sacramento Pœnitentiæ formatum, eſt efficaciſſimum; & pluries contingere valet, quod homo amittat uſum liberi arbitrij ante illius receptionem, vel diſtractionem mentis patiatur. Reſpond.ad teſtim. S.Doct. illum loqui in ſenſu per ſe, & conſiderata malitia peccati venialis directè oppoſita fervori charitatis: & inſuper quia regulariter loquendo adulto habenti uſum liberi arbitrij non infunditur gratia etiam intra Sacramentum ſine motu charitatis in Deum; vi cuius remittuntur etiam venialia. Ita expreſſe idem S.Doct. 3.p.quæſt. 87. art. 2. Cum quo ſtat, quod attenta Dei miſericordia, & virtute ineffabili meritorum Chriſti Sacramentis communicata, remitti valeant peccata venialia, ſi præcedat attritio ſupernaturalis, & per accidens homo non prorrumpat in actum charitatis, vel contritionis illa deteſtantis. Ad urget. neg. añs. Nàm de remiſsione venialium extra Sacramenta aſſerit: *Nunquam remitti ſine contritione, vel fervore charitatis, & iuxta huius extenſionem remitti plura, aut pauciora peccata.* Loquendo autem de Sacramentalibus aſſerit: *Remittere etiam peccata venialia; quatenus inclinant in actum ferventem charitatis.* Undè cum ita rigide loquatur non remanet locus, ut exponatur in ſenſu per ſe, ut diximus intra Sacramentum. Si enim eſtò iuxta S. Doct.ubi immediatè citat: non infundatur gratia habitualis adulto, niſi præcedat actus charitatis, & contritionis, poteſt aliquando inveniri prædicta infuſsio ſine actu charitatis,

Ad 1. Repond.

Ad 2.

* Ita art. 3. ad 1.

Opinio Aliquor.

tis, ut videre est in Sacramento Pœnitentiæ susceptо sola attritione supernaturali ab homine non prorumpente in actum charitatis, dum absolvitur ob distractionem in volunt: vel privationem usus rationis.

34 Ad 2. Respond. Modum extensionis supra explicatum esse eminenter fervorem charitatis. Si enim fervor formalis consistit in eo, quod excludat à voluntate inordinatam adhæsionem circa temporalia, vi cuius retardatur, ut perfectè tendat in Deum, ut finem ultimum omnium suarum affectionum; cùm hoc impedimentum sit intrinsecum voluntati, potest auferri à Deo, si gratiæ habituali communicet quemdam modum extensionis, vicuius habit: subijciatur Deo, etiam quantum ad illa obiecta per odium, quæ prius inordinate dilexit. Ad modum quo habitus scientificus per novum modum extensionis ei superadditum excludit errorem ab intellectu per prius existentem circa aliquam conclus. Cum autem sanata radice sanentur etiam potentiæ iuxta illud Pauli: *Si radix sancta, & rami*: Et quo perfectior est natura, perfectiores dimanent proprietates, ex gratia habituali prædicto modo extensionis perfecta quo crescit in esse munditię propter extensiorem subiectionem animę ad Deum, derivatur similis perfectio extensiva, novusque decor ad charitatem immediatè perficientem voluntatem. Ita M. Lorca disp. 41. de Gratia in fine.

Ad Rom. 11.

Ex his constat, quam utile sit recipienti Sacramentum Eucharistiæ elicere attritionem de venialibus, ut sic per gratiam novo modo perfectam remittantur. Sic enim salvatur dictum Trident. scilicèt: *Per illud à quotidianis culpis nos liberari* dum modo præcedat pœnitentia de illis. Idem dicendum in alijs Sacram. De iusto decedente cum peccatis venialibus; dicimus, quod illa expiantur in Purgatorio per actum charitatis, ut docet D Thom. quæst. 7. de Malo art. 11. De illo autem, qui patitur martyrium absque extensione fervoris detestantis peccata venialia; dicendum; ei remitti per actum charitatis, & contritionis elicitum in instanti mortis. Si autem quæras: Cur Deus igratiæ Sacramentali simul cum attritione communicat prædictum modum extensionis, ut remittat peccata venialia, non autem ipsum communicet Sacramentalibus devote susceptis ab homine iusto; vel etiam cum sola attritione supernaturali? Respond. hoc contingere propter excellentiam Sacramentorum, quæ sunt fontes gratiæ, & misericordiæ Dei; in quos, & per quos pretiũ Sanguinis sui copiosè effudit. Unde adest specialis ratio pro communicatione prædicti modi in gratia Sacramentali, sive per Sacram: causata. Vide alia à nobis dicta tom. 2. de Constit: peccat: habit: dub. 7. à

35

Nota 1.

Secundo.

Respond. cuidam quæsito.

D. 68. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præcedens. Et in 4. dist. 16. & 21.*



DU-

DUBIUM II. APPENDIX QVÆNAM ESSET FORMA REmittens peccatum commiſſum in pura natura?

N. 1 QUia teſte P. Ripalda diſp. ult. ſect. 27. n. 381.* ferè omnes Auth. propugnantes poſsibilitatem condonationis puræ extrinſecæ, eam rurſus probant ex condonatione peccati in pura natura; *abſdubio ad plenam intelligentiam valdè conducet de forma remiſsiva illius tractare; & veriorem opinionem inter AA. propugnantes neceſsitatem doni intrinſeci, ſed cum diſsidio circa illius qualitatem; ſequi, & firmatam Ang. Præc. doctrina pro poſſe noſtro tradere. Si homo conditus in pura natura peccaret (ut fuit poſsibile) tale peccatum ſolũ remitteretur per ſe loquendo favore extrinſeco: ergò poſsibilis eſt condonatio peccati purè extrinſeca. Añs. prob. Nulla eſt forma intrinſeca ex natura rei, quæ eſſet remiſsiva talis peccati: non quidem gratia habitualis, aut aliud donum ſupernaturale. Tum quia Deus, ut A. naturæ poſſet illud peccatum remittere; cum prout ſic eſſet tunc offenſus, ſitque omnipotens, & ſummè miſericors: ergò nõ requireret infuſionem doni ſupernaturalis ad talem remiſsionem. Deinde: talis forma non eſſet aliquod donum entitativè naturale. Tum quia talis remiſsio eſſet maxima gratia; proindèque excedens omnem ordinẽ naturæ. Tum quia dilectio naturalis Dei ſuper omnia, quæ poſſet eſſe forma remiſsiva, nec eſt donum permanens, nec inconiungibilis cũ peccato habituali; quemadmodum iuxta plures Thom. actus charitatis non eſt de ſe inconiungibilis cum peccato habituali avertente à Deo, ut A. gratiæ: ergò dicendum tale peccatum ſolum exigere ad ſui remiſsionem favorem extrinſecum Dei, quamvis Deus poſſet illud remittere per infuſionem gratiæ habitualis.

Ratio dubit.

§. I.

Primæ ſolutio, & motiva illius.

VAriè Reſp. Thom. huic argum. Aliqui enim ſolum requirunt pro forma remiſsiva dilectionem naturalem Dei, vel ſimilem perfectionẽ rectificantem voluntatem in ordine ad Deum, ut A. naturæ. Ita M. Zumel, Monteſinos, Lorca, Serra, Gonet, Carraſco, P. Thirſo tom. 4. diſp. 1 n. 127. Sparza cum alijs, quos refert, & ſequitur M. Prado de Pœn. ſup. q. 86. dub. 5. n. 61. & inter illos Em. Cayet. 1. 2. q. 109. a. 7. §. *& ſcito*. Sed ſine cauſa; cum oppoſitum teneat ibi q. 113. a. 2. quem ſequuntur M. Medina ibid. §. *Sed proximum*. Gregor. Mart. ibi dub. 3. Ill. Herrera de Pecc. dub. 6. M. Ferre. P. Aranda lib. 12. diſp. 43. in 1. 2. referens Antonium Perez, Quiros, Vazquez, Meratium, & noviſsimè M. Boliv. à n. 93. Fundamenta 1. opinionis ſunt. 1. Ad remiſsionem talis maculæ in privatione conſiſtentis, ſolum requiritur forma, cuius eſt privatio: ſed tunc caſus in homine peccante non daretur privatio gratiæ, aut alicuius doni ſupernaturalis; cum nihil horum eſſet debitum homini in pura natura: ergò pro tali remiſsione non requireretur aliquod donum ſupernaturale. Nec valet dicere prædictum peccatum eſſe obicem gratiæ habitualis, utpotè cum ea inconiungibile. Non, inquam, valet: Nam ad privat. alicuius formę, ultra inconiũgib. cũ illa, neceſſar. requiritur debitum habendi formam: ut patet ex illius definitione. Debitum, inquam, aut

2 AA. pro utraq. opinion.

Primum motivum

Si dicas reijcit.

aut physicum per similem exigentiam, aut morale ex Dei ordinatione proveniens. Sed tunc nullum ex his daretur ad gratiam habitualem; cum Deus non illam promisisset homini condito in puranatura: ergò.

Urgetur. Urgetur. Peccatum mortale esset tunc mors spiritualis animæ; sed mors solum est privatio vitæ, quæ antea erat: ergò tale peccatum solum esset privatio vitæ spiritualis, quæ per prius animę inerat. Sed gratia habitualis non inerat animę ante peccatum, nec in re, nec in iure extrinseco ex Dei ordinatione provenienti: ergò.

3 Secundũ motivum

2. Peccatum illud non esset aversio à Deo, ut Authore gratiæ, seu ut fine supernaturali: ergò ad illius destructionem non esset necessaria conversio supernaturalis. Consequentia patet, quia solum requiritur illa conversio, quæ aversioni peccati contrariatur. Añs. prob. 1. ex D. Thom. quęst. 28. de Verit. art. 2. dicente: *Aversio namque intelligitur ab incommutabili bono, quod quis poterat habere: aliàs aversio non esset culpabilis.* Atqui in dicto statu, homo nec esset ordinatus, nec haberet facultatem se convertendi in Deum, ut finẽ supernaturalem, ut est certum: ergò. 2. Quia talis aversio, utpotè moralis, est voluntaria, proindequè solum se extendit ad id, ad quod se extendit cognitio peccantis. Sed tunc casus homo non cognosceret Deum, ut finem supernaturalem; imò nec posset; cum careret auxilijs supernaturalibus: ergò non se averteret à Deo, ut fine supernaturali per peccatum aversione morali, & culpabili.

5 Tertium.

3. Motivum desumitur ex ratione offensæ convenienti tali peccato. Offensa ad sui remissionem solum requirit illud donum, quo homo reconciliatur Deo sub ea consideratione, qua fuit offensus. Sed peccatum commissum in pura natura non offenderet Deum, ut Authorem supernaturalem: ergò pro sui remissione non requireret aliquod donum supernaturale. Min. probat. 1. Quia ratio offensæ in peccato commensuratur cum ratione aversionis à Deo; sed iuxta dicta tale peccatum non esset aversio à Deo, ut Authore supernaturali: ergò. 2. Nequit Deus offendi per peccatum ea ratione, qua invincibiliter ignoratur à peccante; atqui in pura natura homo invincibiliter ignoraret Deum, ut Authorem supernaturalem: ergò. Nec dicas, tale peccatum, licèt non directè, & signate, indirectè tamen, & exercite, offendere Deum, ut Authorem supernaturalem; siquidem offenderet illum, ut est in se finis ultimus omnium rerum, sub qua consideratione dicit essentialiter esse Authorem supernaturalem. Idem dices ad instantiam de aversione per peccatum. Non, inquam, dicas 1. Nàm etiam dilectio naturalis Dei terminatur ad illum, prout est in se; hoc enim est proprium voluntatis: & tamen talis dilectio, nec indirectè, aut exercite, attingit Deum, ut Authorem gratiæ, sed solum pure identicè, quatenus, scilicèt, terminatur ad Deum, qui est Author gratię: ergò idem &c.

Secundo. Si Resp. Contr. est 1.

4 Secundo.

2. Actum terminari ad Deum, prout est in se, stat dupliciter; vel adęquatè, vel inadęquatè; undè, etsi Deus prout est in se uniatur hypostaticè naturæ humanę, solum unitur sub ratione personę, non sub ratione naturę. Similiter: Etsi entitas peccati, prout est in se, causetur à Deo, & in se sit mala moraliter; non propter hoc Deus dicitur causare adhuc indirectè, & ex conseq. malitiam moralẽ: ergò solut. est inefficax.

Prob. 3. min.

3. Ignorans invincibiliter circunstantiam alicuius personę, etsi offendat illam, prout est in se; non offendit adhuc indirectè, & imputativè ipsam, ut vestitam tali circunstantia; ut videre est in offendente hominem in re Clericum cũ ignorantia invincibili Clericatus; & in occidente Patrem cum ignorantia invincibili Paternitatis; in quo casu, nec datur peccatum sacrilegij, nec Parricidij. Ratio à priori est: Nam ubi non datur cognitio, non datur volũtarietas, nec proindè ratio offensę illam essentialiter includentis: ergò cum in nostro casu homo invincibiliter ignoraret circunstantiam obiectivam Dei, ut A. supernaturalis &c.

***

Prob. minor 1.

§. III.

§. III.

Statuitur privatio gratiæ inductæ ex tali peccato; & motivis adductis reſpondetur.

TOmo 2. dub. 8. à num. 56. agentes de conſtitutione peccati habitualis, plura adduximus concernentia ad præſentem difficultatem; ibi enim probabilius iudicamus maculam peccati læthalis eſſentialiter, & præciſivè ab omni ſtatu, conſiſtere in privatione gratiæ habitualis. Ideò in præſenti cum AA. ſupra relatis, & PP. Salmant. tractat. de iuſtificat. diſp. 2. dub. 7. ſuſtinemus ad remiſsionem peccati commiſsi in pura natura requiri infuſionem doni ſupernaturalis. Sed quia præcipua difficultas ſtat in adſtruendo privationem gratiæ habitualis pro caſu peccati in pura natura; ad huius probationem notandum eſt ex dictis ubi ſupr. privationem in moralibus dupliciter poſſe evenire. 1. per carentiam formæ poſitivè debitæ ſubiecto. 2. per carentiam formæ cum debito non habendi illam; ſive per indignitatem poſitivam ad habendum aliquam formam. Conſtat hoc in humanis: Nam etſi Petro v. g. non debeatur dignitas Sacerdotalis, aut quælibet alia; ſi tamen committat aliquod peccatum, qno reddatur indignus poſitivè promoveri ad Sacerdotium &c. meritò dicitur privatus prædictis honoribus. Idem conſtat in ſententia excommunicat. privantis hominem officio, & beneficio. Igitur ad privationem moralem ſufficit, quod etſi forma non ſit per prius debita alicui ſubiecto, hoc reddatur poſitivè indignum tali forma, & quod teneatur non apponere impedimentum pro illius receptione. Cumque per peccatum læthale commiſſum in pura natura homo fieret poſitivè indignus gratia habituali, & aliunde teneretur non ſe impedire ad illius infuſionem; maneret homo etiam tunc privatus moraliter gratia habituali. Tota hæc doctrina reducitur ad ſequentem diſcurſum. Qui culpabiliter ſe impedit à receptione alicuius doni moraliter ipſum perficientis; eſt, & dicitur moraliter privatus tali dono; ſed homo per peccatũ commiſſum in pura natura ſe impediret poſitivè à receptione gratię habitualis illum moraliter perficientis; cum tale peccatum eſſet inconiungibile cnm gratia: ergò homo ille maneret privatus gratiæ habituali. Vel aliter: qui facit ſibi debitam carentiam alicuius doni eſt moraliter illo privatus; ſed homo per peccatum commiſſum in pura natura facit ſibi debitam carentiam gratiæ habitualis; ſiquidem tale peccatum, utpotè, vel infinitũ, vel ſuperioris ordinis, in ratione offenſæ, redderet hominem indignum amicitia Dei, ut Authoris gratiæ: ergò.

Nota pro clarit. ration. probat.

Confirm.

In huius aſſumpti probationem adeſt elegans teſtim. D. Thom. quæſt. 5. de Malo art. 1. ad 19: ubi cum ſibi opponeret carentiam viſionis beatæ non eſſe pœnam peccati originalis; ſiquidem homo in puris naturalibus conſtitutus careret eadem viſione; ſic Reſp. *Dicendum, quod homo in ſolis naturalibus conſtitutus careret quidem viſione divina ſi ſic decederet: ſed tantum non competeret ei debitum non habendi. Aliud eſt enim non debere habere; quod non habet rationem pœnæ, ſed defectus tantum, & aliud debere non habere, quod habet rationem pœnæ.* Idem habet quæſt. 4. a. 1. ad 14. Cum autem ratio privationis conveniat tam malo culpæ, quam malo pœnæ: conſtat ex doct. S. D. ad rationem privationis ſufficere unum ex duobus, vel quod forma ſit debita, vel quod carentia habendi formã ſit debita ſubiecto. Sed homini peccanti, & in pura natura conſtituto eſſet debita carentia gratiæ ſanctificantis propter malitiam, & demeritum peccati, & aliunde teneretur non ſibi inferre huiuſmodi carentiam: ergò in illo caſu daretur voluntaria ptivatio moralis gratiæ ſanctificantis. Alia duo teſtim. adduximus ubi ſupra, quæ ibi videri poſſunt.

7

Roborat. ex S. D.

Capacitas ad perfect & obex pravus ad illam ſufficit ad privat.

8

His poſitis claritatis gratia diſtingui valet illa propoſitio, cui innititur 1. motivum: Privatio phyſica eſt carentia formæ debitæ, conc. Privativa.

Ad 1. motivum. Reſp.

vatio moralis, subdist. Est præcisè, neg. Est carentia formæ debitæ, vel etiam indignitas positiva, aut debitum non habendi formam, conc. Ratio distinctionis habetur in D. Thom. ubi supra his verbis: *Aliud est non debere habere, aliud debere non habere.* Licet autem homo in pura natura non haberet ullum debitum ad gratiam, tenetur tamen non se impedire ratione peccati ad illam, & non facere sibi debitam pro peccato carentiam gratiæ sanctificantis. Ad huius

Explic. explicationem valdè conducit doctrina Thomist. tuentium supr. quæst. 71. a. 1. quam elucidat SS. M. & meus

*Primar: Complur. Præceptor Fr. Dominicus Perez. *Vitia opposita virtutibus infusis esse etiam contra innatam inclinationem voluntatis; quia, videl. esto prædictæ virtutes non sint positivè iuxta talem inclinationem; attamen est positivè de inclinatione voluntatis non se impedire positivè per vitia ad receptionem virtutum infusarum. Nec

Cuidam inst. Resp. inferas ex hac doctrina probari hominem etiam per peccatum manere privatum moraliter unione hypostatica. Non, inquam, inferas: Nam talis unio non se habet, ut finis creaturæ rationalis; sicuti se habet visio beata, & gratia sanctificans, ut ipsam radicans; malum autem in moralibus ex aversione à fine proprio creaturæ intellectual: desumitur. Deinde. Unio hypostatica non est possibilis puræ creaturæ in sensu composito illius, qualiter est possibilis grat: Debitum autem habendi aliquam formam debet cadere supra subiectum *quod* receptivum illius; non dico supra statum.

8 Ad urgent. de morte spirituali Resp. Non requiri ad illam exclusionem vitæ per gratiam sanc-

Ad urg. tificantem præstitæ; nam si homo elevatus auxilijs supernaturalibus, & nondum habens gratiam sanctificantē, læthal. peccaret, induceret sibi mortem spiritualem, quia nimirum desereret Deum, qui est vita animæ iuxta P. Aug. * Cumque in nostro

*Et Sacrā Script. casu homo per peccatum elongaretur, & desereret Deum, ut finem supernaturalem, diligendo creaturam, ut finem ultimum simpliciter; per tale peccatum etiam esset spiritualiter, & supernaturaliter mortuus. Unde mors spiritualis salvari potest in uno ex his duobus, vel in exclusione vitæ spiritualis habitæ, vel in elongatione, & dessertione Dei ut vivincantis animam. Vel dic: mortem spiritualem salvari etiam in positiva dignitate carendi gratia sanctificanti; non quidem per modum demeriti in actu 2. (ut tacitæ obiectioni occurratur) sed per modum formæ ex natura rei obstantis infusioni gratiæ. Pro hac doctrina stat expressè authoritas D. Thom. sup. adducta. siquidem carentia visionis beatæ per modum pœnæ damni considerata, est etiā mors æterna animæ; eo quod iuxta ipsum S. D. licet puero decedenti cum peccato originali non sit debita visio beata; ratione tamen peccati debetur illi carentia talis visionis. Nec recurras pro discrimine ad debitum extrinsecum habendi beatitudinem ex ordinatione Dei proveniens. Non, inquam, recurras, nè super D. Thom. nimis tibi videaris, qui prædictā ordinationem, nec leviter insinuat in testim. adducto. Præsertim cum iuxta Adverſ. debitum saltim extrinsecum habendi formam sit necessario requisitum; ut illius carentia sit privatio.

9 Ad 2. fundam. Resp. 1. inst. tando illud in puero nutrito in silvis, & peccante in præsenti providentia cum ignorantia invincibili Dei, ut Authoris gratiæ, quæ ignorantia pro aliquo tempore possibilis negari nequit; sicuti negari non potest dari plures infidelos negativè pro aliquo spatio temporis, iuxta doctrinam Magn. Par. & D. Thom. & tamen peccatum ab eis committissum averteret etiam à Deo, ut Authore gratiæ invincibiliter ignorato. Nec obstat in præsenti providentia dari pro pueris debitum, & ordinationem extrinsecam habendi Deum Authorem gratiæ, ut finem ultimum. Non, inquam, obstat: Nam in dicto casu daretur totalis, & invincibilis ignorantia horum omnium; & tamen iuxta Adv. pueri peccantes contra legē naturæ culpab. &

Ad 2. motivum Resp.

vo-

voluntariè ſe avertant à Deo, ut A. gratiæ, quem invincibiliter ignorant. His accedit propoſitio quędam damnata ab Alexandro VIII. anno 1690. in quo aſſeritur: *Poſsibile eſſè in homine, qui vel Deum non conſiderat, vel eum ignorat, peccatum mortale, quod non ſit deſtructivum amicitiæ Dei, vel meretur puniri pœna æterna.* Ex qua dānatione ſatis efficaciter infertur de ratione peccati mortalis in eſſe talis, eſſe privare hominem amicitia Dei, reddereque illum dignum puniri pęna æterna in privatione viſionis Dei conſiſtenti.

10 Reſp. 2. prænotando ex D. Thom. hac 1.2.q.73.a.7. in peccato inveniri duplicem averſionem; unam, ſcil. à regula rationis præſcribenti rectitudinem actui; alteram à Deo, ut fine ultimo conſequutam ad 1. Ex quo cōſtat averſionem à Deo, ut fine ultimo accipiendam eſſe iuxta modum primæ averſionis. Si enim peccans contra legem naturæ, ſicut etiam contra aliquod præceptum ſupernaturale, abſdubiò etiam avertitur à Deo, ut A. ſupernaturali; licet non directè, & explicitè, cum expreſſa cognitione illius, benè tamen implicitè, indirectè, ſeu ex conſequenti. Hoc notato ſatis opportunè tenenda eſt doctrina Em. Cayet. hic q.113.a.2. §. *Ad hoc.* Ubi ait, omne peccatum mortale ſecundum ſui rationem opponitur præcepto negativo charitatis. ſcilic. *Bonum commutabile non eſt amandum tanquam finis ultimus. Nihil eſt præferendum amicitiæ Dei*, quod præceptum ſpectare ad charitatem ſecundum ſibi propria, conſtat, tum ex pręcepto poſitivo illius, tum ex D. Th. 2.2. q. 24. a. ult. Ex quibus ſequens formatur diſcurſus. Peccatum oppoſitum præcepto ſaltim negativo charitatis ſupernaturalis, eſt averſio à Deo, ut A. ſupernaturali ad minus indirectè, & ex conſequenti; ſed quodlibet peccatum mortale eſt huiuſmodi: ergò ſaltim indirectè, & ex conſequenti &c.

Reſp 2. ponendo averſ. à Deo Auth gratiæ.

Sic Emin. Cayet.

11 Nec dicas, ex vi etiam dilectionis naturalis hominem non teneri ad præferendum Deo aliquod bonum commutabile: ergò ex oppoſitione peccati ad tale præceptum non probatur ei convenire rationem averſionis, & offenſæ Dei, ut Authoris ſupernaturalis. 2. Tale præceptum, utpote conſequutum ad primariam tendentiam præcepti poſitivi charitatis, eſt aliquid ſupernaturale; proindeque nequit cognoſci ab homine condito in pura natura: ergò tranſgreſsio præcepti negativi charitatis, prout talis, non eſt homini voluntaria, nec ſimiliter averſio à Deo, ut A. ſupernaturali. Reſp. Inſtantiam ſolum probare tale præceptum non convenire charitati ſupernaturali reduplicativè, & adæquatè; ſecus vero non convenire illi ſecundum conceptum ſibi proprium ſpecificativè acceptum, quod ſufficiens eſt, ut peccatum commiſſum in pura natura ſit averſio, & offenſa Dei, ut Authoris ſupernaturalis. Aſſumpt. prob. exemplo intellectus humani, de quo verificatur etiam in ſenſu formali eſſe capacem viſionis beatę; quia eſto talis capacitas non conveniat ipſi ex conceptu differentiali reduplicativè accepto; convenit ei non ſolum ex conceptu communi generico intellectus creati, ſed etiam ex conceptu differentiali ſpecificativè ſumpto, & non purè materialiter ſe habente.

Inſtab. 1.

Secundo.

Reſpond.

De hoc Illuſt. Godoy ibi diſp. 1.

12 Ad 2. Reſp. Ad cognitionem implicitam alicuius rei ſufficere eam cognoſci in aliqua ratione communi ſub qua continetur; hac enim de cauſa, qui credit omne revelatum à Deo, & ab Eccleſia propoſitum, ut fide dignum; credit implicitè omne myſterium revelatum in particulari. Si ergò inſtantia fatetur hoc præceptum, *nihil eſſe præferendum amicitiæ Dei &c* ſub ſe cōtinere prohibitionem averſionis à Deo, ut A. naturæ, & gratiæ: tranſgreſsio talis pręcepti eſt implicite, & ex conſeq. etiam averſio à Deo, ut A. gratiæ. Explic. hoc a ſimili in obiecto charitatis, quod iuxta plures Thom. dicit in recto bonitatem eſſentiæ divinæ, & omnium attributorum in particulari, eo quod Deus ut ſummum bonū conſtituitur in eſſe talis per collection. omniū divin. perfect. Nunc ſic: ut homo eliciat actum charitatis, cuius formale ſpecificativum eſt collectio omniū

Ad 2.

Explicat. ſolut.

divinarum perfectionum ; proindèque,ut maneat conversus simpliciter ad Deum,ut summum bonum, sufficit huiusmodi divinas perfectiones cognoscere implicitè per fidem, qua credimusDeum esse summum bonũ: ergò similiter, ut quis maneat aversus saltim indirectè , & ex conseq. à Deo A. supernaturali , sufficit illum cognoscere implicitè in hac expressione : *Nihil est affectivè præferendum amicitiæ Dei summè boni.*

13 Aliter hoc ipsum suadetur ratione communi , desumpta ex Emin. Cayet.hac 1.2.q.71.a. 6. §. *Ad cuius evidentiam.*Cum enim Deus ut A.naturę sit,quasi fundamentum,vel quid necessario præsuppositum ad se ipsum,ut A.gratiæ ; qui directè avertitur à Deo,ut A. naturæ, destruitque affectivè in illo rationem summi boni intra ordinem naturæ;avertitur ex conseq.etiam à Deo,ut Auth.gratiæ. Destructo enim fundamento effectivè,aut affectivè , similiter destruuntur ea , quæ supra illud fundantur. Hinc constat; cur dilectio Dei, ut A. naturæ,non sit adhuc ex consequenti dilectio Dei, ut A. gratiæ, quia videlicet stat positio fundamenti absque positione illius , quod fundari potest supra ipsum. Sed contra hæc instat M.Carrasco dicens:*si ad positionem fundamenti non consequitur necessario positio rei supra illud fundabilis, iam non erit fundamentum.*Resp.Hoc solum esse verum de eo,quod est fundamentum in actu 2. & influens per naturalem emanationem absque nova actione. Deus autem,ut A.naturæ non est fundamentum dilectionis supernaturalis hoc modo,sed solum quid prerequisitum media sui cognitione , & amore naturali. Sufficitque talis modus fundamenti,ut directè auferẽs à Deo,rationem ultimi finis naturalis per suũ pravum affectum, ex conseq. auferat eodem modo rationem ultimi finis intra ordinem gratiæ. Hac ratione, quia fides est fundamentum modo dicto vitæ spiritualis,ut ait S. D. qui à fide recedit,ex conseq.recedit à vita spirituali : quin tamen fidem tenens,statim, & sine alia dispositione vivat vita spirituali in exercitio virtutum spiritualium consistenti.

Fundatur talis aversio ex cõmun.doctrin.

Quædam replica solvitur.

* 2. 2. q. 161. a. 5. & Apost. sæpè.

Dices iterum. Si propter conexionem inter fundamentum , & rem fundatam,qui avertitur à fundamento,avertitur etiam à re fundata:ergò cum etiam possit,quis destruere rem fundatam fundamento non destructo,poterit quis peccare contraDeum A.gratiæ,& non utA.naturæ.SicCastell tom.de leg.quæst.5.n.921.Resp. Quod cum lex supernaturalis supponat necessario legem naturæ ; qui illam transgreditur directè , etiam transgreditur istam. Lex enim naturæ dictat* obediendum esse cuicumque legitimè præcipienti : &;ob nullum bonum creatum Deus est in aliquo pręcepto contemnendus.*Quare , si hæc præcepta transgreditur, avertitur etiam à Deo A.naturæ. 14

Instab. ex Castell.

Resp.

Nec iterum dicas ; quod repugnat aversio, quando non est possibilis conversio;cum repugnet privatio formæ absque possibilitate illius;sed in statu puræ naturæ non est possibilis conversio ad Deum, ut A. gratiæ: ergò nec aversio ab illo sub tali consideratione.Non,inquam,dicas.Nam si fiat reduplicatio status,maior patitur instantiam: siquidẽ dãnati odio habentes Deum,avertuntur ab ipso, ut A. gratiæ , ad quem in prædicto statu non est eis possibilis conversio.Idem constat in eo, qui caret auxilio supernaturali interno ad credẽdũ,& positivè resistit fidei, tive prædicationi Evangelicæ. Siquidem in statu,in quo fide infusa credere non potest,nec converti ad Deum , ut A. fidei;avertitur ab ipso,ut summè sapienti;& veraci intra ordinem gratiæ. Unde talis propositio solum est vera de aversione directa , non vero de illa,quæ solum est indirecta, & ex conseq.Vel dici potest:illam solũ esse veram de aversione excludente, aut potente propriè excludere conversionem;non vero de aversione impedient.ut obice,qualis esset peccatũ commissum in pura natura , utpotè obstaculum gratiæ,&amicitiæ supernaturali cum Deo. Notandũ tamen, quod etsi vid. Cay.*negare peccatũ contra legem naturę ex conseq.avertere à Deo, ut sine gratiæ, ut videre est q. 113. art. 2. minimè opponitur dic- 15

Alia inst. solvitur.

* §. Ad hoc dicitur.

dictum ab ipſo q. 71. a. 6. quia illud negat propter unitatem privationis. Si autem ponatur duplex privatio,& averſio, ſcilic. privatio rectitudinis naturalis,& privatio impediens gratiam gratum facientem; ſic expreſsè concedit peccatum avertens à Deo Authore naturæ, avertere etiam ab ipſo, ut Authore gratiæ.

16

Arg. Cayet. non eſſe pro nobis.

Si dicas, in q. iam cit. ſic habet Emin. Cayet. *Suppoſita autem fide peccatum privat rectitudine non ſolum legis naturæ ſed divinæ: opponitur enim ordini charitatis infuſæ, & eſt offenſivum Dei ultimi finis ſimpliciter. Has enim conditiones non haberent peccata mortalia, ſi Deus creaturam rationalem in pura natura reliquiſſet.* Quo nihil clarius? Sed hoc nihil obſtat: nã ſubdit, quamvis* ut dictum eſt, quantum eſt ex ſe, etiam talia peccata repugnarent ſupernaturalibus, utpotè præſupponentibus naturalia. * Senſus ergò eſt negare duplicem privationẽ rectitud. in actu peccati commiſsi in pura natura; non vero quod inducat averſionem, ut fine ultimo ſimpliciter. *Sic enim antea dixerat. Et quoniam beatitudo ſupernaturalis ſupponit naturalem*; peccatum quantum eſt ex ſe, & ex conſequenti contra Deum, ut obiectum beatitudinis ſupernaturalis, eſt averſivum à Deo, & offenſivum.

Reſp.

Alia eſt privata in actu., alia in anima.

17

Ad 3.motivum.

Ex his conſt. ad 3. motivum de formalitate offenſæ, fundatum in averſione à Deo, ut fine ultimo. Cum enim per peccatum læthale in quocunque ſtatu commiſſum, diligatur bonũ commutabile, ut finis ultimus, & reſpectu eiuſdem agentis nequeãt eſſe duo ultimi finis totales, ſequitur per tale peccatum averti hominem à Deo, ut fine ultimo etiam ſupernaturali. Nec aliqua exempla, quę in contrarium adduci ſolent; ſunt efficacia, * vid. de occidenti hominem, quẽ invincibiliter ignorat eſſe Clericũ, & ſimilia, in quo caſu non datur circũſtantia ſacrilegij, * obſtãt doctrinæ traditæ; ſiquidem tales circunſtantiæ accidunt obiecto principali, ideòque indigẽt cognitione propria. At vero ratio ultimi finis ſupernaturalis eſt eſſentialis Deo, & per ſe ſubordinat ſibi converſionem naturalem: quare qui à Deo 1. modo avertitur, avertitur etiam à Deo 2. modo. Rurſus. Ut malitia ſacrilegij (& ſimilium) non imputetur, ultra ignorãtiam invincibilem illius, requiritur, tum iudicium prudens de eo, quod perſona occiſſa nõ ſit Clericus, & ex conſeq. ſimilis affectus ex tali iudicio, etſi nõ expreſsè, & formal. benè tamen moraliter, & interpretativè: v.g. ſi ſcirem illum eſſe Clericũ, nollem occidere. At vero in homine peccante contra Deũ, ut A. naturæ, illumque offendente, quia bonum commutabile diligitur ab ipſo quaſi eſſet Deus: nec dari poteſt ſimile iudicium, de eo quod non ſit A. gratiæ; nec affectus moralis, & interpretativus non offendendi ipſum, ſi cognoſceret eſſe A. gratiæ. Per quæ conſtat ad 1. prob. Ad 2. Reſp. Dilectionem naturalem Dei terminari ad ſummam illius bonitatem, prout reſplendet in creaturis naturalibus, & prout ab ipſis participatur: *Malum vero culpæ ſecundum propriam rationem*, (prout ſic præſcindit ab omni ſtatu) *contrariatur adimplet. divinæ volunt. & amori, quo divinum bonum in ſe ipſo amatur; & non ſolum ſecundum quod participatur à creatura.* Ita D. Th. 1. p. p. q. 48. a. 2. quæ verba ſunt valdè efficacia pro præſenti, inſtituto. Unde, etſi aliquem actum termin. ad Deum, prout eſt in ſe, non probet ex terminis terminari ad ipſum ſub alijs formalitatibus adhuc ex conſeq. benè tamen, quando eſt averſivus, & formalitates per ſe ſubordinantur iuxta adduct. ab Em. Cayet. & propter ſpecialitatem oppoſitionis mali culpæ ad divinum amorem immediatè aſſignatam a D. Thom.

Ad 1. probat.

Ad 2.

Nota.

18

Rationes pro offenſa Dei, ut A. gratiæ

Placet in compendium redigere motiva ſparſim adducta ad probandum peccatũ commiſſum in pura natura offendere ex conſeq. Deum, ut A. gratiæ, etſi invincibiliter ignoretur. 1. Nam in præſenti providentia datur pluries ignorantia invincibilis Dei, ut finis ſupernaturalis; & tamen per quodlibet peccatum læthale homo peccans offendit Deum ſub tali conſideratione, voluntariè-que avertitur ab illo, & privat ſeipſum gratia, & charitate. 2. Quia Deus ut Author gratiæ cognoſcitur confuſè ſub ratione communi ſummi bo-

boni, & ex vi dictaminis conscientiæ dictantis nihil esse præferendum Deo, aut amicitiæ ipsius. Ut enim docet D. Thom. hac 1. 2. quæst. 27. art. 2. licèt voluntas non possit ferri in id, quod nullatenus cognoscitur ab intellectu, non tamen est necessarium, quod si aliquid tantum confusè, mediatè, aut non prout est in se cognoscitur; affectio voluntatis non terminetur ad illud in particulari, immediatè, & prout est in seipso. Qua de causa docet ibi artic. 4.* quod etsi Deus à nobis per fidem non cognoscatur, prout est in se ipso; diligitur tamen per charitatem immediatè, & prout est in se.* 2. Quia peccans læthaliter, utpotè constituens finem ultimum sui in creatura diligit ipsam ut bonum perfectè, & plenè satians illius appetitum: qua de causa de peccante dicitur illam æstimare, ut Dominum perfectè domi nantem omnibus suis affectionibus, & quasi esset suus Deus; qua ratione de avaritia dicitur, quod est *simulachrorum servitus*. Cum autem attribuere affectivè bono commutabili id, quod est proprijssimum, & essentiale Deo ut Authori gratiæ, sit ipsi iniuriam, & offensam inferre; manifestè colligitur per quodlibet peccatum offendi Deum, ut Authori gratiæ.

Sic S. D. q. 1. a. 5.

Ad Colos 3.

§. III.

Reliqua argumenta RR. solvuntur.

19 OBijcies 1. Sequi ex nostra sententia Deum, ut Authorem naturæ non esse summè misericordem; siquidem prout talis non potest remittere peccatum commissum in pura natura. A Deo enim ut A. naturæ nequit provenire infusio, aut favor intrinsecè supernaturalis. Sequela prob. Nam cui deficit id, in quo resplendet maximè misericordia Dei, qualis est remissio peccati; quomodo potest summè misericors appellari? Resp. neg. sequel. Siquidem Deus condens hominem in pura natura potest exercere circa illum suam misericordiam, tum conferendo ipsi plura beneficia de ordine naturæ; tum etiam præservare illum à peccato; tum etiam suppositio peccato in tali statu commisso, illum non punire. Quod si misericordia remissionis non posset ab illo sub expressione Authoris naturæ provenire, hoc nō vergeret in defectum privativum illius, sed in improportionem, qua gaudet status puræ naturæ, cum tali remissione; eo quod iuxta D. Th. immediatè citatum, nequit homo post peccatum esse sine illo, nisi habeat gratiam. Deindè argum. instatur in collatione beatitudinis naturalis, quam Deus non posset conferre homini condito in pura natura, propter specialitatem gratiæ requisitam; quin propter hoc inferatur Deum sub expressione conditoris hominis in pura natura, non esse summè misericordem, misericordia, inquam, prædicto statui proportionata.

Arguit. 1

Resp.

20 Objc. 2. Ad Principem humanum cuiulvis Reipublicæ spectat remittere offensam commissam à civibus illius, & hoc ob perfectam gubernationem ipsius: ergò cum Deus conditor hominis in pura natura esset gubernator illius, ad ipsum spectat etiā posse remittere offensam cōmissam in tali statu. Urget. Deus, ut Author naturæ, haberet perfectam providentiam circa hominem, ut conditum in pura natura. Sed hæc perfectio deficeret, si non posset remittere peccatum commissum in tali statu; cum aliundè prout Author naturæ posset permittere peccatum: ergò dicendum &c. Resp. neg. añs. loquendo de remissione culpę quantum ad illius inordinationem; quamvis Princeps humanus possit remittere offensam contra ipsum commissam, non imputando ad pœnam, sive potius relaxando pœnam temporalem debitam pro offensa. Deindè hoc omisso Resp. Quod cum Deus ut Author naturæ, & ut Author gratiæ, non distinguatur subiectivè adhuc virtualiter, sed purè extrinsecè, & ex parte connotati: nihil subtrahitur perfectioni gubernationis circa hominem, quod sub expressione Authoris naturæ nequeat peccata commissa etiam in pura natura

Arguit. 2

Urgetur.

Solutio.

Aliter po est Resp.

tura remittere. Quemadmodum nihil ſubtrahitur perfectioni divinæ, quod ſub expreſsione Authoritnaturæ nō poſsit adoptare homines in veros filios, neque veram, propriamque amicitiam cum eis inire; quod tamen poteſt facere quilibet Princeps humanus. Urgentia inſtatur manifeſtè. Ad urg. Siquidem per providentiam, quam Deus exercet circa hominem in pura natura, poſſet, & de facto in aliquibus individuis induceret cœcitatem, & in omnibus per ſe loquendo induceret mortem; & tamen huiuſmodi defectus per eandem providentiam, & ſub eadem expreſsione non poſſet reſtaurare; quandoquidem reſtitutio viſus, & reſurrectio ſunt quid ſupernaturale ſaltim quantum ad modum. Probatio convinceret, ſi talis providentia unicè haberet pro exercitio ſui permittere peccatum.

21 Obijc. 3. Si peccatum commiſſum ab homine in pura natura non poſſet remitti, niſi per prius elevando ipſum ad ordinem gratiæ, ſequitur prædictum ſtatum eſſe neceſſario miſerrimum; hoc nequit concedi: ergò. Sequela probat. Status coniungibilis de ſe cum peccato lethali, & in quo non eſt poſsibilis illius remiſsio, eſt ſtatus miſerrimus; cum ſit neceſſario ſubiectus perſeverantiæ peccati, quod eſt ſumma miſeria. Sed his omnibus gauderet ſtatus purè naturæ pro caſu peccati læthalis: ergò. Confirm. Remiſsio peccati commiſsi in pura natura non eſſet intrinſecè, ſeu quoad ſubſtantiam ſupernaturalis: ergo non indiget pro forma remiſsiva dono entitativè ſuper: Añs. probat. 1. Remiſsio talis peccati poſſet cognoſci, ut poſsibilis viribus ſolius naturæ; ſed nihil intrinſecè ſupernaturale eſt huiuſmodi cognoſcibile: ergò. Probat. mai. Id, quod eſt obiectum deſiderij, & orationis in homine, ſolis viribus naturæ prædito, eſt cognoſcibile eiſdem viribus; cum voluntas nequeat ferri in incognitum. Sed homo conditus in puris naturalibus, & peccans, poſſet deſiderare, & exorare Deum pro remiſsione talis peccati; imo potius

Arguit. 3.

Confirm.

tener etur ad huiuſmodi orationem, ſicuti, & ad ſatisfaciendum Deo pro tali peccato: ergò. 2. Id, quod terminat inclinatione innatam voluntatis, nequit eſſe intrinſecè ſupernaturale; ſed talis eſſet remiſsio illius peccati: ergò. Probat. min. Perſeverantia voluntatis in tali peccato eſſet contra inclinationem innatam voluntatis: tùm quia eſſet contra ordinem rectæ rationis; tùm quia peccatum qua tale iuxta D. Thom. hic q. 71. art. 2. eſt contra naturam hominis qua rationalis eſt: ergò illius remiſsio eſt iuxta inclinationem innatam voluntatis, ut appetitus rationalis eſt.

Probat. 2. anteced.

Si modo ſupponitur, ut vera communis ſententia Thom. differentium de ſtatu puræ naturæ, & de conditionibus ad illum requiſitis, argumentum eſt prorſus inefficax. Siquidem omnes tuentur uno, vel altero excepto, peccatum commiſſum in tali ſtatu non poſſe remitti à Deo, niſi extrahendo hominem ab illo, ipſumque collocando in ſtatu ſpecialis gratiæ de ordine naturæ. Similiter omnes tuentur prędictum hominem non poſſe obtinere beatitudinem naturalem (ſi aliunde honeſtè viveret) niſi transferretur ad alium ſtatum ſpecialiſsimum, videlicèt ad ſtatum, in quo permanenter contemplaret Deum, ut Authorem naturæ, ipſumque ſuper omnia diligeret; cum unicè in dicta contemplatione, & amore beatitudo naturalis hominis conſiſteret. Si ergò impoſsibilitas remiſsionis peccati pro ſtatu puræ naturæ, & adeptionis beatitudinis naturalis (qui ſtatus tuetur poſsibilis ab omnibus Theologis contra Janſenium, Guillermum Eſtium, P. Roſende) non reddit hominem neceſſario miſerum; cur ipſum reddit; requiri pro remiſsione peccati in tali ſtatu commiſsi donum intrinſecè ſupernaturale? Undè Reſpond. directè negando ſequelam. Nàm non eſt neceſſario miſer, qui gaudet libertate ad vitandum peccatum; eſtò ex ſuppoſitione libera illius non poſsit reſurgere à peccato: Cumque homo conditus in pura natura huiuſmodi libertate gau-

22 Reſpond.

gaudeat, impossibilitas exeundi à peccato non redderet illum necessario miserum necessitate absoluta, sed purè necessitate conditionata, ex suppositione libera ab homine sic condito proveniens.

23 Ad confirm. Confirmatio instatur in peccato commisso ab infideli negativè, & in præsenti providentia invincibiliter ignorante Deum, ut Authorem gratiæ; siquidem omnes tuentur ad remissionem huiusmodi peccati de facto requiri infusionem doni intrinsecè supernaturalis; imò, & gratiæ habitualis, quæ iuxta Trident: est unica causa formalis nostræ iustificationis. Pone igitur prædictum infidelem negativè, sive idiotam: peccare lethaliter transgrediendo præceptum legis naturæ, iste enim absdubio posset, & teneretur orare Deum pro remissione peccati; rursusque teneretur iure naturæ ad contritionem de illo; vi cuius Deo aliqualiter satisfaceret, & tamen his omnibus non obstantibus prædicta remissio esset intrinsecè supernaturalis iuxta superius dicta: ergò, aut argumentum nihil probat; aut dicendum aliquid intrinsecè supernaturale posse cognosci, & amari solis viribus naturalibus.

24 Ad 2. probat. ant. Ad 1. probat. antec. directè Respond. quod quemadmodum beatitudo supernaturalis in clara Dei visione consistens secundum conceptum proprium, & specificum, nequit certo cognosci, aut efficaciter amari, sine auxilio supernaturali gratiæ; benè tamen si consideretur secundum rationem communem beatitudinis plenè satiantis appetitum creaturæ rationalis, ideòque beatitudo *prout sic* necessario quoad specificationem ab omnibus amatur iuxta illud M. Par. *Omnes beati esse volumus, & esse miseri non solum nolumus, sed nec velle possumus*: ita discurrendum de remissione peccati commissi in pura natura, & etiam ab infideli negativè in præsenti providentia. Licèt enim prædicta remissio secundum sibi propria, & adæquatè considerata, sit intrinsecè supernaturalis; proindequè sub hac consideratione neque cognitionem naturalem certam, neque amorem efficacem terminare valeant; attamen; si consideretur secundum rationem communem remissionis præscindentem à remissione non imputativa ad pœnam, & à remissione verè destruente maculam peccati, & rationem offensæ erga Deum; prout sic, inquam, potest terminare cognitionem naturalem, ex qua provenire potest, tùm affectus desiderij, tùm etiam orationis ad Deum, ut homini, qui peccavit donum remissionis in sensu explicato concederet. Nunquam tamen prædictus homo posset discernere circa qualitatem remissionis peccati; nec ad pœnitendum de illo secundum omnes illius deformitates teneretur.

25 Ad ult: probat: Ad ultimam probationem Respond. illum manifestè instari in peccato lethali commisso pro statu elevationis; quodquidem includit essentialiter privationem gratiæ, & conversionis ad Deum, ut Authorem gratiæ, subinde què nequit remitti sine dono intrinsecè supernaturali: quo non obstante prædictum peccatum est contra inclinationem voluntatis, prout est appetitus rationalis. Idem constat in vitijs directè recedentibus a motiv: virtutis infusæ, quæ sunt etiam contra inclinationem innatam voluntatis, ut loco citato tuentur Thomistæ: quin propter hoc debeat concedi dari ex parte voluntatis aliquam inclinationem naturalē ad virtutes infusas. Igitur, ut aliquod malum morale sit etiam contra inclinationem naturalem voluntatis, sufficit, quod illam imperficiat, reddatque positivè improportionatam ad bonum elevans eius inclinationem. Cum ergò peccatum commissum in pura natura, etiam prout includit privationem gratiæ, positivè imperficeret voluntatem, eamque redderet positivè improportionatam, & indignam, ut à Deo elevaretur per gratiam habitualem, per quam emundaretur a peccato, stat quam optimè tale peccatum, & illius perseverantiam, opponi inclinationi innatæ voluntatis, & tamen illius remissionem non esse terminum eiusdem inclinationis. Notandum

dum circa remiſsionem peccati venialis commiſsi in dicto ſtatu, dum modo non coniungeretur cum peccato mortali, PP. Salmant. ſentire illud poſſe remitti per actum naturalem virtutis ei directè oppoſitum. Ratio eſt; quia huiuſmodi peccatum cum non avertat directè à Deo, ut fine ultimo naturali, non avertit adhuc ex conſequenti ab ipſo ut fine ſupernaturali; proindequè non requirit pro ſui remiſsione donum intrinſecè ſupernaturale: oppoſitum autem contingit in peccato lethali iuxta hucuſque adducta.

Opin. PP. Salm:

Ei non plenè aſſentio ob dicta dub antec:

§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO.

Tale peccatum non poſſet remitti ſine dono gratiæ intrinſecè ſupernaturalis.

26 PRobatur ex D. Thom. quæſt. 28. de Verit: art. 2. ad 5. dicente: *Quod, etſi Adam à ſolo ſtatu naturæ decidiſſet, nihilominus tamen ad expiationem infinitæ offenſæ donum divinæ gratiæ requireretur.* Quæ verba ſi proprie accipiantur, donum entitativè ſupernaturale ſignificant; neque enim victoria gravis tentationis ex motivo naturali, aut dilectio Dei authoris naturæ, eſtò requirant auxilium gratiæ ſpecialis de ordine naturæ, verificatur cum proprietate loquendo talem victoriam &c. eſſe donum divinæ gratiæ. Tùm quia in dicto art. reſolvit S. Doct. & probat triplici ex capite peccatum non poſſe remitti ſine gratia iuſtificante, qua convertitur homo ad Deum, ut finem ultimum, à quo averſus erat per peccatum. Contra hanc concluſ: opponit 5. argum: traditquè ſolutionem relatam: ergò ſi in ea ſolum requirit gratiam ſpecialem ordinis naturæ, ſolutio non eſt ad intentum arr: nec ullatenus conducit aſſerere, quod peccatum commiſſum in pura natura eſſet etiam infinitum in ratione offenſæ: ſiquidem ſufficeret illud eſſe grave malum; ut liberatio ab ipſo eſſet gratia ſpecialis ordinis naturæ.

Prob. ex Doct. Angel:

Conſonat etiam cum doctrina eiuſdem S. Doct. hic art. 2. ad 1. ubi ait: *Quod licèt homo ante peccatum poſsit eſſe in ſtatu, in quo nec peccatum habeat, nec gratiam, poſt peccatum tamen nequit eſſe ſine peccato, niſi habeat gratiam. Ex quo ſubdit gratiam, & peccatum opponi immediatè reſpectu hominis, licèt non abſolutè; ſecus tamen ex ſuppoſitione peccati*, quæ verba proferuntur à D. Thom. de peccato ex terminis, & in quovis ſtatu commiſſo. Quod ſic urgeo. Nàm facta ſuppoſitione elevationis ad ordinem gratiæ, neceſſe eſt hominem, aut eſſe in peccato, aut in gratia Dei; talis enim elevatio includit hanc conditionalem. *Si per hominem non ſteterit conſequetur gratiam, & propter illam vitam æternam*: ergò illa additio D. Thom: *Poſt peccatum autem non poteſt eſſe ſine peccato, niſi habeat gratiam*, non intelligitur de peccato commiſſo præciſe in ſtatu elevationis: ſiquidem independenter à tali ſuppoſitione neceſſe eſt hominem elevatum eſſe in gratia, aut in peccato. Conſonat etiam hæc concluſ: cum conſtitutivo maculæ peccati læthalis; iuxta S. Doct. videlicèt, per privationem nitoris gratiæ, & per oppoſitionem cum charitate, quæ eſt vita ſpiritualis animæ, per cuius privationem ſortitur nomen, & rem peccati mortalis. Dicere autem D. Thom. loqui de conſtitutivo maculæ, & mortalitatis peccati præciſſe commiſsi pro ſtatu elevationis; videtur ſatis voluntarium; cum in locis ubi de his ex profeſſo tractat, nec verbum perſonat de tali elevatione, ut illius conſtitutionem tam in eſſe maculæ, quam in eſſe læthalis, deſcribat. Et quidem negari non poteſt in ſententia, quam propugnamus, maiori cum conſeq. doctrinæ procedi; cum idem conſtitutivum pro omni peccato læthali ponatur, ei adaptando omnia prædicata, quæ à SS. PP. & Theologis attribuuntur peccato læthali in ſui ratione formali.

27 Aliud teſtim.

Urgetur.

De quo latè tom. 2.

28 Ratio ptò ſupernaturalitate intrinſeca remiſsionis peccati læthalis ex ſuo conceptu formali, ſic formatur. Beneficium maximum, & ex

Prob. remiſſ. peccati eſſe intrinſ. ſupernat.

ex sua specie superans omnem exigentiam, & positivam proportionem naturæ intellectualis ex genere suo est intrinsecè supernaturale; sed huiusmodi est remissio peccati læthalis ex specie sua: ergò. De specialitate, & magnitudine beneficij constat; cum sit liberatio à summa miseria, & desinere esse obiectum Dei indignationis: beneficium æstimatur penes libertatem à malo debito. Quoad alia sic probat. min. Ubi datur summum ius, ut non conferatur aliquod beneficium; collatio illius superat omnem exigentiam, debitum, & positivam proportionem; sed peccatum læthale commissum à creatura intellectuali necessario affert secum summum ius, ut non remittatur à Deo per illud summè offenso: ergò. Confirm. Confirm. Esto gratia habit: sit ex specie sua supernaturalis, tàm secundum vim positivam sanctificandi, quam secundum vim remissivam peccati mortalis; attamen sub hac secunda consideratione ita extollitur à Theologis, ut asserant esse quasi infinitæ æstimabilitatis; liberat enim hominem à malo aversionis à Deo, ut fine ultimo, & à malo offensæ, & contemptus Divinæ Maiestatis; quo nihil peius, aut detestabilius: ergò cum peccat: læthale, in quocumque statu commissum, esset adeo malum &c. remissio illius esset beneficium specialissimum omnem proportionem, & habitudinem excedens.

29 Argues. Deus potens infundere homini donum ab intrinseco inconiungibile cum peccato, est potens destruere illud; sed sic se habet Deus, ut author naturæ: ergò prout sic est potens destruere peccatum saltim commissum in pura natura. Probat. min. Dilectio naturalis Dei super omnia est ab intrinseco inconiungibilis cum peccato læthali, ut tenet Illust. Godoy cum alijs, tract. de Necessitate gratiæ, disp. 42. sed Deus, ut Author naturæ, est potens donare homini dilectionem naturalem sui ipsius super omnia: ergò. Confirm. Admisso peccatum in pura natura avertere etiam ex consequenti, & indirectè à Deo, ut Authore gratiæ, posset talis aversio destrui per dilectionem naturalem Dei: ergò ad illius destructionem non requiritur donum intrinsecè supernaturale. Prob. ant. 1. Quia naturalitas, aut supernaturalitas donorum, non desumitur ex his, quæ tantum indirectè, & ex consequenti conveniunt donis: ergò ex quo dilectio naturalis Dei destrueret ex consequenti &c. nihil repugnans adstruitur in illa.

Obijcies contra conclus:

Prob. antec. 1.

2. Eo dicitur à nobis, & à propugnantibus nostram opinionem, aversionem à Deo, ut Authore naturæ in quovis statu avertere ex consequenti à Deo Authore gratiæ, quia recedens directè à fundamento, indirectè recedit à re fundata; sed hæc ratio probat per dilectionem naturalem posse destrui saltim indirectè aversionem à Deo, ut Authore gratiæ: ergò. Probat. min. Aversio à Deo, ut A. naturæ iuxta à nobis dicta se habet, ut fundamentum aversionis à Deo A. gratiæ: ergò destructa illa aversione destruitur etiam secunda aversio fundata. Sed illa solum petit pro sui destructione directa dilectionem naturalem, cui per se contrariatur: ergo. Hinc non videtur satis solidè procedere Emin. Cayet: hic art. 2. §. *ad illam autem* dum concedit D. subtili posse hominem lapsum restitui ad rectitudinem naturalem sine gratia gratum faciente; quin propter hoc esset ei remissum peccatum: quia licèt excluſa esset privatio rectitudinis naturalis, maneret privatio rectitudinis charitatis, quæ se habet principaliter in peccato mortali.

30 Secundo.

Argum. probat etiam peccatum commissum in statu elevationis ad ordinem gratiæ, posse remitti per dilectionem naturalem Dei super omnia. Quare communi solut: dico: formam aliquam dupliciter posse dici inconiungibilem cum altera. Uno modo pure *passivè*, quia ei nequit coexistere: alio modo etiam *activè* cum vi expellendi illam. Exemplum primi habetur in peccato veniali inconiungibili essentialiter cum unione hypostatica: & iuxta Doctr. S. Doct. etiam inconiungibili ex natura

31 Respond.

tura rei cum ſtatu iuſtitiæ originalis; quin propter hoc unio hypoſtatica, aut iuſtitia originalis, poſsit excludi per peccatum veniale. Hoc autem ita contingit; quia ad exiſtentiam talis formæ, aliàs inconiungibilis, neceſſario præcedit exclusio formæ contrariæ. Sic que ab Illuſt. Godoy, & alijs tuetur hominem lapſum indigere gratia habituali ad diligendum Deum A. naturæ ſuper omnia per modum principij expedientis, & pro priori mundantis à peccato: eo quod ex una parte eſt inconiungibilis cum illo, & ex alia nequit illud deſtruere.

32 Ad confirm. negatur aſſumptum. Nulla enim forma naturalis poteſt adhuc ex conſequenti præſtare effectum formalem intrinſecè ſupernaturalem; qualis eſt remiſsio peccati læthalis ex terminis, ut probatum relinquimus. Undè talis dilectio reſpiceret directè, & primario deſtructionem averſionis à Deo, ut Authore gratiæ; cum remiſsio inciperet à Deo, ut principaliter offenſo creaturæ, ſub qua ratione dicit expreſsionem A. gratiæ iuxta D. Thom. q. 28. de Verit. art. 2. & 3. p. q. 88. art. 2. *Ex hoc enim dicitur Deus offenſus creaturæ, quatenus eam repellit à gratia ſua.* Ex his conſtat ad 2. probat. Plura enim ſunt, quæ quantum ad ſui ædificationem ſervant ordinem inter ſe prioris, & poſterioris; & quoad ſui deſtructionem ſe habent ordine oppoſito. Exemplum habetur in ſatisfactione Chriſti D. quæ fuit formalis, & ſtrictè ſatisfactio pro offenſis, & ſimul meritoria de condigno gratiæ ſanctificantis auferentis maculam peccati, & averſionem à Deo. Nàm in peccato prior eſt ratio maculæ, & averſionis; quam ratio offenſæ Dei: & tamen in ſatisfactione Chriſti prius intelligitur munus ſatisfactionis, quam ratio meriti, nàm offerendo obſequium infiniti valoris reſtaurantis ius Divinum læſum per peccatum, meruit nobis reconciliationem cum Deo per gratiam. Satisfactio enim pro offenſa præcedit reſtaurationem amicitiæ adhuc inhumanis.

33 Conſtat etiam in remiſsione peccati; quæ iuxta S. Doct. 3. p. q. 86. art. 4. fit per ſe formaliter, quatenus deſtruitur averſio à Deo; licèt converſio ab bonum commutabile; ſi malitia conſiſtat in aliquo poſitivo morali, ut volunt aliqui; ſit per prius averſione. Ob hoc dicitur: *Primum ordine compoſitionis eſſe ultimum vix reſolut.* Id, quod opponitur contra Cayet: non obeſt. Ille enim expreſſe tuetur ibi peccatum, etſi commiſſum in ſtatu elevationis, non dicere neceſſario privationem rectitudinis naturalis; dum modo ſit directè contra præceptum ſupernaturale: quod etiam tuentur alij Thom. attribuentes tùm Animabus Pueror: in Lymbo, tùm etiam Dæmonib: dilectionem Dei Authoris naturæ ſuper omnia. Ex qua Doctrina rectè infert contra Scotum, quod ex terminis reſtitutio rectitudinis naturalis non infert deſtructionem peccati conſiſtentis principaliter in privatione charitatis. Si autem ſermo ſit ſignatè de peccato directè privante rectitudine naturali: dicendum per dilectionem naturalem Dei non deſtrui privationem charitatis; nàm etſi deſtruatur averſio naturalis; ab hac ſolum pendet privatio gratiæ quoad fieri, non quoad conſervari. Quemadmodum eſtò averſio læthalis à Deo, ut fine ult: naturali per peccatum intemperantiæ, pendeat à malitia morali actus ex obiecto; & hæc poſsit auferri per actus virtutis temperātiæ generantes habitū; non tamē averſio à fine; quia ſolum dependet ab illa quoad fieri, non tamen quoad eſſe. * Plura ex his ſunt dicta iuxta aliorum opinionem: Nàm iuxta à me propugnata cum M. Bolivar de Compatibilitate actus charitat: cum peccato habit: dub. 18. & dilection: naturalis Dei cum omni peccato habit: tract: de Neceſsit: grat dub. 10. plura ex illis ibi impugnata invenientur. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced. & ubicumque agit Mag. de Peccat: Adami; & Angel: & de Peccati remiſsione.*

***

*** *** ***

Roborat:

Ad obiect: contra Cayet:

* Exiſtimo rectitud. naturalem poſitam à Scoto eſſe puram naturæ.

DU-

DVBIVM XIX.

AN, ET QVALITER ACTVS charitatis, & contritionis, disponant ad gratiam, & remissionem peccati.

§. I.

SVPPONVNTVR ALIQVA.

N. 1 DE hac difficultate agit Div. Thom. expresse in præsenti art. 3. 4. & 5. & quæst. 28. de Verit. art. 3. & alijs in locis, & cum eo omnes Commentatores. Undè communis sensus Theologorum est * gratiam, præsertim Adultis habentibus usum rationis, & peccato, sive originali, sive personali infectis, non infundi extra Sacramentum, nisi aliqualiter se præparent, & disponant ad illius receptionem * ita deducitur ex Trident. sess. 6. cap. 5. & 9. contra Lutheranos asserentes hominem, cum iustificatur, non plus agere, quam agat maleus in manu fabri, & lutum in manu figuli, qui error refutatur dissertis verbis Canone 3. *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti quo minus ad iustificationis gratiam obtinendam se præparet, ac disponat, anathema sit.* Motivum huius deliramenti teste M. Soto lib. 1. de Natura, & grat: cap. 15. fuit extollere gratiam Christi. Existimabant enim gratiam requirentem ad sui communicationem aliquam præparationem, seu dispositionem liberi arbitrij, non esse adeo gratuitam; qualiter prædicatur gratia Christi. Sed hoc motivum nullius moventi est; cum alia sit ratio meriti; alia vero ratio dispositionis requisitæ propter perfectionem formæ receptæ in subiecto, & non se habente purè passivè, ut inanime quoddam ad illius recept. Tùm quia huiusmodi præparatio ortum ducit à prævenìente gratia Christi, hoc est ab eius vocatione, ut definit idem Trident: ibidem cap. 5. Undè ex tali præparatione nullatenus extenuatur gratia Christi sed tantum adstruuntur diversæ gratiæ ex meritis Christi Domini, ut ordinate se habentes.

Supponitur veritas Catholica.

Prob: ex Trident:

Constat hæc veritas ex illo 2
Zach. 1. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* Et Isaiæ 45. *Convertimini ad me, & salvi eritis.* Prov. 16. *Hominis est præparare animam.* Et ad Philip. 2. *Cum timore salutem vestram operamini.* In quibus, & alijs, constat requiri nostrum consensum, & conversionem ad Deum, ut gratiam iustificationis consequamur. Id ipsum constat ex illo M. P. *Qui creavit te sine te, non iustificabit te sine te.* Et illud D. Bern. lib. de Grat. & libero arbitrio: *Iustificatio tam esse non potest absque gratia dantis, quam absque consensu recipientis.* Eandem veritatem probat D. Thom. in præsenti hoc discursu: *Iustificatio fit à Deo movente hominem ad iustitiam;* sed hoc ipso requiritur aliqua dispositio, sive præparatio ex parte hominis ad receptionem iustitiæ: ergò. Mai. constat, min. prob. Deus, ut movens hominem ad iustitiam attenta suavitate suæ providentiæ petit illum movere secundum conditionem,

Prob. ex Script: & SS. PP.

Prob. ex Angel. Doct.

nem, & modum fuæ naturæ : ergò cum homo sit liberi arbitrij, dum Deus illum movet ad iustitiam, movet ipsum secundum conditionem, & modum liberi arbitrij. Sed hic modus non exercetur, nisi liberè agendo, & consentiendo: ergò cum homo habens usum liberi arbitrij iustificetur a Deo, necessum est illum aliquid agere, & libere consentire receptioni iustitiæ.

3 Alia probatio ex eodem.

2. Ratio traditur hic à D. Thom. q. 112. a. 2. quę est huiusmodi. Nulla forma perfecta potest recipi connaturaliter loquendo, nisi in subiecto ad illam dispositio, ut videre est in naturalibus; sed gratia sanctificans est huiusmodi; cum sit natura ordinis supernaturalis: ergò requirit in homine habente usum rationis aliquam præparationem ad sui connaturalem receptionem. Sed hęc alia esse nequit, nisi præparatio, aut dispositio consistens in actibus liberi arbitrij: ergò. Hoc ipsum probari potest ex Aug. Mag. 1. p. q. 12. a. 5. probante necessitatem luminis gloriæ recepti in intellectu creato ad visionem beatam ex hac doctrinali propositione: *Omne quod elevatur ad aliquid, quod excedit suam naturam, oportet quod disponatur aliqua dispositione, quę sit supra suam naturam. Cum ergò in visione beata uniatur intellectui beato essentia divina per modum formę intelligibilis: oportet, quod ad huiusmodi unionem elevetur aliqua dispositione, quæ alia esse nequit, nisi lumen gloriæ. *Quæ ratio mutatis terminis convincit necessitatem dispositionis ad consequutionem gratiæ elevantis hominem ad consortium divinæ naturæ. Videatur M. Soto ubi supra, & alij controversistæ contra errorem Lutheri.

Alia ratio ex S. Doct.

4 Argues 1.

Secundo.

Sed pro methodo doctrinę obije. 1. Gratia habitualis, adhuc connaturaliter loquendo, non requirit ad sui conservationem aliquam dispositionem moralem, hoc est, consistentem in motu liberi arbitrij, ut est certum: ergò nec illam requirit ad sui 1. productionem. 2. Ut homo moveatur à Deo per gratiam excitantem, & operantem ad bonum, non requiritur in illo præcedere aliquam dispositionem consistentem in motu liberi arbitrij: ergò nec talis dispositio requiritur &c.

Tertio. 3. Homo movetur à Deo ad unionem cum dono per essentiam supernaturali, & etiam ad receptionem formæ supernaturalis, quin præcedat in illo dispositio aliqua: ergò ratio D. Thom. est inefficax. Ass. constat. Tum in elevatione humanitatis Christi Domini ad unionem hypostaticam cum persona Verbi, ad quam unionem nulla præcessit dispositio: Ut docet D. Thom. 3. p. q. 7. a. 1. & q. 6. a. 6. Tum etiam in infusione luminis prophetici, & sapientiæ Doni non prærequirentium aliquam dispositionē.

Quarto. 4. Quod ex natura sua est principium, & radix omnis operationis supernaturalis, non prærequirit ad sui receptionem aliquam operationem supernaturalem se habentem pro priori; aliàs exigeret aliquid contra propriam naturam; sed talis est gratia habitualis; cum sit natura in ordine supernaturali: ergò.

§ Ad 1. Resp. D. Thom. quæst. 28. de Verit. art. 3. ad 10. & ad 12. dicens: *quod aliqua dispositio requiritur ad fieri rei, quæ non requiritur ad esse rei; sicut patet præcipuè in generatione animalium, & plantarum. *Undè cessante motu liberi arbitrij, qui erat necessarius ad iustificationem, potest iustitia habitualiter permanere.

Ad 1.

Ad 2. *Ad 2. Respond. cum eodem S. Doct. hac 1. 2. quæst. 109. art. 6. ad 3. ubi docet: Quod præcedentia dispositionis solum habet locum in gratia habituali requirente aliquam præparationem; quia omnis forma prærequirit susceptibile dispositum. Quod autem homo moveatur à Deo per auxil. non prærequirit aliquam aliam motionem; cum Deus sit primum movens. Cuius authoritatis sensus est: scilicet, gratiam habitualem esse formam perfectam, & completam in ordine supernaturali, ideòque ad sui recept: prærequirere aliquam dispositionem eiusdem ordinis. At vero grat: actualis auxilians, utpote imperfecta, & per modum

Exponit S. Doct.

mo-

motionis communicata non requirit aliquam præviam dispositionē, cum potius ipsa inter dispositiones numeretur. Videatur Emin. Cayet. ibi hoc argumentum Durandi denuo roboratum diluens. Insuperquè doctrina solutionis roborari potest exemplo formæ ignis requirentis calorem per modum dispositionis, ad quem vero alius calor non prærequiritur.

6 Ad 3. ex unione hypostat: Respond. 1. Personam verbi fuisse unitam humanitati gerendo vires propriæ personalitatis. Undè sicuti hæc non requirit aliquam dispositionem præviam, ut uniatur cum propria natura; ita nec personalitas verbi. Respond. 2. cum D. Thom. quæst. 6. citata ad 1. * Quod unio nostra ad Deum est per operationem cognitionis, & amoris; ideòque ad talem unionem præcedit gratia habit: ut dispositio, sicuti operatio perfecta procedit ab habitu. Unio autem humanæ naturæ ad verbum non est secundum operationem, sed secundum esse personale, quod non dependet ab aliquo habitu, sed immediatè terminatur ad ipsam naturam. Respond. 3. cum Emin. Cayet. 1. p. quæst. 12. art. 5. propositionem D. Thom. num. 3. esse verissimam intellectam de forma, quæ se habet ut terminus generationis; non autem de illa, quæ est via ad terminum. *Videmus enim in naturalibus, quòd eadem est ratio, ut materia disponatur pro forma subsistantiali terminante generationem, & standum est in forma, quæ se habet ut dispositio; dispositionis enim non oportet esse dispositionem.* Cui solutioni addendum: personalitatem non se habere proprie, ut formam, sed ut terminum substantialiter complentem naturam humanam, quatenus illam reddit ultimo terminatam, sine eo, quod præbeat humanitati novum esse formale: cuius oppositum contingit in gratia habituali respectu animæ.

Ad 1. Respond. — Secundo. — Tertio. — Adde.

7 Ad exemplum de prophetia Respond. cum D. Thom. hic art. 3. *Quod donum sapientiæ, & prophetiæ perficiunt intellectum, ut prævenit voluntatem; & ideo ad eorum receptionem, non prærequiritur motus liberi arbitrij. Gratia autem iustificans præcipuè ordinat hominem ad bonum, scilicet, ad Deum ut finem ultimum, quod est obiectum voluntatis, & ideo ad ipsam movetur homo per motum voluntatis, qui est motus liberi arbitrij.* Ultima instant: non habet vim admissa mutua prioritate in diverso genere causæ inter gratiam, & ultimam dispositionem ad illam; cum utrumque sit iuxta naturam formæ radicantis ultimam dispositionem. Forma enim, prout se tenet ex parte agentis, connaturaliter radicat ultimam dispositionem, sive illa sit actus, sive qualitas per modum actus 1. Prout autem se tenet ex parte subiecti, & in ipso recipitur, connaturale est illi dependere tanquam à dispositione præparante subiectum ad receptionem illius, de quo postea. Respond. 2. Gratiam habitualem ex natura sua esse radicem omnis operationis supernaturalis perfectæ, tam in ratione virtutis, quam in ratione meriti; non tamen omnis operationis supernaturalis imperfectæ, & se habentis ut dispositionis remotæ ad eius receptionem. Pro huiusmodi enim actibus ponuntur aliæ gratiæ excitantes se habentes per modum principij.

Ad aliud exempl. — Ad ult. Resp. 1. — Secundo.

8 Consequenter ad hanc doctrinam dicendum cum D. Thom. animam Christi Domino fuisse sanctificatam per gratiam habitualem, ut collatam dependenter ab actibus propriæ voluntatis, quibus se præparavit ad illius receptionem: Ita 3. p. quæst. 34. art. 3. Ratio est. Nam Christo Domino attribuendus est modus sanctificationis dicens maiorem perfectionem: sed sanctificari se disponendo liberè per actus liberi arbitrij ad consequutionem sanctitatis est huiusmodi; cum perfectius sit habere, aliquam formam per se, quam purè habere illam per alium: & se habere aliquo modo activè respectu eiusdem, quam se habere purè passivè: ergò dicendum Christum Dominum accepisse gratiam habitualem dependenter ab actibus liberi arbitrij, tanquam à dispositionibus. Nec obstat gratiam

Illatio 1. ex dictis.

Si dicas. tiam habitualem se habere in Christo Domino per modum proprietatis consequutæ ad gratiam unionis personæ Verbi cum humanitate : ergò fuit communicata per eandem actionem, qua persona Verbi, fuit humanitati unita ; sed ad huiusmodi unionem nulla præcessit dispositio : ergò nec ad susceptionem gratiæ habitualis. Non, inquam, obstat

Resp. 1. 1. quia solum adstruitur gratia habitualis, ut proprietas moralis unionis hypostaticæ debita titulo summæ sanctitatis; non vero ut proprietas Physica illius procedens per

Secundo. veram emanationem, & sine nova actione. 2. Quia esto sit proprietas relatè ad unionem hypostaticam, habet tamen veram rationem naturæ, & radicis intra ordinem supernaturalem accidentalem ; omnis autem natura, sive forma completè, & simpliciter talis, petit connaturaliter recipi in subiecto ad illam dispositio.

9 Idem, & eadem ratione dicendum de Angelis, qui iuxta M. P. fuerunt creati in 1. instanti cum gra-

Illatio secunda. tia sanctificanti, iuxta illud : *Erat Deus in Angelis simul condens naturam, & largiens gratiam.* De quo Sanct. Doct. 1.p.q.62. a. 2. & 3. Idem docet de primis Parentibus 1. p. q. 95. a. 1. dicens, * Adamum v. g. in 1. instanti suæ conditionis fuisse præditum iustitia originali, non solum prout hæc dicit subiectionem virium inferiorum ad rationem, & corporis ad animam (propter quam erat immortalis, & carens fomite concupiscentiæ) sed etiam prout includit subiectionem mentis ad Deum, ut finem ultimum, in qua subiectione constitit ratio iustitiæ, & sanctitatis. * In contrarium reclamat Scotistæ cum suo Magistro, de quo ali-

Tertia. bi. Eodem motivo dicendum est Beatissimam Virginem Mariam fuisse sanctificatam dependenter et ab actibus liberi arbitrij, scilicet, dilectionis, spei, humilitatis &c. quibus ad excellam sanctitatem, & Deus, & ipsa se præparavit, iuxta illud Isaiæ : *Erit præparatus &c.*

Cap. 2. De aliquibus Sanctis, de quibus pie creditur fuisse sanctificatos in utero Matris, v. g. Hieremia, Baptista, & alijs, non est adeò certum eos accepisse sanctitatem dependenter à motu liberi arbitrij quoad primum esse illius ; cum non sit certum illos habuisse per miraculum usum rationis, & liberi arbitrij pro illo instanti, pro quo fuerunt sanctificati in utero Matris. Non enim parvum beneficium fuit eis collatum, nec sine miraculo, quando antequam exirent de vulva Matris fuerunt sanctificati.

2. Suppon. tanquam certum, omnem dispositionem positivè conducentem ad susceptionem 10

Supponitur 2. ex S.D. gratiæ habitualis, & sub munere formæ sanctificantis, & sub munere formæ remittentis peccatum, debere esse supernaturalem. Ita Sanct. Doct. hac 1. 2. quæst. 109. art. 6. & quæst. 112. art. 2. & quæst. 113. art. 7. & quodlib. 1. art. 7. ubi hæc habet : *Ad Pelagianorum errorem pertinet dicere, quod homo possit se præparare ad gratiam sine gratia, & est contra Apostolum dicentem: qui cœpit in vobis opus bonum, ipse perficiet.* Ratio est. Nam omnis dispositio positiva, sive proximè, sive remotè disponens subiectum ad formam, dicit ordinem positivum, proportionem, & aliqualem exigentiam respectu illius ; cum proprium munus dispositionis sit determinare, proportionare, & reddere subiectum positivè accedens ad receptionem formæ. Sed nihil purè naturale potest habere proportionem positivam, aut aliqualem exigentiam ad gratiam sanctificantem; cum hæc sit entitativè supernaturalis: ergò omnis dispositio positiva &c. Id ipsum convincitur ex Trid. sess. 6. cap. 5. dicente: *Exordium nostræ iustificationis sumendum esse à præveniente gratia Dei per Iesum Christum.* Atqui omnis dispositio, sive proxima, sive remota, ad gratiam iustificantem, est exordium, initium, & inchoatio illius : ergò omnis prædicta dispositio procedit ex gratia Dei per Iesum Christum; proindèque est supernaturalis. De hoc nostri Thomist. tract. de Præd. ubi aliqua restim. quæ in contrarium adduci solent ex D. Thoma, in quibus asserere vide-

Probat. enim ex Trid.

tur oppositum, rectè exponuntur de dispositione purè negativa; quatenus ex vi illius removetur novum peccatum impediens infusionem gratiæ. Præcipua testimonia habentur in 2. dist. 28. q. 1. a. 4. & dist. 27. q. 1. a. 2. & 6. & ad Hebræos 6. lect. 3. Sed tamen advertere oportet non esse censurandam sententiam oppositum tuentem loquendo de dispositione remota, & insufficienti, ex gratia specif. de quo M. Ferre tract. de Merito iusti a. 5. dub. unico, præsertim à num. 1204. Si quæras, ad quid ergò bona opera naturalia, si nec remotè disponunt ad gratiam, & remissionem peccati? Resp. Valere ad vitanda nova peccata; tum ad assuetudinem benè operandi; tum ad præstandum obsequium, & honorem Deo Auth. naturæ; tum denique propter congruitatem extrinsecam attenta divina misericordia, ut Deus dispensat auxilia supernaturalia, inter quę opera præcipuum locum tenent opera misericordiæ, & iustitiæ erga pauperes, & pupillos.

11 Supponitur 3.

3. Suppon. etiam ad remissionem peccati, sive ad receptionem gratiæ, speciali titulo remissivæ peccati requiri in Adultis aliquas dispositiones, tam intra, quam extra Sacramentum; videlicet, fidem, dolorem supernaturalem de peccatis, propositum satisfaciendi sub spe veniæ. Ita Trident. sess. 6. cap. 6. ubi enumerat actum fidei, timoris, pœnitentiæ, & spei. De actu fidei loquitur expressè Apostolus ad Hebreos 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & inquirentibus se remunerator est.* Et rursus: *Sine fide impossibile est placere Deo.* Ex quibus, & alijs innumeris testim. asserit Tridentin. eatenus dici hominem iustificari per fidem, quia est *initium, radix, & fundamentum nostræ iustificationis, quæ est interior renovatio, & simul peccatorum remissio.* Hanc fidem dicimus debere esse supernat. tam ex parte motivi, scilicet, divinæ revelationis (quatenus credimus propter testimonium Dei revelantis) quam ex parte obiecti crediti. Constat 1. quia huiusmodi fides respicit tanquam obiecta credenda ante remissionem peccati, veritates, & mysteria supernaturalia, scilicet, existentiam Dei, ut Authoris gratiæ, illius providentiam remunerativam, & gratiæ infusionem remittentis peccata per merita Iesu-Christi. 2. Quia est fides regulans, & excitans dolorem supernaturalem peccatorum, spem veniæ, & propositum satisfaciendi Deo offenso. Denique, quia est fides, quam Apostol. definivit dicens *esse argumentum non apparentium, & sperandarum substantiã rerum.* Quæ definitio est propria fidei supernaturalis, & Theologicæ, ut tuentur Theologi, & D. Thom. hic art. 4.

Prob. 1.

Secundo.

Ultimo.

Qualis, & quarum debeat esse fides?

Si inquiras. Quænam mysteria sint necessario credenda ante iustificationem, etiam intra Sacramentum? Resp. iuxta traditionem Ecclesiæ nobis insinuatam, Tum in Symbolo S. Athanasij, Tum etiam in Catheciſmo; illa esse mysterium Trinitatis, mysterium Incarnationis, eiusque vim institutionem Sacramentorum, & alia, quæ recitantur in Symbolo Apostolorum. Circa huiusmodi fidem cavendi sunt duo errores damnati in Tridentino. 1.* asserentium fidem, qua iustificamur, esse fiduciam, qua quis credit certo peccata sibi esse remissa per imputationem iustitiæ Christi. 2.* asserentium solam fidem sufficere ad iustificationem. * Hos errores damnat Concilium sessio. 6. canon. 9. his verbis: *Si quis dixerit sola fide impium iustificari; ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam cooperetur, anathema sit.* Et canon. 12. *Si quis dixerit fidem iustificantem nihil aliud esse, quam fiduciam divinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, qua iustificamur, anathema sit.* Refutatio horum errorum habetur in Sac. Scriptura 1. ad Corinth. 13. *Si habuero omnem fidem &c. Charitatem autem non habeam nihil sum.* Et Iacobi cap. 2. *Fides sine operibus mortua est.* Et Lucæ 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes moriemini.* De hoc latè controvers.

12 Cuidam quæsito Resp.

Duo errores.

Damnantur à Trident.

Sed

13 Sed dices: Cur, si sola fides non sufficit; attribuitur sæpè in Script: ei donum iustificationis; non vero actui pœnitentiæ, timoris, & spei? Alteri quæsito Resp. Respond: quia fides est * initium, fundamentum, & radix iustificationis, *quod alijs actibus non attribuitur. Huiusmodi prærogativæ explicant diversa munera perfectionis, unumque se habet ex additione ad alterum. Siquidem punctum est *initium* lineæ, non vero *fundamentum* illius: Lapis primarius est *fundamentum* in ædificio, non autem *radix*. Ex quibus constat *initium*, *seu exordium* solum significare prioritatem ordinis; *fundamentum* vero ultra hanc prioritatem dicere causalitatem per modum *sustentantis*: *Radicem* vero ultra dicta superaddere ministrationem vigoris, sive fomenti, quo aliquid nutritur, & convalescit, ut contingit in arboribus. Quia ergò fides præcedit dirigendo omnes actus virtutum supernaturalium, & quodammodo sustentat ædificium vitæ spiritualis, & per ipsam omnes aliæ virtutes robur, & firmitatem accipiunt ex illius imperio; dicitur *initium*, *fundamentum*, & *radix* iustificationis. Notatio scitu digna. Videatur M. Ferre in præsenti ubi plura scitu digna tradit per varias sectiones. Adverte. Adverte tamen: quod dum supra negavimus actibus honestis naturalibus munus dispositionis etiam remotæ ad gratiam, loquuti sumus de illis secundum sibi intrinseca, & solitariè sumptis. Si enim imperentur ab actu virtutis supernaturalis:, ex cuius imperio accipiunt quandam bonitatem supernaturalem etsi eis extrinsecam; non inconvenit concedere, prout sic disponere ad formam supernaturalem.

***

§. II.

Prima conclusio statuitur.

Non solum ex lege, & ordinatione divina, sed etiam ex natura ipsius sanctitatis positivæ, requiritur motus liberi arbitrij ad gratiam.

14 SErmo est de gratia considerando præcisè effectum positivum sanctificandi. Oppositum tuentur P. Ripalda tom. 2. disp. ult. num. 440. & M. Lorca hic disp. 25. Sed concluf. est D. Thom. locis ubi sup. probantis necessitatem motus liberi arbitrij ad susceptionem gratiæ ex propria natura, & excellentia ipsius, nulla facta mentione ordinationis, aut legis divinæ, qua statuit non infundere gratiam habentibus usum rationis, nisi tali motu, & conversione in Deum præcedenti. Prob. ex Ang. D. Unde constat expositionem, quam prædict. A. tradit testim. S. D. scil. illum loqui de susceptione gratiæ, ut removentis peccatū, aut loqui attenta providentia de facto; esse voluntariam. Etenim illa propositio relata ex D. Th. 1. p. q. 12. a. 5. *Omne, quod elevatur ad aliquid, quod excedit suam naturam, oportet, ut disponatur aliqua dispositione, quæ sit supra eius naturam*, est universalis ex naturis rerum procedens; ut videre est in exemplo, quo utitur, *sicut aer non potest formam ignis suscipere &c.* Nec valet dicere cum Ripalda S. D. loqui de elevatione potentiæ vitalis ad supernaturalem. operandum v. g. intellectus ad videndum Deum; ad quod necesse est infundi lumen gloriæ per modum dispositionis, non quidem propriæ, sed impropriæ, propter inhæsionem in intellectu; & præcedentiam ad actum visionis. Dices:

15 Non, inquam, valet: cum hoc non sit exponere, sed eludere prædictum testimonium. Discursus D. Thom. est hic: *Omne, quod elevatur ad formam excedentem suam naturam, oportet, quod simili dispositione ad illam disponatur; sed in videntibus clarè Deum intellectus eorum elevatur ad* Reijcitur

nionem cum essentia divina per modum formæ intelligibilis: ergò ut elevetur in tantam sublimitatem, oportet, quod aliqua dispositio supernaturalis ei superaddatur. Et hanc appellat S. D. lumen gloriæ in solut. ad 3. Sed hic discursus procedit formalissimè ex titulo dispositionis ad formã superexcedentem intellectum creatum: ergò &c. Verum quidem est lumen gloriæ requiri etiam ad visionem beatam titulo virtutis elevantis intellectum creatum ad illius productionem, ut immediatè subdit, & probat S. D. dicens: *Sed quia virtus naturalis intellectus creati non sufficit ad videndam divinam essentiam, oportet, quod ex divina gratia superaccrescat virtus intelligendi; & hoc augmentum virtutis illuminationem vocamus* Et nota, quod ly *oportet* multoties significat necessit. ut patet ex illo: *accedentem ad Deum oportet credere &c.* Unde apparet lumen gloriæ duplici titulo requiri ad visionem claram Dei, duplexque munus causæ exercere; scilicet, dispositionis intellectus ad unionem essentiæ divinæ per modum formæ intelligibilis; & munus principij elevantis intellectum, & activè influentis in visionem tanquam operationem supernaturalem. De quo nostri Thomist. ibidem. Et quidem luce clarius est sequent. discursum Adv. esse valdè diversum à discursu probativo D. Thom. *Nequit potentia naturalis elevari ad operationem supernaturalem eliciendam, nisi virtute supernaturali per prius disponatur, ut eam vitaliter producat; sed intellectus creatus videns Deum sic se habet: ergò indiget lumine intrinsecè elevanti ad videndum Deum.* Siquidem hic procedit, & probat pro omni operatione perfecta supernaturali cognitionis, & amoris; in quibus virtus elevans non gerit munus dispositionis ad aliquam formam præcedentem actualem operationem.

Nota.

16

Prob. 2. ex Sanct. Doct. hic 1. 2. q. 112. a. 2. cuius titulus est: *An ad gratiam habendam requiratur aliqua præparatio ex parte hominis?* Cui Resp. dicendum, * quod gratia dupliciter dicitur; quandoque quidem ipsum habituale donum Dei; quandoque vero auxilium Dei moventis animam ad bonum; primo modo accipiendo gratiam, præexigitur ad gratiam aliqua gratiæ præparatio; quia nulla forma potest esse nisi in materia dispositа. Sed si loquamur de gratia 2. modo, sic nulla præparatio requiritur ex parte hominis, quasi præveniens ipsum auxilium &c.* Ubi, rogo, insinuatur titulus remissionis peccati, ut ex illo probet prærequiri aliquam dispositionem ad gratiam? Unicè enim assignat pro ratione; quod gratia, cum sit forma, requirit subiectum receptivum illius esse dispositum; cum que iuxta ipsum q. 110. a. 4. anima sit receptiva gratiæ habitualis, prærequirit motum liberi arbitrij ex auxilio gratiæ. Idem habet locis supra cit. & in 4. d. 17. q. 1. a. 2. quæst. 3.

Prob. 1. ex eodem

17

Dices: Rationem D. Thom. desumptam ex paritate ad formas naturales non esse demonstrativam, sed tantum probare ex quadam congruentia, attenta tum illius dignitate: Tum etiam attenta perfectione liberi arbitrij. Unde magis expectat præcedentia talium dispositionum ad suavitatem divinæ providentiæ, quam ad aliquam exigentiam physicam ex parte gratiæ. Contr. est 1. Nam Deum operari attenta suavitate suæ providentiæ, non excludit, sed potius sæpe includit exigentiam physicam ex parte creaturarum, adeo, ut oppositum solum miraculosè contingere valeat. Ratio est. Nam prædicta suavitas stat in eo, quod operetur in unaquaque re iuxta modum illius. Unde si modus proprius creaturæ exigat physicè, & naturali connexione sic moveri à Deo, non rectè prob. ex suavitate divinæ providentiæ talem modum operandi nõ esse à creatura physicè, & ex natura rei exactum.

Resp M. Lorca.

Impug. 1

18

2. Nam argum. ex paritate formarum naturalium desumptum à D. Th. est efficax, & demonstrativum ex natura rei, quando eadem militat ratio; atqui sic cõtingit in præs: ergò. Min. prob. Forma natural. perfecta, Phys. & ex natura rei strictè loquendo, prærequirit ex parte materiæ aliquam dis-

Secunda.

dispositionem, ut recipiatur in illa; quia requiritur, quod sit ita positivè proportionata, ut formam causet in genere causæ materialis; vel ut ratione talis dispositionis auferatur indifferentia ex parte materię, quæ per prius erat ad talem formam; vel quia sicut agens procedens de potentia ad actum prius se exercet per actum imperfectum, quam perfectum; ita similiter ex parte materiæ necessum est prius actuari, & subijci formæ imperfectæ, qualis est dispositio, quam formæ perfectæ, ad quam disponit. Sed omnes istæ rationes æquè probant de gratia habituali, quæ forma perfecta est, & natura de ordine supernaturali: ergò paritas D. Thom. desumpta &c. Aliter. Eo forma naturalis physicè ex natura rei prærequirit aliquam dispositionem ad sui receptionem, quia sine illa nō est positivè proportionata, ut exerceat causalitatem sibi debitam circa formam receptam. Sed anima habens usum liberi arbitrij sine affectibus supernaturalibus, quibus se præparet ad gratiam, nulla gaudet proportione positiva ad illius receptionem, sive ut eam aliquatenus causet in genere causæ materialis: ergò receptio gratiæ sine huiusmodi dispositione esset contra, vel supra exigentiam physicam gratię. Ita S.D. in 4.d.17.q.1.a.2.quæstiunc.2.

Aliter.

19 Sed ut ratio S.D. efficacior appareat, dices contra illam 1. Eo forma naturalis requirit ex natura rei aliquam dispositionem ex parte materiæ, quia agens productivum formæ, cum sit virtutis limitatę, nequit illam educere ex quacumque materia. Sed ex illa, quæ sit per prius aliquomodo proportionata, & determinata ad illā, sed hæc ratio non militat in Deo, cum sit infinitæ virtutis ad infundendam gratiam in anima: ergò. 2. Eo 1. contingit in formis naturalibus, quia ante introductionem unius formæ precedit in materia 1. vel aliqua resistentia ad illius introductionem, propter dispositiones ad formam contrariam; vel quia cum talis forma educatur ex potentia natur. materię, necesse est precedere inclinationem naturalem, & expeditam ad formę introductionem. Atqui ubi nullum precedit peccatum, nec aliqui motus repugnantes gratię, prima ratio non militat; & rursus cum gratia habitualis tantum educatur ex potentia obedientiali animę in mera non repugnantia consistenti, 2. ratio locum non habet: ergò. Ex his dices; 3. Forma recepta in subiecto positivè proportionato ad illam, non recipitur, neque educitur ex illo secundum potentiam obedientialem ipsius; hęc enim solum dicit meram capacitatem, aut non repugnantiam; sed gratia habitualis recipitur, & educitur ex anima solum secundum potentiā obedientialem: ergò non perit ex natura rei recipi in illa, ut positivè proportionata, & determinata ad illius receptionem. Sed ratione dispositionum redditur positivè determinata, & proportionata: ergò.

Arg. 1:

Secundo.

Tertio.

20 Ad 1. quod sibi objcit D. Thomas quęst. 112. a. 2. ad 3. Resp. cum ipso: *Dicendum, quod agens infinitæ virtutis non exigit materiam, vel dispositionem materiæ quasi præsuppositam ex alterius causæ actione. Sed tamen oportet, quod secundum conditionem rei causandæ in ipsa re causet, & materiam, & dispositionem debitam ad formam. Et similiter ad hoc quod Deus gratiam infundat animæ, nulla præparatio exigitur, quam ipse non faciat.* Ex quibus constat maiorem non esse universaliter veram, ut videre est in ipso Deo, ut A. naturę educente plures formas ex materia 1. qualiter eduxit illas, quę post creationem Cœlorum, & elementorum produxit in prima rerum creatione. Sic S. D. in 4. d. 17. q. 1. art. 2. quęstiunc. 2. Ad 2. neg. maior. Si dicat causam adęquatam; sufficit enim indifferentia ex parte materię, vel saltim, quod non sit positivè proportionata, ut exerceat suam causalitatem erga formam. Constat hoc in receptione lucis requirentis tanquam dispositionem diaphanicitatem, quamvis luci nulla sit forma contraria, nec ex parte aeris, v.g. sit aliqua resistentia: Nec multo minus ex parte Solis; cum enim sit agens efficacissimum in eo non est aliquis defectus virtutis.

Ad 1. Resp.

Ad 2.

21 3. Instantia contra se militat in gratia habituali infusa Animæ Christi Domini, & Angelis dependenter à propria dispositione liberi arbitrij; de qua certum est solum fuisse eductam, & receptam in ipsis secundum potentiam obedientialem, & non naturalem. Unde dupliciter potest aliquid dici naturale alicui subiecto, vel potentiæ; uno modo propriè, & absolutè, nullaq; facta suppositione; vel quia ortum ducit ex natura rei, vel quia est iuxta inclinationem sibi innatam. Alio modo facta aliqua suppositione supernaturali; modo quo dicitur intellectum, ut elevatum lumine gloriæ, naturaliter videre Deum, de quo Eminent. Cayetan. 1. p. q. 12. a. 5. §. ad 2. & hic q. 113. a. 10. Quod ergò educitur, aut recipitur in subiecto positivè proportionato ratione alicuius dispositionis entitativè naturalis, & connaturaliter acquisibilis, non recipitur in illo secundum potentiam obedientialem; secus tamen si talis proportio, aut determinatio ad formam sit entitativè supernaturalis, uti contingit in præsenti. Unde propositio illa *potentia obedientialis est mera non repugnantia * sic debet intelligi attentis prædicatis intrinsecis naturæ; non vero attenta perfectione supernaturali, quam Deus communicare potest. Si tamen dicas infusionem gratiæ esse recreationem quandam spiritualem, iuxta illud: *Cor mundum crea in me Deus.* Et illud: *Creati in Christo Iesu in bonis operibus &c.* Sed creatio nulla indiget dispositione: ergò. Resp. Illud probare etiam de gratia remittente peccatum; de illa enim expresè loquitur duplex testim. allatum. Unde illa dicitur creatio moralis, quia non ex meritis præcedentibus; licet revera sit spiritualis regeneratio. Ex quo potest formari argum. in contra ex doctrin. Emin. Cayet. hic q. 112. roboratum. Cum gratia sit Deificativa formaliter naturæ rationalis, convenit ei, ut sicut quælibet forma constitutiva alicuius in aliqua natura, requirit materiam dispositam ad illam; ita gratia. Si enim homo in divinam debet elevati naturam, oportet ut ad illam divinam naturam prius per proprium actum se convertat, aut per alterius actum, scil. capitis sui. Cum hoc tamen stat per meritum Iesu Christi, oppositū evenire de potentia absoluta.

Ad 3.

Instabis.

Psal. 50.

Ad Ephes 2.

Resp.

§. III.

Solvuntur argumenta.

22 OBijc. 1. Gratia habitualis eiusdem rationis, ac naturæ, est in Adultis, ac in parvulis; sed in istis nō exigit aliquam dispositionem: ergò nec in illis attēta natura gratię. Confir. 1. Natura sufficienter capax recipere formam, non exigit aliquam dispositionem ad illam; sed talis est natura rationalis nō impedita per peccatum: ergò. 2. in homine adulto cōservatur gratia absque prævia dispositione: ergò etiam ex natura rei potest infundi sine illa. Conseq. patet. Nam eadem, quę ex natura rei valent conservare formam, valent illam introducere in subiecto. 3. Gratia habitualis est donum excellentius, & magis proprium largitatis divinæ, quam gratia actualis, sive auxilians. Sed hæc ex natura sua largitur absque ulla dispositione prævia: ergò. 4. Quia gratia habitualis ex natura rei postulat esse radix omnium donorū, & actuum supernaturalium, si non adsit impedimentum peccati: ergò ex natura rei petit præcedere, & non subsequi ad aliquos actus supernaturales disponentes ad illam.

Arguit 1. Ripalda cum alijs

Confir. 1.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

23 Sed quis non videat, quam levia sint hæc argum? Cum fere omnia sibi objiciat, & solvat S.D. Ad 1. dicatur, quod sicut eadem forma pro diversitate subiecti, in quo recipitur, potest in uno radicare physicè proprietates aliquas, quas in altero non radicat, ut constat in gratia habituali radicante in nobis virtutes morales infusas perficientes appetitum, & nō in Angelis; ita pro simili diversitate potest secundum sui naturam exigere dispositionem in uno subiecto, quam in alio subiecto incapaci non petit. Quod explicat etiam hic M. Serra in scientia pendente à discursu in nobis, & non in Angelis. 2. Potest

Resp.

dici

dici gratiam esse eiusdem naturę, sed tamen diversimodè comparari ad Adultum, & parvulum: ad illum quidem ut cooperantem infusioni gratiæ; ad hunc autem solum ut passivè recipientem. Ita S.D. in 4. d. 17. q. 1. a. 3. ubi ait: * quod si gratia infunderetur subiecto habenti usum liberi arbitrij sine illius cooperatione, qua se ad illam præpararet, fieret violentia, quia esset contra modum proprium operandi illius. Secus autem contingit in parvulis, qui propter suam incapacitatem non sunt apti ad se disponendū. * Notandum tamē violentiam ibi non sumi à D. Thom. simpliciter: cum Deus eam nequeat ulli creaturæ inferre, sed secundum quid, & attenta natura particulari voluntatis. Ad 2. dictum est supra ex D. Thom. num. 5. ubi probat posse requiri dispositionem ad fieri formæ, & non ad conservari. Quod explicari potest exemplo motus contritionis, à quo non dependet in conservari remissio peccati, cum tamen dependeat quoad sui esse.

* Quæstiunc. 1. & art. 3. quæstiunc 2.

Ad 2.

24 Ad 3. Respond. ex D. Thoma ubi supra in 2. ratione, reddente disparitatem inter gratiam sumptam pro dono habituali; & gratiam sumptam pro auxilio Dei moventis, à quo procedit omnis dispositio liberi arbitrij: qua de causa nequit exigere aliam prævium dispositionem. Nec minuit largitatem divinæ misericordiæ infusio gratiæ, quæ prærequirit prævium dispositionem; cum hæc sit etiam effectus gratiæ Dei. Deus enim, etsi misericorditèr infundat Adulto gratiam, servat tamen debitum modum attenta perfectione formæ infusæ, qualis est gratia; & attento modo proprio operandi liberi arbitrij, qui est liberè se movere ad illius receptionem eam accipiendo, & Dei operationi cooperando per assensum. Et instatur hoc in remissione peccati requirentis etiam actum contritionis. Ad 4. dictum est supra num. 5. in fine.

Ad 4.

25 Obijcies 2. ex M. Lorca. De ratione dispositionis est inhærere eidem subiecto, in quo est forma, ad quam disponit; sed actus præcedentes infusionem gratiæ inhærent potentijs; gratia vero habitualis recipitur immediatè in anima: ergò non dependet à prædictis actibus, ut à dispositionibus. Confirm. Gratia habitualis recipitur secundum sui naturam immediatè in anima, ut expressè docet Sanct. Doct. ergò non potest recipi in illa dependenter à potentijs, & earum influxu mediato. Sed si exigeret secundum sui naturam recipi dependenter ab aliquibus dispositionibus, exigeret recipi dependenter à potentijs, & influxu mediato ipsarum: ergò. Urgetur. Ratio suadens formam tam in naturalibus, quam in artificialibus, prærequirere ex parte subiecti aliquas dispositiones, non probat idē de receptione gratię habitualis etiam in Adultis habentibus usum rationis: ergò ratio D. Thom. ex paritate illarum deprompta, ad summum probat ex quadam congruentia. Añs. prob. Ideò in naturalibus prærequiruntur dispositiones, quia materia prima de se est positivè indifferens ad plures formas; ideòque indiget per prius determinari ad unam per dispositiones; sed hæc indifferentia non militat in anima; quę solum est indifferens ad gratiam, & illius carentiam: ergò. Russus. Ideò in artific. præcedunt aliquæ dispositiones; quia earum materia est inepta ad receptionem formæ. Sed hæc ineptitudo non adest animæ rationali præcisivè à peccato; cum sit ex natura sua capax receptionis gratiæ: ergò.

1. Arg. ex M. Lorca.

Confirm.

Urget.

26 Argumentum solum probat dispositiones in actibus liberi arbitrij consistentes nō disponere physicè ad gratiam; secus vero quod gratia physicè, & ex natura sua non exigat illarum præcedentiam. Stat enim, ut in præs. notat Ripalda, veritas unius absque vetitate alterius. Gratia enim unionis exigit gratiam habitualem exigentia solum de potentia Dei absoluta superabili, & tamen gratia habitualis tali exigentia respectu gratiæ unionis non gaudet. Idem contingit in actibus supernaturalibus perfectè liberis nostræ voluntatis, dependentibus ex natura

Resp.

rei à subitis, & indeliberatis affectionibus, quæ tamen ex natura rei non dicunt exigentiam ad illos. Hoc tamen omisso Resp. ex D. Thom. in 4. d. 17. q. 1. a. 3. quæstiunc. 3. ad 3. * non oportere in rebus ad invicem ordinatis, dispositionem, & perfectionem esse in eodem subiecto immediato. Bonitas enim imaginationis est dispositio ad perfectionem intellectus.* Ratio Sanct. Doct. est, quia id, quod est in subiecto secundum potentiam inferiorem, potest disponere ad id, quod est in potentia superiori. Deindè, probatio argumenti etiam in dispositionibus physicis est falsa. Siquidem iuxta communem sensum Sanct. Doct. & Thomist. illæ recipiuntur immediatè in composito corrupto, forma vero recipitur immediatè in materia prima. Unde, sicuti prædictæ dispositiones propter receptionem mediatam in materia prima, illam determinant, reddunt que positivè proportionatam ad formam, ita dicendum de motibus liberi arbitrij. Rursus. Si macula peccati immediatè residet in anima, ut tuetur M. Lorca, eam inadæquatè constituens per privationem gratiæ habitualis; argumentum retorquetur contra ipsum. Siquidem concedit ad destructionem maculæ habitualis requiri ex natura rei actum pœnitentiæ immediatè afficientem voluntatem.

Alia soluc.

27 Ad confirm. Ad confirm. Resp. Quod sicut forma substantialis recipitur immediatè in materia prima, & tamen in sui receptione dependet à dispositionibus, non quidem ut à recipientibus formam, sed ut à præparantibus ad illam; ita dicendum de receptione immediata gratiæ in Adulto. Nam, etsi medient dispositiones, non mediant ut recipientes gratiam, sed ut præparantes ad illam.

Ad urg. Ad urgent. Nego causalem ut adæquatam. Si enim posset materia prima recipere cum sola potentia obedientiali formam determinatè sumptam; adhuc ex natura rei talis forma requireret ad sui receptionem præcedentiam alicuius dispositionis; nō quidem ut determin. illam ad receptionem huius formæ præ alia, sed ut positivè illam proportionantis: quod ad minus verum debet esse de quantitate in diversas partes eam dividente. Cum ergo potentia obedientialis tantum sit remota capacitas ad gratiam; sufficit hæc indifferentia improportionis, & incompletionis, ut ad sui receptionem ponendam iuxta naturas rerum prærequirat in subiecto capaci aliquas dispositiones eiusdem ordinis, quibus aptetur, & positivè proportionetur. Per quod patet ad exemplum de artificialibus. Nam etsi in Anima Christi Domini, & in substantia Angelorum, non sit ineptitudo positiva ad gratiam; est tamen ineptitudo negativa, hoc est mera non repugnantia ad receptionem illius. Unde cum aliàs possint per liberum arbitrium positivè præparari ad illam, solum miraculosè operando contingere valet, ut gratiam habitualem suscipiant absque libero consensu, & acceptatione.

§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO.

Gratia habitualis ex natura rei strictè loquendo exigit ad sui infusionem actum charitatis, ut dispositionem ultimam, & perfectam.

28 IN præced. loquuti sumus de dispositionibus in genere; ex quibus aliæ sunt remotæ, & imperfectę, utpotè inconnexæ cum gratia, v. g. actus fidei, spei, amoris Dei imperfectè tendentis in illum per affectum concupiscentiæ. Aliæ vero sunt proximæ, & quibus consummatur introductio gratiæ, v. g. actus charitatis, & alij, qui ex illa derivari possunt, ut timor filialis, & gaudium amicabile cum Deo. Nam cum sit certum, quod ad præsentiam horum actuum infunditur gratia habitualis, ut constat ex propositione Baij 71. damnata, oppositum enunciante (& pro cuius ampliori refutatione adsunt innumera testimonia Sacr. Script. affirmantia, *eum, qui diligit Deum ex vera charitate, esse iustum,*

Notand.

tum, filium Dei adoptivum, templum, & habitaculum Spiritus Sancti; de quo dubio 11.) rectissimè attribuitur actui charitatis munus dispositionis ultimæ ad susceptionem gratiæ habitualis in Adultis; quidquid sit, an sit solum dispositio moralis, an vero dispositio physica stricte talis, de quo infra.

29 Conclusio est D. Thom. hic art. 3. & 5. & quæst. 28. de Verit. art. 4. & in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. quæstiunc. 3. ad 2. ubi expresse agit de motu liberi arbitrij in Deum, asseritque esse ultimam dispositionem ad gratiam per hæc verba: *Timor est remota dispositio ad gratiam, numquam enim ad gratiam attingit, nisi amor adiungatur. Nos autem loquimur hic de dispositione ultima ad gratiam; cum qua gratia datur.* Similia docet quæstiunc. 4. ad 1. & ad 2. Sed quia S. Doct. ibi distinguit duplicem iustificationem, unam qua gratia confertur, & culpa expellitur; aliam qua innocens iustificatur: subdit ad hanc solum requiri dispositionem ad gratiam inducendam, scil: motum liberi arb. in Deum: sed in iustificat: qua iustificatur impius opportet dispositionem esse duplicem; unam ad inducendam gratiam, scilicèt, motum liberi arbitrij in Deum; alteram ad expellendam culpam, scilicèt, motum liberi arbitrij in peccatum. Pro quo placet eius verba adducere. *Sicuti per motum liberi arbitrij in Deum disponitur ad gratiam obtinendam ille, qui iustificatur: ita per motum liberi arbitrij in peccatum, hoc est contritionem, oportet quod ad culpæ remissionem disponatur. Et ideo in iustificatione, qua innocens iustificaretur oportet esse dispositionem solum ad gratiam inducendam; sed in iustificatione, qua iustificatur impius, oportet esse dispositionem duplicem, unam ad inducendam gratiam, scilicèt, motum liberi arbitrij in Deum; alteram ad expellendam culpam, scilicèt, motum liberi arbitrij in peccatum*; quo nihil clarius, & quo nihil possunt opportunius argui in conseq. Adversarij requirentes gratiam, ut remissivam peccati, ex natura sua exigere contritionem, ut dispositionem, non vero gratiam attento præcisse munere positivè sanctificantis, & infusæ homini innocenti.

Prob. ex S. Doct.

Ratio S. Doct. potest duplici via proponi; uno modo ex ratione communi formæ perfectæ; alio modo ex ratione speciali gratiæ; quatenus speclaliter ordinat animam ad Deum. Sequendo primam viam sic formatur. Omnis forma perfecta petit ex natura sua recipi in subiecto proximè, & perfectè disposito ad eius receptionem. Sed talis est gratia habitualis: ergò petit ex natura sua recipi in subiecto proxime, & perfectè disposito, si aliunde sit capax præfatæ dispositionis, qualis est adultus usum rationis habens. Sed nulla alia dispositio proxima, & perfectè talis adstrui potest pro gratiæ habitualis receptione, quam actus charitatis; cum soli ipsi sit nobis revelatum esse annexam: ergò gratia habitualis ex natura sua petit &c. Min. constat, & maior probat. Exemplo formarum naturalium requirentium pro sui receptione utramque dispositionem tùm remotam, tùm proximam, seu ultimam; & hoc quia non congruit naturis rerum, ut subiectum absque debita proportione, & ordine ad formam eam recipiat. Rursus. Omnis forma per sui receptionem in subiecto fit actus proprius illius; sed actus proprius petit propriam potentiam: ergò omnis forma perfecta exigit ex natura sua, quod subiectum sit potens potentia propria, hoc est propinqua ad formã. Sed hoc est ratione dispositionis, vi cuius proximè, & immediatè præparatur ad illam: ergò.

30 1. Ratio.

Confirm. hæc ratio propter superius adducta 1. concluſ. Omnis forma perfecta ex natura sua exigit ut non causetur nisi à subiecto positivè proportionato, & proxime apto ad illius causalitatem; quemadmodum exigit ex natura sua omnem modum convenientem suæ perfectioni. Sed forma per receptionem in subiecto pendet ab illo in genere causæ materialis: ergò ex natura sua, & vi suæ perfectionis in essendo petit recipi in subiecto proximè,

31 Confirm.

&

& immediatè proportionato ad eius receptionem. Explicatur. Quò forma est perfectior, eò petit subiectum magis perfectum: ergò quo forma exigit perfectiori modo causari, eo exigit subiectum magis perfectum ad illius causalitatem. Sed subiectum carens dispositione propinqua ad receptionem formæ, est subiectum imperfectum in ratione subiecti: ergò forma perfecta eadem ratione, qua vi suæ perfectionis quoad esse, petit subiectum perfectius in essendo; petit etiam quoad suum fieri illud esse prius positivè determinatum, & proportionatum pro receptione eiusdem formæ. Urgetur. Omnis forma ad hoc recipitur in subiecto, ut ei præstet proprium effectum formalem, quæ in se continet *ut quo*: ergò eadē exigent: qua petit in illo recipi, petit ea quę requiruntur ad præstandum ipsi proprium effectum formalē sui. Atqui subiectum carens dispositione propinqua, & immediata ad formam est ineptum, & impeditum, ut effectum formalem proprium formæ recipiat; cum sit evidens formam ob defectum talis dispositionis sæpè illum non præstare; ut videre est in viventibus diversis partibus corporis diversos effectus formales ab anima recipientibus: ergò.

Explicat. ratio.

Urgetur.

32 2. Probat. conclus. alia via speciali. Ut homo habens usum liberi arbitrij recipiat gratiam habitualem, necessario requiritur, quod se habeat in debita proportione tùm ad gratiam, tùm ad Deum eam infundentem. Sed hæc debita proportio nequit salvari sine actu charitatis: ergò. Maior constat: Tùm ex ratione communi cuiusvis receptionis formæ substantialis; tùm quia adhoc præcedunt dispositiones in materia. Tùm quia si ad productionem formæ supernaturalis necessario ex natura rei exigitur, quod omnes causæ, scilicèt, efficiens finalis, exemplaris sint proportionatæ; cur hæc eadem proportio non requiretur etiam ex parte causæ materialis? Minor vero prob. Hominem esse in debita proportione ad gratiam infundendam à Deo, est hominem Deo apropinquare, sive ad ipsum accedere; sed talis apropinq: ad Deum non fit sine actu charitatis, ut docet Aug. super Psalm. 33. *Ad Deum non apropinquamus passibus corporis, sed affectibus mentis, si amas accedis; si times fugis. Pedes tui charitas est*: ergò. Hæc ratio desumpta est ex illo Psalm. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini*: Et ex illo Jacobi 2. *Apropinquate Deo, & ipse apropinquabit vobis.* Ubi sermo est de infusione luminis gratiæ, & apropinquatione Dei ad nos, ut in cordibus nostris tanquam in Templo faciat quietam mansionem.

2. Ratio S. D.

Confirm. hoc exemplo illuminationis Solis materialis: Sic enim se habet Deus Sol iustitiæ ad illuminationem spiritualem animarum, sicuti Sol materialis ad illuminationem corporum: quo exemplo utitur aliquando Sanct. Dionysius, & etiam nobis proponitur in Sacra Scriptura. Sed ut Sol illuminet corpora, requiritur quod illa sint in directo aspectu per conversionem ad illum: ergò ut mens nostra lumine gratiæ illustretur à Deo Sole iustitiæ, requiritur, quod directè aspiciat Deum per conversionem in illum. Sed hoc non fit sine actu charitatis, qui est directa conversio, & aspectus animæ ad Deum: ergò lumen gratiæ requirit ex natura sua per modum dispositionis ad suā infusionem talem actum. 33 Confirm.

§. V.

TERTIA CONCLUSIO.

Actus charitatis non tantum est dispositio moralis ad gratiam, sed etiam physica, & ex natura rei cum illa.

QUid sit dispositio moralis ad aliquam formam, non est omnino certum apud Theologos. P. Ripalda in præsenti pro eodem accipit dispositionem moralem, ac dispositionem consistentem in actibus liberi arbitrij. Cum enim libertas sit, aut inadæquate moralitas, * aut fundamentum proximum il- 34 Quid sit disp: moralis. * Sic Adversi.

illius : omnis influxus liberi arbitrij meritò appellatur moralis. Sed in hoc sensu nulli dubium est actum charitatis, & alios actus supernaturales remote disponentes ad sanctificationem, & remissionem peccati esse dispositiones morales. Undè existimo talem acceptionem non esse propriam. Sicut enim causa moralis, & causa physica, non dicuntur huiusmodi propter entitatem causæ de se indifferentem, ut sit de linea physica, vel morali; sed propter modum influendi in effectum : ita discurrendum de dispositione physica, & morali, quæ etiam pertinent ad genus causæ. Undè dicendum dispositionem moralem dici talem, quia conducit ad introductionem formæ per modum impetrationis, aut meriti de congruo : vel per modum perfectionis ita complacentis Deo, ut reddat subiectum congruum, adhoc ut Deus intuitu illius gratiam sanctificantem infundat. Quemadmodum inhumanis etiam seclusò merito dantur aliquæ prærogativè, & gratiæ speciales in uno homine, vi quarum redditur obiectum congruum, ut earum intuitu ulteriora dona ab alio accipiat. E contra vero dispositio physica dicitur illa, quæ immediatione sui, & non ratione complacentiæ in agente producente formam, reddit subiectum proportionatum positivè ad illam; vel remote, & sine connexione ab intrinseco cum forma, si sit tantum dispositio remota : vel proximè, & cum connexione orta ex naturalis rerum, si sit dispositio ultima.

Sensus noster circa disp. moral:

35 His notatis duplici motivo principaliter ducuntur aliqui AA. etiam ex Thomistis, ut negent actui charitatis, & contritionis, munus dispositionis physicę ad gratiam. 1. Propter modum influendi, quem habent in illam, scil: per modum meriti de congruo, & impetrationis, quatenus movent divinam voluntatem, ut ad præsentiam illorum ex quadam congruentia simul cum promissione infundat gratiam, & remittat peccatum. 2. Propter defectum connexionis ex natura rei inter actus prædictos, & infusionem gratiæ. Cum enim hæc sit specialissimum beneficium Dei promissum sub conditione dilectionis, & contritionis de peccatis; connexio, quæ de facto datur inter illa provenit, ex decreto, & promissione Dei, secundumquam etiam est decentissimum Deum specialiter diligere eum, à quo specialiter diligitur. Propter hæc P. Ripalda asserit prædictos actus charitatis &c. esse dispositiones, & ex natura sua sufficientes, non tamen habentes connexionem efficacem ex natura rei cum gratia. In quibus verbis dat intelligere, quod sunt sufficientes sufficientia morali, & congruentiæ, ut Deus novum favorem addendo infusionē gratiæ communicet. Hanc eandem causalitatem moralem per prius tradiderunt M. Medina hic art. 2. Lorca, & alij Thomistæ.

Motiva pro parte negat: 1.

Secundò.

Sed nostra conclusi est communis, quam tuentur Capreolus Emin. Cayet. Alvarez de Auxilijs, lib. 7. disp. 59. & alij RR. quos sequuntur, & referunt M. Prado de Pœnit. & PP. Salmantic. in præsenti. Quod autem actus charitatis non sit dispositio moralis per modum meriti de congruo propriè talis; probatur contra Ripalda ex Trid: sess. 6. cap. 8. ubi ait : *Gratis iustificari ideo dicimur, quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, sive fides, sive bona opera, iustificationis gratiam promerentur.* In quo testimonio omnes dispositiones tam remotè, quam proximè conducentes, & præcedentes iustificationem comprehenduntur. Quod autem Concilium excludat omne meritum etiã de congruo congruitate intrinseca fundante aliquod ius ad gratiam iustificantem; efficacissimè suadetur à M. Serna tract. de Merito iustific. apud M. Ferre tom. 3. in 1. 2. de de Merito à num. 1297. sicuti, & Concilium per illa verba * iustificationis gratiam * intelligere solam gratiam habitualem, non vero totam seriē auxiliorum præcedentium iustificationem. Idem suadetur ex D. Thom. hic art. 2. ad 1. per hæc verba : *Duplex est præparatio ad gratiam; una quæ tempore antecedit gratiam,*

36 AA. pro nostra conclusa.

Probat.

De hoc agemus tract. de Merito.

tiam, alia, quæ est simul cum gratiæ infusione: & hæc est meritoria, non gratiæ, quæ iam habetur, sed gloriæ quæ non dum habetur. Cum ergo omne meritum negetur à S. Doct. melius exponitur negando etiam meritum de congruo gratiæ sanctificantis. Nam meritum de congruo verè tale fundat aliquod ius saltim amicitiæ ad præmium; ut docet D. Thom. hic quæst. 114. art. 6. & 3. p. quæst. 2. art. 11. Undè opus non procedens à subiecto, ut amico Dei, etsi possit præparare ad donum superius, non tamen potest præbere verum ius ad illud. Atqui actus charitatis, vel non procedit à gratia, per quam homo constituitur amicus Dei, vel etiam si ab illa procedat, non tamen procedit, prout est sanctitas, & amicitia cum Deo, sed solum prout gerit munus auxiliantis, ut frequenter dicitur: ergò nequit esse verè meritorius de congruo gratiæ iustificantis. Hinc colliges falso P. Ripalda hic num. 483. dicere: *Dispositionem moralem ad iustificationem convenientem actui charitatis consistere, in eo quod præparet ad illam per modum impetrationis, ac meriti de congruo*, ut docet Trident. sess. 14. cap. 4. * Scimus enim Trident. ibi docere dilectionem Dei præparare, & disponere ad iustificationem; secus autem illam de congruo promereri.

Actus charitat: non est meritor: gratiæ.

37

Sed demus actum charitatis esse moralem dispositionem, quia meritorius de congruo gratiæ iustificantis. Ex hoc tamen non probatur non esse etiam dispositionem physicam; & ex natura rei cum illa connexam. Constat hoc in actibus charitatis intensioribus charitate præexistente, qui duplici concursu influunt in illius augmentum, scilicèt, per modum meriti de condigno, & per modum dispositionis physicè ultimo disponentis ad illud. Qua ratione, etsi in actibus remissis inveniatur ratio meriti de condigno, non tamen ratio dispositionis ad receptionem augmenti charitatis: ideòque iuxta Div. Thom. hic quæst. 114. art. 8. ad 3. augmentum debitum actibus remissis charitatis non confertur statim, sed cum homo fuerit ad illud dispositus. Hinc insuper constat, cur diximus in concluſ. *Actum charitatis non esse purè dispositionem moralem*: neque enim negari potest esse tantæ excellentiæ, ut Deus ex complacentia, in eius dignitate aliqualiter moveatur, ut homini diligenti ipsum super omnia infundat gratiam habitualem. Quemadmodum in anteced. concessimus gratiam habitualem opponi moraliter cum peccato; sed non præcisse, verum etiam oppositione physica, & essentiali.

Non repugnat disponere moraliter, & etiam physicè.

38

Quod autem prædictus actus actus charitatis non sit proprie dispositio moralis consistens in impetratione gratiæ sanctificantis, ut vult Ripalda; probatur prius supponendo ly *impetrare* dupliciter posse accipi. Uno modo communiter, prout est idem ac consequi, seu adipisci aliquod donum. Alio modo proprie, quando præcedit petitio, aut oratio pro illius consequutione; & idem de actu spei, & desiderij; cum oratio iuxta D. Thom. sit interpretativa desiderij, & spei. Hinc sequens propositio: *Actus charitatis est dispositio efficax impetratoria gratiæ habitualis* duplicem sensum supra explicatum admittit; sicut, & illa propositio traddita à Trident. sess. 14. cap. 4. scilicèt: *Fuit autem quovis tempore motus contritionis necessarius ad impetrandam veniam peccatorum*, eandem duplicem acceptionem admittit. Ratio est: Nam Concilium solum intendit stabilire necessitatem contritionis contra hæreticos, ut homo consequatur à Deo gratiam, & remissionem peccatorum; adhoc autem non est necesse quod contritio sit propriè causa moralis impetratoria; ut de se patet: & insuper; quia iuxta superius dicta impetratio propriè convenit orationi, desiderio &c. Sed dato actum charitatis esse propriè impetratorium gratiæ habitualis: hoc non tollit, quominus etiam sit dispositio physica ad eandem gratiam. Ratio est. Quia actus charitatis est etiam consensus, per quem homo voluntariè acceptat amicitiam cum Deo,

Non est strictè impetratio.

&

& cui desiderat perfectè amicabiliter uniri. Cumque omne desiderium sit impetratio rei; dum hæc consequitur, merito dicitur de actu charitatis impetrare gratiam habitualem, esto ex natura rei cum illa connectatur.

39 2. Pars concluſ: probat. 1. ex dictis. Nàm semel, atque actui charitatis concedatur munus disposi-

2. Pars concluſ: probat. 1. tionis ultimæ ad gratiam, uti expresse conceditur à D. Thom. non est, cur non concedatur prędic: proprium dispositionis ultimæ ad aliquam formam; sed connexio ex natura rei cum forma est proprium

Ob hoc dicitur dispositio ne cesit. prędicat: dispositionis ultimæ: ergò actus charitatis ex natura rei &c. Nec valet exponere D. Thom. de

Si dicas. dispositione ultima morali. Non,

Reijcit. 1. inquam, valet 1. Nàm eo attribuit actui charitatis munus dispositionis ultimæ ad gratiam habitualem, quia hæc est forma perfecta, proindeque petit recipi in subiecto positivè proportionato, & ultimo dispositio ad illius receptionem. Sed hæc ratio, sive titulus proveniens ex perfectione formæ, probat munus dispositionis physicè talis, cum desumatur ex naturis rerum, & earum

Secundo. physica perfectione: ergò. 2. Nàm prædictus actus charitatis, cum sit ordinis Divini, in quo est gratia, & reddat positivè animam conversam ad Deum, solum potest exui connexione ex natura rei cum gratia iustificante propter excellentiam huius, & illius gratiosam communicationem. Sed hæc omnia non probant efficaciter actum charitatis esse ex natura rei inconnexum cum gratia: ergò. Mai. continet fundam: Advers. & min. probat. Gratuita infusio gratiæ solum excludit eam dari propter merita; similiterque excellentia gratiæ solum pugnat cum eo, quod alia dona inferioris ordinis ad ipsam connectantur physicè, & ex natura rei cum illa. Sed actum charitatis physicè connecti cum gratia non ponit in illo rationem meriti de condigno respectu gratiæ; nec similiter pugnat cum eius excellentia: siquidem tale munus dispositionis includit necessario dependentiam à gratia habituali, & subordinationem in genere causæ finalis, & etiam formalis: ergò.

§. VI.

Solvuntur argumenta.

OBijc. 1. Si actus charit: necessario ex natura rei connectitur cũ gratia; homini diligenti Deum esset physicè debita infusio illius; sed hoc repugnat: ergò. Maior videtur certa: nàm connexio physica cum aliquo termino est physica exigentia illius, & unicuique debetur physicè id, quod physicè exigitur ab illo. Min. verò probat. 1. Repugnat gratiam habitualem esse debitam homini debito morali strictè sumpto: ergò etiam repugnat esse debitam debito physico; cum hoc non sit minoris connexionis, quam morale. 2. Repugnat gratiam esse debitam homini debito fundato in operibus iuxta illud ad Rom. 11. *Si gratia, non ex operibus, alioquin gratia non esset gratia.* Sed si gratia esset physicè debita actui charitatis, timoris filialis &c. esset debita debito proveniente ex operibus; cum prædicti actus sint opera etiam, quatenus gerunt munus dispositionis: ergò. Confirm. Dari gratiam gratis est iuxta D. August. illam dari pro nihilo. Sed si actus charitatis ex natura rei connecteretur cum gratia, dum hæc conferretur intuitu talis actus, non daretur pro nihilo, ut de se patet; ergò omnis connexio auferenda est ab actum charitatis cum gratia, ut hæc gratis infundatur à Deo. Urget. 1. Gratia habitualis est promissa à Deo homini diligenti ipsum super omnia iuxta illud *convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* Sed si daretur connexio ex natura rei inter actum charitatis, & gratiam, talis promissio locum non haberet; siquidem Deus nequit serio promittere homini v. g. habenti animam infundere ei intellectum, aut communicare proprietates necessario consequutas ad animæ infusionem: ergò. Urg. 2. Homini

40 Arguit. 1.

Min. probat. 1.

Secundo.

Confirm.

De Prædestin. SS. cap. 6.

Urget. 1.

Zach. 1.

Secundo.

mini diligenti Deum est novum, & specialissimum beneficium, quod ei infundatur gratia; per quam adoptatur in filium Dei: ergò talis infusio etiam supposito actu charitatis requirit specialem liberalitatem, & benevolentiam ex parte Dei. Sed si datur connexio physica ex parte actus charitatis cum gratia, non remanet locus speciali liberalitati, & benevolentiæ, sed potius necessitas physica ad gratiæ infusionem; ergò.

41 Hæc motiva, quibus Adversar. innituntur pro commendatione gratiæ, etsi videantur difficilia, satis solidè solvuntur. Ad 1. probat. Resp. Respond. concedendo mai. de debito physico per modum puræ dispositionis; secus autem per modum radicis, aut alterius generis causę requirentis superioritatem, aut saltim æqualem perfectionem cum perfectione rei debitæ. Causa enim dispositiva iuxta D. Thom. quæst. 28. de Verit. art. 7. *Est causa secundumquid, & potius effectus formæ, ad quam disponit in genere causæ efficientis, formalis, & finalis.* Undè tale debitum, utpotè secundumquid, nihil oppositionis dicit cum gratia. Huic enim propriè opponitur debitum iustitiæ, sive debitum tanquam merces, & corona. Adde debitum supra descriptum ultra rationem debiti *secundumquid* provenire ex auxilio gratiæ, vel realiter distincto à gratia habituali, ut volunt aliqui; vel indistincto à gratia habituali, à qua ipse actus charitatis procedit sub munere auxiliantis. Hinc constat tale debitum non derogare dignitati gratiæ habitualis duplici titulo: scilicèt, quia debitum *secundumquid*, & quia debitum proveniens ex gratia Dei. Ad 1. min probat. 1. minoris probat. Respond. debitum physicum puræ dispositionis esse inferius debito morali, & per modum meriti; cum hoc fundet ius spectans ad virtutem iustitiæ, non autem 1.

42 Ad 2. min. probat. Ad 2. min. probat. Respond. sensum Apostoli esse de operibus, prout habent rationem meriti iuxta illud eiusdem: *Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam; sed secundum debitum.* Actus autem charitatis, etsi sit opus connexum ex natura rei cum gratia, non exercet respectu illius munus meriti, sed tantum munus dispositionis, in quo consulitur dignitati gratiæ; quæ cum sit forma perfecta nequit connaturaliter recipi nisi in subiecto proximè disposito ad illam. Hæc diversitas inter meritum, & dispositionem clarè colligitur ex Trident. sess. 6. cap. 8. ubi docet: *Eatenus hominem iustificari gratis, quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt iustificationis gratiam promeretur.* Et tamen ipsum Concilium Can. 3. expresse docet hominem per actum charitatis, & contritionis se disponere ad gratiam iustificantem. Ad confirm. Respond. ex illa etiam probari actum charitatis non habere munus dispositionis moralis ad gratiam habitualem, siquidem dum intuitu illius infunditur, non pro nihilo, sed pro aliquo infunditur. Sensus ergò M. Par. est excludere ante gratiam habitualem aliquod debitum ortum ducens ex viribus naturæ, ut ponebant Pelagius; vel etiam debitum de ordine gratiæ, quod habeat veram rationem meriti, etiam de congruo, congruitate tamen intrinseca fundante aliquod ius ex parte hominis ad gratiæ infusionem. Ad Rom. 4. Ad confirm.

43 Ad 1. urgent. Ad 1. urgent. Respond. Quod cum talis connexio solum sit ex natura rei, & attento modo connaturali recipiendi gratiam in habente usum rationis; & Deus ut supremus Dominus nulla lege, aut debito ex parte creaturæ sit ligatus; sufficit huiusmodi separabilitas, ut possit promittere gratiam habitualem diligenti illum super omnia. Ratio est; Nàm consideratio potentiæ Dei absolutè dicit virtutem completam ad omne possibile ex terminis; & in illa sub tali consideratione splendet eius supremum Dominium. Quando autem consideratur, ut se accomodans exigentijs creaturarũ accipitur cum connotatione extrinsecè se habente ad suam essentiam. Undè esto detur connexio physica ex parte actus

tus charitatis cum gratia, si hoc non obstante Deus habet plenam potestatē, ut illo dato pro suo libito possit gratiam non infundere; minime obstat divinæ promissioni connexio recensita.

44 Ad 2. Ad 2. urg. Respond. Quod cum actus charitatis solum sit dispositio ad gratiam, solumque inferatur debitum *secundumquid*, non tollit rationem novi beneficij in gratiæ infusione. Quin potius gratia habitualis, quæ est natura supernaturalis reddens hominem filium Dei, est propriè beneficium, & gratia Dei. Patet hoc in naturalibus, in quibus, etsi præcedant ad infusionem animę rationalis v. g. dispositiones remotæ, & proximæ, unio tamen animæ rationalis dicitur beneficium speciale concessum à Deo huic homini in particulari. Probatio esset efficax, si actus charitatis connecteretur per modum radicis eminenter aut virtualiter continentis infusionem gratiæ. Cum autem sit pura dispositio, & cujus existentia imperatur ex amore infusionis gratiæ, non tollit, quominus hæc sit speciale beneficium, imò beneficium, cui ipse actus charitatis debet propriam existentiam tanquam causæ finali. Si autem actus charitatis disponens ad gratiam procedat simul effectivè ab illa; videtur instantiam habere maiorem vim. Sed de hoc dub. 21. seq.

45 Arguit. 2. Objic. 2. Si actus charitatis esset dispositio ultima ad gratiam habitualem, & ex natura rei connexa cum illa, homo qui est causa efficiens principalis actus charitatis esset similiter causa gratiæ; consequens est falsum: ergò. Mai. probat. 1. ex D. Thom. in 4. dist. 24. quæst. 2. art. 2. ad 1. dicente: *In naturalibus ab eodem agente fit materia in ultima dispositione ad formam, & recipit formam.* Et art. 3. ibidem: *Eiusdem est formam aliquam inducere, & materiam de proximo præparare ad formam.* Et 5. metaph. lect. 2. littera E: *Licet causa, ut cumque præparans materiam ad formam, non sit propriè efficiens; sicuti artifex, qui dolat ligna, & lapides; si tamen inducat 1. dispositionem, ad quam ex necessitate consequitur forma, erit magis propriè efficiens. Sicuti homo generat hominem, in quantum per virtutem seminis disponitur materia ad susceptionem animæ rationalis.* de quo expresse 1. p. q. 118. art. 2. ad 4. Ex qua doctrina reputatur commune proloquium *causam efficientem ultimam disposit: esse causam efficientem formæ, aut saltim compositi constituti per illam.* Ex quibus præoccupata manet tacita evasio. Nàm licèt homo non esset causa principalis gratiæ, esset tamen causa principalis huius quod est *hominem esse iustum, & sanctum.*

46 1. Resp. De hoc argum. latè, & eruditè agit M. Prado ubi supra §. 4. in quo varias solutiones refert, & refutat. Difficultas argum. innititur in his duobus, scilicèt: *Actum charitatis esse dispositionem ultimam ad infusionem gratiæ, & illum esse ex natura rei connexum cum illa*: quolibet enim horum deficiente argumentum esset inefficax. Iuxta opinionem satis frequentem apud Thom. tuentes actum charitatis disponentem ultimo ad gratiam procedere ab illa in genere causæ efficientis, facilè Respond. dicendo: tunc verificari agens producens ultimam dispositionem ad formam effectivè illam producere; quando talis dispositio non dependet necessario à forma, ut à principio radicali suæ productionis. Cum nihil se ipsum producere valeat, aut, quod iam supponitur productum effectivè iterum reproduci. Cumque actus charitatis ita disponat ad gratiam, ut simul ab ea, ut à principio radicali proveniat, esto homo constitutus per gratiam efficiat actum charitatis, non sequitur illius efficientiam se extendere ad ipsam gratiam.

47 Instabis. Sed instabis prænotando hoc proloquium: *Agens producens ultimam dispositionem ad formam, producit etiam ipsam formam*; non tenere verum unicè pro dispositione ultima, quam vocat committantem; sed præcipuè pro dispositione ultima inter prævias, qualiter se habet calor, ut septem v. g. ad formam ignis. Ratio est: Nàm iuxta plu-

plures dispositio ultima simpliciter, sive comittans dimanet, ut à radice ab ipsa forma; ideoque est terminus secundarius actionis productivæ formę; iuxta illud *qui dat formam &c.* Unde illud dictum producens ultimam dispositionem &c. non verificatur de dispositione comittante; quia videlicèt, agens producens formam ex consequenti producit dictam dispositionem. Nunc sic. Quamvis actus charitatis, qui est dispositio ultima comittans gratiam habitualem proveniat effectivè ab illa; secus tamen alij actus supernaturales tantum prævie disponentes. Sed aliunde prædicti actus procedunt effectivè principaliter à voluntate medio aliquo auxilio distincto à gratia habituali: ergò solutio data est insufficiens.

48 Respond. Ad hanc instantiam Resp. cum M. Prado notando, quod licèt dispositio ultima prævia possit in naturalibus appellari ultima cum restrictione posita: solum dispositio committans forma dicitur absolutè ultima. Hoc notato dicimus quod in naturalibus ideo producens ult: dispositio prævia producit etiam formam; quia talis dispositio est etiam necessitas ad productionem formæ; qua ratione ad alterationem consummate talem sequitur in naturalibus necessario actio generativa formæ substantialis. Hoc autem minimè contingit in actibus supernaturalibus purè prævie disponentibus ad gratiam; cum nulli ex illis sit necessario annexa infusio gratiæ habitualis. Huiusmodi enim actus sunt attritio, actus spei, timor &c. quiquidem suapte natura existunt sine gratia habituali.

49 Alia solut arg: principali. Sed quia est opinio satis probabilis apud Thom. actum charitatis ultimo disponentem ad gratiam habitualem non procedere effectivè ab illa, sed aliquo auxilio transeunte; opportet iuxta hanc opinionem solvere argumentum propositum, supponendo etiam talem actum charitatis habere necessario ex natura rei sibi annexam infusionem gratię. Sed prius, etsi breviter, opportet innuare rationes, quibus probat D. Thom. hac 1.2. q.112. art.1. nullam creaturam posse esse causam 2. principalem gratiæ iustificantis. 1. à paritate. Nàm sicut ignitum per participationem à solo igne potest produci; ita fieri Deum per participationem, quod convenit homini ratione gratiæ habitualis, solum à Deo per essentiam, ut causa principali, potest provenire. 2. Omnis causa principalis intendit assimilare sibi effectum, & non alteri principaliter; atqui homo per gratiam habit: 1. & per le assimilatur Deo per consortium suæ naturæ: ergò à nulla creatura, ut à causa principali &c. 3. Nulla res potest principaliter operari effectum excedentem suam speciem, & maximè excessu ordinis. Sed gratia habitualis est perfectio excedens simpliciter, & in ordine omnem speciem naturæ creatæ, & creabilis; cum per illam homo deificetur: ergò. 4. Omne agens solum agit principaliter insubiectum ea ratione, qua ipsi subijcitur ratione potentialitatis ad formam. Sed creatura rationalis solum habet potentiam obedientialem ad gratiam: ergò solum potest illam accipere, ut à causa principali ab illo agente, cui subijcitur secundum potentiam obedientialem. Sed hoc solum est Deus titulo suprem Authoris supernaturalis: ergò.

Nulla creatura potest causare princ: gratiam.

Probat. 1.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

50 Adverten dum pro solut. His insinuatis sciendum, quod esto in naturalibus sit verum agens principaliter efficiens ult: dispositi: ad formam &c. non tamen in tali asserto denotatur ratio specifica, & per se efficientiæ respectu formæ, aut compositi constituti per formam. Ratio est evidens. 1. ex terminis. Aliud namque est unam causalitatem esse connexam cum altera; aliud vero quod modus unius causalitatis sit ratio, & origo alterius. 2. Agens principale alicuius compositi, ideo dicit: tale, vel quia producit formā quantū ad suum esse; vel saltim quantum ad in esse, sive quantum ad unionem cum subiecto, vel materia: uti contingit in homine generante alium, & in artifice de albante parietem. Assumptum probat: ex communi doctrina apud Thom. tract. de Generantibus solum formam substantialem saltim, ut unitam, & communicatam

tam materiæ esse terminum formalem generationis; cumque efficientia principalis producti compositi ut termini *qui*, nequeat salvari nisi eidem efficientiæ correspondeat terminus formalis, sive *quo*, planè infertur ad efficientiam principalem compositi requiri produci principaliter formâ, vel absolutè quantum ad suum esse, vel saltim quantum ad unionem cum materia.

51 Illatio ex dictis.

Ex hac doct. colligitur, quod si in agente causante principaliter dispositum ad formam non sit actualitas sufficiens, vel ad formę producti. vel saltim ad producti. eiusdem, quātum ad unionem, non erit actualitas ad efficiendum principal. compositum, aut concretum per illam constitutum. Ut autem huiusmodi actualitas sit, necesse est agens habere eandem formam secundum speciem, vel eminēter continentem illam, qua compositum constituitur; ut eruditè prob. Ill. God. tom. 2. in 3. p. d. 31. n. 87. exemp. animæ rationalis: quæ licet non producatur ab homine; eius anima animā geniti adæquat: id eòq valet ab illo, vel à Deo illam eminent. contin. causari. Idē const. in hoc concreto *Christus*, cuius forma sunt Deitas, & human. unitæ inter se: & quia illa superat in infinitum omnem creaturam; nequit tale concretum, nec divinitus quoad unionem, etiā ab aliqua creatura, causari in genere causę principalis. Hinc const. D. Th. asser. sup. n. 37. *Unum hominem generare sibi similem, in quantum per virtutem seminis disponitur materia ad susceptionem animæ rationalis*; exponendū esse de causa inadæquata, aut dispositiva, non de causa adęquata, & perficiente; hæc enim salvatur; dum etiam tangit unionem animæ cum materia. Ita q. 3. de Pot. a. 9. ad 6. alioquin actio alterativa non esset in homine actio realiter distincta ab actione generativa, de quo Philos. ubi sup. Videatur M. à S. Thom. q. 1. de Gener. a. 3.

52 Directè Resp.

Ex his Resp. ad arg. neg. assum p. Ad rationem enim causæ principal. causantis formam, aut compositum constitutum per illam; necesse est agens dispositionem esse constitutum in actu per formam æqualem, aut eminenter continentem formam compositi; cumque auxilium fluidum pro elicientia actus charitatis non sit huiusmodi relatè ad gratiam, non sequitur efficientia principalis respectu illius, nec respectu huius, quod est *sanctum, & iustum esse, aut fieri.* Ad prob. in cont. Resp. D. Th. loqui in rebus naturalibus, & hoc non in sensu formali, ita ut causalitas dispositionis sit effectiva per se formę substantialis, aut compositi, ut immediatè animadvertimus; sed in sensu connexivo; eo quod agens naturale producens ultim. dispositum. (ad quam, etsi præviam, ex necessitate conseq. forma) gaudet eadem actualitat. aut etiā eminentiori relatè ad illam. Unde nō mirum ad actionem alterativam, qua effectivè disponitur passum, effectivè consequi actionem generativam, qua produc. formam, tam quoad esse, quā quoad unionem. Ex his in forma dist. potest illa propos. univers. *Agens effectivè producens &c.* si fit constitutū in actu, per formam æqualem, aut eminenter continentem formam producendam, conc. Si hoc modo non sit constitutum, neg. Qui alias solut. desiderat, videat M. Prado.

Ad prob. contra hoc.

Solut. in forma.

53 Replic.

Sed dices: si doct. tradita est vera, falsò dicitur hominem seipsum sanctificare, aut esse causā, ut sit mundus à peccato: siquidem tota causalitas iuxta sup. dict. cōsistit in eo, quod sit adiutus gratia Dei, vi cuius causet dispositum. ad illam, quin talis causalitas ad entitatem gratiæ, aut illius unionē cum anima se extendat. Hoc autem videtur opponi cū illo Ioan. 3. in Ep. 1. *Omnis qui habet hanc spem, sanctificat se* Et 2. ad Cor. 3. *Emundemus nos ab omni inquinamento carnis.* Et cum alijs dictis SS. PP. ut videre est in P. Aug. tract. 72. in Ioan. & D. Chrisost. hom. 42. in Pop. & Damasc. lib. 4. Fidei Orthod. cap. 20. & alijs. In huius instantiæ solutione est aliquale dissidium inter Theologos,* An, videlicet, sit concedendum hominem esse causam suæ sanctificationis, aut esse sibi causam, ut spiritualiter vivat. *Sed facilè hoc dissidium removetur, si cū duplici limit. concedatur, 1. de homine adiuto auxilio gratię; 2. de causa dispositiva, seu præparati-

Resp.

va; ut per hoc verificetur hominem non se habere purè passivè, & veluti inanimè quodam relatè ad iustific. In quo etiam apparet ratio; cur homo genitus non sit ullo modo causa suæ vitę naturalis, sit tamen causa suę regenerationis spiritualis? quia videl. ad 1. nullatenus se disponit; benè tamen ad 2. Unde D.Th. q.28. de ver. a.8. ad 8. ait: *Dicendum, quod in iustificatione impij homo non est adiutor Dei, quasi cū eo simul efficiens gratiam, sed solum sicut se præparans ad gratiam.* Quod si S.D. 3. Metaph. lect. 2. litt. *E* causam dispositivam appellat etiam *efficientem*, intelligitur de efficientia *secundum quid*, cum iuxta ipsum ibid. *solum causa perficiens est propriè efficiens.*

54 Obijc. 3. ex D.Th. hic q.112. a.3. ubi inquirit: *An necessario detur gratia se præparanti ad gratiam? Resp. Quod*

Arg. 3. *præparatio ad gratiam, quæ est à libero arbitrio moto a Deo, dupliciter considerari potest: uno modo, prout est à Deo movente, & secundum hoc habet necessitatem ad id ad quod ordinatur à Deo: non coactionis, sed infallibilitatis. Unde si ex intentione Dei moventis est, quod homo, cuius cor movet, gratiā consequatur, infallib. illam consequitur: Ioann. 6. Omnis qui audit, & didicit à Patre venit ad me.* Ubi ponit solum necessariā connexionem ex ordinatione, aut ex intētione divina proveniētem; secus autem ex natura rei, & secundum sibi intrinseca convenientem actibus, quibus homo se præparat ad gratiā. Similia habet in 4. d.17. q.1. a.2. quęs. 3. ubi solum ponit necessit. ex suppositione divini ordinis. Confirm. Nul-

Confirm. lum donum antecedens gratiam habitualem potest necessitare Deum, ut hominem amicabiliter diligat; si enim in humanis hoc verum tenet, quanto magis in divinis. Idem dicēdum de iure ad hæreditatem propriam, aut adoptionem; quantumcumque enim unus operetur in obsequium alterius, nequit illum necessitare, nisi ad summum ex quadam congruentia morali; ad hoc ut cum eo veram ineat amicitiam; illumque hæredē, aut filium adoptivum constituat. Sed ratione gratiæ homo terminat dilectionem amicabilem Dei, fitque filius adoptivus illius, & hæres vitæ æternæ, quæ est propria hęreditas illius: ergò actus charitatis nequit nisi ad summum moraliter, & ex quadam congruentia connecti cum infusione gratiæ habitualis.

Resp. Doctrinam S.D. non opponi nostræ concl. Ratio est 1. Nam nō est idem ex natura rei unum connecti cum alio, ac necessario infallibiliter connecti cum illo: quod enim sic connectitur, neutiquam potest Deo taliter disponente existere sine illo: * ergò ex quo D.Th. neget connexionem infallibilitatis inter dispositionem ultimam ad gratiam, & ipsam gratiam, non sequitur negare connexionem inter illa physicè, & ex natura rei. Hoc confir. potest 1. ex eo, quod D.Th. illam necessitatem negat inter dispositionem, & gratiam, quam concedit provenire ex Dei prædestinatione, & intentione. Sed huiusmodi necessitas connexionis est omninò infallibilis, & à Deo nullatenus superabilis: ergò hanc negat D.Th. non vero si solum adstruatur cum hac restrictione *ex natura rei*, & de *potentia ordinaria insuperabili*. 2. D.Th. in sol. ad 3. eodem modo comparat quoad connexionem, dispositionem naturalem in ordine ad propriam formam, ac dispositionem de ordine gratiæ relatè ad gratiam habitualem: Sic enim habet: *Dicendum, quod etiam in rebus naturalibus dispositio materiæ non ex necessitate consequitur formam, nisi per virtutem agentis, quod dispositionem causat.* Cum ergò dispositioni ultimæ de ordine naturę sit ex natura rei anexa introductio formę, licet non necessitate infallibilitatis, pariter dicendum de ultima dispositione de ordine gratiæ.

55 Solutio. * Hoc est in sensu composito. Confir. 1. Secundo.

56 Notand. quod, esto actus charitatis connectatur ex natura rei cū gratia, non tamen necessitat Deum, sed ipse pro sua volun. determ. ut gratiam cōmunicet. Talis enim est exigētia passiva ex parte dilectionis cum gratia, ut simul sit subiecta supremo dominio Dei, cui directè opponitur posse necessitari ab aliquo quamvis sit donum ipsius. Unde consequenter dicendum dispositionem ultimam naturalem, etsi ex natura rei connexam cum forma, non necessi-

Nota.

tare

tare Deum etiam, prout est A. naturę, ad introductionē formæ. Nec in sent. aliquid huic doctr. contrarium affirmat: ait enim 1.* Deum non esse pro tunc necessitatum absolutè ad infusionem gratię: cum nec sit necessitas ex terminis, nec coactionis. Ait 2. illam esse in Deo solam necessitatē ex suppositione ordinis divini: & hanc eandem habere, dum producit formā in materia præparata. Sed cum diversitate: quia si forma producitur medio agente creato, talis necessitas est absoluta per ordinē ad illud; quia ordinem divinum nequit præterm ittere. Cum autem gratia à solo Deo infundatur; solum remanet necessitas ex suppositione ordinis divini.* Hæc autem non tollit connexionem ex natura rei inter dispositionem, & gratiam; sed solum ponit illam esse intra ordinem divinæ providentiæ, & non esse absolutam relatè ad Deum.

Exponitur S. D. in loco Sentent.

57 Ad confir. Resp. (habendo præ oculis doct. immediatè traditam de carentia necess. in Deo à dispos. provenientis) discrimen stare 1. in eo, quod actibus elicitis in obsequiū alterius non convenit munus dispositionis perfectæ ad rationē amicitiæ, filiationis adoptivæ &c. At vero prædict. munus convenit iuxta SS. PP. actui charitatis; cum ratione illius homo transformetur in Deum, eique appreciativè super omnia sit intimè unitus; & hoc ad minus convincunt (esto nō probent rationem sanctitatis) innumeræ prærogativæ, quas SS. PP. charitati attribuunt. 2. Nam prædict. actus charitatis cum sit donum Dei proveniens ex amore benevolētiæ specialis circa hominem; eadem intentione, qua Deus prævenit hominem convertendo illum in se tanquā in ultimum finem, vult efficaciter diligere hominem, ut amicum, & in filium adoptare. Unde sicut actus charitatis; per quem homo diligit Deum, metaphysicè connectitur cum hoc, quod sit dilectus ab ipso, eo quod ipse actus charitatis est donum Dei; sic similiter potest connecti ex natura rei per modum dispositionis, cum eo quod amicabiliter diligatur à Deo per infusionem gratiæ habitualis.

Ad confirm.

58 Arg. 4. Objic. 4. iuxta opinionem de efficientia actus charitatis per auxilium fluidum, actio, qua Deus illum communicat; & actio infusiva gratię sunt virtualiter adæquatè distinctæ; sicuti & decreta divinę voluntatis à quibus imperantur: ergò nulla datur connexio ex natura rei inter gratiam, & illum. Conf. Sic se habet actus charitatis, ut homo à Deo lumen gratiæ recipiat; sicut conversio corporis ad Solem, ut ab illo illuminetur: hoc enim exemplo sæpè utitur S. D. At qui, si Sol liberè suos radios diffunderet, nemo concederet aspectum directum ad illum, habere necessariam connexionem cum illuminatione; siquidem titulo libert. posset suos radios subtrahere, ut patet in hom. habente lucernā, & illius radios sępè retrahente: ergò idem dicendum de illuminat. gratiæ ad præsentiam conver. animæ in Deum per actū charit.

Confirm.

59 Resp. Resp. Diversitatem virtualem actionis in Deo non tollere necess. connexionem inter terminos utrique virtualiter correspondentes. Hæc videre licet inter actionem, per quam Deus infunderet homini actum dei, per quē crederet esse sanctificandū pro tempore seq. Et ut proprius loquamur, idem constat in actione productiva ultimæ dispositionis ad introductionem animæ rationalis, vel alterius formę substantialis; cum quibus dispositio ultima ex natura rei connectitur, etsi actio alterativa sit distincta ab actione generativa, ut communit. tenetur in Phys. Ad conf. de Sole dicatur discrimen apertè stare in eo, quod conversio corporis ad Solem prærequiritur ad receptionem luminis; non tamen est propria, nec ultima dispositio etiam prævia ad illum; hæc enim est perspicuitas, aut diaphaneitas. 2. Nam talis conversio non est operatio propria, & connaturalis, & eiusdem ordinis cum lumine; dilectio autem Dei super omnia est operatio connaturalis gratiæ habitualis, & eiusdem ordinis cū ipsa. 3. Quia conversio ad Solem, cum sit pura approximatio localis, non est aliqua unio intrinseca corporis cum Sole, nec ratione illius participat aliquam operationem propriam Solis, ut sit subiectum proportionatum

Ad confirm.

ad receptionem luminis. At vero anima per actum charitatis intrinsec. unitur cum Deo, & in ipsum transformatur participando attributum suæ naturæ, proindèque ex vitalis virtutis, & participationis redditur positivè proportionata, ut fiat consors naturæ Dei per receptionem luminis gratiæ; ut hoc modo ad participationem alicuius attributi, sive proprietatis naturę divinæ, consequatur necessario eiusdem naturæ participatio. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. Mag. ubi præced.* De disp. ad remis. agitur seorsim dub 1. eq. claritatis gratia.

DVBIVM XX.

AN, ET QVALITER CONTRITIO disponat ad remissionem peccati?

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA:

N. 1 Suppos. certa cõtra hæreticos.

DE necessitate contritionis (quæ est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum) ad iustification. impij extra Sacramentum, agit expressè S.D. hic a. 5. & 3. p. q. 86. a. 2 & 28. de Ver. à. 5. Cum enim sit definitũ, præcipuè cõtra Lutheranos, necessariam esse pœnitentiam ad peccatorum remissionem, nec sufficere inchoationem novæ vitæ, & propositum rectè vivendi; compertumque etiam sit attritionem, etsi supern. non sufficere extra Sacram. ad remis. peccatorum: planè convincitur necessariam esse contritionem. Ratio est. Id quod requiritur ad remis. offensæ irrogatæ Deo, requiritur ad remis. peccati necessario includentis rationem offensæ. Sed ad præd. remis. requiritur actus contritionis: ergò. Pr. min. Ratio offensę in peccato fundatur ex aversione voluntaria peccantis à bono incommutabili, & conversione ad bonum commutabile inordinatè dilectum: ergò ad remis. offensæ requiritur hominem detestari præd. aversionem, & conversionem, sive operari ad destructionẽ utriusque. Sed hoc fit propriè per actum contritionis, qui quatenus est dolor efficax de peccatis, detestatur conversionem ad creaturas; & quatenus est dolor propter Deum summè dilectum, detestatur aversionem ab illo: ergò. Confir. & præclud. tacita evasio. Peccatũ læthale opponitur amicitiæ Dei, estque offensa illius, quatenus præfert creaturam Creatori, diligendo eam tanquam finem ultimum: ergò retractatio efficax requisita ad destruct. illius debet esse circa peccatum, prout opponitur amicitię Dei, & eriã prout est offensa illius. Sed hoc est propriũ contritionis; cum attritio sit solũ dolor de peccatis ob illorum deformitatem, aut propter amissionem gratiæ, & gloriæ: ergò ad remis. peccati læthalis per se requiritur contritio. Probatur Confirm.

Sed dices 1. Actus charitatis est etiam detestatio efficax peccati, quod est malum Deo; eiusdem enim virtutis est velle bonum alicui, ac detestari malũ ipsius: ergò sufficit sine actu contritionis ad remis. peccati. 2. Conversio efficax ad Deum finem ultimũ directè opponitur aversioni ab illo; sed 1. convenit actui charitatis, 2. vero peccato læthali: ergò ad huius destructionem sufficienter disponitur homo per actum charitatis. 3. Remis. peccati est effectus formal. secundarius gratiæ habit: ergò eadem dispositio requisita ad effectum formalem primarium illius est sufficiens ad effec- 2 Arg. 1. Secundo. Tertio.

fectum formalem remissionis peccati secundarium; sed ad illũ sufficit actus charitatis, ut est certum: ergò.

3 Ad 1. Resp. Per charitatem etiam detestari peccatum, sed quatenus oppo nitur divinæ bonitati; per contritionem vero, quatenus est offensa Dei, & sub ratione legislatoris, Supremi Domini, & etiã quatenus est dignus dilectione amicabili, & appreciativa super omnia. Ut autẽ homini remittatur peccatum non sufficit 1. detestatio, sed requiritur 2. eo quod ad remiss. offensę requiritur satisfacere pro illa, quod proprium est actus contritionis. Ad urg. constat ex immediatè dictis: Nam detestari peccatum expiando illud, & recompensando iniuriam Deo illatam, est proprium privativè virtutis pœnitentiæ, quæ propter dicta est virtus iustitiæ. Ad 3. Resp. Effectum formalem secundarium ex se consequutum ad effectum formalem primarium eiusdem formę non requirere ulteriorem dispositionem; secus vero, si solum ex aliqua suppositione consequatur ad illum; eiusmodi est remissio peccati relatè ad gratiam habitualem, quę solũ operatur formaliter remissionem peccati ex suppositione præcedentiæ ante iustificationem. *Plura enim*, ait S. D. q. 28. de Ver. a. 8. ad 5. *requiruntur dispositivè ad remotionem formæ contrariæ, & introductionem formæ simul, quam ad solam introductionem.* Sed quia misericordia Dei nullis terminis coarctatur, & merita Christi Domini sunt digna quocumque favore, concedendo hominibus; stat quamoptimè; cum sola attritione intra Sacramentum pœnitentiæ, & Baptismi remitti peccata læthalia, & hoc, etiam si à gratia habituali per Sacramentum communicata non procedat aliquis actus contritionis; uti contingere potest, si pœnitens tempore absolutionis involuntariè distrahatur ad alia aut si amittat usum rationis ante absolutionem. Potest etiam contingere, quod homo existens in peccato læthali consequatur illius remissionem absque contritione, in casu, scil. quod homo immemor talis peccati innitens contemplationi summæ bonitatis Dei, prorumpat in actum charitatis; qui casus communiter admittitur ab AA. licet ad salvandam universaliter necessitatem contritionis pro remissione peccati extra Sacramentum communiter asserant, actum charitatis tunc casus esse contritionem implicitam de peccatis, & in præparatione animi, si illa adverteret.

Ad 1. Resp.

De quo S. D. 3. p. q. 85. a 1. & 2.

Ad 2.

Ad 3.

Casus remiss. peccati hinc contrit.

4 Quemadmodum in antecedentibus probavimus actum charitatis de facto nunquam coniungi cum peccato læthali, & oppositum esse damnatum contra Michaelem Bajum: idem dicimus de contritione perfecta. 1. Quia hoc semper procedit ex imperio charitatis, ut constat ex eius definitione. 2. Quia etiam damnatum est contra eundem contritionem elicitam ante susceptionem Sacramenti à peccatore non habere adiunctam remissionem peccati læthalis. Patet hoc ex propositione 71. quæ est huiusmodi: *Per contritionem etiam cum charitate perfecta, & cum voto suscipiendi Sacramentum coniunctam, non remittitur crimen extra casum necessitatis, & martyrij sine actuali susceptione Sacramenti.* Nec obstat quod Trid. sess. 14. cap. 4. ait: *Contritionem, etsi aliquando charitate perfectã esse contingat, hominem Deo reconciliare, antequam Sacramentum suscipiat*: ergò non semper, sed aliquando habet adiunctam remissionẽ peccati. Deindè, quia Magdalena postquam dilexit Christum Dom. eiusque pedes lavit, & unxit; audivit de illo: *Remittuntur tibi peccata*: ergò contritioni etsi perfectæ non semper est adiuncta remissio peccati.

Alia suppositio certa.

Prob. 1.

Secundo.

Dices.

Lucæ cap. 7.

5 Non, inquam, obstat: Nam cum contritio iuxta Trid. sumatur indifferenter pro contritione perfecta, aut imperfecta; quæ dicitur attritio ex communi acceptione; ly *aliquando* additum à Conc. appellat supra ly *charitate coniunctam*, per quod expressè denotat se loqui de contritione perfecta; & de hac est universaliter pro semper verum reconciliare hominem Deo ante susceptionem Sacramenti. Ut autem testimon. esset contra suppositionem, necesse erat, ut ly *aliquando* unicè appellaret supra *reconciliare*. Ad aliud Resp. Quod illa ver-

Resp. ad 1.

Ad 2.

verba sunt dicta Magdalenę, ut constat ex illa voce *tibi*. Unde, etsi peccata illius antea essent remissa, ut constat ex illis, quæ dixerat Pharisęo: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam &c*: Quia tamen talis remissio non constabat certò Magdalenæ; ideò ei dixit, *remittuntur tibi*, non quia pro illo tunc remitterentur, sed quia tunc ex ipso Christo sciret sibi esse remissa. Videatur M. Prado dub. 3. de materia contritionis.

§. II.

Prima conclusio, & instantijs contra illam occurritur.

6 *Contritio est dispositio ultima, & ex natura rei connexa cum remissione peccati, sive cum gratia ut remissiva illius.* Ita D.Th.3. p.q.89.a.1. ad 2. per hæc verba: *Actus primi pœnitentiæ, scil. contritio se habet ut dispositio ultima ad gratiam consequendam.* Et a.2.in Corp. *Motus liberi arbitrij, qui est in iustificatione impij, est ultima dispositio ad gratiam: unde in eodem instanti est infusio gratiæ cum prædicto motu, in quo comprehenditur actus pœnitentiæ.* Ex qua doct. probat, quod iuxta maiorem, aut minorem intensionem contritionis, consequitur maior, aut minor gratia; eo quod intensio formę est iuxta dispositionē subiecti. Idē docet q.28.de Ver.a.8.ad 7 dicens: *Contritionem se habere ad remissionem peccati, sicut se habet calor in summo ad formam aquæ destruendam.* Similia habet ead.q.de Ver. a.8.ad 3. & in 4.d.17.q.2.a.5.quęst.2.ubi contritionem appellat *dispositionem necessitantem ad iustificationem.* Quę quidem dispositio iuxta doct: D.Thom. habet munus dispositionis ultimæ, & simul ex natura rei connexion. cū forma, ad quam disponit, aliter non esset dispositio necessitans: per quæ manet probata utraque pars concl.

Prob. ex D.Thom

7 Sed argues 1. Eatenus contritio esset dispositio ultima ad remissionē peccati, quatenus disponit ad remissionem offensę; sed ad hanc non disponit ultimo: ergò. Prob. min. 1. Dispositio ultima est dispositio perfecta; sed contritio nequit perfecte disponere ad remissionem offensę, cum solum disponat ex congruo, & non per modum meriti stricte: ut per hoc salvetur Deum etiam homini contrito gratis remittere offensam: ergò. 2. Inter contritionem, & remissionem offensæ læthalis, adest infinita distantia; cum offensa excedat infinite omne obsequium creaturæ; sed dispositio relinquens subiectum cum infinita distantia à forma, nequit illud reddere perfectè, & ultimo dispositū ad formam; cum hoc sit idem, ac reddere illud perfectè, & ultimo approximatum formæ: ergò. Arg. 2 Sic se habet contritio ad remissionem offensæ, & reconciliat. hominis cū Deo, sicut se habet in humanis satisfactio pro offensa ad recuperandam pristinam amicitiam cū persona offensa: hoc enim exemp: utuntur Theol. ut prob. necessitatem cōtritionis ad veniam peccati. Sed quodcumque obsequium, & satisfactio oblata personæ offensæ in humanis, non est dispositio ultima, nec ex se connexa cum remissione offensę, si illa sit superioris æstimabilitatis; multoque minus connectitur cum redditu ad pristinam amicitiam: ergò idem dicendum de contritione relatè ad remissionem peccati, & reconcil. cum Deo.

Prima instantia.

Prob. 1. min.

Secunda.

8 1. Arg. est inefficax, si teneatur cum D.Th. gratiam habitualem esse essentialiter inconiungibilem cū peccato, ideòque nullo favore superaddito indigere ad illius remissionem. Nam quemadmodum finitudo gratię solum prob: non posse expellere peccatum per modum principij condignæ satisfactionis; secus tamē per modum formæ ab intrinseco inconiungibilis cum illo propter oppositionē essentialē, qua gaudent effectus formales utriusque: ita inferioritas obsequij, & satisfactionis repertæ in cōtritione, nequit obstare quominus sit dispositio ultim. physicè talis ad gratiam, ut est forma remissiva peccati. Plus enim est formaliter expellere peccatum, quam disponere præcisè ad illius expulsionem. Deinde eadem inefficacia clarius apparet apud eos, qui tenent actum charitatis, & contritionis ratione sui, & seclusa gratia; nō posse coexistere peccato propter op-

Ad 1. Resp:

oppositionem directā cum perseverantia morali peccati actualis, & indirectam, sive ex consequenti cum peccato habituali. Ratio est eadem, ac præcedens; cum plus sit sufficientia, & efficacia ad destructionem peccati, quam solum disponere ultimo ad gratiam remissivam illius. Ex his facilis est solutio ad 1. & ad 2. prob. 1. min. quę solum convincit de causalitate morali per modum satisfactionis perfectę, & ad æqualitatem; secus vero de causalitate secundum quid, & per modum puræ dispositionis ad gratiam, à qua velut à forma provenit, & sanctificatio, & peccatorum remissio. Ad 2. Resp. In humanis obsequium satisfactorium solum obtinere munus compensandi iniuriam; cum remissio offensæ non fiat per aliquam formam intrinsecam in offendente causatam; unde quemadmodum nullo datur forma physicè excludens offensam, nulla datur dispositio ultimo disponens ad remissionem offensæ. Oppositum huius accidit in remissione offensæ contra Deum: cum enim hæc fiat tanquam per causam formalem per gratiam habitualem receptam in offendente: ad illius receptionem necesse est dari aliquam dispositionem ultimam, ut talis remissio sit ei aliqualiter voluntaria, & etiam, ut aliquatenus operetur homo ad expiationem peccati.

Ad 1. & 2. prob. min

Ad 2.

9 Argues 3. iuxta dicta dub. 18. Sola gratia habitualis potest esse forma remissiva peccati, ita ut si actus charitatis poneretur sine gratia, nullatenus destrueret peccatum. Sed cum hoc non componitur actum charitatis, aut contritionis, esse dispositionem ultimam physicam ad remissionem peccati: ergò malè, vel inconsequenter in præsenti procedimus. Prob. min. Talis modus dispositionis connectitur necessario ex natura rei cum eo, ad quod disponit: ergò si actus contritionis modo dicto disponeret ad remissionem peccati, esset necessario ex natura rei connexus cum carentia peccati: ergò si aliunde coexisteret cum illo pro casu non existentiæ gratiæ habitualis, talis coexistentia esset miraculosa. Sed hoc nequit dici; alioquin Deus esset causa specialis existentiæ peccati: ergò, ut hæc omnia vitentur, dicendum actum charitatis non esse dispositionem ultimam, & necessario connexam cum remissione peccati. Ad hoc diximus loco citato in casu coexistentiæ actus charitatis cum peccato habituali, miraculum consistere in denegatione gratię habitualis ad illius præsentiam, utpotè ex natura rei connexi cum infusione gratiæ. Posito iam prædicto miraculo actus charitatis nullam dicit oppositionem ratione sui cum peccato, unde talis coexistentia contingeret connaturaliter facta tali suppositione. Ut autem Deo attribueretur specialiter perseverantia peccati in consortio actus charitatis, necesse erat, ut iste ratione sui, & non præcisè ratione gratiæ, ad quam disponit, haberet oppositionem cum peccato.

Iustab. 3.

Resp.

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO.

Possibilis est de potentia absoluta peccatum remitti homini habenti usum rationis extra Sacramentum absque actu charitatis, & pœnitentiæ.

10 OPpositum tuentur M. Petrus de Soto lect. 4. de Pœnit. & Dominicus de Soto in 4. d. 15. q. 1. a. 2. Ioannes Nicolai, Becanus de Iustif. c. 3. quam opinionem appellat Montesinos satis probabilem hac 1. 2. disp. 16. q. 4. num. 93. Conclusio tamen nostra est communis inter Thomistas, illamque tuentur P. Suarez lib. 7. de Gratia cap. 21. Vazquez disput. 207. cap. 3. in 1. 2. M. Lorca de Gratia disp. 37. & alij, quos refert Ripalda tom. 2. disp. ult. sect. 24. & 25. Prob. 1. Non repugnat Deum uniri hypostaticè absque prævijs actibus pœnitentiæ, vel charitatis, naturæ per prius infectæ peccato; quod videtur innegabile, & præcipuè; quia talis unio per se ordinatur ad esse subsistens in natura, quod præcedit omnem operationem

Prob. 1.

illius. Sed talis unio destrueret peccatum præcedens; vel quia est sanctitas positiva, vel salum negativa: ergò non repugnat remissio peccati absque illo actu pœnitentiæ.

11 Prob. 2. ex doctrina generali apud Theologos, & Philosophos, secundum quam dicitur, Deum posse introducere quamcumque formam in subiecto capaci absque omni dispositione se tenente ex parte illius; & hoc, quia Deus est agens infinitæ virtutis: ergò cum actus charitatis, aut pœnitētię sint purè dispositiones se tenentes ex parte hominis ad receptionem gratiæ habitualis, ad quam est capax, quia secundum animam formatus est ad imaginem Dei, potest Deus gratiam infundere absque præcedentia actus charitatis, aut contritionis. Sed ad positionem gratiæ necessario sequitur remissio peccati: ergò. Prob. 3. Nulla apparet repugnantia in eò quod Deus homini peccatori dormienti infundat gratiam habitualem, sed illa infusa remitti tur peccatum: ergò.

Secundo.

Tertio.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

12 Licet conclusio videatur de se facilis, militant tamen contra illa aliqua argumenta satis efficacia. 1. desumitur ex D. Thoma 3. p. q. 86. a. 2. dicente: *Impossibile est peccatum actuale mortale posse remitti sine pœnitentia.* Quoad autem solum repugnat de potentia ordinaria, non dicitur absolutè impossibile. Deindè Sanct. Doct. ibi statuit discrimen inter pœnitentiam, ut Sacramentum, & ut virtutem; subditque; sine Sacramento posse remitti peccatum, non autem sine pœnitentia ut virtute. At qui solum miraculosè, & extraordinariè, potest peccatum remitti sine Sacramento; ut contigit in B. Petro, & Magdalena: ergò dum asserit sine pœnitentia ut virtute non posse remitti peccatum, loquitur attenta potentia absoluta Dei. Confirm. Repugnat etiam de potentia absoluta Deum in remissione peccati, & infusione gratiæ facere violentiam creaturæ rationali; de quo Thomist. cum S. D. hac 1. 2. q. 6. a. 4. At qui si Deus infunderet gratiam adulto existenti in peccato absque motu liberi arbitrij faceret violentiam voluntati, ut expressè tradit D. Thom. q. 28. de Verit. a. 3. ad 16. & in 4. d. 17. q. 1. a. 3. ergò.

Arg. 1.

Confirm.

Resp. cum Emin. Cayet. exponendo S. D. de impossibili attentis naturis rerum, non vero de impossibili ex terminis. Quod si supra diximus remissionem peccati nullatenus posse fieri sine dono intrinseco gratiæ. Hoc diximus, quia S. D. asserit non solum esse impossibilem, verumetiam non posse intelligi sine infusione gratiæ. Nec obstat probatio in contra: Nam regressus de privatione ad habitum dicit ut absolutè impossibilis; licet sit possibilis relatè ad omnipotentiam Dei. Nec similiter obstat paritas de pœnitentia ut Sacramento. Nam multoties contingit cum solo voto recipiendi Sacramentum remitti peccatum, si homo prorumpat in actum contritionis. Ex quo apparet manifestè discrimem inter actum pœnitentię, & ipsū Sacramentum; quia videlicet remissio peccati solum est possibilis absolutè sine actu pœnitentiæ; at verò sine Sacramento pœnitentiæ in re susceptō, est possibilis absolutè, & etiam in pluribus casibus per divinam providentiam sic ordinantē. Ad confirm. Resp. exponendo D. Thomam de violentia secundum quid, & attento modo proprio operandi voluntatis; hæc enim petit non moveri à Deo in ordine ad aliquem finem, nisi simul se moveat ad illum. Ex quibus constat prædictam violentiam consistere in eo, quod Deus non ageret in illo casu iuxta suavitatem suæ prouidentiæ. Verumtamen huiusmodi violentia est sufficiens, ut Sanct. Doct. probet necessario per se requiri motum liberi arbitrij ad iustificationem; siquidem nisi oppositum sit revelatum, semper iudicandum est Deum operari in rebus iuxta suavitatem suæ providentiæ; & connaturalem exigentiam ipsarum. Hæc doctrina admitti de-

13 Solutio.

Ad confirm.

debet ad Adversarijs; nàm etsi ad ad remissionem peccati ponant esse necessariam ex terminis attritionem, aut contritionem; hoc tamen negant de infusione gratiæ præcisivè à remissione peccati: cum tamen D. Thom. in prædicto testimonio loquatur de gratia præcisse, ut iustificante, ad quam asserit requiri aliquam dispositionem ex parte voluntatis, nè patiatur violentiam in infusione gratiæ.

14 Argues 2. Si Deus posset remittere peccatum absque ulla retractatione; maximè id feciset Deus in iustificationibus miraculosis. Sed hoc est falsum: ergò sine fundamento asseritur illud esse possibile. Mai. videtur certa: Nàm potentia absoluta Dei maximè apparet in operibus miraculosis. Min. vero probat. Iustificatio D.Pauli fuit miraculosa, ita D. Thom. hic quæst. 113. art.10. & tamen ad illam præcesit motus charitatis, & contritionis, ut ipse S. Doct. docet ibidem, & quæst. 28. de Verit. art. 3. ad 20. ergò. Confirm. Eo remissio peccati esset possibilis absque ulla retractatione, quia hæc se habet, ut dispositio, & Deus potest suplere munus dispositionis ad receptionem formæ; sed hoc est falsum: ergò. Prob. min. Diaphaneitas est dispositio ad receptionem luminis, & quantitas disponit subiectum, ut recipiat alia accidentia; similiterque forma substantialis disponit materiã primã ad esse: Idem constat in lumine gloriæ, quod disponit intellectum ad unionem essentiæ Divinæ per modum formæ intelligibilis iuxta D. Thom. 1. p. quæst. 12. art. 5. Et tamen huiusmodi dispositiones nec de potentia absoluta possunt supleri à Deo iuxta communem Thomistarum sententiam: ergò ex quo remissio peccati sit effectus contritionis in genere causæ dispositivæ (ut expresse docet S. Doct. 3. p. quæst. 86. art.6. & in 4. dist. 14. quæst. 2. art.1. quæstiunc.1.) non probatur sine illa posse remitti peccatum.

1. Argum

Confirm.

15 Respond. concedendo mai. de iustificat. miraculosa possibili; secus vero de omni iustificatione miraculosa. Ratio est, quia Dei omnipotentia, cum se extendat ad omne id, quod non implicat contradictionem, & sub ente sic non implicante contineantur infinita miracula possibilia; non rectè probatur de aliquo non esse ex terminis possibile, aut miraculosè producibile, quia Deus operatus est miraculosè, & illud non potuit sub existentia. Fatemur iustificationem impij absque actu charitatis, vel pœnitentiæ, esse opus miraculosum; attamen non est omne miraculum, quod Deus potest operari iustificando impium. Nàm adhoc sufficit, quod voluntas impij subito, & in instanti immutetur per actum charitatis, & contritionis, absque eo quod tempore antecedi, præcedant aliquæ prævie dispositiones paulatim emollientes cor, ut sic servetur ordo Divinæ providentiæ moventis voluntatem creatam de imperfecto ad perfectum. Quia igitur iustificatio D. Pauli iuxta D. Thom. ubi supra, fuit sine præcedentia harum dispositionum, fuit opus miraculosum. Quare si talis iustificatio evenisset sine ulla dispositione ultima, esset miraculosa duplici titulo: & quia gratia esset infusa homini in tempore immediato pugnanti contra illam; & quia sine ullo motu liberi arbitrij circa peccatum. Instatur etiam prædictus modus arguendi. Si quantitas panis posset etiam converti in quantitatem Corporis Christi, maximè in conversione miraculosa. Sed hoc est falsum; quia de facto datur tale miraculum absque prædicta conversione: ergò quantitas panis neque miraculosè potest converti &c.

Respons.

16 Ad confirm. Respond. ex communi doctrina Philosophiæ distinguentis duplex munus dispositionis; unam, scilicèt, quę reddit subiectum capax formæ, vel per modum rationis formalis, aut saltim per modum conditionis se tenentis ex parte illius: alteram vero, quæ hanc capacitatem supponit; propriumque munus illius est positivè apropinquare subiectum ad receptionem formæ; simulque determinare agens ad illius productionem. 1. dispositio-

Ad confirm.

ne-

De quo Colleg: D.Thom lib. 1. in phys. q. 3.

nequit supleri à Deo, & huiusmodi sunt dispositiones in exemplis adductæ. 2. vero potest supleri; non quia Deus gerat munus causæ dispositivæ, utpotè dicentis perfectionem, sed quia eam non requirit necessario attenta infinitate suæ virtutis, quæ, quo maior est, eò potest operari in magis distantia, atque remota. Nec obstat peccatum esse impedimentum ad gratiam, subindequè animā reddere inhabilem. Non, inquam, obstat: Nàm peccatum non aufert ab actu esse immediatè capacem gratiæ, & quamvis illam impediat peccatum, est auferibile per ipsam gratiam ratione oppositionis cum illo.

17

Ad exempla ibi adducta.

Circa exemplum dē quantitatē rē quisita, ut subiectum recipiat alia accidentia; addendum est cum M. Bolivar, dicendo illam esse etiam subiectum *quo*, undè non mirum non posse supleri à Deo. Ad exemplum de luminē gloriæ Respond. munus dispositionis in illo ad unionem essentiæ divinæ per modum speciei intelligibilis, esse munus dispositionis primi generis. Ratio est: quia forma intelligibilis nequit uniri formaliter, & in esse representativo potentiæ, nisi quatenus habet virtutem utendi tali representatione; quapropter; etsi iuxta plures, species sensibiles deservientes sensibus internis, aut externis, contineant in esse se repræsentativo substantiam rerum sensibilium; quia tamen in eis non datur virtus activa, nisi ad percipienda accidentia sensibilia, nec uniuntur, nec possunt uniri sensibus, prout repræsentant substantiam rerum sensibilium. Cum ergò intellectus creatus sine lumine gloriæ non habeat activitatem ad visionem Dei, ideò illius concursus per modum dispositionis, ut intellectus uniatur cum essentia Divina in ratione speciei, est concursus præbens intellectui capacitatem ad prædictam unionem.

18

3. Argum

Argues 3. Per peccatum lęthale non solum anima est privata gratia habit: sed etiam illius potētiæ, præcipuè voluntas, manēt infectæ, & habitualiter aversæ à Deo; ergò huiusmodi infectio, & aversio nequit destrui absque mutatione intrinseca voluntatis. Sed secluso actu charitatis, vel pœnitentiæ, voluntas nequit intrinsecè immutari: cum gratia solum inhæreat animæ, & nihil intrinsecè immutetur, nisi denuo aliquid intrinsecè recipiat: ergò per peccatum læthale anima incurrit tale detrimentum, ut illud nequeat remitti sine actu charitatis, vel pœnitentiæ. Confirm. 1. Nequit remitti peccatum, nisi adsit in voluntate repugnantia, ut peccet in sensu composito talis remissionis. Sed secluso actu charitatis, aut contritionis, nulla est in voluntate repugnantia, ut se exerceat per peccatum actuale pro illo instanti, in quo volunt AA. nostræ sententiæ Deum posse infundere gratiam; cum determinatio voluntatis ad non peccandum actualiter solum proveniat ab actu charitatis, aut pœnitentiæ, includentis propositum efficax non peccandi: ergò sine huiusmodi actibus repugnat remissio peccati. 2. Repugnat peccatum habituale personale maculare animam absque consensu voluntatis; ergò repugnat iustificatio personalis, ut ita dicam, absque prævio consensu voluntatis. Hoc urgeri potest exemplo matrimonij necessario requirentis mutuum consensum contrahentium. Sed iustificatio est quodam matrimonium spirituale animæ cum Deo, ut dicit Scriptura; ergò.

Confir. 1.

Secundo.

Urgetur.

Offert se.

Si aversio relata in argumponitur ut inadæquatè constituens peccatum habituale, ex illo probatur habitum charitatis, etiam si realiter distinguatur à gratia, pertinere inadæquatè ad substantiam iustificationis; siquidem talis aversio habitualis in voluntate tollitur formaliter per habitum charitatis convertentis habitualiter voluntatem in Deum. Quod si hoc non intendat argumentum, ex hoc ipso probatur eius inefficacia. Nàm si peccatum habituale quoad sui essentiam solum inest immediatè animæ, & ex illo tanquam à radice proveniunt aliæ inordinationes tam ex parte voluntatis, quam aliarum potentiarum; ita

19

Respond.

ita restituta gratia quoad sui essentiam in anima cessabunt prædictæ inordinationes, quatenus inficiunt, & maculant moraliter voluntatem, intellectum &c. Namque iuxta D. Paulum ad Rom. 11. *Si radix sancta, & rami.* Cum ergò anima sit radix, & potentiæ illius rami, illa sanctificata, & rectificata per gratiam, consequenter manent rectificatæ potentiæ. Quod si Deus infunderet gratiam absque omni dono supernaturali per modum virtutis; illa aversio privativa, quæ derelicta fuit in voluntate ex peccato actuali, destrueretur in esse privationis propter defectum causæ, sive radicis illam conservantis, scilicèt, privationis gratiæ; vel illius malitiæ, per quam constituatur peccatum habituale. Ad huiusmodi destructionem non requiritur voluntatem intrinsecè immediatè immutari; nàm cum talis destructio sit indirecta ob destructionem causæ, & radicis, à qua dependebat in conservari; sufficit pro destructione immutatio intrinseca ex parte animæ, quæ se habet ut radix voluntatis. Hoc modo contingeret in casu unionis hypostaticæ personæ divinę ad naturam per prius infectam peccato habituali: siquidem ex vi talis unionis omnes inordinationes potentiarum desinerent esse; cum tamen illis persona divina immediatè non uniretur.

20 Ad 1. confirm. neg. min. & illius probat. Cum enim gratia habitualis titulo iustitiæ, & sanctitatis ipsi essentiali, pugnet necessario cum peccato actuali, ut alibi probavimus, infusio talis gratiæ est infallibilis determinatio ad illius carentiam pro tali instanti. Nec actus charitatis, aut contritionis, est omnis determinatio, sed aliqua ad non peccandum actualiter. Etenim gratia habitualis immediatè rectificans animam, & mediate voluntatem, impedit necessario, dum infunditur, voluntatem actu peccare; impedito enim influxu radicali ex parte animæ impeditur influxus voluntatis ad actum peccandi. Exemplum habetur manifestè in unione hypostatica ratione sui determinante necessario pro priori ad omnem operationem, voluntatem ad carentiam peccati actualis. Ad 2. nego conseq. Quia probat iustificationem adulti innocentis non posse fieri absque actu charitatis, aut alterius dispositionis; quod est falsum. 2. Quia culpa habitualis personalis nequit provenire nisi ab homine, ut causa illius; cumque nequeat provenire per emanationem: necesse est illam resultare ex aversione actuali, & voluntaria ipsius peccantis. Iustificatio autem tam impij, quam innocentis, est à Deo pro sua misericordia facienti mundum de privat: immundo, vel de non mundo: undè non expectato voluntatis consensu, aut pœnitentia actuali, potest infundere gratiam animæ de se capaci omnis effectus formalis illius. Ad urg. Quæ etiam probat de iustificat. innocentis; Respond. talem consensum spirit: posse supleri à Deo titulo suppremi Domini; quamvis de potentia ordinaria sit necessario requisitum. Sic prob. S. Doct. quæst. 28. de Verit. art. 3. Vel dicatur, quod tunc subsisteret verum matrimonium spirituale propter consensum eminenter contentum in gratia, tanquam in radice; Ob quam rationem talis infusio posset dici virtualiter voluntaria.

Ad 2.

Ad urg.

Argues 4. Nequit remitti peccatum habituale, quandiu permanet in homine moraliter peccatum actuale. Sed secluso omni actu charitatis, & contritionis, perseverat moraliter peccatum actuale in eo, qui peccavit: ergò. Maj. constat. Tùm quia peccatum actuale, ut modo dicto perseverans, reddit hominem dignum odio Dei. Tùm quia prout sic perseverans, est actio conservativa peccati habitualis; cum alia nequeat assignari præter peccatum actuale. Min. vero probat. Peccatum actuale perseverare moraliter est illud præteriisse physicè, & non esse retractatum; sed deficiente actu charitatis, vel pœnitentiæ, deficit retractatio peccati; cum unicè per hos actus efficaciter retractari valeat: ergò. Confirm. Actus charitatis, qui est conversio actualis in Deum, ut finem ultimum, tandiu per-

21 Quartum argum: & principalius.

Confirm.

perseverat moraliter, quandiu non retractatur per peccatum actuale ei oppositum: ergò pariter peccatum actuale avertens hominem à Deo, ut fine ultimo, tandiu perseverat moraliter, quandiu per actum charitatis, vel contritionis ei oppositum non retractatur. Hæc omnia fortius urgent, si admittatur peccatum habituale consistere in ipso actuali, ut moraliter perseveranti; hoc est non retractato; fortius, inquam, nàm cum retractatio in alio consistere nequeat, nisi in detestatione efficaci peccati actualis; illa deficiente necessario perseverat peccatum habituale.

22 Hoc argum. parum urget, si teneatur actum charitatis, & contritionis, aliunde necessario requisitum ad remissionem peccati, esse ratione sui, & secluſa gratia habituali coniungibile cum peccato habituali. Hæc enim duo pugnant inter se, *peccatum nequit remitti sine actu contritionis. Actus contritionis se solo non sufficit ad remissionem peccati.* Assumptum probat. iuxta probationem adductam in argumento. Actus contritionis ponitur ut efficax retractatio peccati actualis; inefficax enim ad quid tam necessaria? ergò per illum destruitur perseverantia moralis peccati actualis, & etiam in esse actionis conservantis peccatum habituale: ergò etiam præcisa gratia habituali maneret destructum, & remissum peccatum habituale. Deindè Respond. Gratiam habitualem esse etiam eminenter, licèt non formaliter retractationem peccati actualis commissi; eo quod perfectiori modo convertit, unitque animam cum Deo; quam uniat, & convertat actus pœnitentiæ qui solum hæc præstat affectivè, gratia vero reipta, & effectivè elevando animam ad consortium divinæ naturæ. Imò si significationem huius vocis *retractatio* attendamus, quatenus, scilicèt, significat idem, ac *anullatio*, & *quassatio* melius convenit gratiæ, quam actui charitatis solum dispositivè operanti ad remissionem peccati. Ad confirm. Respond. negando conseq. Nàm actui charitatis solum opponitur peccatum actuale titulo retractationis; cum alia eminentior non sit possibilis; ideòque conversio illius perseverat dum non ponitur obex peccati actualis. At vero peccato actuali, præter retractationem provenientem ab actu contritionis, opponitur alia retractatio eminentior; scilicèt, gratia. Cum enim hæc sit terminus proprius dilectionis amicabilis Dei pugnantis essentialiter cum omni peccato, dum Deus movet hominem ad gratiæ receptionem, movet illum ad eminentem retractationem omnis peccati. Ad ultimum dicatur talem opinionem solum posse admitti, si per ly *non retractatio, aut perseverantia moralis* intelligatur carentia illius etiam eminentialis &c. aut æquivalens.

Resp. 1. Secundo. Ad confirm. Adult.

23 Obijcies 5. Peccatum habituale est aversio voluntaria à Deo, ut fine ultimo: ergò non destructa eius voluntarietate, nequit remitti peccatum habituale. Sed talis voluntarietas nequit destrui sine actu charitatis, & contritionis. Tùm quia solum ratione actus chatitatis redditur in voluntaria aversio à Deo; cum voluntarium, aut involuntarium sit iuxta, aut contra inclinationem elicitam voluntatis; graria enim se sola neque denominat aliquid voluntutium, neque involuntarium. Tùm quia voluntarietas aversionis solum deficit per voluntarietatem conversionis: ergò sine tali actu manet aversio, & conversio habitualis voluntaria. Confirm. Manente causa manet effectus; sed sine præcedentia actus contritionis manet in homine causa privationis gratiæ: ergò manet privatio gratiæ, proindequè peccatum habituale. Prob. min. Causa quare homo privatur gratia est inæqualitas peccatoris secundumquam Deum offendit: Ita S. Doct. in 4. dist. 14. quæst. 2. art. 5. ergò nisi hæc inæqualitas in qua consistit ratio offensæ, reddatur ad æquitatem, & æqualitatem per satisfactionem, manet causa privationis gratiæ. Sed huiusmodi reductio solum fieri potest per actum contritionis, quo homo satisfacit pro

5. Argum. Confirm.

pro offensa : ergò sine illa manet privatio gratiæ, quæ est, vel connectitur cum peccato habituali.

24 Respond. Aversionem, in qua peccatum habituale consistit, dici voluntariam homini non formaliter, sive per modum exercitij, sed terminative ; quatenus est terminus inductus, aut causatus per exercitium liberum peccati ; modo quo etiam habitus vitiosus ex actibus vitiosis causatus dicitur terminativè voluntarius. Undè sicuti prædictus habitus potest excludi per infusionem virtutis ei oppositæ absque præcedentia actuum similium: ita dicendũ de aversione, aut conversione voluntaria directè oppositæ gratiæ habituali convertenti animam ad Deum, & illam avertenti à bono commutabili, ut fine ultimo. Patet hoc in peccato originali parvulorum, quod licet non sit voluntarium voluntate personali, benè tamen voluntate capitis, & tamen remittitur absque ulla retractatione elicita à capite; cum Adamus pro se tantum, & non pro posteris egisset pœnitentiam. Ad probat. in contra dicatur voluntarietatem posse tolli, vel per positivam in voluntarietatem, vel per causæ illius unum defectum ; cum enim sit quasi modus aversionis; hac cessante per gratiam, quæ est habitualis conversio in Deum, cessat etiam voluntarietas eiusdem. Deindè cum grâtia inclinet, ut radix in actum charitatis, & contritionis, redditur ex vi infusionis gratiæ, aversio, & conversio habitualis in voluntaria positivè radicaliter.

25 Confirm: Si cum omni rigore accipiatur, probat ad restitutionem gratiæ requiri condignam satisfactionem pro offensa; cum solum per illam reducatur ad æqualitatem iustitiæ iniuria illata per peccatum. Nota. Sed ut clarius respondeamus, norandum ex D. Thom. quæst. 28. de Verit. art. 2. offensam posse dupliciter considerari, vel prout se tenet ex parte Dei, & quatenus Deus dicitur offensus peccatori, vel prout se tenet ex parte creaturæ, & hæc denominatur offendens Deum lædendo ius divinum ; quatenus præponit creaturam creatori, & ei subtrahit honorem debitum pluribus titulis. Si primo modo accipiatur offensa, idem est ac indignatio Dei erga peccatorem, per quam repellit illum à gratia, & amicitia sua. Undè doctrina D. Thom. loquitur de offensa 2. modo accepta. Cum enim ex vi peccati subtrahatur Deo honor debitus, infert, & ponit maximam inæqualitatem affectivè in illo. Hoc patet assimili in offensis humanis, ob quam rationem recompensatio iniuriæ spectat ad iustitiam commutativam ponentem æqualitatem, non solum in rebus, sed etiam in actionibus, & passionibus. Hoc notato.

Dicimus. Ex testimonio adducto efficaciter probari requiri ex natura rei actum pœnitentiæ ad remissionem peccati, & ut homo reddat ad pristinam Dei amicitiam per infusionem gratiæ. Opponitur enim ordini iustitiæ, ut qui in æqualitatem intulit Deo, manetque moraliter subtrahens honorem ipsi debitum, ab ipso in gratiã admittatur. Cœterum quemadmodum Deus ex sua misericordia acceptat satisfactionem imperfectam, quasi esset sufficiens ad remissionem peccati, & ad satisfaciendum ipsi ad æqualitatem : ita potest eadem misericordia inspecta absoluta potentia ipsius, nolle ullam satisfactionem à creatura exigere, & solum proponere tanquam motivum ad extinguendam inæqualitatem inductam ex peccato summam ipsius bonitatem, & charitatem infinitam, secundumquam potest peccatores iustos facere, & in filios dilectionis suæ adoptare. *Et hæc de hoc dub. applic. litteræ Mag. in 4. dist. 14. & dist. 17. Et ubicumque agit de virtute pœnitentiæ ad remissionem peccati, & de præparatione ad gratiam sanctificantem.*

26 Resp.

***)(✠)(***

DUBIUM XXI.

AN ACTVS CHARITATIS, ET contritionis ultimo disponentes ad gratiam habitualem procedant effectivè ab illa?

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA, ET REFERUNTUR SENTENTIÆ.

N. 1 SUpponimus (ut detur locus quæstioni) actum charitatis, quem immediatè probavimus esse ultimam dispositionem ad gratiam habitualem, & ex natura rei connexum cum illius infusione; posse elici à voluntate medio aliquo auxilio transeunte, quo elevetur per modum actus primi ad illius elicientiam. Ita frequenter Thomist. tract. de Charit. contra PP. Salmant. oppositum etiam de potentia absoluta propugnantes. Ratio est: Nam si vera est opinio immediatè recensita, dicendum; aut actum charitatis non obtinere veram rationem dispositionis præcedentis pro aliquo priori naturę communicationem gratiæ, sed solum munus dispositionis purè exornantis illam: quemadmodum gratia habitualis dicitur dispositio per modum congruitatis ad unionem hypostaticam iuxta Div. Th. q. 29. de Verit. a. 2. aut si est vera dispositio, negari debet pronùnc actum charitatis essentialiter dependere à gratia habituali, ut à principio effectivo, ut remaneat locus disputationi iuxta superius dicta.

Supponitur 1.

Nec instes in quantitate disp. ad formam: quia hæc requirit: ad individuationem materiæ 1.

2 Hinc supponi debet, quod etsi communiter teneatur actum charitatis connaturaliter dependere à gratia habituali, ut à principio; ly connaturaliter non debet accipi ita strictè, ut oppositum solum miraculosè contingere valeat: cum iuxta frequentem Thomistarum doctrinam de facto, & in præsenti providentia pro elicientia talis actus dispensetur à Deo auxilium transiens, & per modum virtutis elevans voluntatem. Ita omnes negantes actum charitatis disponentem ultimo ad gratiam ab illa effectivè procedere, & etiam contra M. Boliv. oppositam sententiam defendentem. Asserit enim quoties homini iusto instat præceptum charitatis, pro casu adimpletionis infundi auxilium transiens, ut hoc modo salvet voluntatem liberè omittere adimpletionem talis præcepti. Unde ly connaturaliter debet accipi pro eodem, ac servata omni perfectione accidentali actus charitatis, scilicet, delectabilitatis, & promptitudinis ex parte voluntatis. Quemadmodum dicitur actum cuiuslibet virtutis connaturaliter exigere pro sui principio habitum ipsi correspondentem: non quia si oppositum contingat, interveniat aliquod miraculum, sed quia nisi actus siceprocedat ab habitu, non habet omnem perfectionem accidentalem ab illo exactam.

Illatio.

3 2. Suppon. Actum charitatis posse dupliciter considerari; uno modo quantum ad sui esse physicum, sive esse specificum constitutens inf tendentia apreciativa ad Deum, ut finem ultimum super omnia; vel quantum ad suum esse, ut formatum,

2. Suppositio.

quatenus est meritorius vitæ æternæ. Dubium procedit de actu charitatis in prima consideratione; omnes enim supponunt prædictum actum non intelligi perfectè formatum,& meritorium vitæ æternæ,nisi prout consequitur ad gratiam habitualem, quæ est principium radicale omnium virtutum,& simul forma dignificans omnia opera honesta, prout sunt de condigno meritoria vitæ æternæ.Hinc plura testim:S.D. in quibus ait actum charit: subsequi ad gratiam;exponuntur ab aliquibus AA.de actu charitatis,non quoad 1. sui esse, & tendentiam sibi propriã, sed quatenus est actus formatus tam ex parte finis,quam ex parte subiecti, sub qua consideratione est de condigno meritorius vitæ æternæ. Sit exemplum huius doctrinæ. Si enim inveniretur dictum àD.Thom. (de alijs enim SS. PP. non dubito inveniri) nullum actum virtutis posse dari sine gratia iustificante,aut sine gratia,qua homo fit filiusDei:rectè exponererur de actu virtutis in esse formati, & meritorij vitæ æternæ;quamvis secundum tendentiam sibi intrinsecam,& specificam à gratia habituali non dependeat.

4 Tertia. Sic q.110 art.4.

3. Suppon. etiam AA. propugnantes sent: affirmativam (meo videri) non intendere,quod gratia sit principium immediatum actus charitatis. Ratio est:Nàm gratia habitualis iuxtaD.Thom.recipitur immediatè in anima; atqui repugnat actum charitatis immediatè procedentem à voluntate elici ab ipsa,nisi immediatè intrinsecè illum contineat,proindequè,quin sit immediatè elevata: ergò dependentia actus charitatis à gratia,ut principio effectivo, debet intelligi de efficientia radicali,non vero proxima,& immediata.Aliter enim si gratia immediatè residens in anima posset sufficienter elevare illius potentias ad eliciẽtiam actuum supern: superfluerent habitus virtutis. Undè cum virtutes supernat: sint quasi potentiæ in ordine supernat:nullus est actus in tali ordine elicitus,sive à volũtate, sive ab intellectu,sine habitu virtutis,vel saltim sine auxilio transeunte geren te vices illius. Quapropter existimo in tali sentent:dicendum esse actum charitatis disponentem ad gratiam habit:procedere ab illa, ut à principio radicali,& ab habitu charitatis, se habẽte per modum proprietatis, tanquam à principio proximo.Quod si in generatione ignis v. g. calor ut octo,procedit immediatè à forma illius;hoc contingit, quia est dispositio consistens non in aliqua operatione, sed in sola qualitate, quæ non requirit aliud principium *quod* efficiens,nisi producens formam ignis,à qua dimanat per modum proprietatis.An vero in sentent:tuente actum charitatis disponentem ad gratiam elici ab auxilio fluido immediatè receptum in voluntate; dicendum sit etiã prædictum auxilium habere duo munia, scilicèt, conferendi voluntatis sufficientiã ad actum charitatis, & insuper prædeterminare voluntatem ad illum? parum interest ad propositum unam,vel alteram partem defendere, pro quo aliqua diximus tract.de Gratia excitante tom.4. dub.3. §.3.

§ Cum plures præsertim ex Thomist. partẽ negativam propugnantes, teneant expresse in naturalibus ultimam dispositi: ad formam substantialem,procedere ab ipsa, ut à principio effectivo radicali, ut videre est tract. de Generat: ex hoc manifestè consequitur, argumenta titulo mutuæ causalitatis in præsenti solita opponi, non habere specialem difficultatem in Doctr. D. Th. nec ab ipsis Thomistis absque inconseq. doctrinæ posse objici contra sententiam propugnantem actum charitatis disponentem ultimo ad gratiam non posse ab illa, ut à principio radicali procedere. Undè à Thomistis solum possunt opponi aut testim. D.Thom. eorum opinioni faventis; aut argumenta speciali titulo impugnantia mutuam causalitatem inter gratiam, & actum charitatis.Ab alijs autem AA.negantibus etiam in naturalibus mutuam causalitatem inter ultimam dispositionem ad formam substantialem, & ipsam formam; prædicta argumenta objici possunt; sed breviter; cum in

Adverti

Phi-

Philosophia eis abunde fiat satis.

6 Hæc omnia, quæ dicta sunt de actu charitatis, intelligenda sunt etiam de actu contritionis necessario requisito per modum ultimæ dispositionis ad iustificationem impij, quatenus includit remissionem peccatorum. Verumtamen supra dicta, & infra dicenda, deservire possunt ad propugnandam mutuam causalitatem inter actum charitatis, & gratiam sanctificantem relatè ad Christum Dominum, Beatissimam Virginem, Angelos, & Adamum; de quibus omnibus expressè asserit D. Th. fuisse iustificatos more adultorum se disponentium per actus liberi arbitrij ad suam ipsorum iustificationem. Ut autem in decisione difficultatis propositæ solidè, & clare procedamus; necesse est per prius indagare mentem D. Thom. qui non adeo expressè stat pro sententia affirmativa, ut si aliqua testimonia eiusdem consulantur, non conferant sufficientem probabilitatem Sententiæ negativæ stando menti S. Doct. Partem negativam tuentur M. Zumel hic art. 8. disp. 1. §. 3. Curiel, ibidem, Montesinos disp. 34. §. 4. Illust. Araujo art. 8. dub. 2. Mag. à S. Thoma hic disp. 18. & alij cum quibus sentit P. Suarez lib. 8. de Gratia cap. 14. ubi miratur, quod discipuli D. Thom. non sint assequuti mentem eius. Affirmativam vero tuentur plures ex Thomistis tam antiquis, quam RR. quibus adhærent aliqui Jesuitæ cum P. Vazquez, quorum Catalogum invenies apud PP. Salmant.

Extensio dubij.

Sententiæ

§. II.

PRIMA CONCLUSIO.

Conformior est menti D. Thomæ sententia affirmativa.

7 PLura testim. solent adduci ab AA. nostræ sententiæ, quæ videri possunt apud Salmantic: undè selectiora proponemus. 1. Haberur art. 8. ubi inquirit: *An gratiæ infusio sit prima ordine naturæ inter ea, quæ requiruntur ad iustificationem impij?* Cui respondet: *Dicendum quod prædicta quatuor, quæ requiruntur ad iustificationem impij, tempore quidem sunt simul; quia iustificatio impij non est successiva; sed ordine naturæ unum eorum est prius altero: & inter ea naturali ordine primum est gratiæ infusio, secundum motus liberi arbitrij in Deum, 3. motus liberi arbitrij in peccatum, 4. vero est remissio culpæ. Cuius ratio est: Quia in quolibet motu naturaliter primum est motio ipsius moventis, secundum autem est dispositio materiæ, sive motus ipsius mobilis; ultimum autem est finis, vel terminus moventis. Ipsa igitur Dei motio est gratiæ infusio, ut dictum est art. 6. motus autem, vel dispositio mobilis est duplex motus liberi arbitrij; terminus autem, vel finis motus, est remissio culpæ. Et ideo naturali ordine primum in iustificatione impij est gratiæ infusio, secundum est motus liberi arbitrij &c.* ergò gratia, quæ infunditur in iustificatione impij, quæ est gratia habitualis, præcedit ordine naturæ actum charitatis. Sed non in alio ordine, quam ordine causæ efficientis: ergò cum aliunde dependeat ab actu charitatis, ut à dispositione; dicendum huiusmodi mutuam causalitatem intervenire inter illum, & gratiam sanctificantem.

Primum testim.

8 Dices D. Thom. in illis verbis *infusio gratiæ* non intelligere gratiam habitualem, sed gratiam actualem, sive auxilium, quo Deus movet liberum arbitrium ad actum charitatis, & contritionis, per quos disponitur ad iustificationem. Sed contra est 1. D. Thom. per infusionem gratiæ intelligit illam gratiam, quæ, prout se tenet ex parte Dei iustificantis, præcedit ordine naturæ remissionem culpæ, quamvis si summatur ex parte subiecti ipsam præcedat remissio culpæ. Ita D. Thom. ibidē, quod explicat exemplo illuminationis, & expulsionis tenebrarum. Nàm ex parte Solis prius est aerem illuminare, quam ipsum purgare à tenebris: ex parte autem aeris prius est purgari à tenebris, quam illuminari; quod etiam explicat exemplo generationis unius formæ

Respond.

Impug. 1.

mæ substantialis ; & expulsionis alterius. Ex parte enim generantis prior est introductio formæ ; quam corruptio alterius ; at vero ex parte materiæ, corruptio unius formæ præcedit receptionem alterius. At qui huiusmodi mutua prioritas, & posterioritas in eadem gratia, prout se tenet ex parte agentis, & ex parte liberi arbitrij, solum adaptari potest gratiæ habituali ; siquidem gratiæ auxilianti ad actum charitatis nullus concedit posterioritatem recensitam : ergò de huiusmodi gratia loquitur Sanct. Doct. 2. Sanct. Doct. *per infusionem gratiæ* intelligit donum, quod est unum ex quatuor, quæ ingrediuntur ad iustificationem ; patet hoc ex ipsa littera. Sed in his quatuor ingredientibus, necessario ingreditur ; & principaliter, gratia habitualis ; cum hæc sit terminus ad quem, causaque formalis iustificationis impij : ergò. 3. Quia Sanct. Doct. in omnibus artic. quæst. 113. ubi apponit hanc vocem *infusio gratiæ*, nomine huius intelligit gratiam determinatè habitualem ; pro cuius probatione nihil efficacius adduci potest, quam ipsum S. D. legere, ut satis solidè probant PP. Salmanticenses sigillatim numerando, & referendo omnes art.

Secuado.

Tertio.

9 Motivũ solut. datæ.

Audiamus fundamentum precedent. solutionis. D. Thom. *per infusionem gratiæ intelligit gratiam illam, quæ est origo, & principium iustificationis impij.* Sic enim habet art. 6. *Dicendum, quod iustificatio impij originaliter consistit in gratiæ infusione.* Sed gratia, quæ est origo, & principium iustificationis impij, non est gratia habitualis, sed gratia actualis movens, & excitans liberum arbitrium ad actus, quibus disponitur ad iustitiam : ergo *per infusionem gratiæ* intelligit Sanct. Doct. infusionem gratiæ auxiliantis. Min. constat ex Trident. sess. 6. cap. 6. ubi asserit * exordium nostræ iustificationis sumendum esse à gratia, & auxilio Dei per Iesum-Christum vocantis, & excitantis liberum arbitrium, ut se disponat ad consequutionem iustitiæ. * Urgetur. *Per infusionem gratiæ*, in qua originaliter consistit iustificatio impij, intelligit D. Thom. gratiam moventem liberum arbitrium hominis ; sic enim habet: *Per illam enim liberum arbitrium movetur, & peccatum remittitur.* Sed gratia movens liberum arbitrium est gratia auxilians ; siquidem hæc consistit in motione ; secus vero gratia habitualis, quæ non est motio, sed forma perfecta : ergò per talem gratiam intelligit Sanct. Doct. gratiam auxiliantem, & moventem liberum arbitrium ad actum voluntatis. Hæc instantia fieri potest ponderando verba præcedentis testim. scil. *Ipsa igitur Dei motio est gratiæ infusio.*

Urgetur.

Resp. neg. assump. 1. Quia D. Th. loquitur de infusione gratiæ, quæ fit in instanti : eo quod iuxta ipsum gratia non infunditur, nisi anima sit sufficienter dispositа ad illius receptionem. Sicuti ergò forma substantialis materiæ 1. ultimo dispositæ unitur in instanti, & si tempore antecedenti præcedant aliæ dispositiones ; ita dicendum de gratia. Nunc sic. Sed gratia, quæ est forma requirens ad sui receptionem dispositiones consistentes in motibus liberi arbitrij, ad Deum, & in peccatum, est gratia habitualis : ergò de illa est sermo. Rursus. Concil. Trid. loquitur de iustificatione impij, prout hæc est motus sub se comprehendens omnes dispositiones, tam proximas, quam remotas ad consequut : gratiæ, atque * exordium sumere ab auxilio Dei excitantis, & moventis liberum arbitrium. * At vero D. Th. in præsenti accipit iustificationem, prout præcisè includit illa quatuor supra recensita, scil. gratiæ infusionem, dilectionem, contritionē, & culpæ remissionem. Deindè. Nam replica probat contra se ipsam ; siquidem exordium iustificationis impij iuxta Tridentin: * incipit ab auxilio movente liberum arbitrium ad dispositiones remotas, scilicèt, actum fidei, spei &c. cum tamen iuxta arguentes per ly *infusionem gratiæ* unicè intelligatur auxilium collatum ad

10 Respondi.

*Sic cap. 6.

actum charitatis, & contritionis.

11 Ad urg. Ad urg. Resp. Falsum esse in via D. Th. gratiam, ut radicantem actum charitatis, non movere voluntatem ad illius elicientiam. Constat hoc ex ipso S.D. sup. q. 110. a. 4. ad 1. ubi hęc habet: *Dicendum, quod sicut ab essentia animæ efluunt eius potentiæ, quæ sunt operum principia, ita etiam ab ipsa gratia efluunt virtutes in potentias animæ, per quas potentiæ moventur ad actus, & secundum hoc gratia comparatur ad voluntatem, ut movens ad motum, quæ est comparatio sessoris ad equum, non autem sicut accidens ad subiectum.* Quid clarius auditu? sut gratię habituali radicanti virtutes, & actum charitatis munus moventis sit attribuend? Dein dè ipse S.D. 1. p. q. 105. art. 3. in quo inquirit, & probat Deum immediatè movere intellectũ creatum ad cognitionem veri; hæc habet: *Dicendum, quod sicut in motibus corporalibus movens dicitur, quod dat formam, quæ est prtncipium motus; ita dicitur movere intellectum quod causat formam, quæ est principium intellectualis operationis, quæ dicitur motus intellectus. Huiusmodi autem principium est virtus intelligendi, & species intelligibilis, quæ cum sint a Deo, secundum hoc dicitur illum movere intellectum ad cognoscẽdum verum.* Ex his constat per gratiam habitualem à Deo infusam moveri etiã liberum arbitrium ad actum disponentem ad iustificationem. Ut igitur omnis confusio tollatur, distingue duplicem modum motionis: unum per modum principij elevantis animam, & voluntatem ad supernaturaliter operandum, altetum vero per modum actualis applicationis ad actum. 1. convenit gratiæ habituali iuxta supra adducta ex D. Th. 2. vero auxilio, non cuicumque, sed prædeterminanti.

Roborat. solut.

12 2. Testim. habetur hic art. 7. ubi resolvit iustificationem fieri in instanti. Contra quod opponit 4. arg: *Motus liberi arbitrij ingrediens iustificationem, cum sit meritorius, debet procedere à gratia. Cumque prius sit consequi formam, quam operari secundũ eam; ergò prius erit infusio gratiæ, quam motus liberi arbitrij in Deum, & in peccatum. Unde tota iustificatio non erit in instanti.* Ad quod Respondet: *Quod quando motus est instantaneus, in eodem instanti quo forma acquiritur, completur, & exisit talis motus, cumque huiusmodi sit motus liberi arbitrij, in instanti, in quo infunditur gratia, ab illa procedit.* Ex his constat manifestè actum charitatis, & contritionis esse operationes procedentes à gratia iustificante, ut principio effectivo. Cumque aliunde sit certum prædictos actus disponere ad illam, certum est iuxta D. Thom. dari inter utrumque mutuam causalitatem.

a. Testim in favorem nost.

Sic quoad sensum.

13 Unde sic argumentari potest. Si actus charitatis, & contritionis procedunt à gratia, ut à principio elicitivo, sive per modum operationis, & actus secundi respectu illius, prædicti actus aliunde disponentes ultimo ad gratiam, sunt ipsa posteriores in genere causæ efficientis: sed sic contingit iuxta doctrinam D. Thomæ, ubi immediatè iuxta illa verba: *Motus liberi arbitrij in instanti, in quo infunditur gratia, procedit ab illa.* Et quæst. 28. de Verit. art. 8. *Motus liberi arbitrij in Deum ita est dispositio ad gratiam, ut simul sit complementum illius: quia operationes sunt complementum habitus.* Et ibidem ad 3. dicens: *Contritionem esse dispositionem necessitantem ad gratiam, & simul comparari ad illam, ut actum secundum illius.* Et 3. p. q. 36. a. 6. ad 1. *Actus, qui est motus liberi arbitrij in Deum, vel motus liberi arbitrij in peccatum, sunt effectus gratiæ operantis, per quam fit iustificatio impij*, ut 1. 2. habitum est: ergò prædicti actus procedunt à gratia per modum operationis, & actus secundi ab illa eliciti.

Ex illo formatur discursus.

14 3. Habetur q. 28. de Ver. a. 8. inquirit: *An motus liber. arbit. præcedat gratiæ infusionem?* Cui Resp. per prius notando, quod per talem motum antecedentem non intelliguntur alij motus imperfecti tempore anteced. infusionẽ gratiæ. Unde sermo est de motibus contritionis, & charitatis, qui sunt simul cum gratiæ infusione. Hoc notato concludit, & Resp. his verbis: *Oportet,*

Tertium testim.

tet', quod prædicti motus quodammodo præcedant, & quodammodo sequantur ordinem naturæ. Secundum rationem causæ materialis præcedunt naturaliter gratiæ infusionem, sicut dispositio materialis formam. Si autem attendatur ordo causæ formal. est è converso. Sicuti in naturalibus dispositio (necessitans præcedit formam substantialem secundum rationem causæ materialis, & subsequitur secundum rationem cuusæ formalis. Quo nihil clarius; nec difficultas aliqua solida opponi valet; cũ exemp. adductum ad explicandam mutuam causalitatem ex naturalibus desumptum planè explicet possibilitatem illius. Alia testim. adducentur infra inter probandam conclus.

§. III.

Solvuntur aliqua testim. D. Thom.

15 Primum testim.

PRimum habetur q. 28. de Verit. art. 8. in quo relata opinione asserente gratiæ infusionem præcedere motum liberi arbitrij, illãque per huiusmodi motum operari remissionem culpæ, sic ait: *Sed hoc non potest esse; nam quod causat aliquid per operationem, causat per modum causæ efficientis. Gratia igitur si per actum contritionis remissionem culpæ causat, causabit eam per modum causæ efficientis; quod esse non potest. Nam causa effectivè destruens aliquid, prius ponitur in esse, quam id quod destruit, sit in non esse. Non enim ageret ad eius destructionem, quod iam non est. Unde sequeretur, quod gratia prius esset in anima, quam culpa esset remissa, quod est impossibile. Unde patet, quod gratia non per aliquam operationem est causa remissionis culpæ, sed per informationem subiecti.* Ex quibus formatur argumentum. Iuxta S. Doct. innegabile est contritionem deservire ad remissionem peccati: ergò si actus contritionis procedit à gratia ut operatio; gratia effectivè per operationem à se elicitam causabit remissionem peccati, quod expresse negat S. D.

Nota S. D. in fine stare pro nobis. Vide num. 14.

17 Pond er.

Duo sunt, quæ in hoc testimonio ingerunt difficultatem. 1. quod videtur militare contra nostram sententiam illis verbis: * aliqui dicunt infusionem gratiæ præcedere motum liberi arbitrij in Deum, & in peccatum. *Ex quo sequitur*, subdit S. D. *quod gratia effectivè, hoc est, per operationem à se elicitam causaret remissionem peccati.* 2. videlicet, quod ex hoc sequeretur, * gratiam prius esse in anima, quam culpa esset remissa. * Sed ad hoc ultimo incipiẽdo, illud debet explicari etiam à DD. tuentibus, quod auxilium fluidum sufficiens, & efficax per actum charitatis ab illis elicitum operatur effectivè ad remiss. peccati; cum tamen non inferatur talia auxilia coexistere cum peccato. Idem argumentum cõsuevit fieri de Sole effectivè expellente tenebras; quibus tamen non coexistit: & idem de peccato actuali effectivè expellente gratiam, cum qua tamen non existit.

16 Nota pro solut. Dicitur prioritas in quo.

Pro vera solut. notand. D. Th. neutiquam in test. adduct. dixisse: *Quod si gratia per operationem à se elicitam operaretur remissionem peccati coexisteret cum illo; sed quod prius gratia esset in anima, quam culpa esset remissa, prius inquam prioritate naturæ, & etiã in connexionis.* Sed statim insurgit difficultas. Remissio peccati est iuxta Nos effectus secundar: gratiæ. Sed hoc ipso necesse est fateri infusionem gratiæ in anima esse priorem natura, & ordine, remissione culpæ: ergò ly *prius* deductum à D. Th. non rectè explicatur de prioritate naturæ. Ad hoc Resp. Quod remissio culpæ dupliciter potest accipi. Uno modo ex parte Dei pro actione remissiva; alio modo passivè, id est, pro non esse culpæ. 1. modo est eadem actio cum actione infusiva gratiæ, eodem enim actu, quo Deus largitur gratiam, remittit culpam. Qua ratione, licet in ratione motus non differant, benè tamen in ratione mutationis. Ita D. Th. q. 28. de Ver. a. 8. Hoc suppositio; licet gratia habitualis infusa animæ sit prior natura remiss. culpæ passivè sumpta, cum hæc sit effectus formal. secũdar. illius; secus tamen sumpta activè propter unit. actus. Et insup. quia pro effectu secund. negativo nequit poni aliqua distinctio virtualis adhuc inadæquata in operatione agentis: cum

Cuidam inst Resp.

agere sit dare esse. Igitur inconveniens illarum à D.Th. est sequi ex illa opinione actionem infusivam gratiæ intelligi pro aliquo priori naturæ ad actionem remissivam culpæ. Quod autem hoc sequeretur ex illa opinione, sic suadetur. „Nam ita gratia activè operaretur remissionem peccati per actum contritionis, ut hæc remissio proveniret, non quidē à gratia formaliter, sed ab ipso actu contrition. liberè elicito: ergò in Deo alia esset actio, qua infunderet gratiā, & alia, qua moveret animam ad contrition. remissivam peccati, unde essent duæ actiones. Hoc autem inconveniens non sequitur, si actus contritionis procedens effectivè à gratia sit dispositio præcedens ipsam gratiam; cum remissio peccati procedat ab ipsa gratia in genere causæ formalis.

18 Ex his ad arg. prout militat contr. nostram sent. Resp. dist. mai. Si actus contrit. effectivè esset à gratia, hæc effectivè causaret remissionem peccati, ly *effectivè* dicente operationem per modum dispositionis ad ipsam gratiam, quę est forma remissiva culpæ, conc. mai. Ly *effectivè* dicente operationem elicitam à gratia, & nullo modo præcedentem ipsam, neg. mai. Et primo modo ponitur à nobis dependentia actus contritionis à gratia; ita ut etiam in genere causæ materialis dispositivę illam pręcedat, ut per modum formæ præstet effectum formalem sanctitatis, & effectum etiā negativum, scilicet, non esse culpæ.

Resp. in forma.

2. Testim. habetur 1. p. q. 62. a. 2. ad 3. ubi docet, *conversionem in Deū disponentem ad gratiam non requirere gratiam habitualem, sed ad illā sufficere oper. Dei ad se animā convertentis. *Simlia docet sup. q. 109. a. 6. *ubi distinguit duplicem pręparationem voluntatis ad bonum, unam ad meritoriè operandum; alteram ad conseq. gratiam habitualem. De 1. asserit requirere pro principio gratiam habitualem. Ad 2. vero asserit sufficere auxilium Dei moventis: * ergò actus charitatis etsi sit dispositio ad gratiam habitualem, non procedit ab illa tanquam à principio.

19 Secundū testim.

20 Ad hoc Resp. 1. oppos. prob. ex testim. adduct. si attentè considerentur. Siquidem in utroque asserit ad conversionem in Deum, quæ est meritoria beatitudinis, requiri per modum principij gratiam habitualem. Atqui iuxta S. D. hic q. 112. a. 2. ad 1. præparatio hominis ad gratiam habitualem, quæ est simul cum infusione gratiæ, est meritoria, licet non gratiæ, quę iam habetur, bene tamē gloriæ, quę non habetur: *ergò cum negari nequeat actum charitatis esse meritorium vitæ æternæ, ut fatentur Adv. testim. nobis obiecta potius sunt in nostrum favorem. Resp. 2. In pręd. testim. loqui D. Th. de præparatione continente sub se etiam imperfectam, licet non sit meritoria gloriæ. Nec obstat, quod in testimon. ex 1. p. deprompto loquatur de conversione Angeli in Deum, ut acciperent gratiam sanctificantem ab illa, inquibus non fuit conversio imperfecta. Non, inquam, obstat. Nam ibi tradit doctr. generalem pro cōversione cuiusvis voluntatis in Deum. Unde sic incipit in solut. *Dicendum, quod quilibet motus voluntatis in Deum potest dici conversio in ipsum.* Quibus in verbis continetur quæcumqne dispositio, etiamsi sit imperfecta. Et licet in corp. art. in quo loquitur de conversione Angelorum in Deum solū requirat pro principio illius operationem, seu motionem, quam vocat *auxilium gratiæ*, per hoc non excludit influxum gratiæ habitualis, quia ibi solum intendit excludere ab Angelo facultatem se convertendi in Deum, ut A. supernaturalem sola virtute naturali. Quod verificatur, si ponatur pro principio talis conversionis auxilium gratiæ. Quod autem attenta excellentia talis conversionis, & ratione meriti convenienti ultimę dispositioni requiratur pro principio gratia habitualis; hoc parum conducens erat ad intentum D. Th. Deinde. Nam ideò in utroque testim. asserit dispositionem ad gratiam habitualem non procedere ab alio dono habituali, sed sufficere auxilium gratuitum Dei animam moventis, sive inspirantis bonum propositu; nè detur proces. in infinitū. Hoc prob. manifeste S. D. loqui de dispositione

Secunda.

Distingue inter conver. ex genere & in specie.

1. Solut.

im-

imperfecta; nam si ad hanc esset necessaria gratia habitualis, cum huiusmodi gratia non esset illa gratia ad quam disponeret (cum hęc nondum existeret) necessario esset aliud prærequisitum habituale. Et rursus ad hoc donum præcederet aliud, à quo procederet talis dispositio. Unde necessario sequeretur processus in infinitum. Hoc autem non sequitur, si actus charitatis v. g. sit dispositio ad gratiam, & simul ab illa procedat cum mutua causalitate inter utrumque.

21 Aliud testim. adducitur ex 3.p.q. 89.a.2. ubi ponit discrimen inter cōtritionem, & alios actus pœnitentis, dicens: *Illam se habere ut disponentem ad gratiam: hos vero procedere à gratia, & habitibus*: ergò contritio disponens non procedit effectivè à gratia, aliàs nullum esset discrimen. Resp. D. Th. loqui de contritione imperfecta, & disponente ad remissionem peccati intra Sacram. ut legenti cōstabit. Nec obst. 1. loqui de contrit. hac voce significata. 2. Quia loquitur de dispos. ult. quæ est contritio perfecta. Nō 1. Quia contritio comm. accipitur pro actu doloris perfecto, & imperfecto iuxta phrasim D. Th. & M. P. Non 2. quia esto attritio non sit dispositio ultima ad gratiam absolutè, benè tamen ad gratiam, ut conferendam intra Sacramentum, in sensu æquivalenti quoad aliquid; cum illa sufficiat habeatque annexam infusionem gratiæ, etsi non ex natura rei, ex ordinatione tamen divina misericorditer hoc disponente.

Ad aliud testimon. Resp.

§. IV.

Probatur conclusio à ratione.

22 ACtus charitatis, qui est dispositio ultima ad gratiam, est de condigno meritorius gloriæ; sed hoc ipso procedit effectivè ab illa: ergò. Mai. est D. Thom. supra. Min. vero probat. 1. Ex frequenti doctrina Thomist. & aliorum tuentium, omnem actum meritorium de condigno vitę æternę debere procedere effectivè à gratia habituali mediante imperio charitatis, vel alterius virtutis infusæ, taliter, ut gratia nequeat per modum formæ moralis dignificare opera honesta, nisi in ea physicè influat mediante tali imperio; quapropter sola committantia bonorum operum cum gratia est insufficiens, ut illa sint de condigno meritoria vitæ æternæ. Huic accedit propos. damnata Mich. Baij, in qua asserit: *Opera bona iustorum non habere rationem meriti ex eo, quod sint facta per spiritum adoptionis filiorum Dei*; nam contradictoria illius est vera; eumque spiritus adoptionis sit gratia, necessario requiritur ad meritum influxus effectivus gratiæ habitualis. Hoc ipsum constat ex S. D. infra q. 114. a. 2. probante gratiam habitualem requiri necessario ad meritū vitæ æternæ. Quæ ratio non solum procedit de principio formali, sive de forma dignificante, sed etiam, & principalius de principio effectivo physicè, quod constat referendo illius verba: *Actus cuiuscumque rei non ordinatur divinitus ad aliquod excedens proportionem virtutis, quæ est principium actui.* Sed vita æterna est bonum excedens proportionem naturæ creatæ: ergò actus nequeunt ordinari ad cōsequutionem vitæ æternæ; in qua ordinatione consistit ratio meriti; nisi superaddatur donum gratiæ *In quo manifestum est loqui de principio effectivo physico ibi: *Quæ est principium actus, nihil enim agit ultra suam virtutem.* Sed de his satis. Nam de hoc alibi tract. de Merito iusti. Videatur M. Ferre.

Prima ratio.

2. Prob. concl. ex alia doct. D. Th. 1.p.q.62.a.3. in quo cum M. P. docet Angelos fuisse creatos in 1. instanti cum gratia eos iustificante. Et rursus ar. 4. docet: *Per actum charitatis in 1. instanti elicitum meruisse vitam æternam.* Deindè ar. 6. asserit: *Angelos eo perfectiorem, & intensiorem gratiā iustificantem fuisse consequutos, quo fortius, & efficacius conversi sunt in Deum Authorem gratiæ.* Quam conversionem fuisse per actum charitatis dubitare non licet. Ex hac doctrin. universaliter collecta manifestè colligitur, meo videri, inter gratiam habit. infusam Angelis, & actum charitatis ab eis elicitum in 1. instanti adfuisse mu-

23 Secunda ratio pro Angelis.

mutuam causalitatem, quam in præsenti propugnamus.

24 Quod actus charit. processerit à gratia prob. 1.

1. Nam de actu charitatis, per quem se disponunt ad gratiam sanctificantem eis collatam iuxta modum intensionis talis actus; asserit fuisse meritorium de condigno vitæ æternæ, ad quod iuxta dicta ratione præcedenti, necessario requiritur influxus gratiæ habitualis. 2. Prædictus actus charitatis inxta D. Thom. ibid. art. 5. *In bonis Angelis fuit idem cum actu charitatis 2. instantis, propter continuationem ipsius.* Constat hoc ex solut. ad 1. in illis verbis: *De natura Angeli est, quod statim suam perfectionem consequatur; & ideò non requiritur nisi unus actus meritorius.* Nunc sic: ergò si talis actus charitatis, prout elicitus in 1. instanti, non processit, iuxta Advers. ab habitu charitatis, sed ab aliquo auxilio fluido, idem dici debet de continuatione illius in 2. instanti. Conseq. patet. Tum quia cum habitus charitatis, & auxilium fluidum, sint principia inter se distincta adæquatè, nequeunt eundem actum divisivè per modum causæ princip. imò & totalis rationis agendi causare. Exquo sequit. nec posse di rectè positivè eundem numero actū conservari per habitū, vel auxilium divisivè: eo quod conservatio directa est continuata productio. Tum quia habitus charitatis elicitus à principio supernatur. intrinseco recipitur etiam iuxta Thom. in illo, tanquam in subiecto *quo*, proindèque in dividuatur ab ipso; cumque idem numero accidens nequeat transire de uno subiecto *quo*, vel *quod* in aliud simile, fit conseq. actum charitatis elicitum medio auxilio non posse cõtinuari medio influxu habitus charitatis. Si ergò huiusmodi fuit actus charitatis Angeli pro primo instanti, ab eodem principio fuit continuatus pro secundo instanti.

25 Charitas in Angel. processit ex habit. Prob. 1.

Quod autem nequeat conc. prob. 1. quia sequitur habitum charitatis infusum Angelis cum gratia sanctificante fuisse in eis otiosum, cum non exierit in actum 2. qui est 1. & principalis respectu illius. Hoc autē concedere præter voluntarietat, est parū decens naturæ Angelicæ, in qua nulla fuit causa desidiæ, aut alicuius retardantis exercitium virtutum infusarū: ergò. 2. Operari delectabiliter, & cū promptitudine est proprium habitus tam naturalis, quam supernaturalis; cum solum ratione illius detur permanentia inclinationis in actum, & nihil possit promptè, & delectabiliter operari, nisi sit permanenter inclinatum, & per modū naturæ in similem operationem: ergò si Angelis in via non se habuit habitus charitatis per modum principij influentis in dilectionem Dei, in illa non sunt operati promptè &c. Sed hoc derogat dignitati Angelorum, & etiam suavitati divinæ providentiæ supernaturalis circa personas Deo tam gratas, ac dilectas: ergò de 1. ad ult. dicendū actum charitatis pro 1. instanti fuisse elicitum medio habitu charitatis, uti proxima virtute, & media gratia, ut principio radicali. Secundo.

Assumpt. ultim. conseq. prob. ex eleganti doctrina D. Thom. hac 1. 2. q. 110. a. 2. per hæc verba: *Deus non minus providet his, quos diligit ad supernaturale bonum habendum, quam creaturis, quas diligit ad naturale bonum habendum. Creaturis autem naturalibus sic providet, ut non solum moveat eas ad actus naturales, sed etiam largiatur eis formas, & virtutes quasdam, quæ sunt principia actuum, ut secundum se ipsas inclinentur ad huiusmodi motus, & sic motus quibus à Deo moventur, fiunt creaturis connaturales, & faciles, secundum illud Sapient. 8. & disponit omnia suaviter. Multo igitur magis illis, quos movet ad bonum consequendum supernaturale &c.* At qui virtus, forma, & principium actus supernaturalis, pro ut distinguitur à motione; significat principium permanens per modum habitus, aut potentiæ, ut est certū: ergò attenta suavitate providentię supernaturalis Dei circa Angelos, non solū eos movit per auxiliū fluidum, sed etiam infudit eis gratiam habitualem, & habitus virtutū, ut per influxum physic. radicalem, & proximū de ordine gratię faciliter, expeditè, & omnino connat. intra ordinē gratiæ operarentur. Deniq. Vel gratia habit. pro statu viæ Angel. fuit in esse phy- 26

nico

physico otiosa, vel non? Primum nequit sine duritia concedi: ergò verum est secundum. Sed gratiam habitualem non esse otiosam, prout in esse physico, sive principij radicalis consideratam, est illam radicaliter influere in actus supernaturales elicitos medijs virtutibus infusis, ut immediatè influentibus: ergò ita asserendum est contigisse in Angelis pro actu charitatis elicito in 1. instanti. Cumque aliunde sit probatum ex doctrina D. Thom. illum fuisse dispositionem, ut à Deo gratiam sanctificantem acciperent in eodem instanti, habetur mutua causalitas, quam propugnandam suscepimus.

27 Tertio probat. conclus. ex alia doctrina D. Thom. 3. p. q. 34. a. 3. ubi docet Christum Dominum fuisse sanctificatum gratia habituali à primo instanti suæ conceptionis more adultorum, se disponendo ad illam per actus liberi arbitrij, inter quos primatum tenet actus charitatis. Rationem huiusmodi sanctificationis tradit D. Thom. ex eo quod *perfectius est habere aliquid per se, quam habere purè per aliud*; hoc est se habendo aliquo modo activè, vel purè passivè. Cum ergò Christo Domino debeat attribui perfectior modus sanctificationis, accepit gratiam habitualem dependenter ab actu charitatis, quo activè liberè se disposuit ad illam. Hoc supposito sic arguitur. Sed talis actus charitatis processit effectivè à gratia habituali tanquam à radice: ergò non repugnat, sed de facto contingit actus charitatis simul esse dispositionem ad gratiam, & ab illa effectivè procedere. Min. quæ solum potest negari ab Adversar. suaderi potest multiplicitèr.

Tertia ratio pro Christo Domino

28 Primo: quia talis actus iuxta D. Thom. ibidem fuit meritorius nostræ redemptionis; proindeque à gratia habituali, quæ est principium meriti, radicaliter processit, proximè verò ab habitu charitatis; habitibus enim non meremur iuxta Div. Thom. nisi quatenus sunt principia actuum, quibus competit ratio meriti. 2. Quia talis actus fuit connaturaliter omnimodè elicitus à Christo Domino; sic enim decebat eius conditionatr; sed actus supernaturalis perfectè virtuosus, & ex specie sua tendens in ultimum finem per modum inclinationis, nequit fieri connaturaliter, nisi supponat pro principio sui naturam prædicto fini ultimo conformem; ut patet in naturalibus, in quibus inclinatio in finem naturæ radicatur in ipsa natura: ergo. 3. Quia prædictus actus fuit regulatus visione beata, proindeque fuit ab intrinseco permanens. Sed actus permanens ab intrinseco petit ex natura rei similem permanentiam ex parte principij productivi: ergò fuit elicitus non ab auxilio transeunte, sed radicaliter à gratia, & proximè ab habitu charitatis. 4. Actus charitatis elicitus à Christo in 1. instanti, modo perseverat secundum omnem illius terminationem, non enim fuit in Christo Domino successio actuum secundum terminationē, in his, qui fuerunt regulati visione beata. Sed asserere similem permanentiam dari in auxilio fluido, quo fuit elicitus talis actus, dicit magnam inconnaturalitatē in modo operandi, si consideretur permanentia actus, & impermanentia auxilij: ergo dicendum illum fuisse elicitum per habitum charitatis. Ut autem omnes probationes promptè in memoria retineantur, omnes continentur in his proprietatibus actus charitatis, scilicet: *Meritorius de condigno; perfectè virtuosus: elicitus cum magna connaturalitate, ab intrinseco permanens, & regulatus visione beata.*

Probat. min 1.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Prob. in compendio.

Huic probat. Resp. 1. Aliqui negando actum charitatis fuisse in Christo Domino dispositionem aliquomodo prævium ordine naturę ad gratiam habitualem; unde exponunt D. Thom. de dispositione purè comitanti. Sed contra est 1. Nam D. Thom. loquitur de illo genere dispositionis, quo alij adulti se disponunt ad gratiam habitualem. Sed isti disponuntur per actum charitatis ordine naturæ antecedentem ipsam gratiam habitualem: ergò. 2. Ideò iuxta D. Thom. Anima Christi se disposuit per motum liberi arbitrij ad susceptionem gratiæ habitualis,

29 Prima solutio.

Impug.

Secunda

quia perfectius est habere per se aliquam formam, & quasi activè, quam illam habere purè per aliud, & passivè. Sed hic modus habendi gratiam habitualem per motum liberi arbitrij dicit in tali motu munus dispositionis præcedentis ordine naturæ gratiam, & non purè comitanter se habentis, ut de se constat: ergò.

30 Secunda solutio.

2. Resp. alij fuisse in Christo Domino duplicem actum charitatis; unum regulatum scientia beata, alterum vero infusa. Illa processit à gratia habituali, & à charitate, fuitque, & est ab intrinseco permanens; nec tamen obtinuit munus dispositionis ad gratiam. Solum igitur actus regulatus scientia infusa fuit dispositio antecedens: ille tamen non processit à gratia, sed ab auxilio transeunte communicato. Sed contra est 1. Omisso fuisse duplicem actum charitatis in Christo Domino, & utrumque immediatè circa Deum: quod communiter negatur à Thomistis; eo quod prædicti actus solum numero distinguerentur, proindèque nequeunt esse simul in eodem subiecto; falsum est actum regulatum scientia infusa non fuisse elicitum à gratia habituali, & immediatè ab habitu charitatis. Ratio est: Nam scientia infusa fuit proprietas gratiæ habitualis consummatæ in Patria, licet 1. proprietas sit scientia beata: ergò prædictus actus supponebat gratiam habitualem radicantem scientiam infusam: ergò si hac posterioritate non obstante, fuit dispositio ans. ad gratiam, solutio data non solvit argum. 2. Attenta dignitate operandi in Christo Domino, actus charitatis debuit elici ab ipso cum omni connaturalitate, tam ex parte intellectus, ut regulantis, quam ex parte voluntatis, ut elicientis. Sed propter primum fuit in Christo Domino ex parte intellectus scientia infusa per modum habitus communicata: ergò eadem, & potiori ratione, talis actus fuit elicitus à voluntate Christi Domini medio habitu charitatis, ut virtute proxima; & consequenter media gratia habituali se habente per modum radicis ad elicientiam talis actus.

Impug. 1.

De his S. D. 3. p. q. 7. prob. necessit. grat. &c. in Christo D.

Secundo.

4. Ratio potest sic proponi. Actui charitatis ultimo disponenti ad gratiam habitualem debet concedi dependentia ab ipsa gratia, ut principio effectivo, si aliunde in huiusmodi mutua causalitate nulla sit repugnantia, quin potius pluribus exemplis illam de facto dari probetur. Sed res ita se habet: ergò cum iuxta omnes actus charitatis sit dispositio ad gratiam extra Sacramentum, fatendum est illum procedere ab ipsa gratia, ut à principio effectivo. Mai. constat, tum ex pluribus nobis adversantibus, qui principaliter moventur ad oppositum conclusionis; quia nequeunt percipere, quod gratia habitualis existens pro priori ad actum charitatis, quem elicit; dependeat ulterius quoad sui existentiam ab eodem actu. Deindè, quia negari nequit magis connaturaliter elici actum charitatis mediante gratia habituali se habente per modum radicis operationum supernaturalium, inter quas primatum tenet actus charitatis, quam si eliciatur mediante auxilio fluido. Cumque si non adsit efficax motivum repugnantiæ, standum sit pro elicientia connaturali actus charitatis; ita accidere credendum est. Min. vero prob. 1. exemplo calotis, ut octo dimanantis à forma ignis, ut illius proprietas, & tamen est dispositio ultima materiæ primæ ad ipsam formam ignis.

31 4. Ratio ex Doct. commun. inter Thomist.

Primum exempl. ad prob. min.

32 Secundò.

2. Habetur in sententia frequenti Thom. asserentium actionem generativam recipi in composito genito; ex quo manifestè constat præd. actionem præcedere in genere causæ efficientis ipsum compositum, & simul dependere ab illo in genere causæ materialis receptivæ. Idem constat in entitate materiæ primæ secundum omnem sui formalitatem præcedentis formam substantialem in genere causæ materialis, in qua recipitur, vel etiam, ex qua educitur forma: Et tamen forma substantialis præcedit materiam primam in genere causæ formalis dantis ei esse formale, & specificum per modum actus. Hæc exempla pervia sunt apud Thom. Unde pro alijs RR. oportet

Tertium.

Aliud pro alijs ex Adv.

alia

alia exempla adducere ad idem intentum. Inter aliqua adducta à Mag. Bolivar ibi videnda; sufficiat illud de actione creativa Angeli v. g. quæ iuxta plures ex Adversarijs est formaliter transiens, proindequè dependens ab Angelo in genere causæ materialis per receptionem in illo.

Sidicas. Nec valet dicere prædictam actionem non propriè recipi in Angelo, aut illum habere pro subiecto inhæsionis, sed solum adhæsionis. Non,

Impugn. 1. inquam, valet 1. Quia talis actio supponitur formaliter transiens, estquè verè accidens; cum ens creatum adæquatè dividatur in substantiam, & accidens. Sed hoc ipso verè inhæret, & recipitur in subiecto; quod aliud esse nequit nisi Angelus: ergò in illo recipitur, est què illo posterior in genere causæ materialis simul cum prioritate in genere causæ effi-

Secundo. cientis. Deindè, & præoccupatur communis solutio. Nàm, etsi prædicta actio sit modus (quod etiam poterat dici de omni alia actione transeunte) hoc ipso dependet essentialiter à re, cuius est modus. Sed omnis dependentia fundat rationem causæ, & prioritatis ex parte illius, à quo aliquid dependet: ergò semper subsistit mutua dependentia inter actionem creativam Angeli, & ipsum Angelum in diverso genere causæ. Satis de his, qui alia desiderat, adeat Philosophos tract. de Generat.

33 Unum tamen Theologicum, & propriissimum in præsenti, omitti non debet. Est enim sæpè edoctum

Argum: ex S. D. pro mutua causa lit. à D. Thom. remissionem peccati læthalis in homine, qui iustificatur, præcedere in genere causæ materialis consecutionem gratiæ, & subsequi ad illam in genere causæ formalis; cum talis remissio sit effectus secundarius gratiæ iustificantis. Quam doctr: confirmat S. D. exemplo rerum naturalium, in quibus corruptio unius formæ in ratione mutationis est prior in genere causæ materialis introductione alterius; licèt in genere causæ formalis, & ex parte agentis, introductio formæ præcedat expulsionem alterius. Si enim stat optime effectum secundarium alicuius formæ necessario præstitum à tali forma realiter existente, præcedere ipsam ex parte subiecti, & in alio genere causæ; stare poterit actum effectivè procedentem à gratia habituali, præcedere ipsam per modum dispositionis, & ex parte subiecti, quatenus illud præparat ad gratiæ receptionem.

§. V.

Solvuntur argumenta.

OBijc. 1. ex Trident. sess. 6. Can. 3. in quo agens de actu charitatis, & pœnitentiæ, quibus homo disponitur ad gratiam iustificationis, sic habet: *Siquis dixerit hominem sine præveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio, posse credere, sperare, pœnitere, & diligere, sicut opportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, anathema sit.* Hinc constat gratiam requisitam per modum principij ad actum charitatis &c. esse gratiam sanctæ inspirationis, & gratiam adiuvantem per modum auxilij. Sed gratia habitualis sub nulla ex his continetur, ut de se constat; & insuper; quia sensus Concilij esset * hominē sine gratia iustificante non posse disponi ad receptionem eiusdem gratię sanctificantis; *quę loquutio videtur aliena à mente tanti Concilij: ergò dicendum &c. Confirm. idem assumptum ex cap. 5. eiusdem Concilij, ubi describit pro causa conversionis ad Deū, dum impius iustificatur (subqua conversione sine dubio continetur actus charitat:) & unicè ponit ut principium grat: excitantem, & adiuvantem, per hæc verba: *Ut qui per peccata aversi erant à Deo, per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam, ad suam ipsorum iustificationem disponantur.* Et postea. *Undè cum in Sacris litteris dicitur: Convertimini ad me, & ego convertar ad vos; libertatis nostræ admonemur &c.* Sed gratia habitualis nec est gratia excitans, nec gratia adiuvans, de qua loquitur Concilium; cum hanc gratiam appellet gratiam vocationis: ergò principium effectivum actus charitatis

34 Primum argum. ex Trident.

Confirm.

dis-

disponentis ad iustificationem non est gratia habitualis.

35 Urget. 1. Urget. 1. ex cap. sequenti in quo, postquam præmittit, quod homines excitati divina gratia disponuntur ad iustificationem; enumerat inter dispositiones actum charitatis, & contritionis per hæc verba: *Fidentes Deum propter Christum sibi propitium fore, illumque tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquod, & detestationem illorum*: ergò cum nomine gratiæ excitantis in dicto capite descriptæ communiter intelligatur etiam à Thomistis gratia auxilians sufficiens, & efficax nomine gratiæ adiuvantis ab illa solum ut à principio effectivo procedunt actus, quibus homo disponitur ad iustificationem.

36 Secundo. Urgetur 2. ex sess. 14. cap. 4. in quo, postquam definivit contritionem per odium, & detestationem peccati cum proposito de cætero non peccandi; postea subdit: *Fuit autem hic motus contritionis quolibet tempore necessarius ad impetrandam veniam peccatorum.* Cumque forma remissiva peccati sit gratia habitualis; actus contritionis est illius impetratio. Sed hoc ipso non procedit ab illa, ut à principio effectivo: ergò. Probat. min. 1. Quia nulla operatio dicitur propriè impetratoria principij, à quo effectivè dependet; siquidem ante talem operationem necessario debet principium præexistere, quod autem supponitur præexistens, nequit iam impetrari quoad sui existentiam. Rursùs operatio procedens ab aliquo principio nequit esse meritoria illius: ergò nec impetratoria eiusdem. Conseq. prob. Ideo primum est verum; quia meritum debet prævideri existens ante præmium; eo quod de ratione illius est movere voluntatem præmiantis ad conferendum præmium; sed hoc convenit etiam impetrationi; siquidem movet non ut existat, sed quia existit; licèt diferat à ratione meriti, quia non movet ex iustitia: ergò.

37 Respond. Omissa aliquorum solutione asserentium Concilium loqui determinate de dilectione imperfecta, & idem de contritione; quia oppositum propugnavimus in antecedentib. dub. 13. §. 1. agentes de Impossibilitate iustificationis quoad effectum positivum per actum charitatis, & contritionis; eo quod prædicti actus sunt dispositio ad formam sanctificantem iuxta mentem Tridentini; proindequè nequeunt obtinere rationem sanctitatis. Respond. ex probationibus argumenti deduci non esse certum; actum charitatis procedere effectivè à gratia habituali, ad quam ultimo disponit; secus vero non esse valdè probabile, & probabilius opinione contraria. Ratio huius solutionis est 1. Quia Concilium solum enumerat principia supernaturalia dispositionum ad gratiam sanctificantem, quæ sine fidei detrimento negari nequeunt, & hæc sunt gratia excitans sanctæ inspirationis, & gratia adiuvans. Undè relinquit Theologorum disputationi, & in sua probabilitate illorum sententiã circa dependentiam à gratia habituali, ut à principio effectivo. 2. Quia Concilium nomine dispositionis includit etiam eas, quæ remotè ad iustificationem disponunt, ut sunt actus fidei, spei, & timoris &c. * Cumque istæ non dependeant à gratia habituali, ut à principio; ideò designat solum principium universaliter requisitum pro omnibus dispositionibus.

Fundat. 1

Secundo.

*Ita cap. 6. sess. 6.

38 3. Quia, ut Dubio citato diximus, Concilium, nec determinatè loquitur de dilectione, & contritione perfecta, nec determinatè de imperfecta, sed indifferenter de utraque: cum loquatur de omni iustificatione, quæ fit tam intra, quam extra Sacramentum. Qua ratione merito abstinuit à designatione principij effectivi unicè requisiti pro actu charitatis perfectæ, & ultimo disponentis ad iustificationem extra Sacramentum, aut sine dependentia ab illo in re suscepto. Per quæ constat ad confirm. & 1. urgentiam. Vide in fine.

Ad confirm. & 1 urgent.

39 Ad 2. urgent. Respond. Contritionem perfectam solum esse latè impetrationem gratiæ iustificantis, prout impetratio est idem, ac realis con-

Ad 2. urg.

consequutio rei desideratæ. Undè sensus Concilij est: * Fuit autem quo vis tempore ad consequendam gratiam extra Sacramentum necessarius motus contritionis; * quod optimè salvatur, dummodo præcedat per modum ultimæ dispositionis, etsi subsequatur ad illam in genere causæ efficientis; ut patet in calore, ut octo disponente ad formam substantialem ignis. Quod si in tali iustificatione extra Sacramentum necesse est ponere impetrationem propriè sumptam relate ad gratiam; dicimus illam propriè convenire actibus fidei, orationis &c. qui antecedunt omnino receptionem gratiæ.

40 Objicies 2. Si contritio disponens ultimo ad gratiam habitualem, ab ipsa procederet, esset verum gratiam habitualem infundi homini, ut eliceret actum contritionis. Sed talis propositio est falsa: ergò contritio non procedit &c. Mai. constat, & min. prob. Si contritio disponit ultimo ad gratiam habitualem, hæc causalis est vera: *Homini infunditur gratia habitualis, quia est contritus.* Tùm quia contritio est vera causa infusionis; tùm quia sic constat ex illo Lucæ 7. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Sed cum veritate huius non stat veritas alterius propositionis: ergò cum munere ultimæ dispositionis ad gratiam non stat procedere effectivè ab illa. Min. probat. Istæ consequentiæ apud M. Par. lib. 2. contra 2. epist. Pelag. cap. 7. & epist. 101. & iuxta Arausic. Canon. 2: sunt bonæ: *Gratia datur, ut operemur: ergò non datur, quia operamur: Deus elegit nos, ut essemus fideles, & sancti: ergò non quia eramus sancti, & fideles.* Idem dicendum de gratia temporali interna ad fidem: ergò cum veritate huius: *Gratia habitualis datur nobis, ut diligamus Deum, & conteramur de peccatis*; non stat veritas alterius, scilicèt: *Gratia infunditur homini, quia est contritus.*

2. Argum

41 Solutio communis. Solutio communiter traddita asserit utramque causalem esse veram propter diversum modum causalitatis. Si enim ly *quia* dicat causalitatem dispositivam, hæc est vera; *Gratia confertur homini, quia est contritus.* Similiterquè verum est dicere: *Hominem conteri, quia ipsi confertur gratia*, si ly *quia* dicat causalitatem effectivam. De altera vero propositione, scilicèt: *Gratia habitualis datur, ut homo diligat Deum*, dicimus illam esse veram si ly *ut* denotet effectum, non vero finem. Cum enim dispositio ordinetur ad formam tanquam ad finem, & non è converso; ideò talis propositio nequit absolutè concedi, nisi cum restrictione accipiendo ly *ut* consequutivè, sive dicente finem effectum. Quod si de gratia actuali verificatur propriè dari nobis, ut operemur, hoc provenit; quia respicit operationem tanquam finem cuius gratia. Videatur D. Thom. quæst. 28. de Verit. art. 2. ubi asserit formam respectu ultimæ dispositionis ad ipsam exercere munus causæ efficientis, formalis, & finalis: Et quidem hoc argumentum apud Thomistas tuentes in naturalibus ultimam dispositionem ad formam ab illa procedere effectivè, debet reputari inefficax; cum utraque causalis debeat verificari, licèt in diverso sensu, scilicèt: *Datur forma ignis v. g. quia datur calor ut octo; & iterum: datur calor ut octo, quia datur forma ignis.*

Si dicas. Si vera est doctrina solutionis, sequitur ex illa actum charitatis esse priorem in existendo gratia habituali; sed hoc nequit concedi, si ab illa ut à principio dependet: ergò nequit illam ut finem respicere, & simul ut causam effectivam. Sequela probat. Finis est prior ordine intentionis his, quæ sunt ad finem, & posterior ordine executionis; sed ordo exequutionis est ordo existentiæ: ergò Respond. negando sequelam de præcedentia stricta; cum enim causa dispositiva tantum sit secundum quid causa, illius præcedentia ordine exequutionis, & existentiæ, est pùrè secundumquid. Ita D. Thom. quæst. 28. de Verit. art. 2. qua ratione in sensu absoluto nequit concedi * actum charitatis præcedere gratiam habitualē, * sed solum cum addito, scilicèt, *dispositivè*; & hoc non ad existentiam gratiæ absolutè, sed

42 Replica.

Respond.

ſed ad illius receptionem, & prout ſe tenet ex parte ſubiecti; de quo infra. Nec probat: in contra urget:

Ad prob. in contra

Nàm illa præcedentia ad finem ordine exequutionis intelligitur de me dijs effectivè influentibus in aſſequutionem illius, non vero de his, quæ tantum diſpoſitivè concurrunt, qualiter ſe habet actus charitatis. Imò nec ulla præcedentia neceſſario requiritur de ordine executioni reſpectu finis in his, quæ ad ipſum ordinantur, ut videre eſt in proprietatibus cuiuſvis formæ ſubſtantialis, ad quam ordinantur tanquam ad finem, ut de potentijs animæ docet D. Thom. 1.p. quæſt. 77. art. 6. ad 2. Undè debet diſtingui inter finem conſequendum, & perficiendum, adquem non requiritur præcedentia ordine executionis ex parte eius, quod ordinatur ad ipſum. Ad parit: deſumptam ex electione ad fidem Reſp. illam conſequentiam tenere iuxta ſubiectam materiam; electio quidem, quia cum electio conſiſtat in actu divinæ voluntatis, nec ſit aliqua forma recepta in ſubiecto, non requirit aliquam diſpoſitionem præcedentem ipſam ex parte ſubiecti. Undè talis conſequentia eſt recta. Idem dicendum ſuo modo de vocatione intr inſeca conſiſtente in divina motione: nàm cum hæc ſit quaſi diſpoſitio, & forma imperfecta, qua movetur liberum arbitrium, non requirit ulteriorem diſpoſitionem; cuius oppoſitum omni ex parte invenitur in gratia habituali. Ita D. Thom. hic q. 109. art. 6. ad 3.

Sermo eſt de præcedent. ſimpliciter.

Ad parit

43

3. Argum

Argues 3. Gratia habitualis iuxta Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. infunditur à Deo unicuique homini iuxta unius cuiuſque propriã diſpoſitionẽ, & cooperationem, ut conſtat ex illis verbis: *Iuſtitiam in nobis recipientes unuſquiſque ſuam iuxta unius cuiuſque propriam diſpoſitionem, & cooperationem.* Sed cum hoc non componitur actum charitatis diſponentem ad gratiam procedere ab illa, ut à principio effectivo: ergò. Probat. min. Si actus charitatis procedit à gratia, ut à principio effectivo, quantitas intenſiva actus charitatis eſt iuxta intenſionem principij. Undè communiter dicitur à Thomiſtis ex S.D. intellectum creatum eo maiori claritate, & intenſione videre Deũ, quanto maiori lumine glorię perfunditur: ergò cum hoc non ſtat &c. Hæc ult. conſequentia patet. Siquidem concedere gratiam dari nobis, in maiori vel minori intenſione iuxta menſuram actus charitatis, ut aſſerit Concilium: Et deindè aſſerere maiorem vel minorem intenſionem in actu diſponente ad gratiam dari nobis iuxta menſuram illius; eſt eludere verba Concilij, utpotè nihil ſpeciale affirmantis de gratia habituali relatè ad actum charitatis, quod non poſsit affirmari de actu charitatis relatè ad illam.

44

Confirm.

Confirm. ex illo Zachariæ 1. ubi dicitur: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* In quo per prima verba ſignificatur converſio ex parte noſtri ad Deum per actum charitatis, & per poſteriora converſio Dei ad nos per infuſsionem gratiæ iuſtificantis. * Ex quo teſtim. ſic formatur 1. ponderatio. Gratia ſanctificans promittitur nobis tanquam novum beneficium collatum intuitu noſtræ converſionis per actum charitatis. Sed hoc nequit verificari, ſi talis converſio procedat, ut à principio effectivo, ab ipſa gratia; ergò. Probat. min. Nequit promitti ut novum beneficium conferendum intuitu illius operationis ad quam neceſſario ſupponitur collatum ipſum beneficium. Sed ſi converſio noſtra ad Deum eſt à gratia habituali, ut à principio effectivo, intuitus talis converſionis ſupponit iam collationem gratiæ habitualis, aqua habet exiſtere: ergò. 2. eſt. Si actus charitatis, quo homo convertitur ad Deum, procederet effectivè à gratia, eadem veritate, qua dicitur: *Quod Deus convertitur ad nos, ſi præcedat converſio noſtra ad Deum*, verificatur etiam: *Quod nos convertemur ad eum, ſi Deus convertatur ad nos*; ſe hoc nequit affirmari, niſi voluntariè: ergò. Sequela probat. Quia gratia non infunditur, niſi præcedat actus charitatis, verificatur *quod ſi precedat noſtra converſio ad Deum, Deus convertetur ad nos*: ergò cum etiam

*Sic in 4 diſt. 17. a. 2. q. 1. & 3.

Duplex ponder. &

Secunda

etiam iuxta noſtram opinionem conuerſio Dei ad nos per gratiam præcedat actum charitatis, quo ad Deum convertimur, erit etiam verum &c.

45 Reſpond.

Ad argum. facilè Reſpond. ſuppoſita diſtinctione tradita Div. Thom. in præſenti art. 8. ſolutione ad 1. & 2. inter infuſionem gratiæ, & illius receptionem; ſive inter gratiam, prout ſe tenet ex parte Dei illam cauſantis, & inter ipſam, prout ſe tenet ex parte animæ: de qua diſtinctione fuſsius infra erit ſermo. Quo notato dicimus, Concilium ſolum dicere gratiam ſanctificantem recipi in nobis *iuxta unius cuiuſque propriam diſpoſitionem* non autem dixit: *Deum efficere in nobis gratiam habitualem, aut illam activè infundere iuxta menſuram prædictæ diſpoſitionis.* Ratio eſt 1. Nam idem Concilium loquens de activa infuſsione gratiæ ait: *Quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis, prout vult.* Ubi ſolum ponit pro menſura illius divinam voluntatē. 2. Nàm actus charitatis non diſponit Deum, ut infundat gratiam, ſed animam, ut illam connaturaliter recipiat: qua ratione pertinet ad genus cauſæ materialis ſe tenentis ex parte ſubiecti. Cum hoc autem rectè componitur maiorem, vel minorem intenſionem actus charitatis, provenire, & eſſe iuxta menſuram gratiæ habitualis; non quidem ſub eadem ratione, prout ſe tenet ex parte animæ; ſed ut ſe tenet ex parte Dei illam infundentis ut principium dilectionis. Cum enim iſtæ rationes ſint in gratia habit: diſtinctæ; nulla eſt implicatio, ut utraque propoſitio in ſenſu explicato ſit vera. Quod confirmari poteſt ex communi ſententia Thomiſtarum circa diſpoſitionem ultimam tract. de Generat.

46 Ad confirm.

Ad confirm. Reſp. ad novitatem beneficij abſolutè ſufficere non dari neceſſariam connexionem inter actum charitatis, & gratiam habit: quod libenter fatemur; licet connaturaliter loquendo detur connexio, & talis actus de facto proveniat, ut à principio effectivo, a gratia. In opinione PP. Salmant. tuentium actum charitatis eſſentialiter dependere à gratia. Reſpond. cum illis in præſenti à num. 103. gratiæ habitualis communicationem non eſſe ſimpliciter novum, & diſtinctum beneficium formaliter, ſed tantum materialiter: eo quod actus charitatis, & gratia, ſunt realiter diſtincta, eſtò producta per eandem actionem divinam, & eadem libertate. Ad 2. probat. Reſpond. concedendo ſequelam iuxta alia teſtimonia S. Scripturæ uti eſt illud: *Deus tu converſus vivificabis nos.*

Ad 2. probat. Pſalm 84 & 70.

47 4. Argum.

Obijcies 4. Actus contritionis eſt ultima diſpoſitio ad iuſtificationem impij: Sed talis actus nequit effectivè procedere à gratia iuſtificante: ergò inter huiuſmodi actum, & gratiam &c. Prob. min. Id, quod in genere cauſæ efficientis præcedit gratiam iuſtificantem, nequit ab illa effectivè procedere; cum intra idem genus cauſæ non detur mutua cauſalitas. Sed ſic ſe habet actus contritionis: ergò. Min. probat. Quod effectivè cauſat expulſionem peccati, effectivè præcedit gratiam habitualem ut iuſtificantem; cum hæc ſit forma remiſsiva peccati. Sed actus contritionis ſic præcedit expulſionem peccati iuxta D. Thom. 3. p. quæſt. 85. art. 2. ad 3. ubi ait: *Dicendum: quod quælibet virtus ſpecialis expellit formaliter habitum vitij oppoſiti, ſicut albedo expellit nigredinem. Sed pœnitentia expellit effectivè omne peccatum; in quantum operatur ad deſtructionem illius, prout eſt remiſsibile ex divina gratia homine cooperante:* ergò.

48 1. Solutio

Nego min. ad illius probat: Reſpond. negando actui contritionis aliud genus cauſæ præter cauſam diſpoſitivam relatè ad gratiam, ut eſt forma remiſsiva peccati. Licèt iuxta dicta Dub. 18. de neceſsitate, & concurſu actus charitatis, & contritionis ad receptionem gratiæ; non ſolum munus diſpoſitionis phyſicæ, ſed etiam moralis, ipſis concedendum ſit. Ad teſtimonium D. Thom. Reſp. iuxta dicta dub. 19. §. 6. à n. 45. genus cauſæ efficientis iuxta expoſitionem D. Thom. circa textum Phyloſophi ibidem citatum communiter accipi pro *cauſa conſiliante, adiuvante, diſponente, & perficiente.* Ex

quo manifestè sequitur; stare quam optimè iuxta D. Thom. pœnitentiam effectivè causare expulsionem peccati, licèt solum in genere causæ dispositivæ ad illam concurrat. Videantur ibi dicta. Deindè Respond. cum M. à S. Thoma aliud esse pœnitentiam virtutem causare effectivè expulsionem peccati; aliud vero actum contritionis ab illa elicitum, effectivè illam causare. Primum asseritur à D. Thom. quia ipsa virtus pœnitentiæ effectivè causat actum contritionis disponentem ad remissionem peccati. Et ratio huius est: Nàm causa agens per operationem à se elicitam in ordine ad positionem alicuius effectus meritò dicitur effectivè illum causare. Causa enim formalis, & aliæ huiusmodi, & etiam causa dispositiva, per sui intrinsecam communicationem causant proprium effectum, & non per aliquam operationem ab eis realiter distinctam. Iuxta utrámque solutionem salvatur optimè intentum D. Thom. quod reducitur ad assignandum discrimen inter modum, quo pœnitentia expellit peccatum, & modum, quo quælibet virtus expellit vitium oppositum. Siquidem huiusmodi expulsio est pure in genere causæ formalis; expulsio autē peccati per pœnitentiam est, & reducitur ad genus causæ effectivæ, eo quod requirit cooperationem ex parte liberi arbitrij ad receptionem divinæ gratiæ, qua formaliter remittitur omne peccatum. Qui alias solutiones desiderat, consulat PP. Salmantic. in præsenti.

Resp. 2.

Arguit. 5. Actus intensior charitatis, ut octo, v. g. in homine habente solum habitum charitatis, ut quatuor, est dispositio ultima ad intensionem charitatis ut octo. Sed talis actus non procedit effectivè à charitate intensa ut octo: ergò stat actum charitatis esse dispositionem ultimam ad aliquem gradum gratiæ, & charitatis, & ab ea sub tali gradu non procedere effectivè: ergò etiam stabit actum charitatis esse dispositionem ultimam ad gratiam quoad primum sui esse, & à gratia sub tali consideratione effectivè non procedere. Min. probat. 1. Actus charitatis sub tali intensione meretur augmentum gratiæ, & charitatis, ut est certum apud omnes. Sed principium meriti nequit cadere sub merito de condigno: ergò actus charitatis sub illa intensione non procedit effectivè &c. Probat. 2. eadem min. Meritum de condigno spectat ad genus causæ efficientis, licèt moralis. Sed hoc ipso nequit procedere effectivè ab intentione charitatis, quam de condigno promeretur: ergò.

49

5. Argum.

Omissis aliorum solutionibus quas in præsenti insinuat M. Bolivar; verior solutio concedit min. & negat ultimam conseq. Disparitas continetur intra probationem min. principalis. Ratio enim meriti, præsertim de condigno, petit præcedere ordine executionis ipsum præmium, & pro priori ad illud existere extra suas causas, vel saltim prævideri, ut sic existens; cumque nullus effectus possit sic existere, aut prævideri pro priori ad principium effectivum illius; liquido colligitur, quod si cum munere dispositionis ad aliquā formam coincidit etiam cum illa munus meriti de condigno respectu illius, nequit dari mutua causalitas, quam propugnamus. Doctrina huius discriminis, & solutionis fundatur in D. Thom. quæst. 29. de Verit. art. 6. per hæc verba: *Meritum est causa præmij, non quidem per modum finis, sic enim potius præmium est causa meriti; sed per reductionem ad genus causæ efficientis. Causa autem efficiens non est posterior ordine durationis eo, quod efficit: Undè nullus mereri potest, quod iam habet.* Ex qua doctrina satis de se manifesta tuentur Thom. principium meriti non posse cadere sub merito: Et ulterius probant ad rationem meriti de condigno requiri præcedentiam ad præmium, non solum ordine intentivo, sed etiam ordine executivo, de quo tract. de Incarnat. Ratio est. Nàm meritum non causat ut sit, sed potius quia est; ad distinctionem finis finalizantis ut sit, & non quia est. Quapropter, etsi prævisio in solo decreto intentivo sufficiat ut finis finalicet, & in genere

50

Respond.

cau-

causæ finalis influat; ad rationem tamen meriti requiritur prævisio illius tam in decreto intentivo, quam in executivo. Cum autem talis præcedentia in ratione ultimæ dispositionis solum sit secundumquid relatè ad formam, prout se tenet ex parte subiecti; cum qua stat posterioritas ad formam, prout terminat actionem agentis; sit consequens cum munere ultimæ dispositionis conveniente actui charitatis relatè ad gratiam, quoad 1. esse illius; componi dependere ab illa in genere causæ efficientis, non tamen quod simul habeat rationem meriti de condigno.

§. VI.

Alijs argumentis fit satis.

51 OBijcies 6. Si gratia habitualis esset principium effectivum actus charitatis, realiter
6. Argum existeret pro priori ad talem actum; cum realis existentia sit conditio necessario requisita ad physicam efficientiam. Sed hoc ipso nequit dependere ab ipso actu charitatis, ut dispositione ultima: ergò mutua causalitas inter utrumque repugnat. Probat. min. Gratiam habitualem realiter existere in signo naturæ, pro quo est principium effectivum actus charitatis, est illam esse realiter eductam extra omnes suas causas; cum quiditas existentiæ in huiusmodi eductione consistat. Sed cum hoc non componitur, quod dependeat ab actu charitatis, ut a causa dispositiva pro alio signo; aliàs non intelligeretur educta extra omnes suas
Confirm. causas pro priori signo: ergò. Confirm. & explicatur hoc. In signo naturæ, pro quo gratia est principium efficiens actum charitatis; vel intelligitur gratia, ut educta extra potentiam obedientialem animæ causantis ipsam gratiam per modum causæ materialis, vel non? Si primum: ergò etiam intelligitur iam gratia habitualis, ut terminans causam dispositivam se tenentem ex parte animæ, ut gratiam recipiat: proindequè causalitas dispositiva ad gratiam non differetur ad aliud signum naturæ. Si 2. ergò pro illo signo gratia habitualis non intelligitur actu educta extra omnes suas causas, sed ad summum extra causam efficient: Sed hoc est dicere, illam existere incompletè, sive potius vialiter, & in fieri; qui modus dicendi valdè displicet RR. Thomist. in physica circa statum vialem materiæ pro signo causalitatis formæ: ergò.

Prima solut: asserit gratiam habitualem posse considerari dupliciter; uno modo absolutè, sive quoad essential: receptionis; alio vero modo, ut libere voluntariè in anima receptā, quod pertinet ad connaturalitatem receptionis. Si primo modo consideretur, existit realiter pro priori ad actum charitatis, ut principium effectivum illius. Si autem consideretur 2. modo, est posterior inexistendo secundumquid actu charitatis; eo quod talis consideratio est accidentalis gratiæ habituali possibili infundi à Deo sine ulladispositione. Consequenter ad hanc doctrinam dicitur gratiam in signo naturæ pro quo efficit actum charitatis existere realiter, & etiam adæquatè quoad essentialia gratiæ, licèt non quoad aliquam perfectionem ipsi accidentalem superius explicatam. Similiterque ad argumentum probans actum charit: & contrit. in signo pro quo disponit ad gratiam, existere realiter. Respond. ita existere ante gratiam prout liberè, & voluntariè receptam, ad quam disponit, non vero ante gratiam absolutè sumptam. Ita PP. Salmant. num. 72. & num. 96. prope finem. 52 1. Solutio

Non placet 1. Aliud namque est gratiam non dependere essentialiter, etiam quoad sui receptionem, à dispositionibus liberi arbitrij, aliud vero quod quando infunditur dependenter ab eis, non dependeat quoad sui esse intrinsecum, & entitativum, proindequè non præcisse quoad aliquam denominationem ipsi accidentalem 1. est verum, 2. autem falsum. Nàm prædictæ dispositiones suo modo influunt in gratiam habitualem ea ratione, qua anima influit in ipsam per modum causæ materialis receptivæ; sed ani- 53 Obstat.

ma recipiendo entitatem gratiæ, hanc causat materialiter, & non puræ connaturalitatem in modo receptionis: ergò idem dicendum de causalitate dispositionis relatè ad gratiam. Constat hoc in forma substantiali recepta in materia prima dependenter ab ultima dispositione dimananti ab illa. Licèt enim forma non dependeat essentialiter in sui receptione à prædicta dispositione; dum tamen hęc concurrit disponendo ultimo materiam primam ad formam; non solum modus connaturalitatis receptionis formæ, sed etiam ipsa entitas, & actualitas formæ, causatur ab ultima dispositione: quemadmodum ipsa entitas &c. causatur à materia prima illam recipiente. Undè, etsi talis connaturalitas in receptione sit titulus, ut probetur dependentia formæ ab ultima dispositione, alias effectivè dimanante ab ipsa; id tamen, quod reipsa dependet, & causatur est physica entitas formæ.

54 Secundo. 2. Gratiam habitualem esse receptam in anima liberè, aut voluntariè, videtur ex parte obiecti esse quandam denominationem extrinsecam illius provenientem ab actu liberi arbitrij. Non enim facilè explicari potest, quidnam sit illud intrinsecum advenies gratiæ ex actionibus liberi arbitrij. Sed actum charitatis disponere ad gratiam secundum denominationem extrinsecam ab ipso provenientem, est prorsus falsum, & impropriè dictum: ergò talis denominatio liberæ receptionis gratiæ in anima non est formaliter, ad quam disponit actus charitatis. Tertio. 3. Quia per se notum est ad gratiam habitualem, ut liberè receptam per actum liberū libertate immediata, & connexa cum ipsius receptione, necessario requiri motum liberi arbitrij, & titulo recept: requiri motum, qui sit actus charitatis: ergò prædicta solutio fugit difficultatem argumenti; insuperque confundit munus dispositionis cum munere formæ, ut extrinsecè denominantis.

55 Verior solutio. Aliter Respond. In primis hoc argumentum, aliunde difficile, nequit movere AA. Thomistas tuentes communiter tract. de Generat. ultimam dispositionem ad formam substantialem procedere effectivè ab illa; ut manifestè constabit arguendo sub eadem forma. Deindè non habet efficaciam apud AA. tuentes actionem generati compositi substantialis recipi in illo, & non in materia prima immediatè. Ratio est, nàm talis actio cum spectet ad genus causæ efficientis, realiter existit pro signo productionis compositi: cumque aliunde hoc sit causa materialis receptiva prædictæ actionis; En iam reddit argumentum supra positum. Si pro signo antecedenti compositum, realiter existit actio, in tali signo illa est extra omnes suas causas, cum quo non componitur dependere in sui existentia à composito, ut à causa materiali pro alio signo distincto. Idem dicendum de actione creativa, quam plures ex Adversi. tuentur esse formaliter transeuntem, & receptam in creatura; vel hoc omisso; est quidam motus dependens in suo esse à re creata. Sequela constat: Nàm in dicta opinione actio creativa pro signo sui influxus realiter existit; cum tamen pro tali signo subiectum creatum non exerceat suam causalitatem respectu talis actionis.

Argum. sit ineffi-cax.

Instatur.

Ulterius est expressum in S. Doct. quæst. 28. de Verit. art. 7. & in præsenti art. 8. in iustificatione impij remissionem peccati præcedere in genere causæ materialis, & rursus infusionem gratiæ esse priorem illa in genere causæ efficientis, & etiam finalis, & formalis. Quod probat, & explicat exemplo generationis unius formæ substantialis, & corruptione alterius, in quo ostenditur inefficacia argumenti. Sicut enim causa efficiens realiter existit pro signo suæ causalitatis: ita causa formalis, & quemadmodū illa est prior suo effectu, ita effectus formalis primarius formæ est prior realiter effectu secundario eiusdem. Si ergo hæc componuntur cum mutua dependentia in genere causæ, prout, scilicet, forma substantialis se tenet ex parte agentis, & prout se tenet ex parte materiæ; quæ quodammodo disponitur ad receptionem unius formæ per corruptionem alterius; idem potest dici

56 Instatur ex S. D.

dici in præsenti. Denique iuxta D. Thom. quæst. citat. de Verit. * materia est causa formæ in quantum sustentat formam, forma est causa materiæ, in quantum dat ei esse in actu. * Nunc sic: repugnat formam exercere suam causalitatem per modum actus respectu materiæ primæ, & pro signo talis causalitatis realiter non existere. Et tamen pro tali signo non verificatur de forma esse eductam ex potentia materiæ, aut esse causatam ab illa in genere causæ materialis; aliàs pro eodem signo verificaretur munus causæ, & munus effectus: ergò quod huic instantiæ detur pro responsione, dabimus ad argumentum, & nos.

57 Pro solutione argumenti, & aliorum similium passim occurrentium in variis tractatibus, notandum est 1. diversa signa *à quo* inter causas mutuò dependentes inter se, esse signa naturæ, sive causalitatis; tale enim signum nihil aliud est, nec apud DD. aliud significat, nisi ordinem cum dependentia. Ex quo venit 2. notandum, huiusmodi signa facere sensum formalem, & solum in dicto sensu conveniunt rei, quæ de illa pro aliquo signo verificantur. Unde solum, quæ se habent ut ratio formalis causandi, vel tanquam conditio formalis, modus, aut complementum causæ, possunt affirmari pro tali signo. Quare, etsi alia prædicata intrinsecè, imò & essentialiter alicui causæ conveniant; si tamen non se habent de formali aliquo modo ex dictis ad causandum, non collocantur propriè pro tali signo, sed ad illud purè concomitanter se habent. Exemplum 1. habetur in causa effectiva, quæ in recto dicit virtutem productivam, & per modum complementi realem existentiam; *cum unumquodque operetur, in quantum est in actu.* Quapropter pro signo causalitatis illius utrumque intelligitur. Idem dicendum de bono, ut proximè potente movere voluntatem: quod pro signo talis motionis dicit bonitatem, & illius cognitionem, unum per modum rationis formalis, alterum per modum conditionis. Exemplum secundi habetur in intellectione creata productiva Verbi; cui etsi essentialiter conveniat ratio contemplationis; hæc non verificatur, aut intelligitur pro signo productionis Verbi; cum hæc propositio sit falsa: *Intellectio producit Verbum, quia est contemplatio obiecti.* Idē constat in forma substantiali unita materiæ, si essentialiter (ut tuentur Thom.) conveniat dependentia à materia prima, ut à causa propriè materiali; cum tamen hæc non se habeat de formali ad signum causalitatis, quam forma exercet circa materiam: est enim planè falsum asserere formam dare esse actu materiæ, quia est effectus illius in genere causæ materialis.

58 Sic explicatur communiter à Thom. ponentibus actum acceptandi mortem in Christo Domino fuisse regulatum cognitione proponente mortem, ut convenientem ad redemptionem generis humani, & simul motivum obedientiæ ratione præcepti. Ex quibus terminationibus, hæc secunda se habebat purè concomitanter, & non de formali pro signo libertatis ad acceptationem mortis, vel illius carentiam; non obstante quod terminatio proponens præceptum sit realiter identificata cum terminatione regulante libertatem ad moriendum, vel non moriendum. Idem, & eadem ratione affirmant de cognitione beatifica proponente Christo Domino elicientiam alicuius actus virtutis cum indifferentia, & simul proponente futuritionem talis actus, quatenus per ipsam cognoscebat decretum divinæ voluntatis de existentia illius. Hanc concomitantiam alicuius prædicati, aut formalitatis relatè ad aliquod signum naturæ, alij explicant dicendo * tale prædicatum intelligi in illo signo, sed non pro tali signo. * Unde loquendo de forma substantiali dicunt in signo causalitatis circa materiam 1. intelligi etiam dependentiā ab illa in genere causæ materialis, sed non pro tali signo, eo quod non se habet de formali, ut forma actuet materiam.

Notand. 1. pro solut.

Secundo.

Exempl.

59 Tertio notand.

Hinc 3. notandum venit, quod licet existentia realis cuiusvis rei sit eductio illius extra omnes suas causas, hoc est, quod omnes causæ illius exercuerint propriam causalitatem. Si tamen hæc eductio extra omnes adæquatè sumptas non se habet de formali in recto, aut per modum conditionis per se ad aliquam causalitatem positam pro aliquo signo; nequit poni, aut verificari pro eodem signo. Ratio constat ex dictis, & explicatur in forma substantiali, à qua activè dimanant suæ proprietates, & aliunde est effectus materiæ primæ in genere causæ materialis. Licet enim existentia talis formæ re ipsa non habeatur, nisi materia prima exerceat suam causalitatem circa illam: Hæc tamen eductio, & depend. in exist. non verificatur pro signo, pro quo forma est principium activum, à quo suæ proprietates dimanant. Idem, & clarius videre licet in actione productiva compositi, quæ quidem titulo efficientiæ realiter existit cum præcedentia naturæ ad illud compositum, cuius tamen causalitatem materialem non terminat pro illo signo, sed pro alio, quod est posteriorritatis in genere causæ materialis. Idem de actione creativa Angeli, v. g. si ponatur realiter distincta à Deo, & sit verè recepta, aut verè dependens tanquam modus à termino creationis, ut sentiunt Aliqui.

60 Illatio 1. ex dictis.

Ex his colligitur frequentem doctrinam Thom. tum in præsenti, tum in tract. de Generat. asserentium formam, aut causam efficientem pro signo propriæ causalitatis intelligi realiter existentem, non quidem completè, sed incompletè (idemque de eductione extra suas causas) non intelligere per hos terminos existentiam realem formæ; aut principij, esse existentiam partialem; nec prædictam existentiam, esto in re sit unica, & totalis; esse dimidiatam, aut quasi divisam in partes relatè ad distincta signa; hoc enim asserere videtur rationi naturali contrarium; quod enim est in se indivisibile, aut totum, aut nihil essentiæ illius existit; solum ergò intendunt dicere existentiam relatè ad aliquas causas, à quibus extrahitur non se habere de formali pro omni signo, sed purè concomitanter. Quod supra explicavimus aliquibus exemplis, & in intellectione creata producente Verbum sub munere dictionis, & ad illud subsequuta sub munere contemplationis, eadem doctrina clarè percipitur. Siquidem talia asserentes non dicunt intellectionem esse verè divisam in duo munera, scilicet, dictionis, & contemplationis, quasi hæ sint duæ medietates, quarum una sit in uno signo, & altera in alio, cui intelligentiæ opponitur manifestè realis identitas inter utrumque munus. Unde solū intelligunt munus contemplationis nō se habere per se, ut causam productivā Verbi; estò tale munus sit in signo dictionis propter identitatem cum alio munere. Quod est purè comitari, sed non verificari pro illo, quia non est ratio formalis, aut conditio, ut intellectio sit productiva illius.

Expon. sensus Thomist.

Per hanc doctrinam evanescit cogitatio aliquorum aprehendentium huiusmodi signa, ut signa rationis, sive intellectus præscindentis inter munera, aut prædicata eiusdem rei realiter inter se identificata. Evanescit, inquam, cum sint signa realia realis causalitatis, & dependentiæ; & insuper, quia propositiones, quæ iuxta diversitatem signorum efformantur, sunt veræ in sensu reali, & oppositæ, reddunt sensum manifestè chimericum. Sit 1. exemplum in scientia beata Christi Domini, proponente elicientiam actus virtutis cum indifferentia, & simul repræsentante futuritionem determinatam illius. De hac enim repræsentatione falsò, & chimericè affirmaretur existere in Christo Domino pro signo libertatis; siquidem faceret hunc sensum: *Sum liber ad actum charitatis, quia evidenter cognosco me determinatè eliciturum actum charitatis.* Idem constat in cognitione divina sub divertat in cognitione divina sub diversa quasi virtualitate constituente divinam voluntatem liberam ad decretum existentiæ mundi, & simul providente existentiam talis decreti. Siquidē asserere de hac prævis. existere

61 Secunda.

Connotat illam relatè ad nos.

Probat. exemplis.

pro

pro signo libertatis est chimera; cum sit idem ac dicere: *Quia Deus videt decretum existentiæ mundi, est liber ad tale decretum.* Idem dicunt Thomistæ, & rectè de gratia prædeterminanti voluntatem Angeli v. g. in 1. instanti ad actum solum ordine naturæ subsequutum illius voluntatem, & libertatem; de qua, inquam, verè asserunt non existere pro signo libertatis, quia, videlicet, non cōstituit, aut dat potestatē ad actum; sed unicè se habet, ut applicatio ad illum; quæ omnia verificantur in sensu reali, & iuxta essentiam gratiæ prædeterminantis. Sufficiat tamen pro eodem assumpto aliud exemplum, quod de se videtur significare signum præcisionis. Hæc propositio: *Homo secundum se non est albus*, est vera in sensu reali, prout à ficto, & præcisivo distinguitur; siquidem solum enuntiat albedinem non esse de essentia hominis; in qua assertione; quid fictionis invenitur?

62 Ultimo notandū.

Tandem nota, quod cum signum naturæ sit signum causalitatis, & prioritatis *à quo*, cuilibet signo correspondet aliud signum posterioritatis in eodem genere causæ v. g. si forma substantialis ignis est prior prioritate à quo calore ut octo, huiusmodi prioritati formę, & signo naturæ correspondet ex parte caloris signum posterioritatis à quo, & per modum effectus illius in genere causæ efficientis. Unde si diversa signa naturæ nequeunt propriè adunari in uno signo, multo minus signum naturæ, & signum posterioritatis, aut effectus. Qua ratione dicitur; quod licet causa ut in actu secundo causans effectum necessario connotet effectum, non tamen ut existentem pro signo causæ, sed pro signo posteriori ad illum. Unde in materia prima, & forma substantiali, quæ sunt ad invicem causæ, sunt quatuor signa distinguenda; duo, quæ sunt signa causalitatis, & alia duo, quæ sunt signa effectus, aut posterioritatis. Quare signo, pro quo materia est causa formæ illam recipiendo, correspondet tanquam signum posterioritatis ipsa forma, ut recepta in materia prima. Similiter signo causalitatis ex parte formæ, quatenus dat esse actuale materiæ, correspondet tanquam signum posterioritatis ipsa materia prima, ut accipiens esse in actu, sive ut actuata à forma. Hinc deprehendes formam, ut receptam in materia, exprimere diversam formalitatem, aut virtualitatem à se ipsa, ut actuante materiam primam; cum prima sit ratio causæ, secunda vero ratio effectus. Idem suo modo in materia prima. Unde si sint quatuor genera causarum distinguenda sunt quatuor signa naturæ, sive causalitatis, & alia quatuor signa posteriorioritatis, sive effectus; & sicut illa non debent confundi; ita ut dum dicitur pro aliquo signo naturæ, alia intelligantur; ita similiter, dū dicitur pro signo effectus, sive posteriorit. naturæ. Hæc omnia applicanda sunt gratiæ habitualis, ut efficienti actum charitatis, & simul dependenti ab illo in genere causæ materialis dispositivæ; concedendo ei realem existentiam pro signo dictæ causalitatis; quin pro illo debeat intelligi, aut de ipsa verificari, esse realiter eductam per receptionem in anima, & extra illius causalitatem; nec similiter extra causalitatem actus charitatis, ut liberè disponentis animam ad prædictam receptionem.

Applicatur doct. data grat. habit.

Ex his facilis est solut.

63 Septimū argum.

Obijcies 7. Si actus charitatis est dispositio ad gratiam habitualem; pro illo signo, pro quo ad eam disponit, verificatur de illo, quod realiter existit, & exinde, pro signo priori ad gratiam habitualem; sed cum hoc non componitur, quod talis actus sit operatio procedens effectivè à gratia: ergò &c. Minor est certa: Nam operationem aliquam realiter existere in signo naturæ antecedenti ad suam causam efficientem est chimera: à quo enim principio, inquiro, habet esse? Maior etiam facilè probatur. Actum charitatis in signo naturæ præcedere per modum dispositionis gratiam habitualem, est illum in actu secundo, & exercitè, præstare animæ suum effectum, scil. illam proportionando

positivè ad receptionem gratiæ. Sed implicat contradictionem actū charitatis exercitè, & in actu 2. præstare aliquem effectum proprium sui, quin in actu 2. & exercitè existat; cum esse exercitum effectus suppon: esse exercitum causæ illum præstantis: ergò. Ulterius. Nam aprehendere actum charitatis in signo naturæ realiter disponere animam ad gratiam, & in illo signo non aprehendere illum, ut existentem, est in intelligibile. Nec dicas, munus illud dispositionis, utpote munus causæ materialis, non requirere realem existentiam in illo priori, ut dicitur de materia 1. in Physica. Non, inquam, dicas 1. Nam inquiro, in quo signo actus charitatis habet disponere in actu exercito? Non in signo, pro quo dependet à gratia: ergò in signo priori: ergò in illo realiter existit.

Ulterius.

Si dicas.

Impug. 1.

64

2. Nam etsi actus charitatis sit causa materialis relatè ad gratiam, ad quam disponit; relatè tamen ad animam, quam disponit, exercet munus causæ formalis, licet accidentalis; cum in illo signo sit verum dicere: *Anima est formaliter dispositа ad receptionem gratiæ.* Sed causa formalis, quælibet sit, realiter existit in signo suæ causalitatis: ergò. Denique. Licet doctrina solutionis sit vera de causa materiali, ut pura potentia, qualis est materia 1. secùs de causa materiali, quæ est actus, etsi admixtus potentiæ, ut videre est in anima causante materialiter effectivè gratiam, & realiter existente pro priori ad illam. Sed talis est munus causæ materialis conveniens actui charitatis: ergò discrimen est de se manifestum. Nec valet dicere cum alijs, argum. solum probare; pro illo signo existere actum charitatis sub munere dispositionis, non tamen sub munere effectus dependentis effectivè à gratia. Non, inquam, valet 1. propter superius dicta. Est enim de ratione existentiæ realis eductio rei extra omnes suas causas; extra omnes, inquam, non divisivè, sed collectivè. Si igitur in illo signo realiter existit, in illo est eductus extra omnes suas causas collectivè: ergò non restat locus; ut pro alio signo causetur effectivè à gratia. 2. Quia solutio petit principium: Nam difficultas stat circa duplex munus prioris, & posterioris realiter in eodem actu, & relatè ad idem principium.

Secundo.

Urgetur. Implicat intelligi actum charitatis existere sub munere dispositionis ad gratiam; quin etiam intelligatur, ut procedens effectivè à gratia: ergò nequeunt in illo adunari pro diverso signo munus dispositionis, & effectus. Pr. añs. Pro signo, pro quo actus charitatis disponit ad gratiam, intelligitur ut motus vitalis, & liber animæ ad Deum. Sed in conceptu formali motus vitalis, liberi, supernaturalis in Deum, intelligitur dependentia à principio intrinseco effectivo sui; ut constat ex definitione voluntarij: ergò cum aliud principium non sit, nisi gratia, in signo, pro quo disponit &c. Maior videtur certa. 1. Quia Sanct. Doct. prob. hic art. 2. & 3. requiri dispositionem ad gratiam in homine, quia cum sit agens liberum, debet se movere ad illam. 2. Quia munus dispos. it. convenit actui charitatis, quatenus est conversio ad Deum; ut dicitur Zachar. 1. & quatenus est accessus ad Deum, ut dicit Psalm. 33. Et prout est apropinquatio animæ ad Deum, ut dicitur Iacobi 4. Sed munus *conversionis, accessus, & apropinquationis ad Deum ut A gratiæ* est munus proprijssimum motus vitalis supernatural. in Deum: ergò.

65

Urgetur.

Accedite ad eum, &c.

Apropinquat: Deo &c.

Ad hoc arg. constat ex dictis ad præced. Eadem enim doct. est utendum pro existentia actus charitatis ante gratiam, ac è converso; cum solo discrimine, quod illa, cum sit causa *secundum quid*, erit illius existentia *tantum secundum quid*. Quare concedimus illum realiter existere pro tali signo. Licet enim causa materialis per modum puræ potentiæ non requirat tanquam conditionem existentiam pro suo signo, *uti affirmatur de materia 1. secùs autem de actu charitatis sub munere causæ materialis dispositivæ. Tum quia ipsa anima, quam disponit, existit realiter pro signo suę causal. scil. educt. ex poten. obedientia-

66

Resp. 1.

*Sic Aliqui.

Si aliter dicas.

Reijcit. 1

tiali sui: ad receptionem enim accidentis requiritur necessario, tum existentia subiecti, tum illius subsistentia. Deinde, quia huiusmodi dispositio est per modum actus admixti potentialitati. Unde necesse est intelligi illius inhærent. pro signo, pro quo exercet munus causæ dispositivæ; sed quia hoc signum causalitatis est inadæquatum respectu omnium formalitatum, quibus gaudet actus charitatis; remanet locus, ut pro alio signo sit effectus eiusdem gratiæ per modum operationis ab ipsa radicaliter procedentis.

67 Resp. 1. Illam etiam urgere contra ponentes actum charitatis procedere effectivè ab auxilio fluido, & simul esse dispositionem ad gratiam habitualem. Ratio est manifesta: Nam cum munus effectus, & munus dispositionis sint inter se distincta, cum 1. sit munus posterioritatis, & dependentiæ, alterum verò munus causalitatis, & prioritatis; dicunt inter se rationes distinctas. Nunc rogo. Si actus charitatis est dispositio ad gratiam habitualem, hoc convenit ei, in quantū est motus vitalis, & conversio in Deum, vel non? Si 1. ergò sub munere dispositionis intelligitur, ut procedens à principio intrinseco, scilicet, auxilio fluido intrinsecè inhærenti volunati, quod est ponere munus dispositionis prorsus indistinctum à munere effectus respectu auxilij; vel saltim collocare pro eodem signo rationem effectus, & rationem causæ. Si 2. dicant nobis, sub qua expressione actus charitatis dicit munus disponendi dispositione specifica, propriaque actus charitatis ut motus liberi arbitrij, in qua non exprimatur etiam munus effectus per modum operationis procedentis à principio intrinseco; & nos idem prorsus dicemus.

Hoc notat. Resp. 1.

68 Respond. 2. ex doctrina D. Thomæ hic art. 8. ubi hunc ordinem præmittit in rebus naturalibus, ut similem adstruat inter gratiam, actum charitatis, & remissionem culpæ. *In quolibet motu*, inquit 1. *Est motio moventis, secundum est motus mobilis; tertium est consumatio motus, sive perventio ad terminum.* Præmenda sunt illa verba *motus mobilis.* Est enim communis Philosophia apud AA. identificantes realiter actionem transeuntem cum motu; eandem entitatem exprimere proprium munus actionis, prout est motus *ab hoc*, sive prout dicit egressum ab agente; exprimere autem munus motus, quatenus dicit esse *in hoc.* Ex quibus constat: quod licèt motus adæquatè in se dicat necessario rationem actionis propter dependentiam à causa agente; munus tamen motus non exprimitur per ordinem ad agens, sed per ordinem ad mobile, quatenus est actus imperfectus respectu illius, simulque reddit illum in potentia ad ulteriorem terminum. Constat hoc ex ipsa definitione motus: *Actus entis in potentia, secundum quod in potentia*, in qua, nec exprimitur ordo ad agens, à quo egreditur sub munere actionis; nec unicè exprimitur ordo ad mobile sive passum, sed illud reddere proximè receptivum termini adquem comparatur in potentia. Et quamvis hæc definitio solum sit de motu physico, qui est actus imperfecti; sud modo attribuitur etiam motibus intentionalibus, scilicèt, intelligere, & velle, qui iuxta Div. Thom. & Philosophum *dicuntur actus perfecti eo, quod, unumquodque operatur, in quantum est perfectum, & in actu.*

Secundò.

69 Consequenter adhæc dicendum de actu charitatis; illum exercere munus dispositionis ad gratiam habitualem, prout est motus animæ in potentia ad receptionem gratiæ, quæ est terminus formalis iustificationis. Et quamvis prædictus actus, quia motus vitalis, necessario dicat egressum ab ipsa anima elevata intrinsecè per gratiam habitualem; hic egressus solum convenit actui charitatis, quatenus est motus animæ, & etiam ab anima; non tamen prout dicit esse præcisse motum animæ, per quem redditur proportionata, & determinata ad recept. gratiæ donatam. Nec omnis expressio, tam vitalitatis, quam voluntarietatis est expressio,

Illatio.

aut principium activum; nàm cum vivere sit se movere, sive esse movens, & motum, etiam expressio receptionis, vel inhærentiæ principio vitali est expressio pertinens ad vitalitatem motus.

70 Aliter explicat.

Vel aliter explicatur hoc idem. Anima, & est mobilis à Deo infundente ipsi gratiam habitualem, ut terminum ultimum actionis iustificantis,: & simul est potens radicaliter, aut purè obedientialiter ratione sui elicere actum charitatis; sitque adæquatè positivè potens illum sic elicere ratione gratiæ habitualis. Animæ, prout est in potentia purè passiva ad gratiam; correspondet actus charitatis, ut dispositio eam positivè aptans ad gratiæ receptionē. Animæ vero, ut elevatæ in ratione activę radical: per gratiam correspondet actus charitatis sub munere operationis. Sub utraque consideratione actus charitatis dicit vitalitatem per modum motus; sed cum diversitate; sub ratione enim operationis procedentis à gratia dicit vitalitatem perfectam, scilicèt, per modum *ultimi actus*: sub ratione autem dispositionis dicit vitalitatem imperfectam, quia se habet ut motus animæ, ut vivat recipiendo vitā gratiæ. Hinc claritatis causa disting. propositionem, cui innititur argumentum: actus charitatis est dispositio ad gratiam, quatenus est motus vitalis, & voluntarius animę in ratione mobilis passivè ad vitam gratiam, concedo. Quatenus est motus animæ, & procedens activè ab anima, ut iam vivente per gratiam, nego. *Et hæc de hoc dub. applic. litteræ M. ubi præced.*

Explicat: in forma.

SVBDVBIVM UNICUM.

SVB QVA FORMALITATE gratia habitualis sit prior, & posterior actu charitatis?

§. I.

RATIO DUBITANDI, ET PRIMA SOLUTIONE reiecta statuitur Conclus:

N. 1 Ratio dubitandi & arg. contra conclus: præced.

NEquit gratia esse principium effectivum actus charitatis, & simul ab illo dependens, ut ab ultima dispositione, nisi ex parte gratiæ distinguantur duæ formalitates, sub quibus ratio causæ, & effectus ei conveniant: Sed huiusmodi formalitates &c. non distinguntur in gratia habituali, aut illarum distinctio nequit rectè explicari: ergò. Maior constat: Nàm ratio effectus, & causæ ex terminis diferunt definitione: proindequè requirunt distinctionem aliquam ex parte illius, cui conveniunt. Min. prob. Omnis formalitas conveniens gratiæ habituali in sua specie consideratæ est, aut fundatur in ratione naturæ, sive radicis ordinis supernaturalis. Sed huic formalitati opponitur ex diametro ratio effectus depend: ab alio intra eundem ordinem: ergò.

2 Solut. satis communis.

Frequens solutio huius argumenti distinguit in gratia habituali munus auxilij moventis liberum arbitrium ad actum charitatis, & munus formæ sanctificantis. Primo modo consideratur gratia quasi in fie-

fieri, & habens quoddam esse viale. 2. modo consideratur sub ratione formæ habentis esse perfectum, & in facto esse. Hac distinctione supposita dicunt plures Thomistæ actum charitatis procedere à gratia habituali sub munere auxiliantis, & præcedere illam sub munere sanctificantis. Quemadmodum dicitur de verbo mentis subsequi intellectionem sub munere dictionis, & illam præcedere sub munere contemplationis. Idem de Paternitate Divina subsequuta virtualiter sub munere relationis ad generationem activam, & illam præcedente sub munere formæ hypostaticæ, & alijs pluribus exemplis. Doctrina solutionis fundatur in D. Thom. hic art. 7. dicente: *Justificatio impij originaliter consistit in gratiæ infusione: per eam enim liberum arbitrium movetur, & peccatum remittitur.* Et artic. 6. appellat eandem gratiæ infusionem, quatenus præcedit motum liberi arbitrij, motionem moventis. Munus autem motionis in gratia est formalissime munus auxilij.

Adducunt aliqua exempla.

3 Hæc tamen solutio, etsi satis probabilis, & tantorum Doctorum authoritate fulcita, non ex toto placet alijs Thomistis, & novissimè M. Serna in præsenti Dubio inserto operibus Mag. Ferre. Unde contra illam obstat 1. Munus auxilij sub quo gratia præcedit effectivè actum charitatis; vel est munus auxilij proximè influëtis; vel radicaliter? Primum nequit dici: tùm quia actus charitatis in sententiam horum Thomistarum procedit ab habitu charitatis, ut à principio immediato. Tùm quia, quod procedit immediatè à gratia, ut principio effectivo *ut quo* provenit immediate ab anima, cui inhæret, ut principio efficienti ut *quod*. Sed actus charitatis non sic procedit ab anima, sed à voluntate; cum sit actus proprius illius: ergò debet dici secundum. Tum sic. Sed munus auxilij radicalis, aut radicaliter influentis, est munus naturæ, à quo munere habet formalissimè gratia habitualis munus formæ sanctificantis: ergò si actus charitatis procedit à gratia non sub primo munere, sed sub secundo, procedit &c.

Non placet ex toto 1.

Nec muneri auxilij radicalis in gratia recte adaptari munus formæ quasi in fieri. Nam munus radicis dicit de se permanentiam, proindeque est munus formæ, ut in facto esse. Ulterius: actus charitatis procedit immediatè ab habitu charitatis; sed hic radicatur immediatè in gratia, ut forma in facto esse, & ut habet esse completum in ratione naturæ: ergò actus charitatis non procedit à gratia sub munere auxiliantis, ut contendit solutio. Obstat 2. testimonium D. Thomæ hic quæst. 112. art. 2. probantis gratiam esse qualitatem permanentem *eo quod Deus non solum operatur movendo creaturas ad proprios fines, sed etiam largiendo eis formam, & virtutes, ut secundum eas inclinentur ad connaturaliter, & delectabiliter operandum: *ergò actus charitatis procedit à gratia habituali sub munere formæ permanentis. Sed hoc munus non est præcisse munus auxiliantis, aut purè moventis: ergò. Ad testimonium D. Thom. supra diximus ex eodem S. Doct. ubi immediatè: gratiam habitualem, ut radicantem virtutes infusas, per quas potentiæ animæ moventur ad suos actus etiam exercere munus moventis animam. Hac ergò solutione relicta aliter Respond. pro quo sit.

4

Secundo

Ad testi. ex S. D. positum a.

§. II.

Gratia habitualis habet rationem sanctitatis pro priori ad actum charitatis, ut disponentem ad illius receptionem.

5 ITa PP. Salmantic: in præsenti recurrentes pro mutua causalitate ad sanctitatem per gratiam secundum se, sive quoad essentialia sanctificationis sumptam, & ad illam, ut voluntariè susceptam. Primo modo præcedit gratia actum charitatis. Secundo autem modo subsequitur ad illum in genere causæ dispositivæ. Eandem conclus. tuentur ex nostris SS. Primarij Complutenses, & M. meus eiusdē Universitatis primarius.

Sic audivi apud defensa

Eandemque insinuat Doct. M. Serna. * Pro cuius intelligentia notandum in actu charitatis inveniri, & munus operationis procedentis a gratia, ut radice; & munus dispositionis ad ipsam gratiam; & munus meriti de condigno gloriæ, & munus amicitiæ actualis; & tandem munus satisfactionis imperfectæ pro offensa peccati. In his muneribus importantur diversi respectus, & quasi ad diversum ordinem spectantes. Primus est respectus dependentiæ a gratia, ut principio effectivo. Secundus est respectus causæ secundumquid, scil: dispositivę ad illam. Tertius est respectus causalitatis moralis respectus gloriæ; ad quod genus etiam reducitur munus sanctificationis. Quartus est respectus unionis affectivę cum Deo redamato fundatus in communicatione bonorum. Hi autem respectus, sive virtualites, iuxta superius dicta non debent confundi; proindequè, nec collocari pro eodem signo.

* Inter opera M. Ferre.

4. Munera actus charitatis

2. Notandum in sententia, quam propugnamus, non dari duplicem actionem aliquo modo distinctam ex parte Dei ad omnia illa, quæ intervenunt in iustificatione impij; sed per eandem actionem, qua Deus infundit charitatem, aliasque virtutes infusas, movet etiam voluntatem ad actum dilectionis, & tandem culpam remittit. Quare illa diversa præcedentia, & causalitas, quæ datur inter immediatè recensita, purè se habet ex parte illorum, non vero ex parte agentis. Unde licet corruptio unius formæ substantialis sit prior, & posterior introductione alterius formæ in diverso genere causæ, eadem indivisibilis actio primo productiva formæ est ex consequenti corruptiva alterius. 3. notandum. Non intendi in conclus: propositaj munus sanctificantis convenire gratiæ habituali, prout exprimit munus radicis actus charitatis: ideòque dicitur effectivè in illum influere. Admittimus enim munus radicis physicæ, & munus sanctitatis in gratia, importare diversas expressiones, proindequè, si velis, etiam importare diversa signa. Quare assumptum præsens reducitur ad probandum munus sanctitatis convenire gratiæ pro priori ad actum charitatis per modum dispositionis, & saltim immediatissimè consequi ad signum, pro quo gratia influit radicaliter in illum.

6

Secundo.

Tertio.

Probat. 1. ex illo D. Greg. homil. 30. *Neque enim quisquam potest Deum diligere nisi eum, quæ diligit habet.* Simlia docet P. August.* dum ait: *Non posse hominem Deum diligere, nisi per prius sit in illo Spir. Sanct.* Nunc sic. Hominem habere in se Deum, quod est idem, ac Deum inhabitare hominem, similiterque habere in se Spiritum Sanctum; dicit formalissimè illū esse gratū, & acceptum Deo, ut nemo dubitat: * pro quo vide plura de sanctificatione repugnante actui charitatis. Sed pro signo, pro quo gratia radicaliter influit in actum charitatis, verificatur cum omni proprietate hominem diligere Deum super omnia, ut est certum: ergò pro tali signo verificatur etiam hominem esse sanctum, gratum, & acceptum Deo. Huiusmodi testimonia sunt efficacissima apud AA. nobiscum propugnantes, & ex illis probantes mutuam causalitatem inter gratiam, & actum charitatis. Apud alios oppositum tuentes, non ita; dicunt enim actum charitatis in iustificatione impij esse opus Spiritus S. ut moventis, sed non, ut inhabitantis. An oppon. SS. PP. ipsi viderint?

7

Probat. 1. ex SS. PP.

* Tract. 74. in Ioann sæpè, & Alij PP.

* Dub. 11 §. 3.

Confirm. idem ex D. Thom. asserente: *Actum charitatis disponentem ad gratiam esse meritorium de condigno, non gratiæ, quæ iam habetur, sed gloriæ quæ non habetur.* Nunc sic. Nequit actus charitatis intelligi, ut de condigno meritorius gloriæ, nisi supponat gratiam in ratione formæ sanctificantis; cum hæc sub hac ratione sit forma dignificans opera nostra. Sed huiusmodi ratio meriti, & condignificatio per gratiam convenit actui charitatis pro signo saltim immediatissimo ad signum, pro quo gratia physicè influit, & radicat actum charitatis: ergo idem quod prius. Probat. min. In gratia habituali munus formæ moralis condignificantis opera consequitur immedia-

8

Confirm. ex S. D.

diatè ad munus causæ physicæ respectu illorum. Tùm quia dignificatio est relate ad opera, ut moraliter honesta, & liberè elicita; quæ honestas supernaturalis, & libertas convenit actui charitatis, dum radicaliter effectivè provenit à gratia. Tùm quia munus causæ formaliter dignificantis in gratia non convenit ei à libero arbitrio, sed à se ipsa. Tùm quia in Christo Domino ad signum personæ verbi, ut influentis in opera illius, immediatè consequitur munus formæ infinitè condignificantis prædicta opera: ergò idem dicendum &c.

9 2. Ratio. Actio Dei infusiva gratiæ habitualis qua talis, est actio imperata ex amore amicabili Dei ad creaturam: ergò in signo, pro quo Deus infundit gratiam, ut eliciat actum charitatis, intelligitur homo terminans dilectionem amicabilem Dei. Sed hoc est illum esse sanctum: ergò pro tali signo &c. Maior vero, in qua est aliqua difficultas, probat. Actio infusiva gratiæ quatenus est principium radicale actus charitatis, imperatur ex amore, quo Deus vult homini maximum bonum, scilicèt, gratiam per modum principij radicalis: sed Deum velle homini maximum bonum, est illum amicabiliter diligere: * ergò. Deindè amor amicabilis Dei circa hominem non est purè affectivus, sed effectivus: ergò in illo signo exercet Deus amorem amicitiæ erga hominem, pro quo efficit in illo gratiam. Sed pro huiusmodi efficientia non datur aliud signum, nec alia actio ex parte Dei; signum enim quod restat est signum receptionis gratiæ in anima, quod cum sit signum causæ materialis, non est signum efficientiæ: ergo pro signo, pro quo Deus activè communicat homini gratiam in ratione principij activi ad actum charitatis &c.

Probat. 2.

Sic S. D. q. 110. a. 1.

10 Tertio prob. Gratia pro signo, in quo per modum principij radicalis influit in actum charitatis, est gratia intellecta per modum naturæ ordinis supernaturalis; cum conceptus naturæ sit conceptus radicis. Sed hoc ipso pro tali signo intelligitur gratia sub munere immediatè fundante expressionem sanctitatis: ergò si in tali ratione gratia consideratur pro signo, pro quo activè influit &c. Mai. constat ex dictis §. anti. prope finem, ubi probatum relinquimus gratiam pro tali signo si habet munus auxilij, esse non munus auxilij proximi, sed radicalis. Min. vero probat. 1. Signum, pro quo gratia habitualis intelligitur sub munere naturæ, intelligitur etiam reddens hominem consortem divinæ naturæ; cum sit illius participatio. Sed huiusmodi consortium est munus, ad quod sequitur immediatè expressio sanctitatis, ut de se patet; cum intelligatur homo in esse divino: ergò alter Deus: ergò est alter ego: ergò amicus. 2. Signum, pro quo gratia exercet munus naturæ à Deo homini infusa est signum, pro quo homo intelligitur genitus, & natus spiritualiter ex Deo; cum generatio viventium sit origo viventis à vivente in similitudinem naturæ: ergò filius adoptivus: ergò sanctus, & cum iure ad æternam hæreditatem. Urgentius. Signum, pro quo gratia intelligitur sub munere principij radicalis elevantis animam, ut eliciat actum charitatis, dum justificatur impius, est signum naturæ: ergò est signum, pro quo anima in esse naturæ interius renovatur secundum spiritum. Sed munus sanctificationis iuxta Trid. convenit gratiæ, prout est renovatio interioris hominis secundum spiritum: ergò pro illo signo intelligitur gratia, ut exprimens, vel fundans immediatè munus sanctitatis.

Probat. min. 1.

Secundo.

Urgetur.

§. III.

Solvuntur argumenta.

11 OBijcies 1. Id, quod convenit gratiæ habituali dependenter ab actu charitatis, ut à dispositione; non convenit ipsi pro signo principij effective influentis in talem actum. Sed sic se habet munus sanctitatis in gratia: ergò. Probat. min. Actus charitatis est dispositio ad gratiam sub munere sanctitatis; ut patet ex Trident: cap. 6. & 7. asserente hominem excitatum, & adiu-

1. Argum.

adiutum divina gratia disponi per dilectionem Dei, & odium peccati, ad iustificationem: Similiterque unumquodque recipere suam iustitiam iuxta illius dispositionem, & cooperationem.* Undè his testimonijs, & alijs ex SS. PP. probatur hominem aliquo modo se ipsum sanctificare, & cooperari ad suam iustificationem: ergò gratia non exercet munus sanctitatis, nisi postquam actus charitatis ad illam sub hac ratione disponit. Confirm. iuxta Div. Thom. hic art. 8. solut. ad 1. *Hic ordo servatur in iustificatione impij: Primo infusio gratiæ, 2. actus charitatis, 3. actus contritionis, 4. adeptio iustitiæ, & remissio culpæ*; sed adeptio iustitiæ, remissio &c. est adeptio sanctitatis quoad effectum positivum, & negativum illius: ergò gratia non exprimit huiusmodi munus nisi post actum charitatis sub munere dispositionis, & in ultimo signo: ergò non in primo, pro quo activè influit in actum charitatis, ut à nobis propugnatur.

Confirm.

12 Respond. Trident. favere nostræ conclusioni in illis verbis: *Iustitiam in nobis recipientes, & secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur, prout vult, & secundum unius cuiusque dispositionem, & cooperationem.* Ubi expresse ponit iustitia, qua iustificamur, esse, & denominari in nobis receptam iuxta dispositionem uniuscuiusque, & à Spiritu Sancto elargitam pro sua libertate. Sed signum, pro quo Deus infundit gratiam in anima, ut efficiat actum charitatis, est signū, pro quo illam elargitur Spiritus S. prout vult: ergò pro illo signo, & sub illo respectu, obtinet etiã rationem iustitiæ. Nec huic opponitur probatio in contra. Gratia enim, etiam sub munere sanctitatis, admittit duplicem considerationem: unam secundumquod est terminus actionis, & amoris amicabilis Dei eam infundentis; alteram secundumquod est terminus, sive forma recepta in anima, eique inhærens. Hæc duplex consideratio habetur 1. in verbis supra ex Trident. relatis. 2. In D. Thom. hic art. 8. in solut. ad 2. dicens: *Dispositio subiecti præcedit susceptionem formæ ordine naturæ. Sequitur tamen actionem agentis: per quam ipsum subiectum disponitur, & ideo motus liberi arbitrij ordine naturæ præcedit consecutionem gratiæ, sequitur autem gratiæ infusionem.* Ubi eandem distinctionem Trid: tradit de gratia habituali, scilicèt, prout est terminus actionis Dei eam activè infundentis, & prout recipitur in anima. 3. Quia de Deo cum omni proprietate verificatur effectivè nos sanctificare, quod maximè congruit pro signo infusionis gratiæ.

Solutio.

In sanctitate gratia est duplex consideratio.

13 Iuxta hanc diversitatem salvatur etiam hominē per actum charitatis se disponere ad sanctitatem, & iustitiam, quatenus hæc se tenet ex parte subiecti, hoc est ad fieri passivè sanctum per gratiæ receptionem. Quod est dicere* hominē non intelligi completè iustum, & sanctum, nisi dum gratia recipitur in anima, eiquè intrinsecè inhæret. * Hoc tamen non tollit quominus etiam prout terminat actionem infusivam Dei, eiusque amorem effectivum amicabilem, sit etiam sanctitas, licèt non recepta pro illo signo in anima, accepta tamen à Deo, quatenus trahitur ad consortium divinæ naturæ. Hæc doctrina infra amplius explicabitur solvendo aliquas instantias contra distinctionem gratiæ, ut est terminus infusionis Dei, & prout est terminus passivæ receptionis in anima, ita ut sub una consideratione præcedat, & sub altera subsequatur.

Explicat.

14 Ad testimonium D. Thom. Respond. eodem modo, & iuxta duplicem considerationem gratiæ etiã in esse sanctitatis. Undè concedimus remissionem culpæ, prout est terminus actionis Dei, subsequutus ad gratiam, etiam verificari pro illo signo, quia eodem actu, & amore, quo Deus infundit gratiam, remittit culpam. Cum quo stat ipsam remissionem, ut se tenet ex parte subiecti, & ut subsequutam ad gratiæ receptionem, quod indigeat actu charit: per modum dispositionis. Hoc idem confirmari potest ex D. Thom. hic art. 2. dicente. *Deus remittit culpam, quatenus peccatur homini; peccatur au-

Ad prob. ex. Doct.

autem, quatenus ipsum amicabiliter diligit. Cumque Deus diligat amicabiliter hominem, dum 1. infundit gratiam sub ratione naturæ, & principij actus charitatis; & aliorum actuum; fit consequens in illo signo etiam dari remissionem culpæ, ut est terminus actionis divinæ.

Ad inst: Respond. Ex his Resp. ad instant. scil: Si in illo priori signo intelligitur gratia, ut remissiva culpæ: ergo ad illam non est necessaria aliqua dispositio ex parte liberi arbitrij. Resp. inquam, exemplo eiusdem gratiæ sub ratione sanctitatis: hæc enim, ut est terminus actionis, & amoris divini, præcedit actum charitatis. Non enim Deus requirit dispositiones ut largiatur nobis sanctitatem; anima vero illa indiget; & ideo sanctitas, ut recepta in anima, subsequitur actum charitatis tanquam dispositionem.

15 Obijc. 2. contra rationem probativam. Falsum est hominem pro signo infusionis gratiæ; ut eliciat 2. Argum actum charitatis, quo disponitur ad gratiam, esse filium adoptivum Dei: ergo, et quod sit sanctus. Prob. atis. Repugnat hominē, qui est iam filius Dei pro aliquo signo prioritatis, accipere potestatem, ut fiat filius Dei; cum fieri sit via ad esse, & non è contra; & insuper, quia fieri est rei, ut in potentia ad formam, non vero rei, ut actu habentis formā. Sed dum impius iustificatur, accipit per prius Respond potestatem, ut fiat filius Dei, ut dicitur Ioann. 1. ergò. De hoc argum. iterum redibit sermo. Pronunc Resp. iuxta dicta, hominem, qui est filius Dei filiatione complete, & perfectè accepta; hoc est per ordinem ad omnes illius causas; non posse fieri filium Dei; cum hoc importet, & filiationem adoptivā, prout se tenet ex parte Dei activè generantis spiritualiter hominem, & etiam ex parte animæ; quatenus in ea recipitur, & ab ea conse quitur. Unde ad prob. in contra, scilicet, *fieri esse viam ad esse*, Resp. Iustificationem sumptam per modu *motus*, seu, ut dici *fieri* iustum, & filium adoptivum Dei esse *viam*, & intelligi pro priori ad iustitiam, & adoptionem, ut habet esse receptum in anima: Non tamen per ordinem ad esse illius, ut *infusæ* a Deo, & se tenens ex parte illius. Uno verbo: gratia habitualis, & est terminus actionis divinæ media qua nos sanctificat, & simul est forma recepta in anima. Actus charitatis procedit, & subsequitur ordine naturæ ad gratiam, quatenus se tenet ex parte Dei per modum virtutis, & seminis, quo Nos sanctificat: præcedit autem gratia, quatenus præparat animam, ut illam consequatur, & recipiat. Istæ sunt diversæ formalitates convenientes gratiæ, ut sub una præcedat in genere causæ efficientis, & sub altera dependeat, sitque posterior in genere causæ dispositivæ.

§. IV.

Instantiæ contra distinct inter gratiam, ut se tenet ex parte Dei infundentis, & ut receptam in anima, solvuntur.

16 Obijcies 1. Falsum est gratiam prius ordine naturæ infundi a Deo, quam eam recipi in anima: ergo nulla datur prioritas 1. Argum inter gratiam, ut à Deo infusam, & ut receptam in anima: ergò nequit actus charitatis subsequi gratiam, ut infusam à Deo, & illam præcedere, ut receptam in anima. Antec. prob. Gratia non infunditur à Deo, nisi per actionem eductivam illius de potentia animæ. Sed gratiam educi de potentia animę est illam in ea recipi: ergo falsum est gratiam &c. Urgetur. Infusio gratiæ, & receptio illius com- Urgetur. parantur inter se, ut actio, & passio; quæ realiter identificantur. Sed inter extrema realiter identificata nequit dari realis ordo naturæ, sive causalitatis: ergo. Respond. Argum. Solutio non esse ad rem, & ex falsa intelligentia procedere. Non enim ponimus gratiam, ut infusam realiter causare se ipsam, ut receptam: quod falsit: convincit argum: Sed dicimus gratiam sub illa duplici consideratione importare diversas formalitates, sive munera, modo sufficienti, ut sub prima consideratione præcedat ordine naturæ actum charitatis,

&

& sub alia subsequatur ad ipsum, ut à causa dispositiva: ad modum quo dum dicitur verbum mentis subsequi intellectionem in genere causæ efficientis, quatenus dictio est, & illam præcedere obiectivè, aut dispositivè, quatenus est contemplatio; non ponitur ordo naturæ inter munus dictionis, & contemplationis, quasi unum sit causa alterius, sed ponuntur in ipsa intellectione diversæ rationes, aut respectus, vi quorum, sub uno sit causa, & sub alio sit effectus.

17 Obijcies 2. Implicat actum charitatis procedere effectivè à gratia, ut infusa, & non procedere ad illa, ut recepta: ergò. Añs. prob.

2. Argum

Prob. ant. 1. Prius est in gratia, sicuti, & in qualibet forma, esse, quam operari: ergò cum esse gratiæ sit in esse, seu recipi in anima; cum sit qualitas, prius est in gratia recipi in anima, quam eam operari: ergò si gratia præcedit actum charitatis quoad in esse, seu recipi gratię, nequit actus charit: subsequi ad gratiã ut infusam, quin subsequatur ad gratiam, ut receptam. 2. Actus charitatis non procedit effectivè à gratia, ut à forma per se separata ab anima; ut est certum: ergò procedit ab illa, quatenus est forma informans animam, & etiam voluntatem medio habitu charitatis. Sed formam accidentalem informare subiectum est illam in eo recipi: ergò gratia non est principium effectivum actus charitatis præcisse, ut infusa à Deo, sed etiam ut recepta in anima. 3. Prius est in habitu operativo constituere per modum formæ potentiam in actu 1. ad agendum, quamquod potentia ratione habitus in actu 2. operetur: ergò prius est in habitu charitatis v. g. constituere voluntatem per modum formæ potentem in actu 1. ad dilectionem, quam illam elicere. Sed non est alius modus in charitate constituendi in actu primo voluntatẽ, nisi per receptionem in ipsa: ergò. Denique. Ideò probant Thomist: Deum non posse uniri per modum luminis gloriæ intellectui beatorum ad elicientiam visionis, quia hoc necessario dicit inhærentiam, & informationem respectu illius, iuxta D. Th. 1. p. quæst. 76. art. 1. *Id, quo aliquid operatur, oportet esse formã eius, quod operatur*, de quo Illust. Godoy tract. de Visione, disp. 17. ergò gratia, ut est principium efficiens *quo* elevatur anima ad elicientiam actus charitatis dicit necessario inhærentiam, seu receptionem gratiæ: ergò actus charitatis subsequitur ad gratiam, ut infusam, & ut receptam.

Secundo.

Tertio.

Ultimo.

Argum. instatur in actione creativa realiter distincta à Deo, proindequè titulo accidentis recepta in subiecto creato. Nàm estò talis actio non habeat aliud esse, quam in esse, vel recipi in subiecto, hoc tamen non sequitur ad illam per modum effectus prout est recepta in ipsa, sed prout se tenet ex parte agentis. Ratio est: Nàm subiectum non est effectus actionis creativæ, quatenus est causa illius. Sed recipere actionem est illam causare in genere causæ materialis: ergò tale subiectum non subsequitur ad actionem sub utroque munere. Idem constat in actione transeunte productiva compositi substantialis, si recipiatur in illo; ut tenent plures Thom. Undè si argumentum solum contendat gratiam habitualem, ut sit principium effectivum *quo* actus charitatis, debere necessario reipsa recipi in anima, hoc est omnino certum. Si autem contendant huiusmodi receptionem se habere de formali, & intelligi pro signo *à quo* sive causalitatis ex parte gratiæ, hoc est, quod expresse negamus. Falsum enim est actum charitatis procedere à gratia, quia est effectus illius in genere causæ materialis; ut de se patet: procedit enim à gratia, quia hæc est virtus à Deo derivata, & infusa, ut ratione illius liberum arbitrium convertatur ad ipsum, & doleat de peccato.

18 Resp. instando.

Ad 2. probat. Respond. in forma, vel habitu, aliud esse recipi in subiecto, aliud informare illud. Nàm informatio dicit causalitatem formalem constituentem subiectum in actu; receptio autem dicit munus ef-

19 Ad 2. probat.

effectus, & dependentiæ à subiecto ut à sustentante. Verum quidem est gratiam pro signo *à quo* efficientiæ actus charitatis dicere informationem constituendo animam actu in esse Divino: eo quod unumquodque est potens operari, in quantum est in actu: Actualitas autem ex parte gratiæ, & in qua fundatur eius activitas radicalis, non convenit ei propter receptionem in anima, aut quia est effectus illius; sed quia est radix, & natura in ordine supernaturali participans à Deo esse principium activum dilectionis, & aliorum actuum. Ex quo constat, quod licèt in gratia informatio animæ sit adiuncta receptioni; in signo efficientiæ solum dicit id, quod est actualitatis; nàm receptio passiva spectat ad signum effectus. Ut autem gratia non efficiat, nec elevet animam, ut auxil: extrinsecè assistens, nec ut forma per se separata: sufficit quod illius receptio sit conditio necessario requisita, & comittans in instanti reali. Per quæ constat ad ultimum; cum Deus neque pro aliquo signo naturæ, neque pro instanti reali illius, nequeat inhærere, aut recipi in intellectu.

Ad ultim

20 Obijc. 3. Si actus charitatis præcedit gratiam, ut receptam in anima, præcedit etiam ipsam, ut à Deo infusam: ergò ruit solutio. Probat. añs. Ideò actus charitatis præcedit gratiam, ut receptam in anima, quia illa non recipitur, nisi anima sit dispositа; sed etiam Deus non infundit gratiam, nisi anima sit dispositа; ut videtur certum: ergò si actus charitatis &c. Quod urgeri potest in naturalibus. Sicut enim materia non recipit formam, nisi sit dispositа ad illius receptionem; ita agens naturale nequit producere formam, aut illam communicare, nisi materiæ dispositæ: ergò eadem ratio militat pro præcedentia dispositionis ad formam sub utroque munere. Confirm. In actione productiva gratiæ (multoque magis in productione formæ naturalis) eadem actio est eductio formæ: ergò inter illam sub munere actionis, & sub munere eductionis, nequit præcedere ordine naturæ actus charitatis; vel procedere ab uno munere formæ, & subsequi ad aliud. Urgetur. Iuxta Trident. sess. 6. Can. 6. *Homo per actum dilectionis, & pœnitentiæ se præparat, ut ei conferatur gratia iustificationis*, sed gratiam conferri homini est prorsus idem, ac gratiam ei infundi: ergò si actus charitatis est dispositio ad gratiam, ut collatam, est dispositio ad gratiam, ut à Deo infusam: ergò si præcedit gratiam, ut collatam &c.

3. Argum

Confirm.

Urgetur.

Neg. añs. & illius probat. Si enim Deus non infunderet gratiã, nisi ratione dispositionis se tenentis ex parte liberi arbitrij; non diceret Trident: *Spiritum Sanctum largiri gratiam secundum mensuram, qua ipse vult*; nec insuper distingueret inter *receptionem gratiæ*, & infusionem illius, uti fecit asserendo, * unumquemque recipere suam iustitiam iuxta illius propriam dispositionem: & cooperationem. * Undè illa propositio *Deus non infundit, aut largitur gratiam, nisi in anima dispositа* tenet verum, si ly *in* faciat sensum comitantem; nàm infundendo gratiam simul movet liberum arbitrium, ut se disponat ad assequutionem, & receptionem gratiæ. Secus autem si ly *in* faciat sensum formalem; hoc enim denotat actionem infusivam gratiæ non esse simul actionem productivam dispositionis ad ipsam, quod est falsum. Quod clarius fiet si reducatur in memoriam sententia opposita. Hæc enim ponit duplicem actionem, unam productivam auxilij fluidi, & actus charitatis; alteram vero infusivam gratiæ. Quare in hac sententia clarè percipitur Deum infundere gratiam in anima, quia est prævia dispositа ad illam. Quapropter opposit: dicendum à nobis opposita de causa. Quod si dictam propositionem, & præsertim intellectam de agente naturali, nolis universaliter negare, potest concedi de dispositione prævia, * secus autem de dispositione ultima, & & comitanti ipsam formam.

Respond.

21

* Hæc determinat agens creatum.

Ad confirm. Resp. Iuxta dicta, scilic: inter munera eiusdem formæ realiter identificata posse intervenire aliquid procedens ab illa sub uno munere ordine causalitatis, & præcedere eam sub alio; ut dictum est in

22

Ad confirm.

verbo

verbo mentis, & in Paternitate Divina sub munere formæ hypostaticè, & sub munere relationis. Quare talis identitas solum excludit aliquid medians ordine essendi, secus autem ordine fiendi, aut causalitatis. Sic etiam intelligenda est illa propositio Div. Thom. 1. p. quæst. 76. art. 6. *Impossibile est inter materiam, & formã cadere aliquid medians*; cum quo non videt. stare dispositionem procedentem à forma præcedere ipsam sub alia formalitate. Cum enim iuxta ipsius doctrinam prius sit materiam, esse dispositam ad receptionem formæ, quam formam recipi in materia, nè videatur sibi contradicere exponendus est in dicto sensu. Et ratio eiusdem ibi id ipsum convincit. Cum enim forma det esse substantiale materiæ, & forma accidentalis esse secundumquid, prius est ordine essendi formam actuare materiam, quam dispositionem accidentalem ei præstare esse secundum quid. Ad authoritatem Trident. Respond. Deum conferre gratiam homini se disponenti, secundumquod ly *confertur* explicat ordinem ad subiectum; non autem, secũdum quod dicit ordinem ad Deũm activè iustificantem. Quod si maiori claritate velis procedere; eandem distinctionem poteris applicare huic complexo *gratia, ut infusa*, siquidem videtur etiam per illud exprimi ordinem specialem ad animam, cui infunditur. Qua distinctione non est opus in hoc complexo: *Gratia, ut se tenet ex parte Dei moventis, & activè sanctificantis*, sive ut loquitur S. Doct. *gratia* ut terminat *actionem Dei*.

Ratio S. Doct.

Ad arg. ex Trid.

23

Diligenter advertenda.

Sed quia aliquando invenitur dictum à D. Thom. actum charitatis ultimo disponentem ad iustificationem præcedere infusionem gratiæ; ut forte notaverit Lector in præsenti dubio, & alibi etiam dictum inveniet; nè videatur S. Doct. sibi contradicere, & præcipuum motivum pro adstruenda mutua causalitate inter actum charitatis, & gratiam valdè infirmum apparere: Necesse est huic instantiæ quoad apparentiam tali occurrere. Etenim Ang. Doct. hac 1. 2. art. 1. ubi inquirit: An peccatum originale sit magis in carne, quam in anima? cui negativè respondet; opponit contra se 4. argum. *Anima rationalis creata à Deo corpori infunditur: Si igitur anima per peccatum originale inficeretur, consequens esset, quod ex sua creatione, vel infusione inquinaretur, & sic Deus esset causa peccati, qui est actor creationis, & infusionis.* Cui Respondet: *Ad 4. dicendum, quod infectio originalis peccato nullo modo causatur à Deo, sed ex solo peccato primi parentis per carnalem generationem: & ideo cum creatio importet respectum animæ ad solum Deum, non potest dici, quod anima ex sua creatione inquinetur. Sed infusio importat respectum, & ad Deum infundentem, & ad carnem, cui infunditur anima, & ideo habito respectu ad Deum infundentem non potest dici, quod anima per infusionem maculetur, sed solum habito respectu ad corpus, cui infunditur.*

Mirabilis distinctio inter creationem, & infusionem, & valdè opportuna, ut quando invenitur dictum à S. Doct. *Actum charitatis præcedere infusionem gratiæ, & etiam illum subsequi infusionem gratiæ*, sine ulla contradictione utrumque sit verum. Si enim infusio gratiæ consideretur, prout dicit respectum ad Deum infundentem, sive intus elargientem gratiam; sic præcedit actum charitatis movendo liberum arbitrium ad eius elicientiam. Si autem consideretur infusio per respectum ad animam, in qua gratia recipitur, sive, cui unitur per receptionem; sic actus charitatis illam præcedit aptando, & proportionando animam, ut illam recipiat à Deo infundente. Eandem dist: inter utrumque tradit in 2. dist. 32. q. 2. a. 1. ad 1. ubi ait: *Cum vero dicitur anima infusione maculatur: si ablativus concomitantiam designet, absolutè vera est (idem in eodem sensu concedit de hac propositione: Anima creatione maculatur). Si autem denotet habitudinem causæ duplex est, quia vel intelligitur, infusio esse causa maculæ ex parte principij à quo, & sic falsa est. Vel ex parte termini adquem, & ad materiam, quam perficit, & sic vera est.* Quare, sicuti animam maculari in-

24

Applicatur præs. doctr.

infusione, quæ est à Deo, solùm dicit maculam provenire ex unione animæ ad corpus, nulla causalitate habita ex actione infusiva Dei: ita asserere actum charitatis præcedere infusionem gratiæ per ordinem ad animam, cui gratia infunditur, solum denotat præcedentiam, & causalitatem, ut anima accipiat à Deo gratiam, secus, ut Deus illam active infundat.

25 Obijc. 4. ex D. Thom. ad illa verba Ioan. 1. lect. 6. *Dedit eis potentialitatem filios Dei fieri*, ubi postquam dixit, ly *filios Dei fieri* triplicem sensum admittere; scilicèt, *per gloriæ adeptionem*, *per gratiæ conservationem*, & *per gratiæ susceptionem*: inquirit; *quænam*, & *à quo sit potestas in hominibus ad filios Dei fieri per gratiæ susceptionem*? Cui Respond. *Huiusmodi potestatem non esse naturæ, sed gratiæ*: & *gratiæ*, non quidem *habitualis*, sed moventis liberum arbitrium ad *consentiendum gratiæ*. Nunc sic. Si gratia habitualis, ut infusa à Deo, esset principium activum actus charitatis, qui est consensus in gratiæ susceptionem; potestas, ut homo fieret filius Dei per susceptionem gratiæ, proveniret à gratia habituali, & non à gratia movente; ut de se est certum. At qui iuxta verba Sanct. Doct. potestas in homine, ut fiat filius Dei suscipiendo gratiam, non provenit à gratia habituali, sed à gratia movente, & quam immediatè ibi Sanct. Doct. appellat *vocationem interiorem*: ergò actus charitatis, & consensus in susceptionem gratiæ, non proveniunt, ut à principio activo, à gratia habituali. Nec licet distinguere in ipsa gratia habituali diversa munera, ut hac diversitate concilietur doctrina D. Th. cum sententia à nobis in præsenti propugnata. Non, inquam, licet 1. Quia iuxta ipsum, ita talis potestas est effectus gratiæ moventis, ut non sit effectus gratiæ habitualis. 3. Quia nomine gratiæ moventis intelligitur à D. Thom. vocatio interior, quod munus non convenit gratiæ habituali, sed actuali. 3. Quia ut ibidem subdit S. Doct. tunc non debebat dicere Evangelista filios Dei fieri, sed filios Dei esse, quia iam ratione potestatis habitæ per gratiam habitualem, essent filij Dei.

4. Argum ex S. D.

Sidicas reijc. tripliciter.

Ad hoc testim. Resp. iuxta doctrinam superius traditam, quod distinctio inter gratiam, ut infusam, & gratiam ut susceptam, non deservit, ut gratia sub prima consideratione sit causa sui ipsius sub secunda consideratione, ut aliqui DD. nobis opponunt, quasi ita sentiamus. Cum enim inter extrema realiter identificata nequeat realis causalitas intervenire, & huiusmodi se habeant in gratia duo munera recensita, nequit inter ipsa ordo naturæ, aut causalitatis intervenire. Deseruit igitur prædicta distinctio, ut sub uno munere sit causa alicuius tertij, scilicèt, actus charitatis, & sub alio sit effectus eiusdem in genere causæ dispositivæ. Omnia patent in verbo mentis relatè ad intellectionem, ut dictio, & ut contemplatio est. Hinc sequitur potestatem datam hominibus, ut fiant filij Dei per gratiæ susceptionem, non posse provenire à gratia habituali. Ratio; quia hoc est ponere realem realem prioritatem naturæ inter gratiam, ut infusam, & ipsam ut receptam, quod repugnat. Est igitur gratia, ut infusa, potestas ad actum charitatis, qui est dispositio, & consensus liberi arbitrij in gratiæ susceptionem; à quibus tamen realiter distinguitur. Nec te fallat, quod id quod est causa causæ, est causa causati: ergò si gratia ut infusa est causa actus charitatis, qui est causa susceptionis gratiæ, gratia ut infusa erit causa prædictæ susceptionis. Tale enim proloquium tenet verum de causa causæ &c. in eodem genere causæ, non tamen in diverso; undè esto materia sit causa formæ causantis materiam non est causa sui ipsius.

26 Respond.

Si autem inquiras, à qua gratia proveniat potestas ut homines fiant filij Dei per susceptionem gratiæ? (non quæro de vera potestate, à qua proveniat quod homo diligat Deum, & acceptet, sive consentiat dono gratiæ) Respond. illam provenire teste D. Thom. à gratia internæ vocationis instigantis, & moventis liberum arbitrium ad consensum, non

Cuidam quæsito Respond.

qui

qui est dispositioi ultima, & comitans gratiam habitualem (alias nobis ipsis contradiceremus) sed ad consensum per affectus imperfectos spei, timoris, aliosque actus supernaturales purè prævie disponentes ad receptionem gratiæ, & de quo prope finem. Hinc mai: primi sillogismi est falsa.

27 Ultimum argum.

Denique obijc. Actus charitatis de facto existit, antequam Deus infundat homini gratiam habitualem: ergò non procedit ab illa &c. Probat. añs. de facto Deus promittit homini gratiam habitualem, si eliciat actum charitatis iuxta illud Zachar. 1. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*, & illud Ioann. 14. *Siquis diligit me, diligetur à Patre meo, & ad eum veniemus*, hoc est, inhabitando per gratiam. Sed promissio conditionata non transit in absolutam, nec ullo modo obligat Deum, nisi purificata conditione, & prævisa à Deo illius existentia: ergò prius prævidetur à Deo, ut existens actus charitatis, quam decernat absolutè conferre gratiam habitualem. Aliter. Si actus charitatis non existit absolutè, nisi absolutè præexistat gratia; nec existit conditionatè, nisi conditionatè præexistat gratia: ergò Deum promittere dare gratiam, si existat ab homine actus charitatis, erit Deum promittere gratiam, si existat actus charitatis elicitus à gratia præexistente: quod est ridiculum.

Aliter.

28 Respons.

Respond. hanc instantiam fortius urgere contra asserentes actum charitatis essentialiter dependere à gratia habituali; secus autem si ab hac tantum dependeat quoad sui connaturalem elicientiam; uti contingit in præsenti providentia, dum impius extra Sacramentum iustificatur. Undè iuxta superius dicta de unitate actionis, & decreti ex parte Dei, per quod quatuor sequentia; scilicèt, *infusio gratiæ, dilectio, contritio, & remissio culpæ* simul producuntur, non potest admitti de facto vera promissio conditionata conferendi gratiam habitualem, si impius convertatur ad Deum conversione perfecta, per actum charitatis, propter rationem in argumento posita si reduplicetur, & quasi signatè includatur ordo statutus à Deo in præsenti providentia. Nec oppositum suadet testim. rectè enim exponitur de conversione per actum charitatis secundum se sumptum, sive secundum id, quod necessario requiritur ad elicientiam talis actus, ad quam sufficit auxilium transiens iuxta toties dicta: licèt Deus ob suavit: suæ provid: non moveat liberum arbitrium ad prædictam conversionem, nisi infundendo pro priori grat: habitualem. Testim. adductum ex D. Ioanne exponitur à D. Thom. ibidem: *Non quia dilectio nostra præcedat dilectionem Dei, sed potius è converso.*

Ad testim.

29 Inquires.

Si inquiras: Qualiter homini in hac providentia, qui præexistit in peccato læthali, & aliunde tenetur elicere actum charitatis, imputari possit non elicere talem actum? Siquidem iuxta nostram doctrinam grat: habit: à Deo infusa est principiū requisitum ad illius elicientiam; ex quo sequr videtur non esse in potestate illius: subindequè omissionem prædicti actus non esse imputabilem ad culpam? Nec potest responderi sufficere ad imputabilitatem prædictæ omissionis, quod voluntariè se privaverit per peccatum læthale gratia habituali, quæ est principium dans posse ad dilectionem Dei; sicuti non recitatio imputatur ad culpam ei, qui voluntariè proiecit breviarium in mare. Non, inquam, sufficit: Quia hæc doctrina solum est vera, quando prævidetur non esse habendam potestatem pro casu urgentiæ præcepti: siquidem hoc modo carentia potestatis erit voluntaria in causa. Quod non contingit in peccante læthali ter; cum pro tunc, nec prævideat tempus, in quo instabit præceptum charitatis, nec quod Deus non conferet illi potestatem ad adimplerionē præcepti. Unde Respond. cum PP. Salmant. tom. 5. fol. 218. quod si adest facultas recipiendi Sacramentum Pœnitentiæ; cum ad gratiæ receptionem per illud, sufficiat attritio supernaturalis; adest ipsi homini facultas, & potestas acquirendi gratiam, qua possit tale præ-

Quædam Respons. reijcit.

præceptum adimplere ; quod si non faciat, meritò imputabitur ad culpam. Si autem non sit talis facultas recipiendi Sacramentum, & etiam instet tempus moriendi, tenetur orare Deũ perseveranter, simulque elicere actus attritionis, timoris &c. implorando Dei misericordiam pro largitione gratiæ habitualis ; in quibus si perseveret, piè credendum est Deum ei gratiam daturum ; tum quia facienti quod est in se, Deus non denegat gratiam. Tum quia iuxta D. Th. 2. 2. q. 83 a. 16. *Oratio est apud Deum efficacissima, si sit de pertinentibus ad salutem, pro se, piè, & perseveranter.*

30 Quæres 2. Si tandem inquiras : Qualiter possit verificari, quod impius, dum elicit actum charitatis, in instanti *A* v.g. possit in dicto instanti peccare? Cuius ratio dubitandi est. Determinatio ad carentiam peccati pro aliquo instanti proveniens ex aliquo se tenente ex parte actus 1. destruit potentiam proximam peccandi; sed iuxta nostram sententiam sic contingeret pro tali instanti : ergò de illo homine non verificaretur habere potentiam proximam peccandi. Prob. min. In illo instanti daretur pro priori ad actum charitatis gratia habitualis per modum principij influentis in talem actum, quatenus consideratur gratia, ut infusa à Deo ; sed gratia habitualis est determinatio necessario connexa cum carentia peccati, & aliunde se habens in illo signo per modum actus 1 : ergò. Argum. est difficile pro sui expedita solut. utpotè concernens notitiam circa principia libert. & eorum exist. ad libert. actus, vel omissionis illius. Unde quia hæc alio spectant, breviter aliqua dicemus.

Ratio dubitandi.

Aliqui Resp. 1. Aliqui tuentes nostram sent. Resp. 1. Facillimè componi potestatem peccãdi in dicto casu. Cum enim gratia habitualis quoad sui esse dependeat, ut à dispositione ab actu charitatis ; libertas hominis ad non eliciendum actum charitatis, est libertas ad impediendam existentiam gratiæ habitualis. Nam ad talẽ defectum, utpote de genere mali, sufficit defectus alicuius requisiti ad existentiam gratiæ. Quare illa propositio argum. *Determinatio ex parte actus 1. ad carentiam peccati &c.* sic debet dist. *Si illa non sit impedibilis*, conced. *Si sit impedibilis*, neg. & huiusmodi impedibilitas debet propugnari, & disputari à propuguantibus præsentem concl.

31 Impugn. à Castell. 1. Hæc solut. acerrimè impugnatur ab Illust. Castell tom. de lib. arb. disp. 1. q. 9. sect. 5. à n. 233. ubi etsi propugnet principium constitutivum potestatis ad actum posse auferriper omissionem actus, negat tamen posse impediri quoad sui 1. existentiam, & pro 1. instanti. Nec gratiam habitualem dependere in sui 1. existentia ab actu charitatis, ut à dispositione libera, convincit potestatem ad illius omissionem esse potestatem impediendi existentiam gratiæ. Ratio est 1. Nam gratia solum quoad sui receptionem à tali actu pendet ; secus vero ut se tenet ex parte Dei eam activè infundentis. Cumque hoc munus sit, quod iuxta D. Th. 1. intelligitur in iustificatione impij, & aliunde signum infusionis connectatur cum signo receptionis ; si homo non potest impedire per omissionem actus charitatis Deũ ei infundere gratiam ; ut est certum, quia aliàs non eam infunderet, prout ipse vult : fit consequens, nec posse impedire gratiæ receptionem. 2. ex hoc ipso. Signum infusionis gratiæ per modum principij effectivè moventis liberum arbitrium ad actum chatitatis, est signum proprium existentiæ gratiæ ; unumquodque enim operatur, in quantum est in actu : ergò si huiusmodi infusionem, utpotè independentem ab actu charitatis, nequit homo impedire per eius omissionem, nec poterit impedire existentiam gratiæ. Sed hæc connectitur cum carentia omissionis peccaminosæ : ergò in signo actus 1. inimpedibilis datur &c. Unde aliud est gratiam ex capite receptionis non repugnare suæ impedibilitati ; quod convincit talis opinio ; aliud vero, esse absolutè impedibilẽ ; ad hoc enim necesse est ex nullo capite repugnare ; quod in præsenti non accidit ; cum ex capite infusionis, quod 1. in ea intelligitur, impediri nequeat.

Secundo.

32 2. Resp. Alij. 2. Resp. Aliqui, quod cum iuxta dicta in solut. argum. immediatè præcedentis, ad consequutionem gra-

gratiæ extra Sacramentum præcedat actus fidei, orationis, attritionis &c. quibus homini redditur voluntaria existentia gratiæ, nedumquoad sui receptionem, sed etiam obiectivè, quoad sui infusionem; cum hæc sit obiectum orationis &c. Ex hac doctrina clarè infertur existentiam gratiæ pro instanti infusionis excludentis peccatum antecedenter, & impedientem illud pro instanti infusionis gratiæ &c. omnia esse voluntaria homini, non per libertatem habitam ex vi gratiæ, sed per libertatem, per quam acquisivit gratiam. Unde tota necessitas ponderata in arg. est necessitas consequens libertatem hominis, qui ex impio fit pius, & iustus ex suppositione libera ipsi conveniens. Cumque sit certum necessitatem ortam ex suppositione libera non tollere potestatem antecedentem ad extrema contradictoria; in instanti, in quo iustificatur homo iuxta modum recensitum, est absolutè potest antecedere peccare; non peccato coniuncto cum gratia; sed peccato impediente illius infusionem, quantum est ex parte libertatis, per quam se se disposuit ad gratiam, ut potuerit se non disponere, & hæc potestas etiam intelligitur non exclusa positivè pro signo antec. eiusdem instantis. His in sua probabil. relictis

Resp. dicendum 1. Tunc dari libertatem immediatam ad actum 33
charitatis, & illius omissionem. Ratio est: quia talis libertas constituitur per cognitionem retrahentem, & per cognitionem allicientem ad illius elicientiam; sed gratia habitualis collata in instanti *A* v.g. Et principiante actum charitatis, nullatenus opponitur cum cognitione relata; cum solum habeat oppositionem cū peccato: ergò in sensu composito illius adest libertas immediata ad non diligendum. Nec contra hoc obstat probatio adducta; siquidem gratia habitualis, esto titulo principij effectivi actus charitatis se tenet ex parte actus 1. ad illum; non tamen in sententia, quam propugnamus, connectitur necessario cum illius elicientia; quandoquidem in dicta opinione prædictus actus liberè elicitur à voluntate, ideòque libere disponitur, & iustificatur homo. Propter hæc ait S. Doct. *Per eam liberum arbitrium movetur, & peccatum remittitur.*

Solutio mihi verior.

Dico 2. Si sermo fiat de potestate immediata ad peccandum; 34
dicimus, quod si gratia habitualis se tenet ex parte principij ad actum charitatis, non adest talis libertas; cum in signo actus 1. ad actum charitatis; scilicèt, infusionis gratiæ moventis ad actum dilectionis detur aliquid essentialiter inconiungibile cum omissione peccaminosa illius. Nec est necesse, quod pro quolibet instanti creatura intellectualis sit potens immediatè peccare; sed sufficit aut potestas in causa anti. aut quod simpliciter, & in alijs, possit immediatè peccare. Quod explic. in casu, quo voluntas solum sit immediatè libera ad eligendum inter duos actus virtutis, sed in perfectione inæquales.

Dico 2.

Notandum 1. Nos omisisse referre plura testim. SS. PP. asserentium hominem non posse diligere Deum super omnia, ut A. gratiæ, nisi pro priori inhabitet in illo Spirit. Sanct. quæ inhabitatio fit per gratiam sanctificantem; illa enim habentur apud M. Ferre ubi supra, & præsertim apud PP. Salm. Nota 2. distinctionem, qua usi fuimus inter gratiam, ut se tenet ex parte Dei, & ut receptam in anima tradi expresse à M. Conrado in præsenti art. 8. & à Ferrariensi 3. contra Gent. cap. 153. in fine, & Gregorio Martinez, & P. Vazquez in præsenti, & alijs RR. Nota 3. quod cum iuxta Trid. sess. 6. cap. 16. ad meritum, requiratur *influxus gratiæ, secundum quam Christus Dom. ut caput in membra, & vitis in palmites virtutem iugiter influit*; & actus charitatis ultimo disponens sit principaliter meritorius gloriæ, ut diximus ex Sanct. Doct. habet etiam fundamentum in Conc. ut ille à gratia habituali effectivè procedat. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced.*

Nota 1.

Nota 2.

Tertio,

*** *** ***

DU-

DUBIUM ULTIMUM.

IN QVO VARIÆ DIFFICVLTATES deciduntur pro complemento tractatus.

§. I.

PRIMA DIFFICULTAS.

AN INFUSIO GRATIÆ, ET REMISSIO CULPÆ SINT DUÆ mutationes?

N. 1 ITa expresè inquirit S.D. q. 28. de Ver. a. 6. pro cuius doctrinæ intelligentia notandum iuxta testim. Sac. Scrip. Concil. & SS. PP. quæ per totum hunc tract. inveniuntur relata: esse certum iustificationem impij, etsi includentem remissionem peccatorum, non solum in illa, sed in infusione gratiæ consistere, *qua homines interius renovantur secundum spiritum, fiuntque iusti, & amici Dei, eiusque naturæ consortes, & secundum quam regenerantur in filios Dei.* Hinc sequitur in tali iustificatione hæc duo intervenire, scilic. remissionem culpę, per quam iustus transit de esse peccati ad non esse illius, & insuper de non esse gratiæ ad esse gratiæ. Ex quo, ut certum supponimus, in tali iustificatione intervenire, saltim virtualiter, duplicem mutationem: cum termini supra descripti *à quo*, & *ad quem* eandem distinctionem virtualem, & secundum rationem, præseferant. Unde difficultas procedit de distinctione reali, & adęquata in ratione mutationis.

Noto 1.

Illatio ex dictis.

2 2. Notandum iustificationem dupliciter posse accipi, vel activè ex parte Dei, prout dicit actionem infusivam gratiæ; vel passivè, prout dicit motum ad iustitiam; sicuti calefactio passivè accepta dicitur motus ad calorem. Si 1. modo accipiatur: certum est per eundem actum, quo Deus infundit gratiam remittere etiam peccatum, si præexistat; *per eundem, inquam, actum, non solum realiter (eo quod actio Dei iuxta D. Th. ut potè identificata cum eius essentia, est unica, & simplicissima pro omnibus producibilibus) sed etiam virtualiter. Ratio est, quia remissio peccati, utpotè effectus secundarius negativus gratiæ, nequit terminare actum virtualiter distinctum; agere enim est dare esse. Patet etiam à simili in creatis. Nam per eandem actionem, qua generans introducit formam substantialem destructivam formæ præcedentis, causat non esse illius. Ex quo ulterius sequitur esse etiam unicum motum. Ratio, nam hic accipit speciem, & unitatem ex termino ad quem; sive talis terminus destruat alium terminum contrariè oppositũ, ut contingit in motu alterationis de calido in frigidum, sive non destruat, sed sit transitus de privatione formæ accidentalis ad esse illius. Licet sub hac ratione proprius dicatur mutatio, aut generatio accidentalis, quam motus; hic enim iuxta Philos. petit versari inter terminos positivos.

*Sic S.D. hic art. 6. ad 2.

Secundo.

3 Sed quia cum unitate actionis, & motus, stat duplex mutatio realiter distincta, ut patet in generatione unius formæ substantialis, & corruptione alterius, & in motu de calido in frigidum; ideò prima unitate stabili-

Tertio: Quando multipl. mutatio.

ta, restat locus difficultati pto 2. Mutatio enim, cum sit transitus de uno termino ad aliud, si huiusmodi termini sint quatuor, & realiter distincti, erit duplex mutatio realiter distincta, una corruptiva, altera generativa. Sit exemplum in generatione ignis ex ligno, in qua datur duplex transitus, scil. de esse ligni ad non esse ligni, & de non esse ignis, ad esse ignem. Quia tamen *esse lignum* non identificatur realiter cum non *esse ignem*, nec similiter non *esse lignum* identificatur cum *esse ignem*, eo quod unū est positivum, alterum negativum, sicut dantur quatuor termini realiter distincti, datur duplex mutatio realiter distincta. Si igitur esse peccati differat realiter à non esse gratiæ ut culpa, & non esse peccati, differat realiter ab esse gratiæ; dabitur in iustificatione impij duplex realiter mutatio, una significata hoc nomine *remissio culpæ*, altera vero hoc: *consequutio gratiæ*.

4 Hinc inferes iuxta opinionem, quam tuetur Ill. Godoy constituens peccatum habituale, à quo iustificatur impius, per aliquid positivum, vi cuius peccans manet habitualiter conversus ad bonum commutabile, ut finem ultimum, & simpliciter aversus à Deo; in remissione talis peccati, & gratiæ infusione, inveniri duplicem mutationem realiter distinctam cum unitate motus de contrario in contrarium. Assumpt. prob. Quia termini, tam *à quo*, quam *ad quem*, utrobique sunt realiter distincti: Siquidem *esse peccati*, quod est terminus *à quo* remissionis, realiter distinguitur *à non esse gratiæ*, quod est terminus *à quo* iustificat. & *non esse culpæ* realiter distinguitur ab *esse gratiæ* se habente ut termino *ad quem* iustificationis. Ratio est, quia nihil positivum realiter identificatur cum aliquo negativo, esto in illo contineatur, & quia inter illa potest dari medium. Ita D. Th. q. 28. de Ver. a. 6. dicens: *Patet igitur, quod si culpa omninò non est aliquid positivè, idem est infusio gratiæ, ac remissio culpæ. Si autem culpa ponit aliquid secundum rem; aliud est remissio culpæ, & infusio gratiæ, si considerentur, ut mutationes, quamvis in ratione motus sint unum.* Et in 4. d. 17. q. 1. a. 3. q. 5. ad 2.

Illatio 1. ex dictis.

Prob.

5 Oppositum dicendum, quando terminus *à quo* est pura negatio, aut privatio: quia tunc casus terminus *à quo* corruptionis realiter identificatur cum termino *àquo* mutationis acquisitivæ. Rursus cum negatio negationis sit quid positivum, etiam terminus *ad quem* mutationis corruptivæ realiter identificatur cum termino *ad quem* mutationis acquisitivę. Ita S. D. ubi sup. *Negatio oppositi ponentis naturam aliquam est realis, negatio vero alterius oppositi* (scil. non ponentis naturam) *non est realis, quia non est alicuius rei, & ideò negatio negationis nihil differt secundum rem à positione alterius.* Hoc clare constat in illuminatione aeris, in qua, etsi per rationem distinguatur à nobis duplex transitus; scil. *ab esse tenebroso ad non esse tenebrosum*, & *à non esse lucidum ad esse lucidum*, non intervenit duplex realis mutatio, sed unica, & simplex. Nam in aere esse tenebrosum, est idem ac non esse lucidum, quod est terminus *à quo* secundi transitus. Et rursus in aere non esse tenebrosum, est idem ac esse lucidum; cum enim tenebra sit carentia lucis, & carentia carentiæ lucis sit lux, ut vidimus ex D. Th. non esse tenebrosum in aere, est esse lucidum.

Secunda.

6 Ex his omnibus clarè colligitur, quod si peccatum habituale, quod est terminus *à quo* iustificationis impij, sit ita privatio gratiæ, ut nihil de positivo ingrediatur ex parte termini *à quo*, non distinguetur in ipsa duplex mutatio, nec dicetur habere rationem motus; sed simplicis mutationis: eo quod ad illum requiritur versari inter terminos positivos, ut dicitur in Philosophia. Nec placet modus dicendi P. Vazquez, qui, etsi constituat peccatum habituale per privationem gratiæ; conatur salvare duplicem mutationem in iustificatione impij: eo quod ad rationem motus sufficit unū ex duobus, vel terminos illius esse quid positivum, vel significari *positivè*. Cumque huiusmodi sit culpa; ideò transitus de illa in gratiā est de facto verus motus includens duplicem mutat. Hāc doct. fundat. ex D. Th. 11. Meth. lect. 11. ubi ait: *Necesse est*

In quo fiat difficultas.

Reijcit. quidam modus dicend.

est de subiecto in subiectum (hoc est de uno termino positivo ad alium) *solam mutationem esse motum. Subiecta vero sunt, aut contraria, aut media, nam privatio contrarium esse ponitur*: ergò sufficit privationem significari ad modũ positivi, sive contrarij, ad hoc, ut transitus de privatione ad formam, & transitus de esse privationis ad non esse privationis, sint duplex mutatio cum unitate motus.

7 Reijcitur primo. Non prob. 1. quia opponitur D. Thom. ubi supra dicenti: *Patet igitur*, inquit, *quod si culpa omninò non est aliquid positivè, idem est infusio gratiæ, & remissio culpæ.* Non enim dicit S.D. * Si culpa non significatur, ut Secundo. aliquid positivè. * 2. Quia ex modo dicendi prædicti Authoris sequitur illuminationem aeris, & restitutionem potentiæ visivæ, esse verum motum includentem duplicem mutationem, quod est manifestè falsum. Sequela constat: Nam cœcitas &c. significatur per terminos positivos. 3. & à priori. Nam ubi in sensu reali non sunt quatuor termini, nequit dari in sensu reali duplex mutatio; sed esto privatio significetur ut quid positivum; revera carentia privationis non distinguitur realiter à forma, qua privat, nec ipsa privatio distinguitur à non esse formæ: ergò nequit Ultimo. intervenire duplex mutatio. Deniq. Nam eodem modo, quo alicui convenit definitio, convenit definitum; sed motus, prout differt à simplici mutatione, est transitus de positivo in positivum: ergò ubi ratio positivi tantum invenitur ex modo significandi, pariter & ratio motus erit unicè ex modo significandi. Nec auth. D. Thomæ recte adducitur. Nam ibi expresè asserit *privationem esse reductivè contrariè oppositam formæ*, ideoque acquisitionem huius ex privatione esse reductivè motum. His sup- Sententię positis 1. est affirmativa, hanc tenet M. Soto lib. 7. de Nat. & grat. c. 28. M. à S. Thom. Greg. Martinez, M. Ferre, PP. Salm. & alij cum M. Lorca hic ar. 7. dub. unic. P. Suarez lib. 7. de Grat. c. 11. Secunda est negativa, pro qua fertur Em. Cayet. cum alijs, & novissimè M. Carrasco, licet solum obiter, tract. de Iustif. dub. 4. resol.

§. II.

Conclusio est affirmativa.

PRob. 1. ex Ang. Præcep. q. 28. de Ver. a. 6. ubi postquam dixit: *Necessario requiri, ut remissio culpæ, & infusio gratiæ sint duæ mutationes, culpam debere ponere aliquid positivum*; subdit: *Culpa autem non dicit solam absentiam gratiæ; hæc enim secundum se considerata tantum habet rationem pœnæ; habet enim rationem culpæ secundum quod relinquitur ex actu voluntatis præcedente: sicut tenebra non habet rationem umbræ, nisi secundum quod causatur ex interpositione corporis opaci. Sicut ergò ablatio umbræ importat non solum ablationem tenebræ, sed remotionem corporis impedientis: Ita remissio culpę non solum importat ablationem absentiæ gratiæ, sed etiam impedimenti gratiæ, quod erat ex actu præcedenti peccati, non ut ille actus non fuerit, sed ne propter illud influxus gratiæ impediatur.* Et in 4. d. 17. q. 1. a. 3. q. 5. ad 2. *Peccatum, & gratia non se habent, sicut affirmatio, & negatio, vel sicut privatio, & habitus, quia peccatum aliquid ponit, scil. esse, vel fuisse in peccato; transeunte enim actu peccati præcedente, peccatum manet aliquomodo in ipso peccante, secundum quod ex eo reus apud Deum efficitur.* 8 Prob. ex S.D.

Hinc constat peccatum actuale, etsi physicè transierit, manere tamen moraliter in peccatore; tum propter sui non retractat. efficacem; tum etiã quatenus movet divinam voluntatem ad perseverantiam odij, & indignationis erga ipsum, quia peccavit. Offensa enim actualis, quandiu non remittitur, aut pro illa non exhibetur condigna satisfactio, reddit, & denominat offendẽtem actu dignum pœna. Propter hæc, & alia agendo de constitutivo peccati habituali, diximus, peccata actualia se habere etiam ex parte termini *à quo* iustificationis impij, illaque verè, & propriè remitti à Deo quoad sui permanentiam moralem, & effectum denominandi hominẽ dignum odio Dei. Accipe pro hoc inter alia, motivum manifestum. Peccata actualia, etsi phys. præterita, sunt propriè materia Sacramenti pœni- 9 Termini à quo remiss. est etiam aliquid positivum.

tentiæ,& supra illa cadit propriè dolor pœnitentis, ut ipsa praxis manifeste persuader,& unicuique propria conscientia. Cum ergo materia pœnitentiæ sit materia destruenda, & expianda per satisfactionem, nequit negari illa se habere ex parte termini *a quo* iustificationis impij. Ex his sic formo rationem. Si remissio culpæ importat ex parte termini *à quo* aliquid positivum, est mutatio realiter distincta ab infusione gratiæ; sed res ita se habet: ergò. Mai. est expressa D. Thom. quæst. cit. de Verit. dicentis: *Si culpa ponit aliquid secundum rem, aliud est remissio culpæ, & infusio gratiæ, si considerentur ut mutationes, quamvis in ratione motus sint unum.* Et ratio illius convincit. Si enim culpa ponit aliquid positivum, non esse illius* distinguitur realiter a non esse gratiæ, quod est terminus *à quo* infusionis eiusdem; cum nihil positivum possit identificari cum negativo, nec cum negatione positivi oppositi. Sed quoties termini *à quo* realiter distinguuntur, mutationes sunt realiter distinctæ: ergo.

De hoc tom. 2. dub. 2. de peccato habituali.

Format. ratio probativ.

Maior constat.

*Hoc est termin. à quo remiss.

10 2. Si remissio culpæ dicit ex parte termini *à quo* aliquid positivum, transitus de culpa ad gratiam est motus de contrario in contrarium; sed huiusmodi motus includit duplicem mutationem, ut est omnibus notum: ergò. Min. 1. syllogism. traditur à D. Thom. testimonijs immediatè relatis, & insuper probatur doctrina insinuata. Culpa actualis ut moraliter perseverans, impedienſque infusionem gratiæ, se habet ex parte termini *à quo* iustificationis, simul cum privatione gratiæ; cum totum hoc remittatur à Deo. Sed culpa actualis, prout sic perseverans, dicit aliquid positivum: ergò.

Secundo.

Min. vero prob.

11 Ut autem omnis dubitatio circa immediatè dicta auferatur, audiendus est S.D. ubi sup. quæst. 1. ad 2. *In eo qui peccavit, requiritur non solum quod peccatum commissum absit actu, sed etiam, quod expietur, & quodammodo deleatur.* Et in 4. d. 18. q. 1. a. 2. ad 2. q. *Peccatum quod erat obstaculum prohibens gratiæ claritatem, non potest removeri, ut factum non sit, sed ut effectum avertendi Deum à nobis non habeat, qui propter aversionem, qua ab eo aversi fuimus, à nobis aversus manebat. Et ideò secundum quod Deus se ad nos suæ benignitate convertit, dicitur peccatum remittere: quasi non aspiciens ad peccatum præteritum, ut ratione eius gratia nobis denegetur.* Ubi expressè asserit S. Doct. *Deum remittere peccata actualia, etsi physicè præterita*; & item ab illorum remissione incipere motum iustificationis. Cum ergò peccatum actuale sub tali permanentia morali impediente infusionem gratiæ, simulque denominante hominem a Deo aversum, dignumque odio illius, sit aliquid positivum; terminus *a quo* remissionis culpæ adæquatè sumptus, est quid positivum.

Confirm. ex D. Th.

Hinc prob. 2. ex D. Thom. hic a. 1. Transitus de statu iniustitiæ ad statum iustitiæ includit duplicem mutationem realiter distinctam; sed talis est iustificatio impij: ergò remissio culpæ,& infusio gratiæ &c. Min. traditur expressè à Trid. sess. 6. cap. 7. sic definiente impij iustificationem: *Est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei.* Mai. vero probatur. Transitus de statu iniustitiæ ad statum iustitiæ est transitus de contrario in contrarium; siquidem talis transitus ultra privationem gratiæ dicit perseverantiam moralem in voluntaria aversione à Deo. Nomen enim *status* permanentiam positivam designat. Sed transitus de contrario in contrarium includit duplicem mutationem; cum sit verus motus inter terminos positivos versans: ergò. 12

Secunda prob. ex S.D.

13 Unde, etsi iniustitia, quæ pronùnc admittitur, consistere in privatione gratiæ quoad substantiam, & in recto, non sit quid positivum; quia tamen terminus *a quo* adæquatus in iustificatione impij est talis privatio simul cum peccato actuali, ut perseverante moraliter quoad munus conservandi peccatum habituale; sive animæ maculam, & quoad munus denominandi hominem aversum à Deo, dignumque odio illius; & hæc omnia dicant quid positivum, contrariumque gratiæ sanctificanti; ideò nihil deficit remissioni culpæ, ut sit vera

vera mutatio, & iustificatio, verus motus de contrario in contrarium.

14 Hinc constat ad 1. fundamentum contrariæ opinionis; nimirum;* peccatum habituale, sive maculam, à qua mundatur homo per gratiam sanctificantem, consistere in privatione gratiæ, proindèque non contrariari ei. * Constat, inquam: Nam terminus à quo non est privatio gratiæ utcumque, sed ut inducta voluntariè ex peccato actuali permanenti moraliter quoad effectus supra recensitos, & à quorum remotione incipit iustificatio. Quod traditur etiam à D. Thom. quæst. 24. de Verit. a. 12. dicente: *Homo, qui est in peccato mortali, habitualiter peccato inhæret. Et huiusmodi adhæsionis vis manet in voluntate, quousque homo bono incommutabili quasi fini adhæreat.* Nec 2. Instes: quod tale positivum ingreditur in obliquo. Siquidem totum hoc est terminus *à quo* iustificationis impij. Et retorqueo in illuminatione corporis umbrosi, quæ iuxta D. Thom. est vera mutatio cum unitate formæ: quia remotio umbræ non solum importat absentiam tenebræ, sed remotionem corporis impedientis lucem. Quod si hic nihil prodest distinctio penès rectum, & obliquum, idem dicimus in præsenti.

Solvit. 1. fundam. Adv.

Solvit. 2. fundam.

15 Argues 3. Peccatum originale, ita consistit in privatione gratiæ sanctificantis, ut non inciudat aliquam conversionem actualem ad bonum commutabile permanentem moraliter in parvulo: ergò huius peccati remissio non erit mutatio distincta. Confirm. Si possibilis est pura omissio peccaminosa, possibile est peccatum habituale ex illa derelictum consistens in privatione gratiæ, nec de connotato importante aliquid positivum perman. moral. in peccatore, remitti: ergò saltim hæc iustificatio impij non erit cum duplici mutatione. Resp. Quod cum peccatum actuale commissum ab Adamo, & quod fuit originale originans, fuerit omnibus voluntarium moraliter, & ab omnibus posteris sic commissum; vi cuius verificatur omnes homines in Adamo peccasse: tale peccatum etiam permanet moraliter in parvulis secundum effectus supra recensitos. Nec ex hoc inferas parvulis deberi pœnam sensus, si aliàs in ipsis perseverat, aut adest moraliter conversio actualis ad bonum commutabile. Non, inquam, inferas: quia pœna sensus solum debetur conversioni, & inordinatæ delectationi, propria, & personali voluntate commissæ; secùs vero commissæ solum voluntate capitis. De quo alibi.

Arg. 3.

Confirm.

Respons.

16 Ad confir. Resp. 1. Talem possibilitatem purę omissionis solum admitti metaphysicè, aut ex natura rei loquendo; secus vero de facto, regulariter, & attentis circunstantijs, quę semper occurrunt in omissione actus præcepti. Qua ratione ab omnibus existimatur moraliter impossibilis. Per quod nihil roboris amittit doctrina D. Thom. in qua procedit de iustificatione impij, quę de facto, & secundum providentiam ordinariam est possibilis. Quemadmodum, dum ad iustificationem impij requirit art. seq. Tum actum contritionis, tum actum charitatis per modum dispositionis: intelligendus est per se, & regulariter loquendo. Qui enim in casu extraordinario immemor peccati prorumperet in actum charitatis; absdubio iustificaretur sine motu contritionis. Nec dicas esse contritionem virtualem; hoc enim est ludere terminis, & non est ad mentem S. D.

Ad confirm. Resp. 1.

17 Attamen pro hoc casu dicimus, adhuc salvari duplicem mutationem in iustificatione impij, etsi non sit rigorosè transitus de contrario in contrarium. Pro quo notandum: quoties ex parte termini *à quo*; corruptionis alicuius formæ, & ex parte termini *à quo* productionis alterius, datur realis distinctio, & aliunde non opponuntur immediatè, sed potest dari aliquod medium inter remotionem utriusque termini *à quo*; intervenire duplicem mutationem; ideò enim illuminatio aeris v. g. non dicit duplicem mutationem, quia tenebra est formaliss. privatio lucis, quę est terminus *à quo* prędict. illumin. Sic contingit in peccato habit. quod est terminus *à quo* remiss. culpę; liquidè consistit in priv. grat. ut volunt. induct. & ex

2. Resp. admisso casu.

defectu huius non sequitur positio gratię. Nam si Deus condidisset hominem in puris naturalibus; nec haberet gratiam, nec privationem gratiæ voluntariè inductam. Unde inter hęc duo datur medium; non quidem convenientiæ, sicut color pallidus est medius inter album, & nigrum, quia de utroque participat. Sed medium, inquam, remotionis, quia utrumque deficere potest. Ex quo sequitur, quod licet in hoc casu non sit transitus de contrario in contrarium, secundum quod hæc dicunt de positivo; adest tamen imitatio illius, secundum quod contraria dicuntur, quæ eidem subiecto possunt sic deficere. Quare iuxta hanc solutionem duplicitas mutationis est propriè talis; transitus autem de contrario in contrarium solum moraliter, & quantum ad id quod contrarietas dicit de defectu utriusque extremi in eodem subiecto.

18 Ex dictis colliges, in quo sensu sit verum dicere *infusio gratiæ est remissio culpæ*. Si enim accipiantur pro actu remittente, aut iustificante est vera in sensu identico, & formali: Cum actus divinus utrumque causans sit simplicissimus. Idem dicendum si accipiantur pro motu ad iustitiam; cum pro corruptione alicuius formæ non ponatur motus distinctus à motu introductivo alterius. Si autem prædict. nomina significent mutationes; hoc est diversos transitus; talis propositio solum est vera in sensu comitanti, quæ omnia constant in hac propositione philosophica: *Generatio unius est corruptio alterius*, quæ est vera, sed cum diversitate iam dicta, si accipiantur in ratione actionis, motus, aut in ratione mutationis. Nec dicas, quod si sunt duę mutationes distinctę: ergò gratia non necessario expellit peccatum. Sic Oviedo, & Mag. Carrasco. Sed instato in exemplo adducto; aliud est distinctio; aliud vero essentialis connexio.

Illatio ex dictis.

Si instes: Resp.

***

§. III.

Secunda difficultas.

Qualiter remissio culpæ se habeat in iustificatione impij?

19 CUm ex dictis sæpè in hoc tract. constet remissionem culpæ esse effectum secundarium gratiæ; & hæc sit terminus *ad quem* iustificationis iuxta definitionem traditam à D. Thom. & à Trident. §. anteced. relatam, apparet difficultas satis gravis desumpta ex S. Doct. hic quæst. 113. art. 6. in quo ponit pro termino ultimo iustificationis remissionem culpæ per hæc verba: *Consummatio, sive perventio ad terminum huius motus importatur per remissionem culpæ; in hoc enim iustificatio consummatur*. Et solut. ad 1. *Iustificatio impij dicitur esse ipsa remissio peccatorum, secundum quod omnis motus accipit speciem à termino*. Cumque terminus sic specificans motum sit terminus *ad quem*, videtur sic se habere remissionem culpæ. Et ne aliqua dubitatio remaneat, sic concludit in corp. art. 8. *Quartum vero, & ultimum est remissio culpæ, ad quam tota ista transmutatio ordinatur sicut ad finem*, ut dictum est art. 6.

Gravis difficultas circa quoddam testimonium S. D.

20 Nec expositio Curielis, P. Vazquez, & aliorum dicentium remissionem culpæ appellari à D. Th. consummationem, & terminum iustificationis impij, quia in illa terminatur, & finitur totus influxus Dei ut iustificantis, nō vero, quia sit finis propiè respectu illius. Manet, inquā, excluſa, cum verbis immediatè relatis talis remissio appelletur à S. Doct. *Finis ad quem ordinatur tota transmutatio*, & terminus, à quo accipit speciem. Etenim licèt proprietates v. g. & aliqua accidentia communia compos. geniti sint id, inquo sistit influxus actionis productivæ; nō propter hoc hæc accipit speciem ab illis, nec ad eorum productionem, sicut ad finem ordinatur totus influxus generationis.

Quædam expositio reijcitur.

21 Propter hæc M. Medina asse-

rit

Alia expos.

rit remissionem culpæ esse finem, & terminum ad quem iustificationis impij. Rationem simul, atque discrimen ab alijs actionibus destruentibus formam contrariam, tradit ex speciali bonitate, & excellentia conveniente illi, adeo enim remissio culpæ bona est, ut communiter reputetur à Thomistis esse infinitè æstimabilem, ideòque sub merito puræ creaturæ cadere non posse. Unde ratione huius æstimabilitatis potest per se intendi à Deo, & tanquam finis totius iustificationis amari. Quod efficaciter confirmatur ex illo Isaiæ 27. *Iste est omnis fructus, ut auferatur peccatum.* Igitur remissio peccati se habet tanquam proprius finis, & principaliter intentus in iustificatione impij.

22

Hæc tamen doctrina non videtur conformis S. D. 1. Siquidem art. 1. in quo agit de iustificatione impij, quatenus est transitus de statu iniustitiæ ad statum iustitiæ, reddit rationem, cur vocatur iustificatio his verbis: *Quia motus magis denominatur à termino ad quem, quam à termino à quo, ideo huiusmodi transmutatio sortitur nomen à termino ad quem*, nempe *iustitia*: ergò iuxta S. D. terminus *ad quem*; proindeque finis proprius, & specificus iustificationis impij secundū rationem motus de contrario in contrarium, est unicè iustitia, sive gratia habitualis. 2. Iuxta S. Doct. remissio culpæ est effectus formalis secundarius gratiæ; utpotè negativus, ita quæst. 28. de Verit. art. 7. ad 4. & 5. & art. 9. in corp. & in 4. dist. 17. quæst. 1. art. 4. & 5. sed effectus formalis secundarius sequutus ex introductione formæ nequit intendi ab agente tanquam finis propriè talis; ergò remissio culpæ &c.

Habet cō tra se 1.

Secundo.

23

Sed instabis contra hanc probat. Estò remissio culpæ sit effectus secundarius gratiæ infusæ impio, terminat mutationem realiter distinctam ab infusione gratiæ iuxta dicta §. anti: ergò etiam poterit esse terminus primarius &c. Respond. 1. instando incorruptione formæ substantialis, de qua est certum, non esse finem propriè dictum actionis generativæ; cum tamen introductio novæ formæ, & corruptio præexistentis distinguantur realiter in ratione mutationis. Respond. 2. ex doctrina S. D. quæst. citata, a. 8. ad 1. dic: remissionē culpæ posse dupliciter considerari, vel prout se tenet ex parte agentis, vel prout se tenet ex parte subiecti. Primo modo est effectus formalis secundarius formæ, eique correspondet unica actio, & motus secundum quem producitur forma. 2. autem modo præcedit introductionem formæ, prius est enim subiectum (ait S. D:) amittere formam contrariam, quam novam accipere. Undè sub hac consideratione spectante ad genus causæ materialis, remissio culpæ dicit mutationem realiter distinctam à gratiæ infusæ: Sed hoc nihil refert ad præsens, cum ratio termini *ad quem*, & *finis* spectent ad genus causæ finalis, & formalis.

Dices contra hanc probat.

Resp. 1.

Secundo.

24

Quapropter Respond. cum alijs Thomist. quod licèt remissio culpæ non sit rectum, aut terminus principalis *ad quem* motus iustificationis impij; se habet tamen formaliter ex parte illius, per modum *obliqui*, *aut connotati*, eo quod terminus formalis prædictæ iustificationis est gratia habitualis, non ut cumque accepta, sed ut expulsiva peccati. Multoties enim contingit destructionem termini *à quo*, & eius connotationem, ingredi in termino *ad quem* ad specificationem alicuius motus. Sic enim contingit in actione reunitiva animæ rationalis, & in ascensu, & descensu ad eundem locum: qui licèt entitativè sit idem, difert formaliter in ratione termini per ordinem ad diversum spatium, & ad punctum, à quo recedit mobile per motum. Cum autem D. Thom. in præs. non loquatur de iustificatione impij absolutè, & materialiter sumpta, sed formaliter, & quatenus est motus de contrario in contrarium, & prout difert à simplici infusione iustitiæ; ideò posuit remissionem culpæ esse finem specificativum talis iustificationis, non quidem in recto, & principaliter, sed in obliquo, & per has voces: *Gratia formaliter ut est remissiva peccati.*

Verior Resp.

Sæpè cōnotatio activa termini à quo distinguit motus.

Sed

Sed dices. Illud, quod se habet per accidens ad gratiam, quæ est terminus formalis iustificationis impij, per accidens se habet ad ipsam iustificationem. Sed sic se habet remissio culpæ relatè ad gratiam: ergò simili modo se habet respectu iustificationis impij. Sed quod per accidens se habet ad aliquem motum, nec in recto, nec in obliquo se tenet ex parte termini ad quem, ut illud specificantis: ergò ruit doctrina tradita. Min. 1. syllogismi traditur à D. Thom. in 4. dist. 49. quæst. 4. art. 1. ad 3. dicente: *Gratiæ per accidens convenit de impio facere iustum.* Mai. etiam constat: Nàm iustificatio impij, & terminus formalis *ad quem* illam specificans, commensurantur inter se: ergò quod per accidens se habet &c.

25 Replicab.

Resp. doctrinam à nobis traditam solum loqui de iustificatione impij formaliter qua tali, & prout est motus de contrario in contrarium. Huic autem nihil obest author. D. Thom. loquitur enim de gratia secundum se, & quoad *substantiam* accepta: Cui accidentale est, & præexistentia peccati, & esse formā remissivam illius. Bene autem componitur aliquid se habere per accidens respectu alicuius actionis, aut mutationis sub una consideratione, & se habere per se ad illam alio modo consideratam. Patet in forma substantiali destructa per adventum novæ formæ in materia prima; talis enim forma se habet per accidens relatè ad generationem substantialem, ut *mutatio est*: attamen se habet per se ad illam quatenus *conversio formalis est*; de quo D. Thomæ Complutense Collegium art. de principijs ent. nal. in fieri. Idem constat in generatione accidentali caloris v. g. & in motu simplicis alterat: productivo eiusdē; respectu cuius in esse motus se habet per se qualitas contraria; licèt respectu eiusdem ut generatio accidentalis est, non sic se habeat; cum terminus *à quo* illius solum sit privatio caloris. Ex his in forma disting. mai. ad gratiam in ratione termini iustificationis impij formaliter qua talis, conced. mai. ad gratiam secundum se; neg. mai. & cum eadem dist. min. neg. conseq. Assertum enim nostrum procedit in sensu formali de iustificatione impij, quatenus est translatio de statu iniustitiæ ad statum iustitiæ.

26 Respond.

Solut. in forma.

Ad huius doctrinæ confirm. maximè conducit infinita ferè æstimabilitas gratiæ, ut remittentis peccatum læthale. Licèt enim in alijs motibus destructio termini *à quo* nullo modo intelligatur de formali in *recto, aut in obliquo*; remissio tamen culpæ proveniens à gratia propter eius maximam æstimabilitatem, potest modo dicto se habere ex parte termini *ad quem*. Ratio est. Nàm cum unumquodque sit amabile à Deo, quatenus bonum est; id quod licèt sit effectus secundarius, addit supra formam maximam perfectionem æstimabilitatis, est per se à Deo amabile. Sed sic se habet remissio culpæ respectu gratiæ sanctificantis, cum reddat hominem immunem ab offensa peccati læthalis: ergò gratia ut sic remissiva est *per se* amabilis à Deo: ergò in iustificatione impij amorem Dei, eiusque misericordiam maximè commendante, remissio culpæ se habet *per se* respectu iustificationis; licèt non in recto, quia est quid sequutum effectum primarium gratiæ, benè tamen in obliquo, & de connotato.

27 Roborat. solut. dicta. Huic favet solut. M. Medina.

His accedit, quod sanctificatio, & remissio peccatorum, ponuntur à Trident. sess. 6. tanquam duo beneficia inadæquata, sive duæ partes eiusdem beneficij adæquati, adeo ut sine utroque nimia Dei charitas erga nos exprimi nequeat iuxta illud: **Cum essemus mortui peccatis convivificavit nos in Christo*, & rursus iuxta D. Paulum: **Hæc fuistis aliquando, sed abluti estis, sed sanctificati estis.* Ecce utrumque beneficium maximè commendans Dei charitatem in iustificat: impij: ergò remiss: nequit non ingredi terminū ad quem illius Ex eodem principio constat, cur ad remissionem, quæ est effectus secundarius gratiæ habitualis, requiratur nova dispositio, scilicèt, actus contritionis, præter actum charitatis disponentem ad effectum primarium

28 * Ad Ephes. 2. * 1. Ad Cor. 6.

rium positivum illius, quod alijs effectibus secundarijs non competit. Constat 1. Quia talis remissio solum ex suppositione peccati, quæ est quid accidentale gratiæ secundum se, requiritur. 2. Quia cum, ut dictum manet, talis remissio sit adeo æstimabilis, ut excludat ab homine malum infinitum offensæ, & de merito apud Deum, potest ob huiusmodi excessum novam dispositionem exigere prædicto effectui proportionatã; qualiter se habet contritio peccati; quod in alijs effectibus formalibus secundarijs non contingit.

§. IV.

Tertia difficultas.

An iustificatio impij, & innocentis differant inter se specificè?

29 SUpponimus 1. inter utramque iustificationem dari aliquam diversitatem accidentalem, & intrinsecam. Siquidem iustificatio impij habet rationem motus, qui est de contrario in contrarium; iustificatio autem innocentis est per modum simplicis generationis, quæ est mutatio de privatione ad formam. Sic S. Doct. hic art. 1. Sed inter motum de contrario in contrarium, & simplicem mutationem, relatè ad eandem formam, datur aliqua diversitas eis intrinseca, esto accidentalis, ut ex eorum definitione constat: ergò. Explicatur hoc. Iustificationi impij convenit intrinsecè esse remissionem peccati; cum ei hoc conveniat ratione termini *ad quem*, scilicèt, gratiæ sanctificantis necessario remittentis peccatum, ex suppositione quod præexistat; sed hoc non convenit iustificationi innocentis. ergò aliquid intrinsecum convenit uni, quod alteri non convenit. Unde difficultas procedit de diversitate specifica essentiali inter iustificationem impij, & inter iustificationem Christi Domini v. g. Angelorum, & primorum parentum pro statu innocentiæ.

Suppon. 1.

Prob.

Explicat.

30 2. Deinde supponimus difficultatem non procedere de iustificatione activè sumpta, scilicèt, pro actione Dei infundentis gratiam: cum enim iuxta expressam doctrinam D. Thom. actio Dei pro omnibus ad extra producibilibus sit essentia divina; eo quod actio divina est summè actualis: eadem est adhuc virtualiter, actio, qua Deus impium, & innocentem iustificat. Idem asserit S. D. de iustificat. *in facto esse*. *Etenim sub hac consideratione iustificatio supponit pro termino actionis divinæ, quo formaliter denominamur, & sumus iusti; qui terminus est sola gratia habitualis se habens, ut causa unica formalis omnis iustificationis. Cumque hæc gratia (quidquid sit de possibili) sit eiusdem speciei substantialiter in Christo Domino Angelis, & hominibus; manifestum est iustificationem hoc modo acceptam, esse eiusdem speciei essentialiter in omnibus iustificatis. Undè sermo disput. procedit de iustificatione, prout est *motus, fieri, & via ad iustitiam*, quæ dicitur *iustificatio passivè* sumpta, & sub qua consideratione non est in Deo, sed in his, qui iustificantur. Nè ergò confundaris distingue triplicem acceptionem illius, scilicèt, *activè*; *passivè*, *seu in fieri*; *& terminativè*, *sive in facto esse*.

Secundo.

*Sic in 4. dist. 17. q. 1. art. 1. ad 3.

Motus, & passio differunt à termino.

Sed antequam ad difficultatis decisionem transeamus, se ofert primo ratio dubitandi circa definitionem iustificationis per modum simplicis generationis traditam à D. Thom. scilicèt: *Transitus de privatione gratiæ ad gratiam*, quam concedit Primis parentibus. Siquidem cum privatio sit carentia formæ realis debitæ, nequit simul coexistere cum forma, cuius est privatio; sed in Christo Domino, Angelis &c. pro primo instanti fuit eis infusa gratia habitualis: ergò in ipsis non extitit vera privatio, proindequè falsa est doctrina S. Doct. 2. alio ex capite sic arguo. Peccatum habituale consistit iuxta plures ex Thomistis in privatione gratiæ; hoc est in illius carentia cum debito habendi gratiam: ergò transitus de privatione gratiæ ad gratiam est formalis

31 Quæstio incidens difficilis.

Prima ratio dubit.

Secunda.

trans-

transitus de peccato habituali, sive de iniustitia ad iustitiam. Añs. prob. Carentia perfectionis debitæ subiecto est mala ipsi: ut est certum. Unde si hęc perfectio debita sit moralis, & debitum habendi illam sit morale, prædicta carentia erit mala moraliter, proindeque peccaminosa. Omnia constant. Nunc sic. Sed privatio gratiæ, ut distincta à simplici negatione, est carentia gratiæ cum debito habendi illam; ut ex definitione privationis constat: ergò cum tale debitum non sit physicum; cum gratia superet omnem exigentiam naturæ intellectualis; erit absdubio debitum morale: ergò erit privatio mala moraliter: ergo transitus de illa in gratiam erit de contrario in contrarium moral: & de iniustitia ad iustitiam ergò D. Thom. omnia confundit, dum loquitur de iustificatione impij, & innocentis, & aliunde ponit iustificationem in Christo Domino, Angelis &c. fuisse per modum simplicis generationis.

32 Decisio 1. rationis dubit: maxima ex parte pendet ab his, quæ in physica valdè acriter exagitantur: *An, scilicet, generatio substantialis sit essentialiter vera, & realis mutatio?* In quo divisi sunt Thomist. Sed placet mihi (unusquisque in suo sensu abundet) sententia negativa solidè fundata, & intellectu perceptibilis à D. Thom. Complutensi Collegio; quibus nihil restat super addere, sed quę ibi traduntur à SS. M. Bayona attente, & non transeunter legere. Quid enim refert formam aliquam non intelligi pro aliquo signo, aut quod in illo esset privatio, si aliunde forma in eodem instanti non existeret; ut de subiecto aliquo verificetur cum proprietate illud verè, & realiter esse privatum forma? Deindè iuxta plures Thomist. liquidè, atque subtiliter de signis naturæ, eorumque prioritate loquentes; pro signo materiæ primæ v. g. causantis formam; nec intelligitur forma, nec carentia formæ; sicuti pro signo libertatis ad amorem, & illius carentiā, præscinditur ab utroque. Si enim ob 1. Adverſ. ponunt in materia 1. *privat: formæ*; ob 2. ponent consequenter pro illo signo *carentiam carentiæ formæ*: quod est valdè improprium, ne dicam ridiculum; & aliunde carentia carentiæ formæ sit ipsa forma.

Ad 1. dubit. Generat. non est essent mutatio.

Probat.

Nec item deest ad idem confirmandum exemplum Theolog. in terminis iustificationis. Etenim S. D. 3. p. q. 34. a. 1. explicans: *Qualiter Christus Dominus factus fuerit Sanctus per gratiam habitualem in 1. instanti suæ conceptionis*, asserit *non fuisse factum sanctum ex non sancto privative, ita ut aliquando fuerit homo, & non fuerit sanctus; sed negativè: quia, scilicet, quando non fuit homo, non habuit sanctitatem humanam.* Hinc constat ad veram privationem sanctitatis requiri iuxta D. Thom. veram carentiam illius pro aliquo reali instanti, nec sufficere solam pręcisionem pro aliquo signo naturæ, aut aliam expressionem huiusmodi. Ideòque S. D. recurrit ad esse non sanctum *negativè*, ut terminū *à quo*, ly *negativè*, inquam, appellante non solum supra gratiam, sed etiam supra subiectum. Etenim propositio negativa iuxta Dialect. verificatur per non suppositionem extremorum. Urgeo. Sanctificatio Christi Domini per gratiam habitualem, aut fuit vera mutatio, vel non? Si 1. assigna privationem pro 1. instanti; & tunc è diametro affirmabis oppositum D. Thom. negantis Christum Dominum fuisse factum sanctum ex non sancto privativè. Si 2. ergò; quia ad veram mutationem non sufficit sola præcisio, aut carentia gratiæ pro aliquo signo naturæ, sed pro reali instanti.

33 Confirm.

Urgetur.

Nec oppositum suadetur ex quo S. D. hic art. 1. ait: *Adamum fuisse sanctificatum per iustificationem, quæ est transitus de privatione ad formam.* Cumque iuxta eundem 1. p. q. 95. art. 1. *Adamum fuerit sanctificatum in 1. instanti suę conditionis.* (Idem de Angelis 1. p. quæst. 62. art. 3.) videtur iuxta doctrinam S. Doct. sufficere ad veram privationem, mutationemque, non intelligi gratiam pro aliquo signo naturæ. Sic potest quis arguere pro necessitate mutationis in omni generat: substant: si aliunde non sit dissonum Theolog: physicis mis-

34 Instab. 1.

Respond. miscere. Non, inquam, suadetur, si verba S. Doct. fideliter referantur, & attente considerentur, postquam enim dixit: *Iustificationem posse fieri per modum simplicis generationis, quæ est de privatione ad formam*; subdit: *Sicut dicitur Adamum accepisse iustitiam, sive fuisse sanctificatū.* In quibus verbis, scil: *sicut dicitur* loquitur S. Doct. iuxta sententiam, & opinionem aliquorum tuentium Adamum fuisse creatum in puris naturalibus, & post modum accepisse gratiam habitualem antequam peccaret. Quam opinionem ipse S. Doct. si illam expresse non tuetur, ut volunt aliqui, reputat satis probabilem q. 16. de Malo, art. 4. art. 3. & 14. Sic satis solidè M. Bolivar hic dub. 3.

Instabis 2. & 3. Nec dicas 2. S. Doct. dicere: *Per modum simplicis generationis, quæ est mutatio de privatione ad formam.* Non, inquam, dicas: Nàm ad probandum assumptum deficiunt sequentia verba, quæ *est necessario, aut essentialiter mutatio &c.* Nec iterum dicas iustificationem per modum motus esse essentialiter transitū de contrario in

Respond. contrarium; & hoc iuxta D. Tho. ergò idem dicendum cùm asserit iustificationem per modum simplicis generis esse mutationem de privatione ad formam. Non, inquam, dicas; quia sine tali contrarietate non salvatur essentia motus propriè dicti, ut modo suppono ex definitione illius. Essentia autem simplicis generationis accidentalis in infusione gratiæ, salvatur his terminis: *Fieri, via, acquisitio iustitiæ ex præsuppositio subiecto, à quo educitur secundum potentiam obedientialem.* Hæc enim productio gratiæ non est creatio, sed eductio. Exemplum habes in eductione formæ cœlorum ex eorum materia 1. possibili de potentia absoluta.

35 Ad 2. rationem dubitandi Respond. S. Doct. non accipere privationem gratiæ strictè, & prout dicit debitum in subiecto habendi illam; aliter enim non esset forma supernaturalis, nec educeretur ex potentia obedientiali animæ. Unde illam accipit in sensu lato pro subiecto capaci ad formam maximè perficientem *animam*. Etenim carentia gratiæ sic accepta, non est strictè negatio; cum hæc iuxta definitionem communem sit *carentia formæ in subiecto inepto, & incapaci habendi illam.* Hinc constat inter privationem strictè talem, & similiter inter negationem simplicem, & rigorosè acceptam, dari privationem latè acceptam pro carentia formæ maximè perficientis subiectum: quam sic appellare multoties conducit ad exprimendam perfectionem subiecti, & ipsius formæ.

Ad 2. ration. dubit.

His suppositis. Punctum difficultatis consistit: *An fieri, & via ad gratiam habitualem dividatur essentialiter per fieri ad gratiam secundum se, & prout educitur ex potentia animæ cum sola privatione, & per fieri ad gratiam, prout remittit peccatum, illudque respicit tanquam terminum à quo vi cuius obtinet rationem veri motus?* Ratio dubitandi pro parte negativa est. Ubi terminus ad quem formalis, & primarius alicuius motus, non differt specie essentiali, nec pariter motus, sive fieri ad illum: cum motus accipiat speciem à tali termino, & quando specificativum est idem essentialiter, pariter est idem specificatum. Sed terminus formalis, & primarius utriusque fieri, sive viæ ad gratiam, est idem essentialiter specificè: tùm quia gratia sanctificans est eadem specie, tam in Angelis, quam in peccatoribus iustificatis. Tùm quia gratiæ convenit secundario remittere peccatum, estque effectus negativus illius. Sed forma non variatur essentialiter per superadditionem effectus secundarij, aut negativi: ergò fieri ad gratiam in Angelis, & hominibus respicit eundem terminum ad quem formalem, & primarium. Urgetur. Diversitas ex parte termini *à quo* relatè ad motum non causat distinctionem essentialem in ipso motu. Tùm quia talis terminus, utpotè desertus, aut derelictus, non specificat motum. Tùm quia contingit unitas motus cum diversitate ex parte termini *à quo*; ut patet in eo, qui fit albus ex *pallido, aut fusco.* Sed hominem iustificari ex peccato habituali, aut ex sola privatio-

36 Ratio pro parte negativa.

Urgetur;

tio-

tione gratiæ, ut contigit in Adamo, solum ponit diversitatem in termino *à quo* iustificationis, scilicèt, in pura privatione gratiæ, & in privatione, quæ sit iniustitia: ergò idem quod prius.

37 Dices. Nec recurras ad diversam considerationem gratiæ habitualis secundum se, & entitativè sumptæ, & in ratione termini *ad quem*; ut hac distinctione respondeas gratiam habitualem esse eiusdem speciei in utroque casu, si consideretur quoad substantiam; secus autem sub formalitate termini *ad quem*. Cum enim sub hac consideratione connotet formaliter terminum *à quo*, diversitas ex parte huius refundit diversitatem formalem in termino *ad quem*: quod potest etiã explicari aliquibus exemplis. Non, inquam, recurras 1. Nàm Reijcit. 1. ex hac doctrina sequitur omnem motum habentem pro termino *à quo* aliquid specie diversum, diversificari etiam specificè in ratione motus propter diversitatem formalem termini *ad quem* ex priori diversitate causatam. Qua ratione poterit dici motum de albationis supra relatum esse specie essentiali diversum. Similiterque generationem substantialem ex sola privatione, aut ex forma substantiali opposita formæ ignis v. g. distingui essentialiter specificè in ratione generationis substantialis. Siquidem potest aplicari eadem doctrina de unitate formæ *entitativè* sumptæ, non vero in ratione *termini*. Consequens est falsum: ergò. 2. Diversitas ex parte termini *à* Secundo. *quo* in prædest. hominum, & Angelorum, scilicèt, à statu damnationis debitæ peccato originali, & à sola carentia fœlicitatis, non diversificat essentialiter utriusque prædestinationem, ita expresse S. Doct. 1. p. q. 23. art. 1. quia videlicèt iuxta illum *motus non accipit speciem à termino à quo, sed ad quem.* Cumque gloria hominum, & Angelorum sit eadem specificè: propter quod Apoc. 21. dicitur *eandem esse mensuram hominis, & Angeli*, ideò utriusque prædestinatio est eadem specie. Sed omnia hæc Sic tenèt. Curiel, & Alij. æque tenent in iustificatione hominum, & Angel: ut de se patet: ergò.*

Pro parte affirm. arguit. Fieri ad gratiam sanctificantem est divisibile essentialiter per fieri ad gratiam ex simplici privatione, & per fieri ad gratiam ex peccato habituali. Primum est iustificatio Angelorum passivè sumpta; 2. vero iustificatio impij: ergò iustificatio ex terminis, & in sua abstratione formali passivè sumpta, est divisibilis essentialiter specificè. Añs. prob. 1. Fieri, & via ad calorem v. g. ex sola privatione, & fieri ad eundem ex suo contrario, diferunt essentialiter inter se; cum 1. sit generatio accidentalis, de quo Philosophi tract. de Generat. & D. Thom. 5. physicorum lect. 2. 2. autem sit simplex alteratio, & strictè motus: ergò cum de de rebus supernaturalibus discurrendum sit conformiter ad naturalia; idem dicendum &c. Quod urgebis Urget. 1. 1. sequenti forma. Estò calor in utroque casu sit idem *entitativè*, est tamen formaliter diversus in ratione *termini*, & hoc, ob diversitatem ex parte termini *à quo*; non obstante quod iste sit extra speciem motus. Similiter ideò adstruitur talis diversitas essentialis, & intranea fieri ad calorem; quia fieri ut sic dividitur essentialiter per fieri quod sit strictè *mutatio*, & quod sit strictè *motus*, sed hoc idem militat in utraque iustificatione: ergò. Urgetur 2. Non re- Secundo. pugnat dari *fieri passivum* per se 1. terminatum ad gratiam habitualem, ut remissivam peccati, & secundum tale fieri hominem transire de iniustitia ad iustitiam per motum de contrario in contrarium; sed hoc fieri distinguitur essentialiter à iustificatione, quæ est simplex mutatio de privatione in gratiam: ergò non repugnat talis distinctio essentialis. Aliunde; quod de facto sic eveniat, est magis consonum rationi; ut patet à simili in simplici alteratione, & generatione accidentali stricta eiusdem qualitatis: ergò.

38 Ratio pro parte affirm. Sic Caiet. Ferre, & Alij.

39 Dicas. Nec dicas huiusmodi expulsionem peccati solum convenire gratiæ ex aliqua suppositione accidentali; scilicèt, præexistentiæ peccati: quapropter fieri ad gratiam non dividitur intranèe, & essentialiter per

fieri

fieri ad gratiam ex simplici privatione, & ex peccato habituali. Non, inquam, dicas 1. Nàm etiam calori v.g. accidit fieri ex contrario, scilicèt, *frigore, quia hoc dependet ab existentia contingenti illius; & tamen propter hoc non tollitur quod ex suppositione illius detur fieri, & motus ad calorem ut producibilem ex suo contrario, & qui per se primo terminetur ad ipsum; ut ex dictis constat: ergò ratio adducta nihil valet. Similiter, quid accidentale est corpori fieri ex *pane*, & tamen datur actio per se *primo* terminata ad productionem Corporis Christi *prout ex pane*, scilicèt, actio conversiva. Rursus ly *ex pane* terminũ à quo designat; eiusque desitio in conversione Eucharistia est effectus secundarius negativus. Sed his non obstantibus productio Corporis Christi *secundum se*, & productio eiusdem *prout ex pane* diferunt specificè essentialiter in esse productionis Corporis Christi ut sic; ita ut dividatur talis conceptus quiditativus productionis substantialis Corporis Christi essentialiter in ratione actionis per actionem *primo productivam* ex simplici privatione, & per actionem *conversivam* productivam illius secundo ex pane huiusque destructivam, ut ex communi Thomistarum sensu supponimus: ergò idem dicendum de hoc conceptu communi *motus* sive influxus vialis in gratiam.

Reijcit. 1

40 Ex his constat utramque partem posse probabiliter defendi. Res est parvi momenti, sed quia pars affirmativa est difficilior. Opportet aliquas impugnationes, etsi brebiter adducere, eisque solutionem dare; ut si quis voluerit eam defendere, eis non implicetur. Paritas ad prædestinat: non urget 1. quia prędestinatio iuxta S. Doct. ibi art. 2. *Nihil ponit in prædestinato, sed est actus divinæ providentiæ, proindequè non est motus, aut fieri ad gloriam*, sed activa ordinatio ad illam. Undè non mirum, quod diversitas termini *à quo* electionis ad gloriam non refundat ullam diversitatem ex parte termini *ad quem*. Iustificatio autem in præsenti non sumitur pro actione Dei

Utraque opin. defendi valet.

infundentis gratiam, sed pro motu, & fieri ad illam, qui motus existit in iustificato. 2. Quia terminus *à quo*, scil. peccatum, tollitur formaliter per gratiã, non per gloriam. Nec dicas inst. tenere de præd: *passivè* sumpta. Nàm sic est *votatio*, & iustificatio: Ita S.D. ibidem.

Si rursus instes. Generationi substantiali, ita accidit esse productionem unius formæ ex alia forma positiva, ut per hoc non distinguatur essentialiter in esse generationis. Respond. 1. instando in generatione accidentali caloris v. g. & in motu simplicis alterationis ex frigido in calidum. Respond. 2. añs. esse verum, quia expulsio unius formæ solum exigitur ex conceptu peculiari formæ generandæ. Et insuper, quia generatio substantialis iuxta Philos: solum admittit illam divisionem essentiq; ab illa exigitur, prout difert ab actione creativa, ad quod solum ingreditur de formali productio formæ substantialis ex præsuppositа materia. Undè quod in materia 1. quæ est causa materialis, præexistat, vel non alia forma, nullam divisionem intraneam generationi substantiali inferre valet. Deindè: Corruptio formæ præexistentis est de se mala physicè, nec per se intenta, nec propter ipsam crescit perfectio formæ denuo genitæ; quapropter actio generativa, quæ est opus naturæ, omnino per accidens respicit prius formæ corruptionem.

41

Instab.

Resp. 1.

Secundo.

Gratia vero, cum sit forma accidentalis, potest de se terminare, & motum simplicis generationis per transitum de privatione ad formam: & motum propriè per transitum de contrario in contrarium. Undè sicut hac ratione diferunt specie generatio caloris, & motus alterationis, ita in præsenti. Rursùs. Nam gratiam expellere peccatum auget in illa perfectionem, & æstimabilitatem in gradu ferè infinito; quare cum aliunde talis expulsio sit intranea rationi sanctitatis; non mirum, quod motus, sive fieri passivum proveniens à Deo per se ordinetur ad gratiam, ut formaliter remittentem peccatum.

43 Instabis.

Deniquè instabis. Gratia, ut remittens peccatum, non difert formaliter in ratione termini à se ipsa secundum se sumpta: ergò fieri ad gratiam sub illa consideratione, non difert essentialiter à fieri eiusdem absolutè. Probat. añs. 1. Effectus secundarius alicuius termini ad quem non diversificat formaliter ipsum in ratione termini; quia quod secundario se habet ad aliud, utpotè extra illius essentiam, nequit ipsum essentialiter immutare; sed huiusmodi est remissio culpæ. ergò. 2. Quod accidit termino formali iustificationis in sua communitate accepta, nequit illam intranèe dividere, subindequè, nec essentialiter eam diversificare. Sed gratiæ qua tali, quæ est terminus formalis, accidit actu expellere peccatum; cum conveniat ei ex suppositione accidentali: ergò.

44 Resp. ad 1. probat.

Hæc instantia habet contra se illam, quā supra retorsimus inter simplicem generationem caloris, & motum simplicis alterationis ex suo contrario. Instatur etiam in actione primo productiva Corporis Christi Domini, & actione productiva eiusdem prout ex pane. Respond. ad illius probat. aliud esse terminum ad quem formaliter in ratione termini diversificari per activam connotationem alicuius effectus secundarij; aliud vero diversificari per illum. Hoc 2. denotat ingredi in recto, & hoc est aperte falsum. 1. vero denotat ingredi in obliquo; & hoc pacto ingredi ad talem diversitatem non est aliquid repugnans, ut patet exemplis supra adductis pro diversitate essentiali aliquorum motuum. Patet hoc ex communi Thomist. sensu dicentium, quod licèt destructio substantiæ panis non exigatur per se ab actione productiva Corporis Christi secundum se; benè tamen ut conversiva, & attenta significatione verborum consecrationis; de quo eruditè inter omnes M. à S. Thoma. Per

Ad 2.

quæ patet ad 2. prob. Accidit enim metaph: sed non omni speciei; sicut rationale etiam accidit animali.

45 Roborat. solut.

Addi potest ex supra dictis connotationem activam alicuius effectus secundarij, aut destructionem termini oppositi, posse essentialiter diversificare, aut actiones, si sint quid creatum, aut passionem, sive motum ad terminum. Si vero actio sit increata, potest in sui passione talem diversitatem admittere; quando connotatio addit novam perfectionem supra terminum secundum se; & præsertim non novam, ut cumque, sed infinitæ æstimabilitatis, qualis est destructio peccati. Cum enim bonum maximè tale sit per se appetibile, quid obest, ut destructio peccati per gratiam habitualem, sit finis per se inspectus; non dico ab aliquo actu divino; sed à passione, sive fieri passivè creato recepto in creatura ration: quā Deus per grat: sanctificat, eam emundando à peccatis? Si dicas: Simplex mutatio, & verus motus differunt essentialiter: ergò cum sic se habeant iustificat: impij, & innocentis; non adest locus dubitationi. Respond. negando conseq. Quia restat probare; iustificationi impij convenire essentialiter, & in sua specie rationem veri motus, & non ex consequenti: sicuti estò intuitio, & abstractio differant essent: quia tamen non conveniunt cognitioni in sua specie; non diversificant eam essentialiter. *Et hæc de hoc Dubio applicanda litteræ Magistri ubi præcedens.*



TRAC-

TRACTATVS PRO CORONIDE PRÆSENTIS OPERIS.

DUBIUM I.

AN RATIO SANCTITATIS FORmalis conveniat gratiæ unionis?

§. I.

ALIQVA PRÆLIBANTVR, ET STATVITVR SANCTITAS PER gratiam unionis.

N. 1 HOc dubium præsenti tract. duplici motivo decidendum annectimus; etsi communiter à Theol. tract. de Incarn. exagitetur. 1. propter perfectam cognitionē sanctitatis formalis quoad sui constitutionem metaphysicam faciliter, & perviè in memoriam revocabilem, propter ea, quæ ferè in hoc toto tract. diximus innitendo doctrinæ SS.PP. & præsertim Ang. Doct. explicantis proprium munus, & effectum formalem veræ sanctitatis. Cumque definitio propria illius sit principium; unde discerni possit, quodnam prædicatum sit, vel non, sanctitas formalis; hac notitia tam immediatè, quam recenter in hoc tract. præhabita; facilius quantum ad hoc spectat decisio dubij, ut statim apparebit. Huius oppositum contingit; dum tract. de Incar. exagitatur; cum ibi necesse sit recurrere, vel supponere ea, quæ de conceptu quidditativo veræ sanctitatis communiter affirmantur. 2. ut præsens tract. maneat completus circa perfectiones, vel prędicata tam creata, quam divina, quæ possunt effectū formalē sanctificationad extra præstare per unionem, sive communicationem ad creaturā intellectualem.

Motiva pro exag. præs. difficulc.

Primum.

Secundū.

Humanitatem Christi Dom. v.g. fuisse formaliter sanctificatam per gratiam unionis hypostaticæ, & præcisivè à gratia habituali; Sentiunt communiter Theol. contra Scotum, & eius Discipulos, concedentes solū prædictæ unioni munus sanctitatis inchoativè, dispositivè, aut quasi radicaliter ex congruentia, quia videlic. propter excellentiā unionis hypost. fuit aliquomodo debita, & exacta infusio gratię habitualis, per quā solum cum proprietate Anima Christi D. fuit sancta, & interius rectificata. Sed nè ly *formaliter* aliquam confusionem præbeat huic suppositioni: advertendum in præsenti illud non sumi prout dicit veram informationem respectu Animæ Christi D. cum hæc dicat imperfectionem incompletionis, & potentialitatis repugnantem, tum divinitati; tum personalitati Verbi. Sumitur ergò ly *formaliter* contrapositivè ad radicaliter, quod est idem ac dicere: unionem hypostaticam se ipsa, & independentet ab alia forma radicata reddere humanitatem Christi Domini actu, perfectèque sanctam. Cui non obest; Deitatem, vel personalitatem, ei uniri per puram terminationem intrinse-

2

Sententię

Advertendum.

eam, intimèque cum ea penetratam; ut constat in ordine ad effectum formalem personandi, & Deificandi humanitatem; quamvis solum modo dicto eidem uniantur. Quapropter, etsi in ordine ad talem effectum formalem concretivè sumptum debeat se habere, ut aliqualis forma; hoc sufficit verum de forma, quæ sit talis ex modo significandi, licet non de forma, quæ sit physicè talis: vel ad summū ū ultra aliquid desideretur; erit verum de forma secūdum quod hæc dicit de actualitate, & perfectione, non tamen secundum id, quod dicit de incompletione &c. in quo sensu sæpè asserit D. Th. essentiam divinam uniri mentibus beatorum per modum formæ intelligibilis. Quia tamen gratia unionis dicit personalitatem, Deitatem &c. de singulis agemus, prius tamen de illa ut sic.

Quid sufficiat ad munus ormæ.

3 His notatis prob. 1. ex pluribus testim. SS. PP. afferentium humanitatem Christi D. fuisse per assumptionē ad Deum *Deificatam, unctam, & delibutam Divinitate.* Ita S. Greg. Naz. or. 2. de Pasch. *Christus fuit perfectus, non modo propter Divinitatem, qua nihil est perfectius; sed etiā propter humanitatē divinitate delibutam, idemque effectam, quod id, à quo peructa est &c.* Et ora. 36. de Theol. prop. finem: *Christus igitur propter Divinitatem, ea enim humanitas uncta est, non actu, vel operatione, ut in alijs, qui Christi nuncupantur, sed totius unctoris præsentia.* Idem habet S. Dam. lib. 3. c. 15. S. Athan. & alij PP. Nunc sic. Apud Sac. Scrip. & PP. idē est aliquid esse *Christum intus unctū, & à Deo intus delibutum*, ac esse *verè, & propriè sanctum* coram ipso; qua ratione gratia habitualis, qua iustificamur; nos dicitur *oleum, & unctio Spiritus Sancti*, ut dicitur Ioannis 1. c. 2. Unde Magn. Par. illa verba Psalm. 103. *Ut exhilaret faciem in oleo*: exponit de gratia dicens: *Gratia est nitor animæ sanctum concilians amorem*: ergò si Christus Dominus dicitur Christus propter Divinitatem. & per illam fuisse unctam, & delibutam eius humanitatem; fatendum est &c.

Prob. ex testim. SS. PP.

4 Nec valet dicere, hæc testimonia posse intelligi in sensu causali, quatenus ex Divinitate, aut persona Verbi emanavit gratia habitualis, qua fuit humanitas Christi Domini sanctificata, & spiritaliter uncta. Siquidem Spiritus Sanctus dicitur unctio nostra, quin sermo sit in sensu formali, sed tantum causali. Non, inquam, valet 1. Quia in præfatis testimonijs dicitur Deitatem esse ipsam unctionem se ipsa, & non operatione sanctificantem humanitatem, sed per sui præsentiam. Quod non esset verum, si causaliter, aut efficiendo gratiam habitualem, sanctificaret. 2. Quia iuxta Nazianzen. ita dicitur unctus, ut homo per Divinitatem, ac dicitur Christus propter ipsam. Sed dicitur Christus propter ipsam formaliter: ergò. Nec urget paritas de sanct. nostra: Nam quemadmodum, quoties in Scriptura dicitur Christus *iustitia, & sanctificatio nostra*, intelligitur ab Ecclesia, quod sit talis causaliter, & meritoriè contra Hæreticos: *ita dicendum de verbis nobis oppositis. Hæc autem expositio, & sensus Ecclesiæ minimè insinuatur circa testimonia à nobis adducta. Unde non placet Magist. Lorca 3. part. disp. 36. tradens talem expositionem; fortasis, quia in eis testimon. fit sermo de Divinitate; de qua acriter propugnat non esse formam sanctificantem humanitatem Christi Domini. De quo infra. Dicere autem 2. Nazianzen. in his verbis *non actu, aut operatione, ut in alijs sanctificans; *excludere sanctificationem dependentem ab operatione Christi Domini per modum dispositionis; cuius oppositum contingit in alijs Adultis: facilè reijcitur. Tum ex negatione universaliter posita. Tum etiam, quia etiamsi Adamus, & Angeli, ut plures Theol. volunt, *non fuerint sanctificati dependenter à propria dispositione; falsum est Deum eos non sanctificasse mediante operatione, sed ipsius Dei sola præsentia.

Reijcit. 1

Secundo.

*Sic Trid sess 6. Canon. 11.

Dices 2.

Reijcitur

*Idem de Alijs sanctificatis in utero.

Relictis alijs testim. omitti non debet testim. D. Basil. sup. Psalm. 45. ad illa verba: *Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus*, ait: *Carnem fortè dicit Deiferam, sanctificatam per*

5 Aliud ex S. Basilio.

Si dicas.

*per immediatam naturæ divinæ unionem.** Ex qno intelliges Tabernaculum Altissimi manifestationem Dei, quæ est per carnem. * Quo nihil clarius. Nec te moveat illa dictio *fortè*, siquidem cum Mag. Basil. prius expoluerit præ dicta verba de Tabernaculo mystico, & spirituali, scilic. de Ecclesia, & Cœlesti Hierusalem, in medio cuius Altissimus inhabitat, omni ex parte dona gratiæ infundēs: ideò addidit ly *fortè*, ut denotet 2. expos. nō præiudicare 1. Nec similiter obstat dicere, carnem Christi D. fuisse immediatè unitā divinitati: nam quidquid sit; An nomine illius intelligatur suppositum divinum; cum divinitas, vel natura divina sit realiter indistincta à persona filij, fuit immediatè unita in sensu reali, non in sensu formali, vel virtuali.

6 Ratio pro huiusmodi sanctificatione, præscindendo à quo prædicato divino proveniat, est. Gratia enim unionis, utpotè maximum bonum, ad quod natura humana elevari potest, ut ait M. P. Aug. reddit illā simpliciter Deo dilectam, proindèque ipsi charam, atque gratā. Si namque probatio dilectionis exhibitio, est operis, & iuxta quantitatem doni mensuratus à nobis, quantitas dilectionis divinæ; si adeò excelsum est donum gratiæ unionis, negari nequit per illam fuisse à Deo simpliciter, & perfectissimè dilectam: Proindèque si gratam, & gratissimam. Huic accedit amorem amicabilem Dei ad extra explicari per unionem cum ipso, & per quam trahit ad se creaturam intellectualem, ut in ea tanquā in templo inhabitet tota Trinitas; quod quidem perfectissimè verificatur de gratia unionis, trahendo humanitatem ad esse divinum per substantialem unionem, ut in ipsa tanquam in vero Templo plenitudo divinitatis inhabitet corporaliter.

Prob. ratione.

De præd. cap. 15.

7 Confirmat. Subiectum intimè unitum cum perfectissima sanctitate, & aliundè titulo creaturæ intellectualis capax effectus formalis illius sanctitatis, verè in actu constituitur simpliciter sanctum ex vi prædictæ unionis. Sed huiusmodi se habet Anima Christi Domini, quantum ad capacitatem, & unionem cum persona Verbi, eiusque divinitate infinitè sancta: ergo.

Confirm.

Urget. 1 Urgetur. Id, per quod Christus ut homo, fit obiectum congruum dilectionis amicabilis Dei, est sanctitas formalis ipsius; sed sic se habet gratia unionis hypostaticæ secundum prædicata, quæ actu includit: ergò. Maior constat, & minor probatur. Id, per quod Christus ut homo redditur dignus assumptione ad divinam hæreditatem, redditur obiectum congruum dilectionis &c. Sed sic se habet per gratiā unionis: ergo.

8 Min. prob. 1. Divina hæreditas se habet respectu prædicatorum gratiæ unionis, ut donum longè que infinitè inferius gratia personali, eiusque divinitate; cōparatur enim respectu illius, ut quid creatum ad increatum. Sed subiectum possidens donum longè infinitè perfectius alio dono inferiori, est dignus eius assecutione; cum ratione talis excessus quasi eminenter contineatur in illo, aliūdeque sit de ordine gratiæ: ergò.

Urgeo 1.

2. & urgetur ex illo Paul. ad Hebr. c. 1. ubi loquens de Christo Iesu, eiusque dignitatem, & excellentiam ponderans, postquam illius consubstantialitatem, & æternam generationem prædixit, sic subdit: *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditabit.* Cui enim aliquando Angelorum dixit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quæ verba sic pro mea tenuitate.

9 Urgeo. In primis Apost. iuxta Ang. D. loquitur de Christo, ut homo est. Quod probatur efficacissime ex illo *melior Angelis effectus*; Christus enim ut Deus non est factus, *aut effectus*, sed *genitus*; ut de se constat apud Theologos; & rursus ex D. Thom. docente *fieri*, aut *effici* esse verba significantia aliquid temporale. Hoc supposito, sequitur 1. ponderatio super illud adiectivum *melior Angelis.* Siquidem non fuit effectus melior in naturalibus; quandoquidem iuxta Regium Vatem *fuit paulo minus minoratus ab eis*, iuxta illud: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* Restat ergò, ut fuerit effectus melior Angelis in sanctitate, & iustitia coram Deo. Sed

Urgeo 2.

Hæres; quia omnis boni possessor. Sic Dr. Th.

Psalm. 8.

sic fuit melior effectus per gratiam unionis: ergò ratione illius fuit sanctas, dignusque æterna hæreditate. 2. ponderatio est. Id, quod redditur dignum hæreditare esse Filium Dei per gratiam unionis, redditur à fortiori dignum hæreditate consistente in visione, & fruitione Dei, quæ est propria filiorum Dei, iuxta illud Pauli: *Si filij, & hæredes.* Sed Christus ut homo, & ut melior effectus Angelis per gratiam unionis, hæreditavit esse filium Dei; ut constat ex verbis A. P. sic probantis prædictam melioration-em: *Tanto enim melior effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit, constituens eum filium, & genitum à Patre.* *ergò. Aliter, & brevius: qui ratione suæ perfectionis habet hæreditare esse filium adoptivum Dei ratione eiusdem, & est in iure hæres vitæ æternæ, & constituitur dilectus amicabil. Deo: ergò, qui ratione suæ excellentiæ habet hæreditare esse filium Dei naturalem per gratiã unionis, est magis dignus eadem hæredit. & infinitè sanctus ratione eiusdẽ excellentiæ. Sed Christus ut homo (non quidem ly ut reduplicante humanitatem, sed sumpto specificativè, & appellante supra personam Verbi, ut subsistẽtem in natura humana) adeò melior Angelis fuit effectus, ut hæreditaverit esse filium Dei naturalem, & in virtute, per gratiam unionis, iuxta D. Paulum: ergò ratione illius &c.

Secunda.

Sermo est etiam ratione humanit. sic S. D. & Anselm.

*Alias est non é vacuum.

§. II.

Solvuntur argumenta.

10 Arg. 1. Gratię unionis deficit aliquod prędicatum, ut humanit. Christi D. formaliter sanctam constituat, scil. uniri per veram informationem. Rursus: deficit ipsi elevare humanitatem ad novum esse, illamque constituere cum potestate, & facultate ad iustè, meritorièque operandum; quæ quidẽ potestas est propria formæ sanctificantis. Quod autem hæc duo deficiant gratiæ unionis constat; quia natura humana non fuit intrinsecè immutata quoad esse per unionem personalem cum Verbo: & item, quia sine dono gratię accidentalis non fuit potens supernatural. operari, ut etiam ipsi Thom. fatentur: ergò. Sed nihil horum obstat. Resp. Nõ 1. quia talis informat. est propriũ sanctitatis accidentalis, quæ titulo specifico debet esse quid intrinsecum, & aliunde titulo accidentis solum potest intrinsecè uniri per modum, & physicam informationem. Rursus, ad constituendum aliquod subiectum Deo gratum, ipsique amicabiliter dilectum, quid prodest supra excellentiã doni physica informatio secundum id, quod dicit de incompletione, & potentialitate? Subiectum enim eatenus terminat dilectionem Dei magis, vel minus, quanto maius, vel minus donum ab illo accipit: ergò quod per se non requiritur, ut subiectum aliquod verè, & in actu perfectissimè bonificetur à Deo, non requiritur per se, ut ipsi sit simpliciter, amicabiliterque dilectum. Non 2. quia omnia illa verificantur saltim radicaliter de gratia unionis; quę quidem, cum elevet humanitatem ad esse personale divinum, præbet ipsi strictum ius, & exigentiam, ut per dona gratiæ accidentalis immutetur intrinsecè in ratione naturę, sitque potens elicere operatione supernaturales. Et quamvis hæc omnia tantum radicaliter præhabeãtur in gratia unionis, munus tamen sanctitatis non radicaliter, sed actu, & formaliter in ipsa præhabetur; sicuti & reddere humanitatem actu, & perfectè Deo amicabiliter dilectam.

Arg. 1.

Ad 2.mo tivum.

Vel aliter, & melius, satis ingeniosè Resp. ex doct. Em. Cayet. Ient. 11. q. 1. ubi ait: *Hanc esse differentiam inter sanctitatem aliorum hominum, & Christi qua homo: in illis enim sanctificatio 1. refertur ad animam, & mediante anima ad personam. Sanctificatio vero Christi hominis 1. termivatur ad personam, nã ex hoc ipso humanitas Christi fuit sancta; quia facta est in hypostasi Verbi. Dicitur ergò Christus homo singularissimè sanctificatus: pro quanto factus est Sanctus secundum naturam humanam ex personalitate divina.* Hæc ibi. Ex qua doctrina deduco rationem, cur informatio requiratur in

11

Alia solutio ex Em. Cayet.

sanc-

sanctitate puræ creaturæ; & similiter; cur debeat præstare aliquod esse physicum formaliter de linea naturæ; secus vero in sanctificatione Christi qua homo. In 1. enim sanctificatione, sanctitas formalis se habet ut 1. communicata naturæ, eamque sub munere naturæ elevans, proindeque necessario requiritur pro defectu realis identitatis, unio realis per informationem, & non per modum puri termini existentis extra lineam naturæ. Sapit enim talis sanctificatio modum, & conditionem naturæ, quã 1. sanctificat; ideòque ei proportionatur, quoad munus naturæ, licet in ordine altiori. In 2. vero propter rationem oppositam: Et quia consequuta ad unionem cum persona 1. sancta, sapit huius modum, & conditionem. Unde sicuti, ut natura humana subsistat, personeturque subsistentia Verbi, quatenus trahitur ad esse divinum; non requirit ullam informationem ex parte personalitatis Verbi, sed sufficit uniri per puram terminationem; idem dicendum, & eadem ratione quoad effectum formalem sanctitatis provenientem ex illa in humanitate.

12 Nec dicas. In Christo ut homine, non datur nisi humanitas, & persona Verbi illam substantialiter terminans. Nemo dubitat personã Verbi esse sanctam per essentiam, & originem æternam à Patre. Unde difficultas solũ est de humanitate quoad rationem sanctificationis: ergo falso, & magna cum confusione dicitur sanctificationem provenientem ex gratia unionis convenire 1. personę, & exinde humanitati. Non, inquam, dicas. Quia licet tanquam extrema realiter distincta tantum sint illa duo (suppono in persona includi Deum) sunt tamen ibi tria subiecta (intelligę *Dialectica*, sive *propositionis*) de quibus possumus aliqua affirmare, scil. *Humanitas, Verbum Divinũ qua Deus, & qua homo*, ex quibus conurgit hoc concretum *Deus homo*. Non enim solum verificatur humanitatem esse sanctam, & Christum, sive *Verbum Divinum*, qua *Deus est*, esse sanctum, sed etiã *quatenus homo est*, & prout est subsistens in natura humana per gratiam unionis.

Instabis.

Resp.

Quæ suppositio, licet sit certa, quia tamen parat intelligentiam ad alia, suadetur 1. ex illo Luc. 1. *Quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei*. Hoc enim non fuit humanitas præcisè propriè loquendo, nec etiam Verbum qua Deus; sic enim non fuit natus ex Virgine, nec Spir. S. cõceptus. Fuit ergò Deus homo, hoc est, *Deus subsistens in humanitate*, & de hoc est verum dicere *fuisse Filium Dei re ipsa, & vocatione*. 2. ex Ioan. 10. ubi Christus Dom. de se ipso affirmat: *Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum*; cum enim ly *quem* sit relativum substantię, refertur immediatè ad personam Christi, ideòque posuit suum correlativum, scil. *Pater*. Rursus, *cum sanctificari*, propriè loquendo *sit fieri sanctum*, & *sanctificare sit facere sanctum*, cum Christus D. ut Filius Dei per naturam non sit sanctus factus, sed *sanctus genitus*; nõ verificantur de illo, prout sic, verba relata, sed de Filio Dei qua homo; sub qua consideratione est sanctus factus, & ex Virgine sanctus natus per gratiam unionis.

13 Explicat.

Hæc doct. desum. ex S. D. in exposit. ad prædict. test. qui etsi fateatur iuxta Magn. Par. exponi de sanctitate Christi, quam accepit à Patre Æterno per generationem æternam; subdit tamẽ melius exponi de Christo ut homine, ut exponit S. Hilarius, de quo infra. Huic accedit sequens consideratio non levis ex verbis Lucæ. Si enim Christus qua homo non esset sanctus per gratiam unionis, sed solum qua Verbum, Angelus non diceret ad Mariam, si servaretur rigor sermonis: *Quod enim nascetur ex te Sancti*, sed *Sanctum, quod nascetur ex te*; Verbum enim qua Verbum fuit tale antequam ex Virgine nasceretur, & solum qua homo ex Virgine natus est. Videatur D. Cayet. ubi supra. Si autem interroges, in quo sensu Filius Dei, qua homo, est Sanctus factus; cum personalitas Verbi nullo modo sit facta; proinde nec sanctitas illius? Resp. ex eodem, quod licet sanctitas talis personæ non sit in se facta, est tamen facta sanctitas personæ, ut assumentis naturam; sicut persona Filij Dei non est in se facta,

Robor. ex D. Thom.

Cuidam quæsito fit satis.

facta, attamen facta est persona naturæ humanæ. Vel ut proprius loquamur: factum est per Incarnationē, ut persona Filij Dei sit persona naturæ humanæ, sive in human. subsistēs.

14 Arg. 2. Anima Christi Domini præcisè ex vi gratiæ unionis non est potens diligere Deum; cum hoc proveniat a gratia, & charitate: ergò nō

Obijc. 1. constituitur in amicitia cum Deo; hæc enim dicit mutuum amorem, sive redamationem fundatam in communicatione bonorum: ergò non est

Urgetur. sancta. Urg. Ias, quod præstaret humanitati gratia unionis, non est ad hæreditatem increatam; cum hæc repugnet humanitati. Deindè: non ad fruitionem, vel visionē creatam; cum nullum prædicatum divinum positivè proportionetur cum illa: ergò.

Aliter. Vel aliter. De ratione sanctitatis est reddere subiectum, quod sanctificat positive acceptatum, & ordinatum ad æternam fœlicitatem. Sed Anima Christi Dom. secluſa gratia, & charitate, nō sic redditur positivè acceptata &c. cum gratia, & charitas sint principium requisitum, ut Anima Christi fruatur Deo; cum in tali fruitione cōsistat summa fœlicitas: ergò.

Urgetur. Urg. Anima Christi D. ex vi unionis hypostaticæ non accipit propriè aliquod esse divinum: ergò ratione illius non redditur formaliter sancta. Añs. prob. Omne esse divinum est tale, vel per essentiam, vel per participationem. Sed neutro modo Anima Christi redditur divina: 1. est fide certum. 2. etiam constat; cum sola gratia habitualis sit participatio divinę naturæ: ergò.

15 Ad 1. Resp. Amicitiam hominis cum Deo adæquatè sumptam duo importare: 1. terminare dilectionem amicabilem Dei: 2. posse redamare

Resp. amicabiliter ipsum Deum. Alijs terminis: Importat, & esse dilectum à Deo, & esse dilectorem Dei. Ratio autem sanctitatis in creatura intellectuali salvatur sufficienter per hoc quod est terminare dilectionem amicabilem Dei; hoc enim dicit essentialiter reddere animam Deo gratam, ac simpliciter ei placentem. Quamvis autem in gratia habituali utrumque necessario inveniatur, non est tamen sanctitas animæ præcisè, quia eam radical. Phys. constituit potētem redamare Deum; sed quia ipsam animā Deo simpliciter dilectam, ac ipsi gratam constituit. Ex his constat defectum potestatis in humanitate Christi sine charitate ad redamandum Deū, nihil officere eius sanctitati; cum per summam communicationem rationę gratiæ unionis sit Deo amicabiliter dilecta. Sed nec simpliciter deficit ipsi potestas ad redamandum Deū; ut sic nihil de perfectione sanctitatis, & amicitiæ ei subtrahatur. Quia esto talis potestas sine gratia non conveniat in re Animæ Christi; convenit tamen in iure, & debito radicali, quod ex vi unionis gaudet ad omnia dona gratiæ accidentalis.

16 Ad urg. Resp. 1. inst. illam. Nam etsi Adv. negent Animæ Christi strictum ius ad fruitionem Dei; cōcedunt tamen moralem exigentiam, & proportionem cum illa; ideòque pro se-

Ad urg. Resp. 1. paratione inter prędicta dona gratię ad potentiam absolutam, & extraordinariam Dei recurrunt, ut faciūt loquendo de maternitate Beatissimæ Virginis. Dicimus 2. Unionem hy-

Secundo. postaticam habere positivam proportionem, & strictum ius cum unione creata, non quidem proportione ordinis; sed proportione causæ ad effectum; & radicis ad proprietatem; cum talis visio consequatur ad gratiam unionis, Deique hypostaticam præsentiam, sicut consequitur splendor ad præsentiam Solis iuxta illud Ezech. 43. *Gloria Dei Israel ingrediebatur per portā orientalē, & terra* splendebat à maiestate eius.* Christus enim; ut homo est Cęli porta, & ostium, & porta orientalis, iuxta illud Zach. 6. *Ecce vir nomine Oriens. Per splendorem terræ à maiestate Dei significatur gratia, & lumen gloriæ*, quæ sunt quidam splendor animæ. Dum igitur Maiestas Verbi Divini descendens de Cœlo ingressa est in mundum per human. ex Virg. M. quę etiā est porta Orient. factus homo; ad talem præs. subsecuta sunt omnia dona gratię, & gloriæ. Nec prob. obst. Prædicata enim divina, prout in se ipsis, præstāt solum ius ad fœlicitatem increatā; at vero, ut communicata Animę Christi, præ-

* Sic vocāt humanit. SS. PP S Greg. 9. Moral. cap. 21.

præbent ius ad hæreditatem creatam, cum qua solum proportionatur similis natura. Non enim unio illa facta est, ut Deus in se acciperet perfectionem, sed ut glorificaret naturam, quam assumpsit.

17 Ad aliam formam. Ad aliam formam Resp. De ratione sanctitatis non esse actualem acceptationem ad gloriam, sed dignitatem ad illam, & hanc habet Anima Christi Domini ex vi unionis, licet ut in actu 2. aeceptetur indigeat gratia, alijsque donis supernaturalibus. Idem dicendum de ordinatione passiva ad gloriam; siquidem ex vi prædictæ unionis propter ius, & exigentiam supra ponderatam, est potens positivè mediatè, radicaliter ad illam. Ad ult. Resp. negando añs. apertè falsum. Si ly *esse divinum* universaliter accipiatur; cú prout hic acceptum comprehendat sub se tam esse *essentiæ*, quam esse *existentiæ*, & *subsistentiæ*, quæ est perfectas essendi. Est enim certum naturam humanam positivè subsistere, & compleri substantialiter, quoad perfeitatem essendi per personalitatem Verbi, quæ est adæquatè divina. Ad prob. in contra Resp. Illam divisionem non esse adequatam: Nã ultra illa datur *esse divinum* per communicationem sui; & hoc modo Anima Christi accepit à Verbo *esse divinam existentiæ, & subsistentiæ*. Accepit etiam esse divinum essentiæ Dei; non quidem *subsantive*, ut fieret, aut esset Dea, sed *adiectivè*, ut ab ipsa deificaretur, ut sæpè loquuntur SS. PP.

Ad ultim.

Ad prob. in contra.

18 Objc. 3. Repugnat subiectum perfectè sanctum non habere maiores vires ad iustè operandum præ subiecto non sancto: Nam perfecta sanctitas est maxima perfectio: ergò maxima activitas, magnaque virtus; quia unumquodque agit in quantum est in actu. Rursus: perfecta sanctitas respicit gloriam, ut proprium fructũ sui: ergo maxima sanctitas est maximè fœcunda, virtuosaque; nec ullo modo infœcunda, aut sterilis. Sed Anima Christi ex vi unionis non accipit maiores vires ad iustè, sanctèque operandum, quam sine illa; imo potius nullas accipit; ut fatentur Thom. ergò. Urgetur. Sanctitas est interior renovatio animæ secundum spiritum iuxta Trident. sess. 6. cap. 7. Sed per gratiam unionis præcisse Anima Christi non renovatur modo dicto; cum non accipiat novum esse spirituale; aliunde omnes actus illius essent propriè spirituales: ergò. Denique: Subiectum transire de non sancto in sanctum, nequit fieri sine intrinseca illius mutatione; sed Anima Christi Domini non fuit intrinsecè immutata per unionem cum persona Verbi. 1. Quia iuxta fidem manlit in sua proprietate naturæ. 2. Quia non comparatur ad personam Verbi, ut potentia ad actum, sed ut terminativè assumpta: & unumquodque intrinsecè immutatur, in quantum est in potentia passiva ad formam immutantem: ergò.

Arg. 3.

Urgetur.

Ultimo.

Resp. distinguendo mai. Non habere formaliter, aut physicè maiores vires, neg. mai. Non habere moraliter, aut radicaliter, conced. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Gratia unionis, utpotè perfectissima unio cum Deo, & summa, quæ potest provenire ex gratuita dilectione Dei ad extra, reddit humanitatem cum vero iure, & exigentia ad omnem plenitudinem gratiæ, & veritatis: proindeque reddit illam in eodem sensu virtuosam, summèque fœcundam ad rectè, sanctèque operandum. Nec dicatur, hoc solum probare debere dici sanctam radicaliter; sicut dicitur solum radicaliter esse potentem ad operandum. Non, inquam, dicatur. Nam in ratione sanctitatis præcipuum munus est reddere subiectum Deo gratum, ipsique amicabiliter dilectum. Si ergò hoc habet formaliter Anima Christi ex vi unionis, habet actualem, & formalem sanctitatem. Et hoc habet etiam condignitatem ad valorandum operationes pro casu existentiæ illarum, & virtutum supernaturalium, quibus redditus proxime potens recte operari.

19 Resp. dist.

Resp. 2. distinguendo mai. illamque concedendo de sanctitate accidentali, & per informationem: Secus vero de sanctitate personali substan-

20 Resp. 2.

tiali. Illa enim datur, & infunditur animæ, ut iuste operetur, & sic promereatur gloriam. Hæc enim est, & ex qua provenit unitus personalitate cum Deo summè sancto; ideòque non est unio, nec sanctitas ordinata principaliter ad operandum, sed ut sit substantialiter unita Deo. Nec probationes mai. ibi adductæ urgent: Nam etsi gratia unionis non sit actualis, fœcundaque per modum principij *quo* elevantis naturam, est tamen summè fœcunda, & actualis per modum formæ condignificantis, & ut secum necessario afferat terminare dilectionem gratuitam, & complacentiam ex parte Dei. Hic ergò fructus, ut ita loquar, utpotè adeò sublimis, & infinitè æstimabilis, absdubiò arguit summam, & perfectissimam fœcunditatem, & actualitatem ratione gratiæ unionis. Gratia enim illa, per quam verificatur *Christum ut hominem esse proprium filium Dei* certissimè est gratia summè fœcunda, plenaque charitate, & dilectione ex parte Dei, ita ut illud: *Hic est filius meus dilectus in quo mihi benè complacui.* Vide ordinem verborum in dicta propositione; & inveniens summam complacentiam Patris in Christo, ut homine, super quem Spiritus Sanctus in specie columbæ descendit; ortum ducere ex illo *hic est filius meus &c.* Ex his sic argumentor contra Scotum concedentem Christum ut hominem esse filium Dei per gratiam unionis: Nam esse filium adoptivum Dei dicit necessario veram sanctitatem: ergò esse filium naturalem Dei, dicit absdubiò perfectissimam sancti tatem; ut patet exexcessu unius filiationis supra aliam. Sed Christus ut homo est pergratiam unonis filius naturalis Dei: ergò.

Lucæ 9.

Argum. contra Scotum.

Ad urgent. Respond. Per gratiam unionis renovari interius physicè Animam Christi Domini accipiendo novam terminationem intrinsecam substantialem per subsistentiam Verbi. Et licet non trahatur ad novum esse naturæ, trahitur ad novum esse existentiæ, & subsistentiæ. Hæc novitas sufficiens est ad hoc, ut intrinsecè immutetur, non immutatione, qua perdat aliquid proprium, sed immutatione, per quam acquirat melius esse existentiæ in Verbo. Nec obstat illam non esse in potentia receptiva alicuius prædicati divini. Nam sufficit esse passivè terminabilem, & perfectibilem, ad hoc ut intrinsecè immutetur. Licet enim ad immutationem physicam requiratur subiectum esse in potentia passiva receptiva; ad mutationem vero metaphysicam sufficit subiectum se habere in potentia passiva terminabili, & perfectibili; immutari enim in hac acceptione est aliquid intrinsecè realiter se habere nunc, quam prius: Physicus vero agit de ente mobili motione generationis, alterationis &c.

21

Ad urg.

Immutation. moralis esse tradicis infra dabimus.

§. II.

Prob. specialiter eadem conclusio.

22

Ptoponitur test. Script.

RAtio specialis desumit. ex Ioan. cap. 10. in quo refertur Christum Dominum verbis, & operibus prædicantem Iudæis se esse verum Deum, & Filium consubstantialem Patris ante sæcula genitum, sic eis locutus est: *Quod dedit mihi Pater, maius omnibus est; ego, & Pater unum sumus.* His auditis *sustulerunt lapides Iudæi ut lapidarent illum.* Interroganre autem Domino causam lapidationis, eo quod plura opera bona ex Patre suo ostendisse eis: Responderunt Iudæi: *De bono opere non te lapidamus, sed de blasphemia; & quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deū.* Quibus respondens Iesus ait: *Nonnè scriptum est in lege vestra: quia ego dixi, Dij estis? Si illos dixit Deus, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi Scriptura; quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemat, quia dixi, Filius Dei sum.*

23

Quædam supponuntur.

Ex quibus constat 1. Christum Dominum in prioribus verbis affirmare se esse verum Deum, & unum in essentia, & natura ab æterno cum Patre; ut exponunt SS. PP. estque sensus totius Ecclesiæ. Constat 2. Hanc veritatem negare Iudeos, quos secutus est impius, & blasphemus Arrius.

riis. Constat insuper 3. Hanc veritatem, quam Iudæi falso, & perfide existimabant esse blasfemiam, probatam fuisse à Christo Domino arguendo contra illos ex illo Psalm. 81. *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes*, quapropter nequit affirmari sequentia verba, quę per modum conclusionis Christus Dominus intulit, scilicet; *quem Pater sanctificavit &c.* fuisse diversoria ad aliud propositum, desistendoquè à prioribus verbis significantibus consubstantialitatem cum Patre, ut vult Arius; sed fuisse efficaciter probativa prædicti assumpti, & in eodem Christum Dominum permansisse, ut manifestum ex his, quæ prosequitur, *si non facio opera Patris mei, nolite credere &c.*

24 His notatis assumptum est probare in illis verbis iuxta contextum prædicti testimonij. *Quē Pater sanctificavit &c. *significari Christum, ut hominem fuisse sanctificatum à Patre, & insuper huiusmodi sanctificationem fuisse per gratiam unionis, & non solum ratione gratiæ habitualis, ut volunt Scotistæ. Christus, ut homo, fuit sanctificatus per illud donum, per quod verificatur illum fuisse sanctificatum à Patre in verbis Ioann. supra citatis; sed in prædictis verbis significatur fuisse sanctificatum à Patre per unionem personalem humanitatis ad Verbum: ergò ex vi talis unionis Christus, ut homo, fuit formaliter sanctus. Probat. in primis maiorem ex D. Hilario lib. 7. de Trinit. fol. mihi 124. ubi illa verba exponit de Christo ut homine, dicente: *Omnis hic responsio de homine est, quia Dei filius etiam hominis filius est.* Et rursus: *Si à cæteris hominibus non irreligiosa huius nominis Deus videtur usurpatio; ab eo homine, quē Pater sanctificavit, non impudenter usurpari videtur, quod Dei se filium dixerit; cum præcellat cæteros per id, quod sanctificatus est in filium.* Beato Paulo hanc sanctificationem nobis intimante; cum ait: *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis.*

Formatur ratio.

25 Consonat S. Cyrillus lib. 7. in Ioann. cap. 12. ubi licet prædicta verba: exponat 1. de Christo *ut Verbum est* ab æterno genitum à Patre, à quo fuit genitus Sanctus; exponit 2. eadem verba de Christo ut homine, aut natura humana, quatenus decrevit Pater ei uniri per Incarnat. Sic enim habet: *Aut sanctificavit secundum hominem, & humanam in eo naturam; ideſt cum sanctitate, & sincera puritate; cum incarnari constituit pro salute mundi; quemadmodum dixit Angelus ad Virginem, quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.* Et Paulus ad Rom. 5. *Qui prædestinatus est filius Dei secundum spiritum sanctificationis.* Idem docet D. Thom. exponendo eadem verba. Et quamvis à M. P. exponatur de Christo ut Deo; subdit tamen S. Doct. expositionem D. Hilarij esse magis congruentem Sanctus Cyrillus etiam aprobat, refertque alios AA. exponentes prædicta verba *de sanctificatione Christi, ut hominis,* *ita ut nullus sensus illorum ab usu, & recto sensu Scripturæ intelligatur esse alienus.* Ex his iam constat maiorem esse veram, utpotè traditam à duobus SS. PP. aprobante, & confirmante Angel. Præcept.

Confirm. ex S. Cyr.

Min. vero probat. Per illud donum verificatur Christum, ut hominem, fuisse sanctificatum à Patre in nomine suo, per quod convenit ipsi esse filium Dei in virtute; sed quod Christus ut homo sit filius Dei in virtute, habet à Persona Verbi unita humanitate: ergò. Min. constat. Cum gratia habitualis non constituat Christum Filium naturalem, aut Filium Dei in virtute. Mai. vero est D. Hilarij exprimentis huiusmodi sanctificationem significari à D. Paulo illis verbis: *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute*, idemque docet S. Cyrillus supra relatus. Ergò per illud donum, vi cuius verificatur de Christo, ut homine, fuisse *prædestinatum filium Dei* in virtute est; per quod verificatur fuisse sanctificatum à Patre. Explicat. hoc. Sensus horum verborum *quem Pater sanctificavit &c.* Iuxta S. Hilar. & Cyrillum est idem fere malissimè cum illo qui exprimitur à D. Paulo in illis verbis: *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.* Sed sensus horum verborum est de Chris-

26

to

to, ut homine; cui attribuitur esse prædestinatum in filium Dei in virtute prædestinatione proveniente non à gratia habituali, sed à Persona Divina gratiosè unita humanitati: ergò.

27 Urgeo 1. Illa verba *quem Pater sanctificavit &c.* nequeunt intelligi de sanctificatione per gratiam habitualem: ego semel quod intelligantur de Christo, ut homine datur alia forma, ipsum, qua talem sanctificans. Probat. añs. Si sanctificatio ibi descripta esset ratione gratię habitualis; Responsio Christi Domini esset insufficiens ad probandum suum assumptum; hoc non est dicendum: ergò. Sequela probat. Gratia, quæ solum constituit Deum per participationem, ineptè assumitur, ut medium ad probandum Christum ita esse hominem, ut simul sit verus Deus, & unum in essentia cum Patre. Sed talis est gratia habitualis; & aliunde finis Christi erat probare contra Iudæos: *Si verè dixisse: ego, & Pater unum sumus*: ergò. Urgetur. Iuxta textum Evangel. Christus Dominus arguit cõntra Iudæos à minori filiat: ad maiorem probando non fuisse blasphemiam asserere se esse unum in essentia cum Patre; nec huic obstare, quod etiam esset verus homo: arguit enim sic: *Illi qui sanctificantur per gratiam divini, Sermonis, sunt Dij* iuxta Sacram Scripturam: ergò ille, qui sanctificatus est à Patre in nomine suo erit Deus altiori modo, hoc est per naturã. *Sed sanctificat: ratione gratiæ habitualis non suadet hanc veritatem; ut patet: ergò loquitur de sanctificatione Christi, ut hominis ratione personalitatis; ex quo evid: probatur fuisse verum hominem simulque verum Deum.

Urget. 1.

Urget. 2.

28 Confirm. 2. idem assumpt: reijciendo aliqua, quæ doctrinę traditæ obstare videntur. Primum est. Prædicta verba intelliguntur de Christo Domino, ut sanctificatur à solo Patre, ut constat ex ipso textu, sed sanctitas conveniens Christo, ut homini per gratiam unionis, non est à solo Patre, sed à tota Trinitate, à qua in divisim facta est unio hypostat: ergò textus non loquitur de sanctificatione ex vi gratiæ unionis. Resp. neg. mai. licèt enim in textu solus Pater exprimatur, ut Author prædictæ sanctificationis; non tamen dicitur in illo à solo Patre provenire. Cur vero solum fecerit mentionẽ de Patre; ratio est: quia assumptum Christi Domini erat probare, quod licèt esset verus homo, erat etiam eiusdem naturæ cum Patre, filiusque naturalis illius in quantum Deus; ut per hoc discerneretur ab alijs hominibus, qui tantum sunt filij adoptivi ipsius. Adhoc autem non conducebat designare illius sanctificationem provenire à Spiritu Sancto, & à tota Trinitate. Admodum quo, dum ipse Dominus dixit* ego facio opera Patris mei* solum fecit mentionem de Patre; quamvis revera talia opera essent opera totius Trinitatis.

Secundo, & occurritur aliquibus instant. Prima.

Resp. 2.

Sic S. Cyril. lib. 5 2. in Ioann. cap. 25.

29 2. Respond. Quod licèt unio hypostatica sit à tota Trinitate; id tamen, quod fuit unitum humanæ naturæ, ipsamque sanctificavit, à solo Patre procedit; scilicèt, persona verbi simul cum eius divinitate. Hac igitur de causa attribuit Christus Dominus sanctificationem Patri, licèt unio formæ sanctificantis sit à tota Trinitate. 3. Et melius Respond. cum D. Thom. ibidem causam fuisse; quia alij homines sanctificant: ut per gratię participi: sint filij adoptivi Dei; Christus autem sanctificatus est, ut homo per gratiam esset unitus in persona Verbo Dei; quod est filius naturalis eius. Si dicas M. Par. solum exponere de Christo, ut filio Dei: Libenter confitemur illam expositi: esse veram. Attamen ut supra advertimus, cum prædicta verba intelligantur à SS. PP. Hilario, & Cyrillo, alijsque quos sequitur D. Thom. in expositione prædicti textus; adest sufficientissimum motivum, ut argumentum à nobis propositum debeat reputari, ut efficacissimum. Neque enim est idem M. Par. sic exponere testim. ac eum dicere non rectè exponi de Christo, ut homine. Sacra enim Script. plures admittit sensus, & veros, si in SS. PP. invitantur.

Secundo.

Si iosteq; Resp.

30 2. est. Christus Dominus loquitur de se ipso, quatenus fuit missus à Patre in mundum; sed hoc non

Secunda.

non verificatur de Christo, ut homine, sed de ipso ut filio Dei, ut de se constat: Respond. quod licèt missio filij Dei à Patre in mundum secundum id, quod præsupponitur ad missionem, solum verificetur de illo, ut ab æterno à Patre procedit; secus vero, si missio sumatur completè, & prout includit terminum formalem; hic enim est natura humana, ut personaliter unita Verbo. *Non enim Pater misit filium in mundum, ut esset, ubi non erat, sed ut novo modo esset*, scilicèt, visibilis per incarnationem. Hoc enim efficaciter probatur ex illo Apostoli: *Misit Deus filium suum in mundum factum ex muliere, natum sub lege.* Non enim dicit Apost. ut fieret *ex muliere*, quasi hoc fieri esset aliquid de futuro, & adveniens post missionem, sed iam factum, & iam natum ex muliere per ipsam met missionem. Ut autem constet per hanc missionem Verbi significari humanitatis assumptæ sanctificationem; adest testim. S. Cyrilli lib. 11. in Ioann. cap. 25. qui postquam dixit Carnem Christi Dom. fuisse per unctam, & sanctificatam à filio Dei, ut templum illius, ut dicitur Psalm. 44. Ad quam sanctificat: operatus est Pater: *Radix enim, & fons filij est*: & etiam Spirit. Sanct. *Non enim est aliud à filio ratione substantiæ, qui, & in eo est, & per eum procedit*: subdit: *Missus autem se in mundum dicit; non aliud permissionem intelligens, quamquod homo factus, spirituque per unctus, magni fuit Consilij Angelus.*

Respond.

AdGal. 4.

Roborat ex S. Cyrill.

Omnia sunt ibi.

31 Si autem aliquis exponat prædicta verba de sanctificatione per gratiã personalem in sensu lato; scil. dispositivè; vel tantum inchoativè tali: facilè reijcitur 1. quia voluntariè dictum, & verba Sacræ Scripturæ præsertim in dicto textu tanti momenti, accipienda sunt in sensu proprio. 2. Quia talis explicatio opponitur D. Hilario ubi supra asserenti: *Christum Dominum per huiusmodi sanctificationem alios præcellere in sanctitate, & iustitia.* Sanctitas autem solum inchoativè &c. non præcellit in ratione sanctitatis, eam, quæ propriè sanctitas est. 3. Quia in anteced. ex quo arguit Christus Dominus, scilicet, *si illos dixit Deos &c*: Sermo est de sanctitate propriè tali, scilicèt, quæ convenit iustis: ergò etiam in consequenti, scilicèt: *Pater sanctificavit &c*: Sermo est de sanctitate propriè dicta. Deniquè: quia sanctitas lata non probat efficaciter, quod si Christus Dominus, ut homo, ly *ut appellante* supra suppositum, ut subsistens in natura humana, est sanctificatus à Patre, est eiusdem naturæ cum illo, qui est per essentiam, & perfectissimè sanctus; cum hoc potius sit medium efficax ad probandum inferioritatem in natura cum Patre: ergò. Sermo est de sanctitate stricta. Videatur Emin. Cayet: in summa morali lentac. 11. q. 1.

In dicto textu fit sermo de Sanctit. propriè dicta.

Prob tripliciter.

Ex dictis inferes: Illa verba Apost: ad Rom. 1. *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis*; rectè exponi de sanctificatione habita ex vi unionis, cum natura humana, adquã unionem fuit prædestinatus; ita ut sicut hic homo, fuit prædest. ut esset filius Dei, sit formaliter sanctificatus à Spir. S. Hæc intelligentia habetur in D. Hilario, & S. Cyrillo ubi supra; eamque tradit Ang. Doct. in expositione Apost. Quamvis etiam exponat illa in sensu activo, scilicèt, de spiritu sanctificante homines: quatenus prædestinatus est, ut tanquam caput gratiam sanctificantem in alios difunderet; quod præcipuè manifestatum est postquam surrexit à mortuis; & propter hoc additur *per resurrectionem &c.*

32 Illatio.

Duplex sensus activ. & passivus.

Sunt etiam aliæ rationes, quæ possunt adduci, innitentes testim. Sacræ Script: efficaciter probantes idem assumptum, quas brevitèr proponimus. 1. Desumitur ex illo Psalm. 44. *Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Pro cuius intelligentia, suppono ex doctrina M. Par. in illius expositionis, ibi Prophetam distinguere Deum ungentem, & Deum unctum; non quia sit distinctus Deus; sed quia idem, qui ut ungens est Deus, est unctus, ut homo. Qua ratione asserit (idemque Ang. Doct. in eiusdem expositione) melius percipi sensum

33 Alia rat. prob.

S. Anselm. Ad Hæb. 1.

præ-

præfati testim: si ly *Deus* primo nominatus ponatur in vocativo iuxta lectionem Græcam, quasi dicat Propheta: *Propterea unxit te, ò Deus, Deus tuus pra participatibus tuis*: postquæ subdit: *Unctus est nobis Deus, & missus est nobis: & ipse Deus, ut ungeretur, homo erat: sed ita homo erat, ut Deus esset verus Deus, verus homo, & ideo unctus Deus, quia homo Deus, & factus est Christus.* Hoc supposito, sic arg. Si pro priori ad gratiam habitualem, aliaque dona, Christus in quantum homo, intelligitur verè, & cum proprietate sanctificat: talis sanctitas provenit unicè à gratia unionis; sed sic debet concedi: ergò esse sanctitatem formalem verè, & propriè convenit gratiæ unionis. Mai. constat, & min. probat. Si pro priori ad gratiam habitualem aliaque dona &c. intelligitur Verbum Dei, ut subsistens in humanitate, esse verè, & cum omni proprietate *Christum*, pro priori ad gratiam habitualem intelligitur Verbum Divinum qua homo, esse verè & propriè sanctum; tùm quia hoc nomen *Christus* à Chrisma le, seu unctione spirituali dicitur, ut est certum, & ibidem docet M.P. *Quo oleo, inquit? nisi spirituali; oleum enim visibile in signo est, oleum invisibile in Sacramento est*; oleum vero spirituale intus est. Tùm quia dum intelligitur verbum ut subsistens in humanitate, esse verè, & cum proprietate *Christum*, intelligitur esse *unctum* à Spir. S. iuxta illud Esaiæ 16. *Spirit. Domini super me, eo quod unxerit Dominus me*, & rursus Danielis 9. *& ungatur Sanctus Sanctorum.* Porrò unctio Spir. Sanct. qui est amor, & charitas, est unctio per veram, & propriam sanctitatem. Sed pro priori ad gratiam habitualem intelligitur verbum, ut subsistens in humanitate, verè, & cum omni proprietate Christus: cum iuxta sensum PP. & Ecclesiæ: *Deus, & homo sit verè Christus*; quare in simbolo dicitur: *Sicut anima rationalis, & caro unus est homo; ita Deus, & homo unus est Christus*, ergò.

Sic in Catechismo

34 Quæ omnia roborari possunt ex D. Cyrillo lib. de Fide ad Reginas ubi postquam refellit quasdam acceptiones huius nominis *Christus*, ait: *Quando enim Verbum caro factum est, tunc, & nominatum esse dicimus Christum Iesum. Nàm quoniam unctus est oleo exultationis, hoc est, Sancto Spir. à Deo, & Patre, id circo Christus nominatur.* Cæterum quod unctio sit secundum humanitatem nemo, qui rectè sapere solet, dubitavit. Nam si Deus est, & Verbum, non opus habet unctione: *Non enim dixerit quis unctum, & sanctificatum esse Dei Verbum suo spiritu. Nàm absque omni controversia minor à maiori benedicitur.* Quoniam autem humanitatis mensuræ convenit *sanctificari, & ungi; omnino necessarium est Christum nominari Verbum.* Quod ex Deo, quando factum est sicut nos, hoc est, homo, *unctum est secundum humanitatem: atque ita nomen Christus nullo modo convenit Verbo ex Deo Patre nato.* Id ipsum ferè innumeris locis refert, & probat; sicuti, etiam unctionem Christi fuisse per veram illius sanctificationem.

Confirm. ex S. Cyr.

Omnia sunt S. Cyrill.

Hæc ratio est mihi efficacissima, nec alia responsio adhiberi 35 potest, nisi dicendo: in signo incarnationis quoad substantiam, pro quo *Verbo caro factum est*, non verificari actu, & formaliter hoc nomen *Christus*, & rem significatã per illud. Quod mihi apparet satis durum, si ultra adducta alia testim. PP. consulantur. De quo S. Anselmus ad Hæbreos cap. 1. ubi præter adducta à M. Par. ait: *Non potuit apertius dici nomen Christi, quam ut diceretur unctus Deus. Ideo unctus est Deus; quia homo erat Deus. Nec ante conceptus, & postmodum unctus est, sed hoc ipsum de Spiritu Sancto, & Carne Virginis concipi* (ecce incarnationem quoad substantiam) *ungi fuit.* Vel dicendo huiusmodi unctionem non significare in Christo Dom. veram, & propriam sanctitatem; quod non minorem duritiem redolet iuxta dicta ex M. Par. & ex testim. Sacræ Scripturæ: super quod videri possunt SS. PP. & alij Comment.

Ponderat supra dicta.

Nec dicas; quod aliqui ex SS. 36 PP. illa verba Psalm. 44. exponunt unctionem Christi, ut hominis fuisse factam *gratia, & dono Spirit. Sancti*; hoc autem non convenit personæ

Dicas:

Ver-

Verbi, aut eius divinitati; siquidem hæc non habet Verbum à Spirit. S. cùm hic ab illo procedat: ergò prædicta verba intelligenda sunt de oleo gratiæ habitualis: quæ quia excedens gratiam aliorum hominum, dicitur unxisse Christum Dominum *præ participibus suis*: ut exponit S. Anselm. loco cit. Non, inquam, dicas. Contra eil. Persona verbi, si accipiatur *ad intra*, sive, ut à Patre procedit per æternam generationem, nequit dici donum Spiritus Sancti; cum prout sic, nec ab ipso procedat; nec ex amore, qui apropriatur Spir. Sancto, habet Verbum Divinum aliqua prioritate originis, quod sit genitum à Patre, qui natura, non voluntate genuit filium. De quo S. Doct. 1. p. quæst. 41. art. 2. At vero si cõsideretur persona verbi &c. prout fuit unita hypostat: humanitati per incarnationem; cum hæc fuerit à tota Trinitate, fuit etiam à Spir. S. Et quia opus summæ dilectionis Dei ei attribuitur specialiter. In hoc enim sensu sicuti dicitur conceptus de Spir. S. ita potest, & debet dici, subsistentiam, ut unitam esse donum Spiritus Sancti, id est, datum, & communicatum humanit. à Spir. S. Hoc enim nomen *donum* iuxta D. Thom. 1. p. q. 38. art. 1. ad 2. Significat, & habitudinem ad suum principium secundum se; & ad subiectum, cui datur seu communicatur. Per quæ patet ad prob. in contra. Ad id, quod additur Resp. talem expositionem esse etiam conformem textui Apostoli: verumtamen supponit aliam, in qua, ut vidimus, asserit: *Christum, ut homine fuisse unctum ipsa divinitate.* *Et in illo ipsum incarnari fuisse idem, ac ungi.*

37 3. Ratio. 3. Ratio formatur ex illo Apost. *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute &c.* Circa quam propositionem asserit Scotus, teste Rada, controv. 5. de Incarnat. esse veram; non solum, quia verificatur quod humanitas fuerit præordinata, & prædestinata ad unionem cum Verbo; sed etiam, quia hic homo, ut *præcisse dicit subsistens in natura humana est prædestinatus esse filius Dei.* Et quamvis prædestinatio conveniens naturæ humanæ primo, & principaliter respiciat gloriam; quia hæc est finis proprius naturæ intellectualis; at vero si sermo sit de Prædest. Christi, ut hominis; hæc primo, & principaliter respicit esse filium Dei naturalem, non vero gloriam; quia cum illud sit perfectius, nequit ordinari ad gloriam tanquam ad finem. Qua ratione duplicem prædestinationem ponit in Christo. Prima est ad gloriam; secunda ad esse filij Dei. Illa est humanitatis; ista vero huius hominis: utraque respicit tanquam terminum donum Dei, & quid supernaturale. Ex quibus sic arg. Nequit Christus quatenus homo esse verè, & propriè prædestinatus; quin qua talis intelligatur sanctus: ergò si in unione naturæ humanæ cum persona verbi intelligitur Christus, ut homo prædestinatus, & intelligitur etiam verè sanctus. Probat. añs. Nequit intelligi Christus verè, & propriè prædestinatus; quin intelligatur dilectus amicabiliter Deo; siquidem prædestinatio est providentia specialissima; proindequè aferens secum specialem dilectionem. Quod roboratur exemplo prædestinationis hominum, quæ explicatur per dilectionem, iuxta illud *Iacob dilexi &c.* Si ergò in huiusmodi prædestinatione includitur dilectio amicabilis Dei potiori ratione in prædestinatione Christi, ut hominis ad esse filij Dei naturalis.

Sermo est de Præd. simplicit.

Malach. 1.

Quod confirm. ex M. Par. de Prædest. Sanct. cap. 15. ubi asserit prædestinationem Christi, qua homo Christus Iesus prædestinatus est, ut esset mediator Dei, & hominum *esse præclarissimum lumen, & exemplar nostræ prædestinationis.* Ex qua doctrina sequitur, quod quidquid perfectionis, & excellentiæ invenitur in prædestinatione hominum, invenitur enim. in prædestin. Christi; aliter enim non esset propriè exemplar. Sed ad perfectionem nostræ prædestinationis spectat, ut subiectum illius terminet dilectionem amicabilem Dei: ergò multo magis idem dicendum de prædestinatione humanitatis Christi ad unionem hypostaticam, & de prædestinatione Christi ut hominis ad esse filij Dei. Nec recursus ad-

38 Confirm.

adhoc quod gloria est finis proprius naturæ intellectualis, est ratio adæquata; ut prædestinatio ad illam includat dilectionem Dei. Ratio est: Nàm dilectio summa, & perfectissima ex parte Dei nequit non esse amicabilis; sed mensura quoad nos ad cognoscendum excellentiam dilectionis Dei, est quantitas doni, quod ad extra communicat; cum dilectio Dei sit fœcunda, & infundens bonitatem in rebus: ergò cum huiusmodi sit donum unionis hypostaticæ, dicendum illius communicationem necessario actu includere dilectionem amicabilem ex parte Dei. Hac ratione S. Doct. 1. p. quæst. 20. art. 4. ad 1. ait: *Deus Christum diligit, non solum plus quam totum humanum genus, sed etiam magis quam totam Universitatem creaturarum; quia, scilicet, ei maius bonum voluit, quia dedit ei nomen, quod est super omne nomen, ut verus Deus esset.*

39 Doctr. Ang. D. omnia confirm.

Sed quia Ang. Doct. non solum tenet nostram sententiam, sed etiam eam probat efficacissimè ratione desumpta ex Sacra Scriptura, ex qua possunt propter eius profunditatem aliæ rationes deduci: opportet ea quæ tradit opusc. 2. de Compendio Theolog. c. 214. cuius titulus est *de plenitudine gratiæ Christi* transcribere: *Quædam sunt dona, quæ hominem Deo gratum reddunt, & ei coniungunt: & huiusmodi non solum gratiæ dicuntur ex eo, quod gratis dantur sed etiam ex eo, quod hominem faciunt Deo gratum. Coniunctio autem hominis ad Deum est duplex: una quidem per affectionem, & hæc est per charitatem, quæ quodammodo facit per affectionem hominem unum cum Deo iuxta illud 1. ad Corinth. 6. qui adhæret Deo unus Spirit. est; & per hanc etiam Deus hominem inhabitat, & facit etiam hominem esse in Deo: 1. Ioann. 4.* * *Hæc autem gratia est omnium Sanctorum communis. Alia vero coniunctio est hominis ad Deum, non solum per affectum, aut inhabitationem, sed etiam per unitatem hypostasis, seu personæ, ut scilicet, una, & eadem hypostasis seu persona sit Deus, & homo. Et hæc quidem coniunctio hominis ad Deum est propria Iesu Christi; hæc etiam est homini Christi gratia singularis, quod est Deo unitus in unitate personæ, & ideo gratis data est; & hoc donum merita nulla præcedunt. Sed, & gratissimum Deo facit; ita quod de ipso singulariter dicatur: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui Matth. c. 13. In quantum autem creatura aliqua magis ad Deum accedit, in tantum de bonitate eius magis participat, & abundatioribus donis ex eius influentia repletur: sicut, & ignis magis calorem participat, qui ei magis apropinquat. Nullus autem modus esse, aut excogitari potest, quo aliqua creatura propinquius Deo adhæreat, quàm quod ei in unitate personæ coniungatur. Ex ipsa igitur unione naturæ humanæ ad Deum in unitate personæ, consequens est, ut Anima Christi donis gratiarum habitualibus præ cæteris fuerit plena. Et sic habitualis gratia in Christo non est dispositio ad unionem, sed magis unionis effectus: quod ex ipso modo loquendi, quo Evang. utitur in verbis præmissis manifeste apparet: cum dicit. Vidimus eum quasi unigenitum à Patre plenum gratia, & veritatis. Est autem unigenitus à Patre homo Christus, in quantum Verbum caro factum est. Ex hoc ergò quod Verbum caro factum est effectum est, ut esset plenum gratiæ, & veritatis.* Hæc S. Doct.

*Qui manet in charit: &c.

In his habetur 1. Humanitatem Christi Domini fuisse Deo ratione unionis Deo gratissimam; quæ est expressio propria sanctitatis.* Habetur 2. Gratiam unionis dici gratiam singularem, & excellentissimam; non solum quia gratis data, sive absque meritis; sed etiam quia singulariter gratum, & Deo placentem constituit Christum, ut hominem. 3. Gratiam unionis esse radicem aliorum donorum gratiæ accidentalis; radicem, inquam, propter illius eminentiam: ut ex hoc nobis constet, quod sic communicatio talium donorum est effectus dilectionis amicabilis Dei; quanto magis communicatio radicis, & sanctitatis, aqua, ut à fonte omnes gratiæ scaturiunt. Hinc constat, quam in verso ordine dicat Rada; unionem dici sanctitatē quia disponit ad gratiam. Constat, inquam, cum sit donum infinitum, & superius infinitè ipsa gratia.

40 Compendiū Doctrin. S. D.

4. Ha-

41 4. Habetur ratio efficaciſsima inniteus paritati ſanctificat. per gratiam habitualem. Hæc enim compendio continetur in hoc, quod eſt Deum inhabitare hominem, & hominem inhabitare, ſeu eſſe in Deo iuxta illud: *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Hac etiam unione exprimitur ſanctit: per Sacrament. Euchariſtię nobis communicata: iuxta illud: *Qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in eo,* propter quod M.Par. ait: *O Sacramentum unitatis; & pietatis, imo propter hoc Euchariſtia, id eſt, bona gratia nuncupatur.* Nunc autem conſideremus excellentiam unionis hypoſtaticæ. Ita enim Deus eſt in Chriſto, ut homine, & è converſo;* ut Deus ſit homo verè, & realiter, & homo ſit verè, & realiter, imò ſubſtantialiter Deus: *Si ergò in primo intervenit vera ſanctitas, & amicitia hominis cum Deo; cur non excellentiori modo erit hæc prærogativa in gratia unionis? Et ut nihil deficiat de perfectione dilectionis amicabilis ex parte Dei; ſic addo. Si enim, quia *amicus eſt alter ego*, & homo ratione gratię accidentalis fit, quaſi alter Deus, ſcilicèt, *participatione Deitatis* cum infinita diſtantia, iuxta illud: *Ego dixi Dij eſtis &c.* Cum per gratiam unionis homo Chriſtus Ieſus non ſit alter Deus, ſed ipſemet, & unus Deus, qui factus eſt homo; quid amplius deſiderari valet pro ſumma amicitia circa Chriſtum, ut hominem? Rurſus. Si dilectio Dei non, ut cumque, ſed per *charitatem*, exprimit ſuo nomine amicitiam ex parte Dei faciendo *dilectum ſibi charum*, id eſt, gratum &c. Ut exprimitur in illo Ieremiæ 31. *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxit te miſerans;* *attraxit te, inquā, affectivè per ſimilitudinem, & participationem, ut eſſes mecum, & coram me; * quanto magis tractio illa, qua humanitas trahitur immediatè ad eſſe Dei, & taliter ut hic homo ſolum *ſit cum Deo*, ſed ſit *ipſe Deus* erit attractio perfectiſsimæ amicitiæ, & gratificationis?

1. Ioann. 4.

Ioann. 6.

Roborat.

Pſal. 81.

42 Dices 1. Vera ſanctitas eſt vera vita ſpiritualis animæ: ſicuti quodlibet peccatum lęthale eſt mors ſpiritualis eiuſdem. Sed gratiā unionis non eſt huiuſmodi; ut patet diſcurrendo per ea, quæ includit: ergò. Dices 2. Si unio hypoſtatica ſecundum ſuam intrinſecam rationem reddit naturam aſſumptam gratam & acceptam Deo ad vitam æternam, non poſſet Deus illam non ſic accep tare; nec poſſet illam in puris naturalibus accipere: utrumque eſt falſum: ergò. 3. Quia alias natura irrationalis non eſſet capax prædictæ unionis; cum non ſit capax effectus formalis illius, ſcilicèt, ſanctitatis. Sic aliqua ex Rada ubi ſupra. Ad 1. Reſpex. S. Cyrill. lib. 1. in Ioann. cap. 15. *qui poſtquam nomine carnis intelligit ſignificari totum hominem, ſcilicèt, Corpus, & Animam: ait: *Indecens omnino eſſet, ſi ignis qualitatem ſuam materiæ ſibi coniunctæ non immittere poſſet, ac eo modo in ſe materiam tranſmutare: Verbum autem Dei proprium ſibi, naturalequè bonum, id eſt, vitam, coniunctæ ſibi carni non poſſet infundere. Hac de cauſa dicit. Verbum caro factum eſt: quod unione Verbi vivificata totius reparationem ſignificare voluerit &c.* Ecce unionem Verbi ſpirit: vivificantem ipſam animam: non quidem phyſicè, ſed moraliter hoc eſt, cum ſtricto iure ad gratiā, & operationes vitales ordinis ſuperni.

Secundo.

Tertio.

Reſp.

*Ad illud: Verbum caro &c.

43 Ad 2. neg. de potentia abſoluta non poſſe negari humanitati videre Deum, nec hoc requiritur ad rationem ſanctitatis, ut dictum relinquimus. Quare de illa frequenter dicitur conſtituere hominem obiectum congruum dilectionis amicabilis Dei, ut actu acceptetur ad gloriam. Nec eſt idem, non relinquere humanitatem in puris naturalibus, ſi per ly *purè* excludantur auxilia gratiæ ad ſupernaturaliter operandum; ac eam accipere in puris naturalibus. De primo frequenter conceditur fuiſſe poſsibile de potentia abſoluta. De ſecundo ſi ly *accipere* referatur ad id, quod præintelligitur unioni; ſic ſuā humanitatem Verbum Divinum aſſumpſit; ſi autem includat ly *accipere*, ſicuti, & ly *aſſumere*, terminum *adquem* acceptionis, & id quod ex ipſa unione formaliter accepit; prout ſic non eſt in puris naturalibus, ſed

Ad 2.

Ad 3.

in

in ordine hypostatico per unionem substant: cum Deo. Tertium non habet vim: Instatur clarè. Nàm etiam si uniretur persona Verbi naturæ irrationali non constitueret equum v.g. personam. Cui accedit effectum formalem sanctitatis non esse primarium illius etiam relatè ad naturam intellectualem. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. Mag. ubi præced. Et in 3. dist. 12. & 13.*

DUBIUM II.

AN PERSONALITAS VERBI ratione sui sanctificet humanit: si dicat perfectionem?

N. 1 SUpposita sanctificatione humanitatis ex vi gratię unionis restat scire, à quo prędicato proveniat. Circa præsentem difficultatem varij sunt modi dicendi. Quidam enim negant personalitatem Verbi sub expresso relationis, & etiam secundum conceptum *in* (si ille ponatur relativus) & prout distinguitur ab omni prædicato absoluto, habere veram rationem sanctitatis, tam ad intra, quam ad extra. Huic opinioni adhęret Illust. Godoy, & alij admissa communi sententia Thomistarum negantium relationes Divinas dicere propriam, & specialem perfectionem distinctam virtualiter à perfectione essentiæ; ideòque redarguit inconsequentiæ Thomistas oppositum propugnantes. Alij vero tuentur personalitatem secundum proprium conceptum obtinere veram rationem sanctitatis, licèt non ad intra; benè tamen ad extra. Sic Mag. Nazarius, M. à S. Thom. M. Cipullo, Valencia, Suarez, Lorca, & Cardinalis de Lugo. Alij gradiuntur media via asserentes; quod si personalitas verbi sub expresso dicat perfectionem, sanctificat humanitatem; secus vero si non dicat specialem perfectionem. Alij sentiunt; quod etiam si non dicat specialem perfectionem ad intra, potest perficere, & sanctificare humanitatem. Ita SS. M. Bolivar. Alij sentiunt etiam admissa perfect: speciali non sanctificare ad extra. Ut autem maiori claritate procedamus inter tot modos opinandi ideo prius cõditionatè progredimur.

Opinion. AA.

§. I.

CONCLUSIO EST AFFIRMATIVA.

Si personalitas Verbi dicit ratione sui perfectionem relativam sanctificat positivè humanitatem.

OPpositum huius conditionalis tuetur Illust. Godoy, & Alij; * sed diverso motivo. Illust. enim Godoy, quia reputat inconveniens aliquod prædicatum Divinum posse præstare ad extra effectum formalem perfectissimum, qualis est denominatio iusti, & sancti, & non præstare illud subiecto ad intra, cum quo summè identificatur. Alij vero, quia sanctitas non est quæcumque perfectio, sed de linea naturæ per modum radicis visionis, & amoris Dei; perfectio autem conveniens personalitati Divinæ non est huiusmodi, sed de linea termini substantialis, de quo infra. Ratio nostræ conclusionis est. Id ratione cuius humanitas redditur omnino impecabilis, & summè perfecta, redditur formaliter sancta; sed sic se habet humanitas Christi Domini ratione personalitatis Verbi secundum propria illius: ergò. Mai. constat ex D. Dionysio cap. 12. de Divin. nomin. sic definiente sanctitatem: *Est omnino perfecta, & ab omni scelere libera, perfecta, & incontaminata munditia.*

2

* Complutensium manu script.

His favet Ill. Arauejo.

Ratio probat.

Tùm

Tùm, quia ideo Deus dicitur SS. quia perfectiſsimus per eſſentiam, & omnino impeccabilis. Undè in Sacra Scriptura ſanctitas exprimitur per rationem *puritatis* iuxta illud *cor mundum crea in me Deus*, & rurſus: *mundans Eccleſiam ſuam in lavacro verbo vitæ*, & alia innumera. Min. quoad 1. part. prob. Perſonalitati Verbi ratione ſui repugnat eſſentialiter influere ut quod in aliquod peccatum. Sed humanitas, cuius ſubſiſtentia perſonalis dicit oppoſitionem eſſentialem cum peccato per modum principij *quod* eſt omninò impeccabilis; cum actiones non egrediantur à natura, niſi medio ſuppoſito ut principio *quod*: ergò. Mai. etſi certa, ſuadetur ſic. Ei, quod ratione ſui dicit infinitam perfectionem, repugnat influere in quacumque natura per modum principij *quod* in peccatum; tum quia peccatum qua tale nullam dicit bonitatem, ſive perfectionem. Tum quia omni dono ſupernaturali creato, etſi finito in perfectione, repugnat eſſentialiter influere poſitivè in peccatum. Sed perſonalitas Verbi iuxta ſuppoſitionem, in qua procedimus, dicit ratione ſui infinitam perfectionem: ergò ei repugnat eſſentialiter &c. 2. autem pars maioris 1. ſyllogiſ. prob. Perſonalitas Verbi Divini in ſententia, quam ſupponimus, dicit ratione ſui infinitam perfectionem: ergò humanitas ratione perſonalitatis Verbi ſibi immediatè unitæ redditur perfecta infinitè ſaltim moraliter.

Pſalm. 50
Ad Epheſ 5.

3 Huic rationi Reſpondebis 1. Perſonalitatem Verbi unitam humanitati habere eſſentialem oppoſitionem cum peccato habituali ſubſequenti unionem ipſius, non autem cum peccato habituali eandem unionem præcedente. Ad rationem autem ſanctitatis utraque oppoſitio neceſſario requiritur; ſiquidem eſſe ſanctum eſt eſſe mundum ab omni peccato, tam actuali, quam habituali. Ex qua doctrina facilis eſt Reſponſio in forma. Sed contra eſt. Perſonalitas Verbi unita humanitati non tantum reddit illam impotentem actu peccare, verumetiam reddit ipſam mundam ab omni peccato, etiam habituali, ſi fortè peccaverit in ſe ipſa, vel in capite: ergò. Prob. añs. Perſonalitas Verbi ratione ſui reddit humanitatem infinitè bonam, ſaltim moraliter, infinitèque diligibilem à Deo: ergò reddit illam mundam, & pugnantem cum omni peccato etiam habituali. Conſeq. patet, quia per peccatum habituale anima redditur Deo abominabilis, & digna odio inimicitiæ ipſius. Añs. patet etiam ex dictis. Perſonalitas ratione ſui dicit infinitam perfectionem Deo infinitè amabilem per eſſentiam: ergò communicata humanitati reddit illam infinitè bonam, infinitèque diligibilem à Deo per gratioſam communicationem.

Prima ſolutio.

Reijcitur.

Confirmat, Gratia habitualis ratione ſui opponitur cum omni peccato tam actuali, quam habituali: ergò eadem oppoſitio potiori ratione concedi debet infinitæ perfectioni perſonalitatis unitæ humanitati Chriſti Domini. Antec. modo ſupponitur, & conſeq. probat. Si perſonalitas Verbi ratione ſui magis perficit humanitatem, eamque perfectiori modo unit cum Deo, quam illam uniat gratia habitualis; potiori ratione dicit oppoſitionem cum peccato habituali, quam ipſa gratia habitualis: averſio enim à Deo, & dignitas ad odium, quæ ſunt prædicata peccati habitual. per prius opponuntur maiori perfectioni, & maiori unioni cum Deo. Sed perſonalitas Verbi magis perficit humanitatem &c. quam gratia habitualis; cum unio per gratiam ſit tantum effectiva, & accidentalis; illa autem ſubſtantialis, & quoad eſſe: ergò. Rurſus: Perfectio proveniens à gratia habituali, eſt finita, & finitè æſtimabilis à Deo: perfectio autem conveniens ratione perſonalitatis humanitati, eſt infinita, & infinitè æſtimabilis à Deo: ergò ſi gratia habitualis reddit animam puram &c.

4 Confirmat.

Reſp. 2. Ad rationem ſanctitatis non ſufficere quamcumque perfectionem, eſto infinitam, & pugnantem neceſſario cum omni peccato; ſed ulterius requiri eſſe perfectionē per modum radicis beatitudinis v. g. & aliorum donorum ſupernat. Huiuſmodi

5 Secunda ſolutio.

autem perfectio nullatenus convenit personalitati Verbi, ut unitæ humanitati Christi Domini; cum solum se habeat per modum principij quod, & per modum termini eam competentis substantialiter in esse subsistentis, & existentis.

6 Sed contra hanc solutionem, quæ continet fundamentum opinionis contrariæ, obstat 1. Personalitas Verbi ratione sui est radix moralis beatitudinis, & aliorum donorum supernaturalium, quæ conveniunt humanitati Christi: ergò ratione sui ita perficit humanitatem, ut eam positivè sanctificet. Conseq. patet. Nam in sententia contraria, eo divinitas sanctificat humanitatem, quia radicat moraliter dona supra recensita. Añs. vero prob. Personalitas Verbi ratione sui constituit humanitatem verè dignam beatitudine, & omni dono supernaturali creato: ergò est radix moralis illorum; cum radicatio moralis sit titulus verę condignitatis, fundansque veram exigentiam ad id, quod radicat. Prob. añs. Personalitas Verbi ratione sui constituit humanitatem infinitè moraliter bonam, infinitèque diligibilem à Deo; & non quacumque dilectione, sed dilectione maximè intranea, & propria filiorum Dei; cum Christus ut homo sit filius naturalis Dei ex vi gratiæ unionis: ergò constituit humanitatem dignam beatitudine, & omni dono supernaturali. Patet conseq. 1. Quia plus est esse aliquid ex se infinitè moraliter perfectum, infinitèque Deo placens, quam esse dignum moraliter beatitudine, & alijs donis supernaturalibus; cum primum nequeat purę creaturæ convenire: secundum autem convenit ei ratione gratię habitualis: ergò si &c. 2. Ei, quod ratione suę perfectionis infinitè moraliter excedit beatitudinem, aliaque dona supernaturalia, debentur stricto, & rigoroso iure prædicta dona, si aliundè conducunt ad perfectionem naturæ ita moraliter infinitè perfectę, Deoque simpliciter infinitè complacentis: ergò si humanitas ratione personalitatis Verbi reddit humanitatem infinitè moraliter perfectam &c.

Reijcitur.

Secundo.

Confirm. hæc ratio. Ideò natura divina radicat moraliter dona supernaturalia gratiæ, & gloriæ in humanitate Christi, quia eam constituit infinitè perfectam, & infinitè diligibilem à Deo: ergò si personalitas ratione sui; utpotè infinita perfectio, constituit humanitatem &c. Ratio omninm est, quia cum dilectio Dei sit commuicativa bonitatis, & perfectionis rebus creatis, iuxta quantitatem dilectionis ex parte Dei mensuranda est bonitas, & perfectio, quam communicat creaturis. Si ergò huiusmodi dilectio est simpliciter, & infinitè talis, & in ordine superiori; per illam communicat ad extra subiecto sic dilecto infinitam perfectionem simpliciter, infinitèque æstimabilem, & in ordine superiori, & eminenti ad omnem perfectionem accidentalem spectantem ad ordinem longè inferiorem. Sic enim se habet ordo gratiæ accidentalis, includens gratiam habitualem, & gloriam relatè ad ordinem hypostaticam. Si ergò ex vi gratię unionis humanitas Christi Domini etiam ratione personalitatis constituitur infinitè perfecta, & in ordine superiori, atque eminenter continente ordinem gratiæ accidentalis; nulla adest ratio, ut non sit verè, & propriè digna omni dono gratiæ, & gloriæ, quæ sunt, quasi quid minimum in comparatione ad unionem hypostaticam. Quod potest explicari in humanis. Si enim personæ Regis propter elevationem ad supremum solium sunt moraliter debita omnia illa, quæ sunt propria personæ inferioris, & ad obsequium, & gloriam dignitatis inferioris conducunt v. g. Ducalis &c. & hoc evenit, quia constituitur per dignit. Regis in statu eminenti; idem dicendū de donis gratiæ, & gloriæ, quæ sunt propria filiorum adoptionis Dei, relatè ad unionem hypostaticam, quatenus præcisè intelligitur hic homo, scil. Christus, filius naturalis Dei; eiusque humanitas in persona unita Verbo Dei.

7 Et confirm.

Sic S. D. 1. p. q. 20. art. 3.

8 Dices ad hanc impugn.

Dices. Adesse manifestum discrimen inter naturam divinam, & personalitatem Verbi, quoad munus radicis moralis ad extra. Natura enim divi-

na

na ad intra radicat physicè virtualiter attributa divina, quorum dona supernaturalia sunt formales participationes; ideòque potest illa moraliter ad extra radicare. Personalitas autem ad intra nullam divinam perfectionem radicat ratione sui. Unde ad extra nequit adhuc moraliter radicare dona gratiæ, & gloriæ.

Sed contra est. Licet naturam divinam ad intra radicare virtualiter attributa visionis, amoris &c. sit ratio efficacissimè probans illam radicare ad extra moraliter dona gratiæ, & gloriæ; non est tamen ratio adæquata prædictæ radicationis: ergò solutio est insufficiens. Probat. anteced. Radicare moraliter dona supernaturalia, est constituere humanitatem cum vera condignitate ad prædicta dona: ad hoc autem sufficit constituere humanitatem infinitè perfectam, Deoque simplicit. infinitè amabilem, pro cuius probatione adduci possunt superius insinuata. Unde si per impossibile natura divina esset infinitè Deo amicabilis, titulo actus purissimi, esto non radicaret virtualiter divina attributa, communicata humanitati, eam constitueret propriè dignam omni dono supernaturali: ergò similiter.

9 Refellitur discrimen.

Urgetur. Licet personalitas Verbi non radicet virtualiter ad intra divina attributa, constituit humanitatem infinitè magis perfectam, magisque diligibilem à Deo, quam constituat ipsa gratia habitualis, ut videtur certum: ergò si hæc præstat verum ius, & dignitatem ad beatitudinem, & alia dona supernaturalia, multo melius id poterit præstare personalitas Verbi, reddens eandem humanitatem infinitè moraliter perfectam, & Deo amabilem. Denique. Licet natura divina ad intra radicet virtualiter attributa, quorum aliqua dona supernaturalia sunt participationes formales, vel virtuales; attamen se ipsam ad intra, nec virtualiter radicat; quare optimè cū hoc componitur illam ad extra radicare moraliter gratiam habitualem, quæ est formalis participatio eiusdem divinæ naturæ: ergò esse radicem virtualem ad intra perfectionis divinæ attributorum non se habet ut ratio unica, & requisita, ut Deitas ad extra sit radix moralis donorum supernaturalium. Conseq. patet: Nam stat iuxta dicta radicare ad extra moraliter gratiam habitualem, quin ad intra moraliter radicet illud prædicatum, cuius est formalis participatio ipsa gratia habitualis.

10 Urgetur.

Ultimo.

§. II.

Fundamentum sententiæ contrariæ.

11 1. Arg.

DE ratione formæ sanctificantis aliquod subiectum, non est quæcumque perfectio, sed perfectio se habens per modum primæ radicis aliorum donorum supernaturalium. Hac enim ratione sola gratia habitualis inter omnia dona supernaturalia est forma sanctificans, esto sit inferior in perfectione visione beata.* Hac eadem ratione, etsi quodlibet attributum divinum sit perfectio simpliciter infinita; sola tamen divina natura Deum sanctificat iuxta frequentem Thom. sensum; cum sola illa sit prima radix virtualis visionis, amoris &c. Propter hæc, & alia probabimus in antecedentibus actum charitatis, vel contritionis, non esse veram sanctitatem, & iustitiam hominis coram Deo. Quibus ad maius robur accedit Author. D. Thom. hic q. 113. art. 1. ad 1. ubi iustitiam simpliciter dictam, qua homo gratus Deo constituitur, asserit *esse rectitudinem universalem hominis relatè ad Deum*; cumque non sit universalis in essendo; aliàs sanctitas consisteret in aggregato ex omnibus donis supernaturalibus; debet esse univarsalis in radicando cætera dona supernaturalia. Sed personalitas Verbi ratione sui considerata non est radix donorum supernaturalium in humanitate Christi Domini: ergò.

*Sic sentiunt Alii qui.

12 Probat. min. 1.

Prob. min. 1. Id, quod ratione sui non comparatur respectu naturæ humanæ, ut pricipium *quo* operationum illius, non se habet respectu eiusdem, ut vera radix do-

norum supernaturalium, ut de se constat. Sed personalitas Verbi non se habet respectu humanitatis, ut principium *quo* suarum operationum, sed ut principium *quod* suppositantis naturam humanam: ergò.

Secundo. 2. Conceptus radicis visionis amoris &c. est conceptus naturæ, ut ex huius definitione constat. Sed personalitas Verbi non obtinet munus naturæ respectu humanitatis. Tum propter superius dicta. Tum, quia aliàs in Christo Domino esset triplex natura. Tum, quia unio per modum naturæ fit, vel per informationem, vel per identitatem: quorum utrumque repugnat personalitati Verbi: ergò.

Tertio. 3. & roborantur omnia. Personalitas Verbi; esto dicat infinitam perfectionem, illa tamen est determinatè de linea termini substantialis subsistendi, & existendi; huiusmodi autem linea est adæquatè distincta à linea naturæ, essentiæ, & radicis; ut constat tam in creatis, quàm in divinis. Nunc sic. Incrementum perfectionis usque ad infinitatem in aliquo prædicato, solum illud potest augere intra propriam lineam absque iure, & exigentia perfectionum spectantium ad lineam adæquatè distinctam. Qua ratione infinita perfectio cognitionis divinæ solum sibi vendicat, quæ sunt propria intra lineam cognoscitivam; secus vero intra lineam affectivam, aut operativam ad extra. Ex oppositio enim sequeretur magna confusio in divinis perfectionibus. Sed perfectio infinita conveniens personalitati Verbi, ut terminantis humanitatem, est de linea termini substantialiter complentis quoad esse, & operari, eamque reddentis incommunicabilem alteri supposito: ergò, ex quo sit infinita perfectio, solum incrementum illius erit ad ea quæ pertinent ad lineam subsistendi, & existendi, secus vero ad lineam naturæ, essentiæ, radicis, visionis, amoris &c.

13 Confirm. 1. Id, quod non constituit humanitatem Christi Domini Deo amicabiliter dilectam, non cõstituit illam formaliter sanctam; sed

Confirm. sic se habet personalitas Verbi ratione sui: ergò. Mai. constat, & min. prob. Amicitia ex parte Dei ad creaturas solum fit, aut exercetur in gratiosa communicatione solius Deitatis, aut per participationem, aut per unionem substantialem illius. Sed unio personalitatis Verbi ratione sui non est communicatio Deitatis per gratiam unionis; licet cum illa metaphysicè connectatur, ut est certum: ergò amor unitivus personalitatis ratione sui non est amor amicitiæ ex parte Dei ad humanitatem.

Mai. in qua est difficultas, prob. sic. Amor amicitiæ ex parte Dei ad creaturas exercetur, & per se terminatur, ut illa concretivè accepta sit Deus, iuxta illud: *Amicus est alter ego*. Sed esse Deum universaliter acceptum, ut præscindens à Deo per adoptionem, per essentiam, & per unionem substantialem, formalissimè præstatur à Deitate, tanquam abstractum illius: ergo. 2. prob. eadem mai. Esto personalitas Verbi ad intra sit infinita perfectio, idemque de persona Spiritus Sancti; Verbum Divinum non terminat dilectionem amicabilem Patris, nisi ratione naturæ, in qua est unum cum Patre: ergò ad terminandam dilectionem amicabilem Dei non sufficit communicatio cuiusvis perfectionis esto infinitę, sed requiritur communicatio Deitatis. Et quidem dictu mirum videtur, quod dum fit sermo de sanctitate per essentiam, unicè assignetur pro forma sanctificante ipsa divitas secundum se; & dum fit sermo de sanctitate per adoptionem, unicè ponatur pro forma sanctificante participatio Deitatis, & non cuiusvis prædicati divini; & dum fit sermo de sanctitate per substantialem unionem, iam varietur sermo, & descriptio sanctitatis formalis, ponẽdo etiã nominę illius unionem personalitatis divinæ, prout distinguitur à Deitate. Neque enim negari valet mai. conseq. perfectionique ordinatione rerum loqui dicentes; divinitatem, ut communicatam per essentiam, constituere sanctum per essentiam; ut communicatã per particip. constituere sanctum per particip. & ut substantialiter gratiosè communi-

Prob. mai 1.

Secundo.

Ponderatio.

ca-

catam constituere sanctum per gratiam unionis.

14 Confir.2.Finge personam Verbi unitam humanitati absque reali unione divinitatis; similes enim suppositiones fieri solent ad investigandas essentias rerum. In hoc casu, ille homo Verbum Dei non esset Deo amicabiliter dilectus: ergò nec sanctus, quamvis infinitè perfectus de linea personali. Anis. prob.Tum ex dictis, quia amor amicabilis Dei, aut pares invenit,aut facit: proindèque solum potest terminari ad Deum.Sed tunc ille homo Verbum Dei, nec intelligitur Deus per participationem, nec per identitatem naturæ,nec per gratiosam communicationem; omnes enim istæ denominationes à sola Deitate proveniunt:ergò.2.& à prio ri.In illo casu personalitas Verbi, ut ad extra perficiens humanitatem, nequit terminare perfectiorem dilectionem Dei adhuc ex genere,quā sit illa,quæ terminat ad intra.Sed dilect.amicab.est perfectior dilectione non amicabili: qua ratione probatur Spiritum S. procedere ex amore mutuo Patris,& Filij:ergò personalitas Verbi nequit,prout terminat ad extra,esse obiectum dilect. amicab. Dei &c.Deniq.Unio essentiæ divinę mentibus beatorum per modum speciei intelligibilis, & etiam per modum Verbi, est perfectissima unio excedens etiam unionem, quæ est per gratiam habitualem. Et tamen ex huiusmodi perfectissima unione, in qua essentia divina, ut summa veritas,summèque immaterialis per se ipsam unitur eis, solum provenit mentibus beatorum omnis perfectio, quæ est propria de linea intelligibili; non autem de linea essendi; sive ut proprius loquamur ad præsens, de linea sanctitatis: ergò simili ratione dicendum de personalitate Verbi, non obstante infita eius perfectione; quia, videlicet, est in determinata linea physica subsistendi, & existendi.

Secundo.

Ultimo.

15 Hoc fundamentum, sinedubio, est satis efficax, & cui ex propijs aliqua urgenter adduximus, præscindendo, vel etiam admittendo; relationes personales dicere propriam, & specialem perfectionem; similiterque personalitatem Verbi ratione sui perficere humanitatem: illud communiter solvitur ad nostram propugnātibus opinionem, distinguendo duplex munus radicis, visionis, amoris &c. unam *physicam*, alteram *moralem*.1. genus radicis solum convenit gratiæ habituali,à qua titulo participationis divinæ naturæ,physicè dimanant virtutes supernaturales, estque principium radicale visionis, & amoris Dei. 2. autem genus radicis convenit etiam personalitati Verbi respectu visionis, amoris &c. convenientium humanitati Christi Domini. Ratio est: Nam munus radicis moralis consistit in hoc,quod est reddere subiectum dignum, & cum vera exigentia attenta illius perfectione, ut Deus ex complacentia in illo conferat ei omnia dona supernaturalia,vitam æternam &c. Sic se habet personalitas Verbi respectu humanitatis; cum enim infinitè moraliter illam perficiat, reddatque ipsam infinitè diligibilē à Deo, cui substantialiter unita; redditur etiam digna, & dignissima, ut Deus ex complacentia, & intuitu doni adeò excellentis cōferat ei omnia dona supernaturalia creata.Omnia enim huiusmodi bona continentur eminenter in dono omnium excellentissimo, & divino; qualis est personalitas Verbi.Ei enim,quod est quid divinum per essentiam, summèque infinitè perfectum; qua ratione negari debet exigentia, strictumque ius morale ad dona creata gratiæ, & gloriæ, quæ sunt ordinis adeò inferioris, & solum analogicè, & extrinsecè quid divinum? Certè negari non potest melius sentire de prædicatis divinis, tam absolutis, quam relativis, cum qui prædictam exigentiam, & radicationem donorum gratiæ, & gloriæ omnibus illis concedit.Unde oppositum,ni fallor, procedit ex imperfectione nostri intellectus non percipientis in divinis relationibus;vel magnitudinem propriæ perfectionis,si illa pronunc admittatur;vel illarum quidditatem relativam divinam infinitè, & plusquā infinitè excellentem omnē creaturam.

Pro solut nota duplicem radicem.

Applicat doctrin, data.

De hoc Illust.Godoy disp. 30.§.10.

16 Ex his constat personalitatem Verbi non solum se habere ut principium *quod* operationum humanitatis, sed etiam se habere, ut principium *quo*, non quidem physicum, sed morale; quatenus reddit humanitatem dignam gratia habituali, alijsque virtutibus, & actibus supernaturalibus ipsam beatificantibus. Hoc duplex munus neutiquam repugnat personalitati ratione sui. Tum quia sunt in diversa linea. Tum quia semel quod sit infinita perfectio, respectu operationum Christi Domini exercet munus principij *quod*, & simul munus formæ moralis quantificantis dignitatem operationum illius. Sed tamen nè insit aliqua confusio in hoc quod est asserere personalitatem Verbi esse principium *quo* radicale operationum supernaturalium Christi Domini; cum hoc videatur proprium gratiæ habitualis, etiam si admittatur pronunc tantum radicare moraliter dona supernaturalia: Ut, inquam, vitetur huiusmodi confusio, dicendum est, illam esse principium *quo* radicale moraliter, & hoc non utcumque, sed radicale moraliter, radicatione consistente in dignitate, & iure stricto, ut Deus intuitu, & ad præsentiam illius conferat humanitati omnia dona gratiæ, & gloriæ.

Qualiter possit dici principium quo

Nota.

Unde claritatis gratia dist. min.

17 Personalitas non se habet *ut principium quo* proximum, conced. min. Ut principium quo radicale, subdisting. Physicè radicans, conced. min. Radicans tantum moraliter, iterum subdist. Radicatione morali unicè consistente in iure, & exigentia congruitatis ad dona supernaturalia, neg. min. Radicatione morali præstita à forma infinitè rectificante, & ex hoc præbente summam dignitatem ad dona supernaturalia, conced. min. & neg. cons. Si instes: iuxta doct. traditam nihil amplius attribuitur divinitati unitæ humanitati Christi Dom. quam tribuitur personalitati Verbi. Siquidē Divinitas solum radicat moraliter modo explicato dona supernaturalia gratiæ, & gloriæ, convenientia humanitati Christi Dom. Sed hoc nequit concedi; cum illa sit verè, & propriè sanctitas adi intra, & perfectior ex nostro modo concipiendi personalitate Verbi: ergò talis modus radicationis nequit concedi &c.

Resp. in forma.

Instabis.

Resp. ex ipsa probatione argum. in qua denotatur excessus radicis possibilis haberi à divinitate; licet etiam personalitas obtineat munus radicis moralis. 1. Quia illa perfectio, quam habet personalitas in se, & etiam communicat humanitati, provenit ut à principio formali ab ipsa divinitate. 2. Quia radicatio moralis conveniens divinitati in ordine ad dona supernaturalia gratiæ, fundatur non in quacumque perfectione infinita, sed perfectione de linea naturæ, & cuius est participatio formalis ipsa gratia formaliter sanctificans humanitatem Christi. Hoc autem non cōvenit perfectioni personalitatis Verbi, esto infinitę. Unde restant alij tituli, ut diverso modo sit radix moralis divinitas, ac est ipsa personalitas.

Resp.

Ad 2. prob. Resp. Personalitatem posse dici naturam moraliter talem respectu humanitatis; cum radicet moraliter propter condignitatem, quam ei confert alia dona supernaturalia creata. Si enim gratia habitualis, quia in Christo Domino moraliter radicata in divinitate eam sanctificante, dicitur proprietas moralis illius; quamvis in alio ordine obtineat rationem naturæ: poterit similiter dici de personalitate obtinere rationem termini substantialiter complentis physicè humanitatem, & in linea morali comparari ad ipsam, ut naturam moraliter talem. Nec hoc opponitur mysterio Incarnationis, in quo solum invenitur duplex natura physicè, & propriè talis.

18 Ad 2. min prob.

Sed quia talis locutio non videtur satis propria; licet absolutè concedatur personalitati Verbi munus radicis moralis propter condignitatem, & ius ad vitā ęternam; non tamen debet concedi esse naturam moralem, nisi ad summum ęquivalenter, aut eminenter, quoad munus radicandi modo dicto dona supernaturalia. Ratio est, quia ex terminis munus naturæ coincidit cum munere essentiæ, & substantię; cumque asserere personalitat. comparari ad

16 Discrimē inter radicem, & naturam.

ad humanitatem, ut essentiam moralem aut substantiam moralem, videatur impropriè dictū, idem dicendum de natura morali. At vero radix ex terminis dicitur à quo 1. aliquid procedit: si physicè; erit radix physica; si moraliter ratione iuris, & condignitatis, erit radix moralis: & quia personalitas Verbi ratione infinitæ perfectionis, quam præbet humanitati illam personando, gaudet tali condignitate. Ideò absolutè dici debet radix moralis &c.

Discrim. in modo loq.

20 Ad 3. Respond. Perfectionem divinam infinitam intra aliquam lineam non posse ratione sui præstare ea, quæ sunt alterius lineæ ad intra; secus tamen ea, quæ spectant ad lineam inferioris ordinis, & limitatæ perfectionis; non quidem quia physicè hæc omnia præcontineat, aut præstare valeat; sed moraliter propter illius infinitam perfectionem, & æstimabilitatem. Si enim hoc ipso quod intelligatur persona creata adoptata in filium Dei, intelligitur ipsi grata, & cum iure ad vitam æternam; multo magis hoc ipsum verificatur de humanitate, quatenus consideratur, ut natura filij naturalis Dei, illique substantialiter unita. Per quæ constant ad exempl. ibidem adducta.

Ad 3. pro bat.

21 Ad 1. confirmat. Resp. neg. añs. pro quo videantur dicta in probat. conclusion. & instantia de gratia habituali immediatè adducta. Si enim, quia homo per gratiam habitualem trahitur ad participationem analogam divini esse, diligitur simpliciter à Deo, & propter hoc amicabiliter iuxta D. Thom. hic q. 110. a. 1. cum per unionem ad personam Verbi, non participatione, sed unione substantiali, per quam hic homo est filius naturalis Dei, trahitur ad esse illius, erit Deo simplic. dilecta, proindèque amicabiliter. Verum quidem est per talem unionem Christum, ut hominem, non esse alterum Deum, est tamen ipse Filius Dei.

Ad 1. confir.

22 Ex his Resp. ad 2. prob. eiusdem mai. Nam sanctitas per communicationem ad extra solùm petit reddere naturam creatam infinite Deo placentem, & dignam ratione suæ perfectionis ad dona accidentalia gratiæ, & gloriæ. Cumque huiusmodi condignitas ad dona finita, & limitata negari nequeat prædicato verè divino per essentiam, & aliunde infinitè perficienti humanitatē, ut supponimus: ideò dū fit sermo de sanctitate per gratiam unionis non fit restrictio ad solam Deitatem. Cur autem personalitas Verbi, prout ad intra, esto dicat infinitam perfectionem, infinitèque placeat Deo, & idem de quolibet attributo divino, non sanctificet ad intra? Resp. ex comm. doct. Thom. ideò esse quia conceptus sanctitatis ad intra est radix virtualis visionis, & amoris, quo Deus se ipsum diligit, quod munus nulli attributo convenit, multoque minus divinis relationibus supponentibus Deum summè sanctum, summèque beatum &c. Oppositum autem contingit in personalitate Verbi, quæ est primum prædicatum unitum substantialiter humanitati, illamque cōplens substantialiter quoad esse, & operari intra ordinem gratiæ, & gloriæ. Cumque aliunde supponatur eam infinitè moraliter perficere; meritò tribuitur ei munus sanctitatis ad extra.

Ad 2. prob. mai.

Cuidam quæsito fit satis.

23 Ad 2. confirm. neg. mai. Ad illius prob. Resp. Tunc casus Christum ut hominem non fore Deum secundum quod ly *Deus* est nomen naturæ, esset tamen Deus, secundum quod ly *Deus* est nomen suppositi subsistentis in natura divina, sub qua consideratione accipitur multoties, ut dum in symbolo dicitur lumen de lumine. Deindè, etsi tunc casus ille homo non esset Deus in sensu dicto, esset tamen filius naturalis Dei; cum hæc filiatio sit proprietas personalis. Sed quia potest fieri hypothesis de persona Spir. S. Resp Tunc illum fore id, quod re ipsa est Deus, scilic. persona divina, quę est idem cū Deo. Nec huic obstat 2. prob. & instatur in dilectione infusiva gratię habitualis, quæ est amicabilis respectu creaturę rational. cum tamē personalitas ratione sui ad intra non sit terminus formal. talis dilect. quin per hoc possit dici amorem infusivum gratiæ esse perfectiorē alio amore. Et quando

Ad 2. confirm.

dicitur amorem amicitiæ esse ex genere perfectiorem; intelligitur relatè ad alium amorem intra eundem ordinem; secus vero relatè ad amorem in ordine divino, & quando amor amicitiæ terminatur ad extra. Quapropter vera mensura amoris Dei est communicatio perfectionis, ut supra diximus.

23 Ad ult. Ad ult. Resp. neg. conseq. propter duplicem disparitatem. 1. Quia unio essentiæ divinæ, quia in linea purè intelligibili, & repræsentativa, est quasi extranea à linea sanctitatis spectantis per se primo ad esse divinum per participationem, vel per communicationem, & ex consequenti ad iustè, & sanctè operandum. Quod quidem optimè præstatur humanit. Christi D. à personal. infinitè eam perficiente, & trahente illam ad esse divinum. 2. est: Nam de ratione formæ sanctificantis est se tenere ex parte subiecti, quod sanctificat, illudque constituere radicans physicè, aut moraliter dona supernaturalia gratiæ, & gloriæ. Unde concursus formæ sanctificantis est formalis, & subiectivus relatè ad concretum sanctum *ut quod*. At vero cum species intelligibilis gerat munus, & vices obiecti, cuius est species; se tenet ex parte illius; quatenus per ipsam speciem redditur proximè intelligibile. Qua ratione intellectus non redditur propriè potens, & virtuosus ad intelligendum ratione speciei; licet ad intelligendum concursus illius necessario requiratur.

Alia disparitas.

24 1. Argum. Obijc. 2. Personalitas Verbi ratione sui non sanctificat ad intra, nec Deum, cui unitur per summam identitatē, nec ipsum Verbum, quod metaphysicè constituit; esto sit, & dicat ratione sui perfectionem specialem: ergò nec potest sanctificare humanitatem. Añs. est commune inter Thom. non agnoscentes in divinis, nisi unicam sanctitatem provenientem à divinitate. Min. prob. 1. Implicat aliquam divinam perfectionem præstare aliquem effectum ad extra, quin illum perfectiori modo ad intra præstet: ergo si ratione sui nequit &c. Añs. prob. Implicat præstari aliquem effectum formalem ab aliqua forma subiecto extraneo, & ab ipso realiter distincto, & non præstari subiecto connaturali cum ipsaque identificato, & cui convenit perfectissimè; præsertim, quando talis effectus formalis dicit maximam perfectionem, uti est denominatio iusti, & sancti. Sed humanitas est subiectum extraneum personalitati Verbi Divini, ab ipsaque realiter distinctum; Deus autem subiectum connaturale proprium, & cum quo realiter identificatur: ergò &c.

Probat. conseq.

Ad hoc argum. quod continet aliud motivum opinionis contrariæ, Resp. Ideò añs. esse verum, quia de ratione sanctitatis etiam in divinis, est esse primam radicem virtualem visionis, & amoris divini, aliarumque perfectionum; cumque hoc solum conveniat divinæ naturæ, ideò nec à relationibus divinis, esto dicant infinitam perfectionem, nec ab attributis, Deus denominatur, & est formaliter sanctus. Hæc autem ratio non militat respectu personalitatis unitæ humanitati; si aliunde eam infinitè perficiat. Quia cum talis unio præcedat esse, & operari in omni ordine, sitque primum prædicatum divinum, quod ad extra unitur; potest ratione infinitæ perfectionis, & æstimabilitatis, qua gaudet, reddere illam infinitè dignam omni dono supernaturali creato; proindèque illam constituere formaliter sanctam. Personalitas Verbi non servat eundem ordinem ad extra, ac ad intra. Ad intra enim supponit Deum summè perfectum, quoad esse, & quoad operari. Ad extra vero, esto supponat essentiam humanitatis, præcedit tamen existentiam, subsistentiam, & operationes illius; ideòque remanet locus, ut exerceat munus ad extra, quod non exercet ad intra.

25 Resp.

26 Ad prob. conseq.

Ad prob. in contra, Respond. 1. instando ex Doctrina superius tradita. Nàm ad intra personalitas Verbi non præstat naturæ divinæ effectum formalem complendi illam in ordine ad esse, & operari; & tamen huiusmodi effectum formalem communicat humanitati. Licet enim nequeat

queat præstare ad extra effectum formalem, vel perfectionem, quam primariè, & constitutivè dicit, quin hoc ipsum præstet ad intra; non tamen requiritur loquendo de omni effectu formali, & perfectione, quam præstat ad extra. Adhoc enim ultra perfectionem formæ requiritur etiã capacitas ex parte subiecti, quæ ad esse potest in subiecto extraneo in ordine ad sanctificationem, & non in subiecto proprio cum quo summè identificatur, propter rationem iam
Resp. 2. dictam. Resp. 2. Quod, quamvis sanctificet ad extra, & non ad intra, huiusmodi perfectio, & denominatio, non excedit illam perfectionem, quam habet ad intra; sed aliquo modo est minor illa indenomin. quamvis ad extra sortiatur denominationem sanctitatis, & non ad intra.

27 Obijc. 3. Ideo personalitas sanctificaret humanitatem, quia est infinita perfectio 1. communicata
3. Arg. humanitati; sed hæc ratio est nulla: ergò. Min. probat. Spiritui Sancto primo, & per se communicatur perfectio attributalis infinita, ut dicunt Thom. & tamen ab illa non sanctificatur formaliter, sed tantum à natura Divina. Nàm forma sanctificans debet esse prima radix videndi, & amandi Deu, hęc autē est sola natura
1. Solutio Divina: ergò. Huic argum. Respond. duplici solutione. Primo, neg. min. ad probat. disting. mai. Spiritui Sancto perfectio, quæ primo communicatur est perfectio attributalis in intentione conc. mai. in executione, neg. mai. & cor c. min. neg. conseq. Itaque processio Spiritus Sancti formaliter, & præcisse ex essentialibus solum habet esse productiva amoris, sive impulsus, quo voluntas tendat in obiectum: & ideo terminus formalis, sive ratio formalis terminandi processionem Spiritus Sancti est attributum amoris. Cum hoc autem componitur, quod natura Divina sit prior in executione amore producto per talem processionem. Constat hoc in sententia asserente unica actione produci partialem substantiam, & partialem quantitatem. Licèt enim terminus primariè inspectus, & specificans talem actionem, sit quantitas; terminus primo in re productus est substantia partialis. Similiter in sententia asserente generationem esse eandem actionem cum alterata licèt emin. terminus primario inspectus sit substantia, & hæc sit ratio formalis eam specificans, hoc non obstante, terminus primario in executione productus, sunt qualitates alterativæ. Et ratio est; quia natura Divina, non solum in hoc Deo præintellecto personis, est radix attributorum, sed etiam in quacumque persona. Ex quo provenit, quod sola natura Divina est ratio formalis Spiritum S. sanctificans, quia hæc est prima perfectio in essendo, & in executionem; non autē attributum amoris Divini. Personalitas autem Verbi non tantum in intentione, sed etiam in executione est perfectio primario communicata, & sic potest humanitatem formaliter sanctificare.

28 2. Resp. & melius, assignando disparitatem, quę stat in eo, quod Spiritus Sanctus, cum sit sanctus per essentiam, solum potest sanctificari ab Secunda. eo, quod in ipso est, non radix moralis, sed radix physica beatitudinis, & cæterarum perfectionum; & quia hoc tantum in natura Divina reperitur, non autem in attributo, ideò ab illa sanctificatur. Humanitas vero cum sit sancta per communicationē, vel participationem, solum petit quod sit radix moralis æternæ beatitudinis, & omnium donorum supernaturalium, quod optimè præstatur et prædicato Div. eā perficiente. Undè non præcisse personalitas sanctificat, quia est perfectio illi immediatè unita; nàm hoc habet modus unionis: nec quia est infinita; ut constat in Personal: Spir. S. sed quia est infinita perfectio in natura finita, & limitata illi immediatè communicata.

29 Obijc. 4. Id sanctificat formaliter humanitatem Christi, quod est ratio formalis primario constituens Christum, ut hominem, filium
4. Arg. natural. Dei; sed hoc est sola natura, in qua filiatio fundatur: ergò sola natura Divina est forma formaliter sanctificans. Mai. prob. Id sanctificat formaliter humanitatem Christi, quod est ratio formalis, ut Chris-

tus

tus consequatur termin. ultim. suæ prædestinationis. Sed terminus ultimus, & primarius prædestinationis Christi est esse filium Dei naturalem: ergò. Min. est sententia Thomistarum, & mai. prob. ideo gratia habitualis sanctificat formaliter, quia est ratio formalis, & radix, ut subiectum consequatur terminum ult. suæ prędestinationis, scilicèt, beatitudinem: ergò pariter in Christo.

30 Respond. neg. mai. Cuius instantia manifestè habetur in gratia habituali existente in anima Christi, Solutio. quæ formaliter eam sanctificat, quin Christum constituat filium Dei naturalem, vel adoptivum: imò nec de conceptu sanctitatis prout sic est tribuere effectum formalem filiationis: Constat enim Spiritum Sanctum esse per essentiam sanctum; quin possit aliquo modo denominari filius: ergò ex eo quod personalitas Verbi Divini non constituat Christum, ut hominem filium Dei naturalem, non infertur humanitatem non sanctificari ab ipsa personalitate sub expresso personalitatis. Ad probat. neg. mai. Nàm gratia habitualis nullo modo prærequiritur, ut Christus consequatur terminum ultimum suæ prædestinationis; cum hic præstetur humanitati per gratiam unionis; & tamen negari non potest gratiam habitualem sanctificare formaliter humanitatem: ergò idem potest dici de personalitate, scil. quod quàvis ab illa Christus tanquam à ratione formali non consequatur terminum ultimum suæ prædestinationis; potest illius humanitas ab ea formaliter sanctificari. Verum est, quod in nobis solum id, quod est ratio formalis consequendi terminum ultimum, & primarium nostræ prædestinationis, potest formaliter sanctificare: hoc tamen provenit ex eo, quod beatitudo supernaturalis est terminus formalis, & ultimus prædestinationis. Undè si per impossibile gratia habitualis esset radix æternæ beatitudinis, quin esset radix consequendi terminum ultimum prędestinationis, *sanctificaret formaliter; cum constitueret subiectum illius obiectum congruum dilectionis amicabilis Dei.

* Si sit quid dist. à vis. & amore.

Obiic. 5. Personalitas Verbi Divini, esto sit infinita perfectio, non tribuit humanitati ius morale ad hæreditatem Patris: ergò non sanctificat. Conseq. patet, & añs. prob. Id in quo filius opponitur Patri, nequit tribuere ius ad hæreditatẽ Patris. Sed personalitas formaliter, ut talis est id, in quo Verbum Divinum opponitur patri: ergò nequit tribuere humanitati ius morale ad hæreditatem patris. Mai. patet. Increatis namque filius non est hæres patris per oppositionem, sed potius per convenientiam, & dependentiam à Patre, tanquam à causa generante. Con- Confirm. firm. Id ratione cuius filius opponitur Patri, nequit fundare amicitiam cum Patre. Sed Verbum Divinum ratione personalitatis opponitur cũ Patre: ergò ratione illius nequit constituere humanitatem amicabiliter dilectam Patri: ergò nequit eam ratione personalitatis formaliter sanctificare.

Respond. 1. neg. añs. ad illius prob. Resp. illam maiorem manifestè 31 instari in sentent. contraria: Nàm illi AA. asserunt Divinitatem sanctificare humanitatem, non ut communis est toti Trinitati, sed ut modificata, & apropriata Verbo Divino; & sub hac ratione, quamvis non dicat formalem oppositionem cum Patre, involuit tamen eam modaliter: ergò etiam si Verbum Divinum ratione personalitatis opponatur cum Patre, potest tribuere humanitati ius morale ad hæreditatem creatam Patris. Ratio; quia Verbum Divinum non Opposit: opponitur cum patre, ut subsistens hæc est in natura humana, sed solum ut sub- respectus sistens in natura Divina; quia ut sub- non affectus; sed sistens in humanitate formaliter non in unit: est genitum, nec natural: procedit, naturæ. sed solum, ut subsistit in Deitate. Quare, licèt ad intra ratione personalitatis nequeat habere ius per essentiam ad hæreditatem Patris, potest tamen humanitati præstare ius saltim morale ad illam. Per quod patet ad con- Ad confir. firm. conc. enim mai. dist. min. Verbum Divinum ratione personalitatis, ut terminantis naturam humananam opponitur cum Patre, neg. min. ut terminantis naturam Divinam ratione

pe

Oppofit. fundat. in origine.

ne cuius eſt ab illo genitum, conced. min. & neg. conſeq. ſolutio patet ex dictis in Reſponſione ad argumentum.

32

Reſpond. 2. advertendo 1. Quod humanitatem habere ius morale ad hęreditatem Divinam; eſt habere ius ad poſſeſsionem ſummi boni, non per identitatem cum illo; qualiter Deus illud poſsidet, & beatificatur; ſed per unionem cognoſcitivam, & affectivam; per cognitionem claram, & intuitivam. 2. Advertendum eſt, quod terminus primarius, ſive obiectum primarium beatitudinis eſt *hic Deus*, qui eſt ſummum bonum; relationes vero ſunt quaſi terminus ſecundarius. 3. Advertendum, quod Pater reduplicat: in quantum Pater, non eſt beatus, ſed in quantum Deus: alias darentur tres beatitudines realiter diſtinctæ. Undè hæreditas primiſsima Patris conſiſtit in eſſe ſummum bonum per identitatem cum omnibus prædicatis Divinis. Ob hæc Verbum eſt perfectus, hæres Patris: ad Hebr. 1. *Quem conſtituit hæredem &c.* Eſt etiam ut homo hæres illius, ait ibi S. D. ſupra dicta verba: *Chriſtus eſt hęres patris, & ut Deus, & ut homo: ut homo eſt hæres factus, & conſtitutus: ut Deus eſt hæres genitus, & naturalis ab æterno.* Hoc ſuppoſito Reſpond. quod humanitas ratione perſonalitatis habet ius ad hæreditatem patris, ſive ad unionem cognoſcitivam cum ſummo bono. Ad probat. diſt. mai. per id, in quo filius opponitur patri, nequit habere ius ad hæreditatem patris, convenientem illi, ut Pater, omitto mai. ut Deus, & ſummum bonum eſt, neg. mai. & diſting. min. Sed Verbum Divinum opponitur Patri, ut pater eſt, conced. min. ut Deus, & ſummum bonum eſt, neg. min. & diſting. conſeq. eadem diſtinctione, vel neg. ſuppoſitum, ſcilicet, quod Pater, ut Pater habeat hæreditatem.

Reſp. 1. Nota 1

Secundo.

Tertio.

Solut. in forma.

Sed dices. Increatis etiam ſi Pater, ut talis, non habeat aliquam hæreditatem diſtinctam ab ea, quam habet, ut talis homo, nequit filius habere ius ad illam ratione illius, per quod opponitur cum Patre, ſcil. ratione ſuæ filiationis relativè ſumptæ; imò nec in Divinis id reperitur in Divino Verbo, nec in pura creatura ſanctificata gratia habituali, & conſtituta filius adoptivus Dei. Reſpond. añs. eſſe verum propter debilitatem filiationis creatæ, quæ entitas minima, & modalis eſt impotens fundare talem perfectionem. In Verbo etiam eſt verum; tùm quia anteced. ad relationem eſt ſummum bonum, & ſecum identific. omnia attributa, in quo hęreditas Patris cõſiſtit: Tũ quia hoc ius ſolum competit naturæ radicanti beatitud. Hoc idẽ dicitur de filiatione ſupernaturali adoptiva; quæ cum ſit minimę entitatis, nequit tale ius præſtare. Perſonalitas autem eſt entitas Divina infinite Deo amabilis; & ſic reſpectu humanitatis poteſt tribuere ius morale ad hæreditatem Patris. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. Mag. ubi præced.*

33

Inſtabis.

Reſpond.

DV-

DUBIUM III.

AN PERSONALITAS VERBI ratione sui, sive sit specialis perfectio ad intra perficiens, sive non; sanctificet humanitatem?

§. I.

CONCLUSIO AFFIRMATIVA PROBATUR.

N. 1 PER illam opponimur Alijs etiam Thomistis propugnantibus personalitatem ideo non sanctificare humanitatem ratione sui; quia eam intrinsecè non perficit; existimant enim, quod si relationes Divinæ non dicunt specialem perfectionem ad intra, nequeunt perficere ad extra.

Sic M. Bolivar, & Alij.

Ratio. 1 Probatur hac ratione. Personalitas Verbi Divini sub expresso personalitatis est perfectio humanitatem perficiens: ergò illam formaliter sanctificat. Conseq. constat ex añtibus. ubi latè probavimus, quod si personalitas ratione sui diceret perfectionem, actu sanctificaret humanitatem. Añs. vero probat. Eo personalitas ratione sui non esset perfectio humanitatis, quia nec Deum, nec Verbum Divinum perficit. Sed hæc ratio est nulla: ergo personalitas Verbi &c. Mai. est fundam. Advert. Min. prob. Personalitas Verbi Divini sub expresso personalitatis supponit Deum, ut summè bonum, & cum plenit. omnis perfectionis. Atqui supponit human. physicè imperfectam, & incompletam in linea subsistendi, & existendi: ergò etiam non sit perfectio Deum perficiens, potest humanitatem perficere. Conseq. patet; quia de ratione summi boni est esse imperfectibile ab aliqua perfectione illi superaddita; cum summum bonum sit id, ultra quod maius bonum excogitari non potest. Mai. prob. 1. Personalitas Verbi Divini convenit Deo ex pura fœcunditate, & non ex indigentia, ut perficiatur: ergò supponit Deum summe bonum, & cum plenitudine omnis perfectionis. Secundo prob. mai. Quod competit essentialiter omnibus Divinis Personis, convenit Deo pro priori ad omnes relationes; cum nihil relativum sit commune, sed tantum prædicata absoluta communia sint. Sed esse summum bonum, & perfectum omni perfectione, competit essentialiter omnibus Personis absque aliqua distinctione: ergò personalitas Verbi sub expresso personalitatis supponit Deum summum bonum, & perfectum omni perfectione possibili.

2 Confirm. hæc ratio. Nulla est implicatio in eo, quod personalitas secundum expressum personalitatis non sit perfectio Deum perficiens, & sit perficiens humanitatem: ergò personalitas ratione sui est perfecto humanitatis. Prob. añs. Nulla est implicatio in eo, quod humanitas non sit perfectio perficiens Verbum Div. sibi unitum, & sit perfectio potens perficere subsistentiam creatam: ergò pariter nulla est implicatio in eo, quod Personal. Verbi non perficiat Deũ, & perficiat human. Añs. constat, & conseq. prob. Ideo humanitas non perficit Verbum Divinum in ea subsistens, & illi intrinsecè unitum, quia Verbum non subsistit in ea ex indigentia, ut perficiatur, sed potius ex summa actualitate, & plenitudine

Confirm.

per-

perfectionis, & ideo perficit propriâ subsistentiam, quia hæc subsistit ex indigentia, ut perficiatur, & reddatur existens. Sed etiam personalitas convenit Deo, non ex indigentia, ut perficiatur: Pater namque non producit filium ex indigentia, sed ex summa fœcunditate; humanitati vero convenit ex indigentia huius, ut compleatur subsistantialiter, & reddatur capax existentiæ Divinæ: ergò potest personalitas sub expresso personalitatis perficere humanitatem, quin Deum ad intra perficiat. Urgetur non repugnat aliquam formalitatem Divinam sanctificare ad extra, & non ad intra: ergò pariter. Añs. probat. Nàm PP. Salmant. tom. de Incarnat. disp. 22. §. 3. num. 61. asserunt: quod existentia Divina unita immediatè humanitati illam sanctificaret; & tamen ratione sui ad intra illam non sanctificat: ergò.

Urgetur.

3 Dices humanitatem, ideo perficere subsistentiam creatam, quia in se, & ratione sui perfectio est: Personalitas vero ratione sui non est perfectio, & sic nequit humanitatem perficere. Sed contra hanc solut. arguitur 1. Personalitas Verbi Divini ratione sui complet humanitatem, & illam reddit aptam ad existendum existentia Divina: ergò ratione sui perficit humanitatem. Añs. constat. Quia subsistentia est medium ad existendum. Consequ. antè prob. 1. Unumquodque dicitur perfectum secundum quod existit, vel dicit habitudinem ad existendum: ergò si ratione subsistentiæ Verbi Divini humanitas redditur apta, & cum ordine ad existendum, ab illa formaliter perficitur. 2. Quia materia completur in ratione existentis per formam substantialem, & disponitur ad existendum, ab illa perficitur: ergò. 3. Ideò natura creata perficitur propria subsistentia, quia ab illa completur substantialiter, & fit apta ad recipiendum existentiam: ergo essentiam esse in via ad existentiam est perfectio in essentia: ergò si humanitas ratione personalitatis redditur capax existentiæ Divinæ, ab illa perficitur. 4. Humanitas Christi perficitur per modum unionis cum personalitate Verbi: ergò potiori ratione ab ipsa personalitate. Añs. conceditur à contrarijs: Consequ. vero prob. 1. Quia modus unionis solum est perfectio subiecti, quatenus est via, & tendentia ad perfectionem. Sed modus unionis est via ad personalitatem tanquam formam primario unitam: ergò si modus unionis est perfectio humanitatis, potiori ratione debet esse personalitas illius perfectio. 2. Non stat formam unitam esse violentam extremo, cui unitur, quin etiã unio illius sit contra inclinat: eiusdem, ut constat in unione caloris cum aqua: ergò nec stabit unionem alicuius formæ perficere subiectum, cui unitur, & quod forma, vel quasi forma, perfectio illius non sit. Ultimo prob. consequ. Ideo humanitas perficitur modo unionis cum personalitate sibi unita; quia ratione illius coniungitur cum Divinitate, & existentia, à qua infinita perficitur. Sed etiam ratione Personalitatis unitur cum Divinitate, & omnibus prædicatis absolutis, tanquam quid identificatum cum illis; quod non habet modus unionis: ergò non stat humanitatem perfici modo unionis, quin à personalitate perficiatur.

Respond.

Impug. 1.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

4 Dices 1. Hæc omnia solum probare personalitatem perficere humanitatem inchoat: quatenus illam in via ad existentiam constituit, quod quidem non est formaliter perficere, sed tantum vialiter. Sed contra est, quia perficere ut pura via, & tendentia, est proprium modi unionis, vel entitatis incompletæ, & modalis; sed personalitas Verbi Divini distinguitur essentialiter à modo unionis, & ab omni entitate incompleta: ergò si perficit human: non tantũ perficit vialiter, sed formaliter, & complete. 2. Quia, etsi personalitas sit via ad existentiam, & Divinitatẽ, est talis in eo sensu, & modo, quo inter effectus formales alicuius formæ, unus est medium ad alterum: ut constat in gradu entis, qui est via ad gradum substantiæ, & iste ad gradum corporeitatis, & sic de singulis. At hoc non obstante, quilibet gradus non tantum vialiter, sed formaliter constituit compositum: ergò quamvis personali-

Dices.

litas sit medium, & via ad existentiam, non sequitur, quod tantum, ut pura via, & non formaliter humanitatem perficiat. 3. Quia exempla adducta probant non tantũ vialiter, sed etiam formaliter estò non ultimo, perfici subiectum, cui perfect: communicatur, ut constat in forma, & propria subsistentia: ergò pariter personalitas si perficit non tantum vialiter &c.

Tertio.

5 Dices 2. Illam rationem habere manifestam instantiam. Nàm infinite maius est exigere identitatem cum Divinitate, existentia, & omnibus prædicatis absolutis, quam exigere unionem cum Divinitate cęterisque perfectionibus: & tamen personalitas per se exigens identitatẽ cum illis, ratione talis exigentiæ non dicit perfectionem distinctam virtualiter à perfectione essentiæ: ergò nec humanitas habens ratione personalitatis exigentiam ad unionem cũ Dei existentia, erit perfecta formaliter ex vi personalitatis, sive exigentiæ præstitę à personalitate. Sed contra hoc arguitur 1. Licèt personalitas ratione sui exigens identitatem cum summo dono non sit perfecta ratione talis exigentiæ, humanitas tamen nequit non esse perfecta formaliter ratione exigentiæ, & aptitudinis ad unionem cum summo bono: ergò nequit non esse perfecta ratione personalitatis formaliter. Prob. añs. Licet personalitas exigens ratione sui identitatem cum summo bono non sit perfecta ratione talis exigentiæ: capacitas humanitatis ad unionem cum summo bono est perfectio illius: ergò multo melius exigentia ad unionem cum summo bono erit in humanitate perfectio. 2. Licèt personalitas non sit formaliter perfecta ratione exigentiæ identitatis cum summo bono; si tamen natura humana ratione suæ entitatis exigeret unionem cum summo bono, talis exigentia esset perfectio infinita in humanitate; & ideo hoc cuilibet naturæ creatæ denegatur: ergò licèt personalitas non sit ratione exigentiæ identitatis cum summo bono formaliter perfecta; humanitas tamen ratione exigentiæ ad unionem cum summo bono, erit formaliter perfecta. Sed hanc habet ratione personalitatis: ergò ab illa formaliter perficitur.

Respond. 2.

Impug. 1.

Termo est de perfectione speciali.

Secundo.

3. Impugnatur eadem solutio. 6 Estò illa exigentia in personalitate non sit perfectio ad intra perficiens, sed perfectibilis, potest tamẽ esse perfectio ad extra perficiens: ergò personalitas Verbi sub expresso personalitatis perficit humanitatem formaliter. Prob. añs. Talis exigentia in personalitate supponit Deum summũ bonum, & plenum plenitudine omnis perfectionis: At vero humanitatem supponit physicè, & substantialiter imperfectam: ergò licèt personalitas ratione talis exigentiæ non dicat perfectionem ad intra perficientem, potest tamen dicere perfectionem ad extra humanitatem perficientem. Explicatur hoc. Esto capacitas in humanitate ad unionem cum summo bono sit perfectio humanitatis, non tamen est perfectio summi boni, cui unitur, ut constat: ergò licèt exigentia in humanitate ad unionem cum summo bono sit perfectio humanitat: perficiens, non tamen perficiens summum bonũ, cui coniungitur: ergò potest exigentia identitatis cum summo bono dicere perfectionem perficientem ipsam personalitatem, & non perficientem summum bonum, cum quo exigit identitatem: ergò nulla est implicatio in eo quod personalitas dicat perfectionem non perficientem ad intra, & ad extra perficientem. Ultimo impugn. solut. Humanitatem habere exigentiam ad gratiam habitualem, & dona supernaturalia præstita à Divinitate, est perfectio humanitatis, imo eam formaliter sanctificans: *ergò multo magis exigentia ad unionem cum Divinitate, & existentia Divina, erit perfectio humanitatem perficiens. Hanc exigentiam habet ex vi personalitatis: ergò humanitas perficitur formaliter ratione personalitatis, ac proindè ab illa sanctificatur.

Tertio.

Explicat.

Ultimo.

*Sic Adversl.

*** *** ***
*** *** ***

§. II.

§. II.

Prosequitur idem assumptum quoad perfectionem humanitatis.

7 PErsonalitas Verbi ratione sui constituit humanitatem in linea substantiæ completam, formaliter subsistentem, & proximè aptam ad existendum existentia naturæ Divinę. Sed esse in linea completum substantię, formaliter subsistens, & ad existendum aptum, sunt effectus dicentes perfectionem, ut de se constat: ergò personalitas Verbi ratione sui perficit formaliter humanitatem. Prob. mai. Subsistentia creata constituit humanitatem in linea substantiæ completam, formaliter subsistentem, & aptam ad existendum: ergò etiam personalitas Verbi ratione sui huiusmodi effectus humanitati præstat. Añs. est certum, & conseq. prob. Personalitas Verbi ratione sui gerit vices subsistentię creatæ: ergò illos effectus, quos propria subsistentia prętstaret humanitati, debet personalitas præstare ratione sui. Conseq. constat quia gerere vices alterius est præstare effectus, quos ab illo præstarentur. Añs. prob. Quia personalitas Verbi ratione sui est per se primo unita humanitati, ut communiter asserunt Thomistæ: ergò ratione sui gerit vices, & suplet effectus subsistentiæ creatæ.

Probat 2. concluſ.

Triplex linea, entis, subſtant. naturæ. Exiſt eſt ultim. actual. 1. ſubſiſt. 2. operat. 3.

8 Respond. Illust. Godoy 3. p. tomo 1. tract. 3. disp. 15. §. 3. & 7. num. 128. personalitatem Verbi ratione sui non præstare huiusmodi effectus humanitati, sed ratione subsistentiæ absolutæ, quam in se transeuntaliter includit; quodquidem sic explicat. Humanitatem esse subsistentem duo dicit: & esse per se independentem ab alio, tanquam à sustentante; sive esse per se existentem; & esse incommunicabilem alteri supposito creato. 1. Dicit perfectionem simpliciter simplicem; 2. cum sit quid negativum, perfectionē non dicit. Quapropter personalitas Verbi ratione sui tantum habet reddere naturam incommunicabilem alteri supposito creato; esse autem per se existentem, sive independentem ab alio, tanquam à sustentante, præstat ratione subsistentia absoluta, ut in ipsa transcendentaliter inclusæ. Et ratio huius est: quia ad intra prętstat tantū incommunicabil: Verbo ratione sui; esse autem per se existens, est effectus proveniens à subsistentia absoluta; quare quamvis ad extra humanitatem perficiat, non tamen ratione sui, sed ratione subsistentiæ absolutæ, quam in se transcendentaliter includit.

1. Solutio

Solutio revera difficilis, & impugnatur. Pro cuius intelligentia est per prius advertendum, quod in humanitate esse independens ab alio, tanquam à sustentante, & esse incommunicabile alteri tanquam supposito, sunt effectus tantum distincti virtualiter inadæquatè; quia cum humanitas sit finitæ, & limitæ perfectionis, hoc ipso, quod intelligatur, ut independens ab alio, tanquam à sustentante, intelligitur, ut incommunicabilis alteri supposito creato. Quo supposito sic argum. Si personalitas Verbi Divini ratione sui non præstaret humanitati esse independentem ab alio, ut à sustentante, & esse alteri incommunicabile, sequeretur, unionem humanitatis ad Verbum fuisse factam in aliquo absoluto. At hoc nequit dici: ergò personalitas ratione sui utrumque effectum humanit: præstat. Min. est certa, & min. prob. Prius est humanitatem esse independentem ab alio, ut à sustentante, & esse princip. quod, vel quo operandi, quam esse incommunicabilē alteri supposito: ergò prius intelligitur unita formalitati eam reddenti independentem ab alio, ut à sustentante, quam formaliatti, quæ eam incommunicabilem reddit: ergò si esse independens præstatur formaliter à subsistentia absoluta, & esse incommunicabile à personalitate, prius intelligitur unita subsistentiæ absolutæ, quam subsistentiæ relativę; ac per consequens unio humanitatis facta est per se primo in aliquo absoluto, non tamen aliquo relativo. Añs. probat. Quia omnis effectus positivus præcedit effectum negativum: ergò. Tùm quia sub-

9 Ante impugn. noto.

Impugn.

subsistentia creata prius præstat esse independentẽ, quam esse incommunicabilem: ergò etiam personalitas Divina &c. Tum quia, ideò natura creata est incommunicabilis alteri, ut supposito, quia iã est substantialiter in se completa. Sed naturam creatam esse independentem ab alio, ut à sustentante, est habere esse completum in ratione substantiæ: ergò prius est humanit. esse independentem ab alio, tanquam à sustentante, quam esse incommunicabilem alteri, ut supposito.

10 Dices. Subsistentiam absolutam non tribuere humanitati independentiam ab alio, tanquam à sustentante, absolutè sumptam, & ut communis est toti Trinitati, sed ut modificata, & apropriata Verbo Divino, & sic verificatur unionem fuisse factam in aliquo relativo, & non in aliquo absoluto. Sicut, licèt humanitas existat existentia naturæ Divinæ, quæ in se communis est toti Trinitati, non tamen omnes personæ Divinæ sunt realiter formaliter unitæ humanitati; quia non reddit eam existentem absolutè sumpta, sed ut determinata, & apropriata Verbo Divino. Sed contra est 1. Nàm ex hac solutione sequitur unionem humanitatis ad Verbum fuisse factam in subsistentia absoluta, ut modificata, & determinata personalitate Verbi Divini. Consequ. est sentent. Mag. Victoria, Soto, Marsil, & communiter à Theologis reiecta: ergò solutio est implicatoria. Sequela prob. Prius est humanitatem esse independentem ab alio, ut à sustentante, quam esse incommunicabilem alteri supposito: ergò si illud præstatur à subsistentia, ut modificata, & apropiata Verbo Divino, unio per se primo facta est in subsistentia absoluta; licèt ut terminata, & modificata relatione Verbi Divini.

Respond.

Reijc. 1.

11 Dices cum Illust. Godoy: esse independens ab alio, & esse incommunicabile alteri supposito, distingui tantum virtualiter inadęquatè, & ex parte nostri modo intelligendi, non tamen ex parte obiecti. Undè dum esse independens ab alio, tanquam à sustentante intelligitur in humanit. intelligitur etiam, ut claudens essentialiter esse incommunicabile. Ex quo solũ sequitur, quod ex parte nostræ rationis intelligatur prius *inadæquatè* subsistentia absoluta, quam relativa, non autem *adæquatè*, & ex parte obiecti accepta. Sed contra est: Nàm si independentia ab alio, ut à sustentante, proveniret formaliter à subsistentia absoluta, & incommunicabilitas à subsistentia relativa; prius adæquatè ex parte nostræ rationis intelligeretur effectus subsistentiæ absolutæ, quam relativæ: ergò unio non fuisset facta per se primo in aliquo relativo, sed in aliquo absoluto; vel secundum se, vel ut modificato proprietate relativa. Añs. prob. Effectus provenientes à formis virtualiter adæquatè distinctis, debent inter se virtualiter adæquatè distingui; cum huiusmodi effectus sint ipsæ formæ subiecto communicatæ. Sed subsistentia absoluta, & relativa sunt inter se adæquatè virtualiter distinctæ: ergò &c.

Impugn.

2. Impugn. princip. solutio. Si personalitas Verbi Divini ratione sui non præstaret utramque effectum naturæ humanæ, sed ratione subsistentiæ absolutæ; verificaretur non solum quod Verbum Divinum est ut *quod* immediatè unitum, sed etiam *hic Deus, ut subsistens absolutè*, sed consequens substineri nequit: ergò nec prædicta solutio. Sequela prob. Ideo verificatur Verbum esse immediatè, ut *quod* unitum humanitati, quia reddit humanitatem incommunicabilem alteri ratione personalitatis ipsum constituentis formaliter. Sed etiam humanitas habet esse independentem ab alio, tanquam à sustentante ratione subsistentiæ absolutæ, quæ hunc Deum, ut subsistentem constituit formaliter: ergò sicut Verbum Divinum est immediatè, ut *quod* unitum humanitati, etiam *hic Deus* subsistens subsistentia absoluta. Imò cum effectus ab illa proveniens sit aliquo modo prior effectu præfato à personalitate ratione sui, prius uniretur *hic Deus, quam Verbum*.

12 Secundo.

13 Nec recurras ad subsistentiam absolutam, ut determinatã relatione Verbi Divini. Non, inquam, recurras 1. Si subsistentia absoluta tribuit humanitati independentiam ab alio, ut à sustentante, proveniret formaliter à subsistentia absoluta, & incommunicabilitas à subsistentia relativa; prius adæquatè ex parte nostræ rationis intelligeretur effectus subsistentiæ absolutæ, quam relativæ: ergò unio non fuisset facta per se primo in aliquo relativo, sed in aliquo absoluto; vel secundum se, vel ut modificato proprietate relativa. Añs. prob. Effectus provenientes à formis virtualiter adæquatè distinctis, debent inter se virtualiter adæquatè distingui; cum huiusmodi effectus sint ipsæ formæ subiecto communicatæ. Sed subsistentia absoluta, & relativa sunt inter se adæquatè virtualiter distinctæ: ergò &c.

Communis solut. reijcit. 1.

manitati independentiam ab alio, ut à sustentante, hanc tribuit absolutè sumpta,& non ut modificata personalitate Verbi:ergò solutio est nulla.Pr. añs.Ideo subsistentia absoluta tribueret humanitati independentiã ab alio, tanquàm à sustentante, non secundũ se sumpta, sed ut modificata personalitate Verbi, quia tribuit independentiam,sed exigendo incommunibilitat. præstandam à personalitate; sed hæc ratio est nulla: ergò si subsistentia absoluta tribuit humanitati independẽtiam ab alio tanquàm à sustentante,id non præstat, ut modificata personalitate Verbi, sed secundum se sumpta. Mai.est ratio Ill. Godoy in 3. p.tom. 1.tract.3.disp.10.§.3.n.70. min. vero pr.1.Subsistentia absoluta reddit naturam divinam independentem ab alio, ut à sustentãte ratione sui,& nõ ut determinata aliqua relatione divina. Et tamen non constituit illam independ. nisi exigendo incommunicabil. præstandam à divinis relationibus:ergò illa ratio estnulla.Min.est certa,quia natura divina subsistens subsistentia absoluta exigit essentialiter determinari relationibus divinis, & ab illis constitui incommunicabilis.Si autem dicas, quod in humanitate esse independẽs, & esse incommunic.distinguuntur rãtum inadæquatè; secus vero in natura divina.Cont.est, quia formæ præstantes huiusmodi effectus humanitati distinguuntur virtualiter adæquatè:ergò etiam ipsi effectus præstiti ab eis.

14 Secundo.

2.Ideò subsistentia absoluta Verbi Divini tribueret humanitati esse per se independens, non ratione sui, sed ut modificata personalitate, quia illã tribuit exigendo essentialiter incommunicabilitatem præstandam à subsistentia relativa.Sed hæc ratio potius oppositum convincit:ergò illa solutio est nulla.Mai.const.ex dict. Min.vero prob.Subsistentia absoluta,licet ratione suæ entitatis non tribuat humanitati incommunicabilitatem,tamen ratione sui exigit incommunicabilitatẽ præstandam à personalitate: ergò illa ratio potius probat tribuere independentiam ratione suæ entitatis; licet connotando personalit.& sic in recto ingredietur ad unionem subsistentia absoluta:personalit. vero solum connotativè,& ex parte obliqui.3.Pro illo signo, pro quo intelligitur subsistentia absoluta divina communicata humanitati, & illam independentem constituens,inquiro: Qua ratione intelligitur magis ut modificata relatione Verbi, quam relatione Patris, aut Spiritus S?Nam terminare humanitatem competit omnibus relationibus divinis quoad posse:aliàs illa subsistentia absoluta in se est communis omnibus:ergò non est maior ratio,ut præstet esse independens, ut modificata,una personalitate, quam alia. Insuper,pro illo signo, pro quo intelligitur humanitas unita subsistentię absolutę,non intelligitur unita personaliter; cum non intelligatur pro illo priori actu effectus formalis personalitatis sub expresso illius: ergò non præstat talem effectum, ut modificata, sed ut communis. Ex quo patet disparitas, quare existentia divina non reddit humanitatem existentem, ut communis est toti Trinitati; sed ut determinata personalitate Verbi. Et ratio est hæc. Nam existentia naturæ divinæ non reddit humanitatem existentem, nisi illam supponat determinatam personalitate; cum ratione illius reddatur capax existentiæ; cum ergò sit determinata personalitate Verbi, ideò illam constituit existentem, ut est propria Verbi, & non ut est communis. At vero in humanitate prius intelligitur esse independens, quam esse incommunicabile:ergò cum primum præstet subsistentia absoluta, & pro illo signo non intelligatur incommunicabilis, quod præstatur à subsistentia relativa Verbi, non est maior ratio, quare illud præstet, ut determinata una persona,& non alia. Tertio.

15 Confirm. alio ex capite.

Confirm. hoc. Illi effectus, qui in creatis præstantur ab unica forma tãtum virtualiter inadæquatè distincta,nequeunt præstari à prædicatis divinis virtualiter adæquatè distinctis. Sed esse independens, & esse incommunicabile præstatur à subsistentia creata tantũ virtualiter inadæquatè distinct: ergò nequeunt præstari à subsistentia absoluta,& personalitate virtualiter adæquatè dist. Mai. const. Quia maior simplicitas, & uni-

tas debet dari in Deo, quàm in creatis, nisi sit propter summam perfectionem; & hoc absolutè est verũ respectivè ad effectus creatos. Videmus enim, quòd producere hominem, & producere equum præstatur à duplici virtute creata realiter distincta, & tamen hoc præstatur ab unica, & eadem virtute divinæ omnipotentiæ; & idem est de cognitione hominis, & cognitione Angeli, qui à Deo unica cognitione cognoscitur.

16 Confir. Ideo personalitas ratione sui non posset constituere humanitatẽ per se independentem ab alio, tanquàm à sustentante; quia id naturæ divinæ non præstat. Sed hæc ratio est nulla: ergò & solutio. Mai. est certa, & min. prob. Personalitas Verbi Divini ratione sui non constituit naturam divinam in via, sive potiùs, non complet eam ad existendum; cùm pro priori ad omnem relationem sit perfectissimè existens; & tamen ratione sui reddit humanitatem aptam, & in via ad existendum; cùm ratione illius uniatur existentia divina: ergò illa ratio est nulla. 2. Personalitas Verbi Divini ratione sui non cõstituit naturam in via ad subsistentiam absolutam; & tamen hoc præstat humanitati; cùm illa ei mediatè uniatur: ergò. 3. Personalit. ratione sui non est via ad omnia prædicata divina absoluta; & tamẽ est via in humanitate ad illa omnia realitèr identicè unita: ergò illa ratio nulla est. Disparitas omnium stat in eò, quòd ad intra supponit naturam perfectã omni perfectione constituente illam in ratione summi boni; non autem sic supponit humanit. sed potius physicè imperfectam, & substantialitèr incompletam.

Confir. 1.

Secundo.

Tertio.

§. III.

Solvuntur argumenta.

17 OBijcies 1. Id, quod ratione sui nõ dicit perfectionem, nequit ratione sui sanctificare formaliter; sed personalitas Verbi Divini ratione sui nullam dicit perfectionem, ut asserunt communitèr Thom. tract. de Trin: ergò personalitas ratione sui nequit sanctificare humanitatẽ. Resp. Verum esse personalitatẽ Verbi Divini non posse humanitatem formaliter sanctificare, quin ratione sui, & ut quod dicat perfectionem. Et ratio est clara: Nam esse formaliter sanctum est esse obiectum congruum dilectionis amicabilis Dei; esse obiectum congruum dilectionis amicabilis Dei, est esse formaliter bonum; cum dilectio ad bonum terminetur: esse formaliter bonum, est esse formal: perfectum: esse formal: perfectum, est effectus formalis perfectionis: ergò de 1. ad ult. rectè infertur non posse personalit. ratione sui sanctificare humanit. quin ratione sui perfectionem dicat. Potest tamen id, quod ratione sui dicit perfectionem, dicere perfectionem perficientẽ unum, & non perficientem alterum, propter incapacitatem unius, & capacitatem alterius. Sic accidit in personalitate Verbi. Cuius ratio est 1. Quia personalitas supponit Deum summum bonum, & summè perfectum absolutè, & cum omni proprietate. Id autem, cui aliqua perfectio superaddi potest, non est absolutè, & cum proprietate, & in rigore summum bonum, & summè perfectum, ut probavimus. 2. Quia personalitas non convenit Deo ex indigentia, sed ex pura fœcũditate; perfectio autem perficiens subiectum, non convenit ei ex pura fœcunditate, sed ex indigentia, ut perficiatur. Et ideò quamvis in se sit perfectio, non est perfectio Deum perficiens. At vero humanit. supponit physicè incompletam, & imperfectã, illamque reddit substantialiter completam, formaliter subsistentem, principium *quod* operãdi omnem operat. proximè aptam ad existendum, & ei convenit ex indigentia, ut perficiatur, proindeq. dicit perfect. persicientem humanit: & eã formaliter sanctificantem. Potest hoc explicari in decreto productivo rerum nullam afferentem Deo perfectionem; secus tamen creaturis.

1. & princip. arg.

Resp.

Cur perficit ad extra, nó ad intra.

Intellige saltim in sensu virtuali.

18 Sed instas 1. Implicat personalitatem Verbi ratione sui dicere perfectionem perficientem humanitatẽ, & non perficientem Deum: ergò nulla est solut. Prob. añs. Implicat formam aliquam præstare effectum formalem subiecto extraneo, & cui per gratiosã communicationem unitur, quin subiecto connaturali, & cum quo identifi-

Instab. 1.

ficatur illum præstet, vel quod in hoc subiecto detur capacitas, & non in alio: ergò implicat personalitatē &c.

Secundo. 2. Quamvis Deus pro priori ad relationem sit summe perfectus omni perfectione constituente ipsum summè perfectum in linea absoluta, non repugnat perfici à perfectione relativa; si aliàs non repugnat talis perfectio: ergò si personalitas dicit perfectionē, debet perficere Deum: Sicut personalitas, esto sit infinitè perfecta omni perfectione constituente ipsam in linea relativa perfectam, non repugnat perfici perfectione absoluta essentiæ: ergò pariter &c.

Tertio. 3. Quamvis Deus pro priori ad relationes sit summum ens, non repugnat ipsi superaddi entitatem relativam, tribuentem novum esse entitativum: ergò quamvis supponatur summè bonus, & summè perfectus, non repugnat perfici perfectione relativa, si aliàs hæc ex se non repugnat.

Quarto. 4. Implicat subiectum habere in se perfectionem, & non esse ab illa perfectum: Nam nihil aliud significat hoc nomen *perfectum*. Sed Deus in se habet relationes, & cum illis identificatur: ergò si ratione sui dicunt perfectionem, debent perficere Deum.

19 Ad 1. Resp. Quod licet generaliter, sive regulariter loquēdo, quælibet forma potius præstet suum effectum

Ad 1. inst. formalem subiecto connaturali, & cui convenit per identitatem, quam subiecto extraneo: non tamen id semper, & in omni eventu contingere debet. Nam ad salvandam prædictam connaturalitatem, sufficit aliquem, & primarium, & magis principalem præstare; ut clarè constat in relatione divina, quæ, etiam si identificetur cum natura; illam tamen relatam nō constituit. Et similiter personalitas complet humanitatem ad existendum, & operandum, quin naturam divinam, cum qua identificatur, tali modo aptam reddat. Unde quamvis personalitas conveniat Deo, tanquam subiecto connaturali; qnia tamen ei convenit, quia est bonus, & summè perfectus pro priori ad relationes (& propterea ei non convenit ex indigentia, sed ex fœcunditate) Cuius oppositum cōtingit in humanitate; ideò potest unum, & non alterū perficere.

Ad 2. Resp. notando, quod quamvis essentia divina pro priori ad relationes tantum sit perfecta perfectione absoluta; ita tamen est perfecta, ut non cum restrictione, sed absolutè, & cum proprietate terminorum, hæc propositio sit vera: *Hic Deus est summè bonus, hic Deus est summè perfectus*, quod de relatione, etiam si infinita perfectio sit, verificari nequit. Ex quo constat, quod non repugnat ei perfici perfectione essentiæ; imò potius ei convenit: cum summum bonū sit id ratione cuius, & à quo omnia denominantur bona, & ipsum à nullo. Deindè, quia essentia est principiū fontale totius Trinitatis, & omnium relationum: unumquodque autem denominatur perfectum per unionem cum suo principio, ut ait D. Th. 1. p. q. 12. ad 1. & sic relatio perfici debet à perfectione essentiæ, non autem è converso.

20 Ad 2.

Summ. bonum est omnis boni bonum. 1. Contr. 4.

Ad 3. Resp. Quod *summum ens* dupliciter accipi potest, vel prout ratio *summi* fundatur in conceptu perfect. sive *quantit. virtutis*: vel prout significat idem, quod omne ens, sive omnis entit. si 1. modo accip. nō potest obstare essent. divinā propriori ad relat. esse *summum ens*, & quod ei superaddatur aliqua entitas: quia *summum ens*, prout sic solum constituitur per entitatem perficientem: & cum illa entitas superaddita, non sit entitas perficiens, non obstat, quod sit summum ens. At vero *summum bonum* constituitur absolutè per omnem perfectionē ipsum perficientem, ratione cuius nō stat essentiam divinam ratione sui esse *summum bonum*, & quod ei addatur perfectio relativa ipsum perficiens. Si 2. modo accipiatur *summum ens*, tūc est falsum essentiam divinam pro priori esse summū ens. Licet sit verū, quod sit omnis perfectio ipsum in ratione summi boni constituens; cuius discrimen iam supra insinuatum manet; quia de ratione summi boni est se communicari pluribus realiter inter se distinctis, in quo apparet non esse omnem entitatem; & de ratione summi boni est illud esse omninò ultra imperfectibile, in quo apparet non posse ei superaddi ali-

21 Ad 4.

Nè sic litig. dic realitatē.

quam perfectionem ipsam perficientem. Ad 4. Resp. Quod dupliciter potest habere subiectum in se aliquam perfectionem, vel ut perficientem, vel ut perfectibilem: sicut Verbum habet humanitatem, à qua nō perficitur. Humanitas etiam habet in se relationem; & non refertur. Constat hoc in natura equi subsistente subsistentia personali divina; quæ tunc haberet in se subsistentiam personalem, & tamen non esset subsistens personaliter.

Ad 4.

22 Dices. Hæc omnia eludere, vel opponi sent. communi Thom. asserentium relationes divinas non dicere perfectionem relativam. Resp. negativè. Quia illorum rationes solum probant non dicere perfectionē perficientem ad intra, non tamen ad extra. Nam 1. ratio, & principalis est; quia ratio perfectionis debet respicere subiectum, quod perficit, absolutè, sistendo, & adæquando se cum illo, non referendo illud ad ulteriorē terminum. Quæ quidem ratio tantū probat non perficere Verbum Divinum, quia illud refert ad alterum; non tamen probat, non perficere humanitatem; cum illā absolutè terminet, & nō ulterius referendo. 2. ratio est: quia ratio perfectionis consistit in existētia, vel habitudine ad existentiam; personalitas Verbi Divini, nec existit propria existentia, nec ordinem ad existentiam explicat. Hæc ratio potius probat dicere perfectionem ad extra; cum humanitatem constituat cum ordine, & exigentia ad existendum, & operandum. Et quidem relationem divinam ratione sui dicere perfectionē: Suadetur ex eo, quod exigentia identitatis cum summo bono, nequit non esse perfectio: Nam si capacitas obedientialis naturæ humanæ ad unionem cum summo bono est perfectio, & materiam posse formari à forma, est perfectio aliqua indistincta à materia prima, ut asserit D. Th. 1. p. q. 6. a. 3. & 3. cont. Gent. c. 20. Quāto magis exigere identitatem cum summo bono erit perfectio? Deindè. Potentiā ordinari ad actum est perfectio potentiæ, ut ait D. Th. opusc. 2. c. 116. & actum ordinari ad obiectum bonum aliqua perfectio intrinseca est illi: ergò exigentia identitatis cum summo bono est infinita perfectio in relatione; quia tamen est exigentia identitatis cum summo bono, de cuius ratione est esse ultra imperfectibile; ideo non dicit perfectionem perficientem ad intra, sed purè perfectibilem.

Ratio 1. Thom.

Secunda.

23 Obijc. 2. Si personalitas Verbi Divini sanctificaret humanitatem, etiam voluntas divina immediatè communicata (si esset possibile) illam formaliter sanctificaret. Sed hoc nequit dici: ergò neque quod personalitas Verbi Divini &c. Mai. est certa; cum voluntas divina in se sit infinita perfectio. Min. autem prob. Si voluntas divina ratione sui esset sanctitas sanctificans humanitatem, habitus charitatis, qui est illius participatio, esset sanctitas per participationem. Conseq. est falsum: ergò id ex quo sequitur. Min. const. & mai. prob. 1. Participatio sanctitatis per essentiam, est sanctitas participativè: ergo. 2. Quia gratia habitualis est participatio naturæ divinæ, quæ est sanctitas, & radix videndi, & amandi Deum; ipsa gratia est sanctitas participativè, & radix creata, videndi, & amandi Deum: ergò pariter, si voluntas divina est in se sanctitas per essentiam, & tunc sanctificans humanit. & radicans moraliter omnia dona supernaturalia, habitus charitatis, qui est illius formalis, vel virtualis participatio, debet hæc omnia saltim participativè habere.

2. Arg.

24 Resp. in primis: hanc conseq. esse malam: *Voluntas divina ratione sui est sanctitas: ergò participatio illius est sanctitas per participationem.* Ut constat in hac: *intellectus divinus est virtus cō prehensiva clarè attingens Deum, & omnia eius prædicata: ergò lumen fidei, quod est illius particip. &c.* 2. Divinitas excludit potentiā ad peccandū in omni subiecto, cui communicatur: ergò etiam gratia habitualis, quæ est participatio. Ratio est: Nam participare, est partem capere, & partem relinquere: ergò ex eo, quod charitas sit participatio voluntatis divinæ, quę est sanctitas per essentiam, non sequitur esse sanctitatem per participationem. Præter hoc, inquam, Resp. Quod perfectiones creatæ solum sunt participantes divinarum perfectionum, se-

1. Solutio

Arg. confund. sanct. ad intra, & ad extra.

Secunda.

secundum illos effectus, quos ad intra præstant, non tamen secundum illos, quos ad extra præstare possunt. Et ratio est. Quia participatio ad hoc deservit, ut id, quod perfectio divina se ipsa præstare nequit, præstet media sui participatione: ergò si prædicatum divinum se ipso ad extra præstare potest prædictum effectum, non est necessarium, quod illius participatio talem effectum participet. Unde charitas solum est participatio voluntatis divinæ, secundum quod est virtus proxima amandi Deum. Et inst. arg. Nam in sent. contr. Divinitas est radix moralis donorum supernaturalium ad extra; & tamen licet gratia sit participatio divinitatis, non tamen est radix moralis, sed physica virtutum supernaturalium: ergò licet voluntas divina ad extra immediatè communicata esset radix moralis donorum supernaturalium, non sequitur habitū charitatis, qui est illius participatio, fore principium radicale morale.

25 3. Arg. Arg. 3. Ideò personalitas Verbi Divini ratione sui perficeret humanitatem, quia illam terminando, cum summo bono coniungit. Sed etiam constituendo Verbum, illud cum summo bono identificat: ergò non stat personalitatem ratione sui perficere humanitatem, & Deum ad intra non perficere. Conseq. prob. Perfectior est unio identitatis cum summo bono, quam unio purè unitiva cum summo bono: ergò si terminando humanitatem, & illam cum summo bono uniendo, perficit humanitatem, potiori ratione identificando Verbum cum summo bono, illud perficit. Confir. Non stat Confirm. personalitatem perficere humanitatē formaliter ratione sui, nisi ratione sui sit perfectio. Sed hoc est falsum: ergò nō perficit humanitatem, ac per conseq. illam non sanctificat. Min. prob. Si esset ratione sui perfectio, esset perfectio perfecta: quia in formis per se subsistentibus, ut ait D. Th.* concretum de abstracto prædicatur. Sed per- * 1. p. q. 2. a. 3. & q. 13. a. 1. sonalitas nequit ratione sui esse perfectio perfecta: ergò nequit ratione sui esse perfectio. Prob. min. Si personalitas ratione sui esset perfectio perfecta, esset perfectio ad intra perficiēs; cum perfectum sit tale à perfectione perficiente. Conseq. in nostra sent. est falsum: ergò, & quod ratione sui sit perfectio perfecta. Urg. hoc. Non stat esse in se, & *ut quod* perfectionem, & non esse perfectionem ad intra. Sed non stat perficere humanitatem, & nō esse in se perfectionem: ergò. Mai. prob. Nihil convenit relationi magis ad intra, quam id, quod in se formaliter, & *ut quod* habet: ergò non stat personalitatem Verbi esse in se, & *ut quod* perfectionem, & quod ad intra perfectio non sit. Urgetur.

26 Resp. Resp. conc. mai. dist. min. Constituendo Verbum, illud cum summo bono, identificat, ut Deus est, neg. min. Ut personalitas est, conc. min. & dist. conseq. eodem modo. Itaque Verbum Divinum constituitur adæquatè ex natura divina, & personalitate terminante talem naturam: quapropter potest considerari, vel ut Deus est, vel ut personalitas est. Ut Deus, non habet identificari cum summo bono ratione personalitatis: Nam summum bonum se ipso est summum bonum; ut autem personalitas est, exigit identitatem cum summo bono. Ex quo solum sequitur, quod ratione sui dicat perfectionem à summo bono perfectib. non vero ipsum perficientem. At vero humanitas ratione personalitatis sibi immediatè unitæ, unita est cū summo bono: quod quidem nequit sine aliqua perfectione intelligi. Ad confir. Resp. concess. mai. neg. min. Ad illius prob. neg. min. Ad cuius prob. Resp. Personalit. ratione sui esse perfectionem perfectam intransitivè, nō ab aliquo à se, vel virtualiter, vel realiter distincto. Ut autem verificetur dicere perfectionem ad intra perficientem, erat necessarium dari distinctionem virtualem saltim intra id, quod perficit, & intra id, quod perfectū est. Dictum S. D. est universal. verum etiam in nominibus significantibus formas transcendentes, sicut hæc est vera: *Unitas est una; bonitas est bona*, & sic de alijs. Ad confirm.

27 Ad urg. Ad id, quo urg. argum. Resp. Quod aliud est relationem divinam in se, & ratione sui esse perfectionem, & aliud esse perfection. ad intra. Nam isti termini *ad intra*, & *ad extra* non verificantur de relationibus divinis, nisi

secundum illos effectus, quos naturę, vel personis divinis, possunt præstare; cum autem quamvis personalitas sit in se, & ratione sui perfectio, non tamen perficiat naturam divinam, aut suppositum, ut in ea subsist. ideo non verificatur esse perfect. ad intra. Cōst. hæc doctrina in personalitate Verbi terminante naturam humanam: quæ quidem nequit dicere relationem *ad extra*; & tamen prout *ad extra* terminans naturam humanam, in se, & ut *quod* relatio est: ergò illa probatio nullius roboris est.

28 Objc. 4. Personalitas Verbi Divini nequit ratione sui esse radix moralis virtutum supernaturalium: ergò. Prob. añs. Personalitas Verbi Divini ratione sui non est radix physica virtutū: ergò nec radix moralis. Añs. patet, & conseq. prob. Radicatio moralis fundatur supra physicam radicationem: ergò. Prob. añs. Bonitas moralis supponit bonitatem physicam: ergò pariter. Urg. Hæc est bona conseq. *bonitas moralis supponit bonitatem physicam: ergò bonitas moralis moraliter radicans supponit bonitatem physicā physicè radicantem;* siquidem arg. ab eodem añti. ad idem conseq. cum eodem addito: ego si añs. est verum, etiam conseq. Confirm. Personalitas Verbi unitur, ut gerens vices personalitatis creatæ; sed hæc non sanctificat: ergò nec illa. Prob. conseq. Quod gerit vices alterius, solum præstat effectum eundem, quem alterum præstaret, licet perfectiori modo; si enim alterum effectum substantialiter diversum præstat, in hoc non gerit vices illius: ergò licet reddat illam perfectius subsistentem, non tamen sanctam, & Deo gratam.

4. Arg.

Urgetur.

Confirm.

29 Neg. añs. Ad 1. illius prob. Resp. Quod argumentum, vel intendit formam radicantem moraliter aliquam perfectionem, debere eandem physicè radicare; & hoc est falsum, ut patet in Deitate, & existentia divina communicata immediatè humanitati, & solum moraliter radicante visionem beatam. Vel argum. intendit formam radicantem moraliter aliquas perfectiones debere alias perfectiones physicè radicare; quod quidem, licet admittamus, nihil tamen exinde probatur. Cum nulla sit ratio, quare personalitas Verbi Divini non habeat suas speciales proprietates, aut etiam plures modos v. g. relationis, & Verbi. Nec ex hoc sequeretur esse naturam; cum natura sit radix proprietatum operativarum. Vel argumentum intendit formam radicantem moraliter aliquam perfectionem debere ipsam modo perfectiori in alio subiecto radicare; & hoc non requiritur indispensabiliter, ut constat in existentia divina immediatè humanitati unita, quæ illam sanctificaret, quin ad intra perfectiori modo effectum sanctitatis præstet. Ad urgent. dicitur posse dari perfectionem moralem relatè ad aliquid, quin sit physica eiusdem. Nam AA. contrarij asserunt, quod licet personalitas non dicat perfectionem, constituit humanitatem impeccabilem; quod sanè aliqua moralis perfectio est. Ad confirm. dicitur: personalitatem Verbi supplere subsistentiam propriam supplemento perfectioris ordinis, uniendo humanitatem cum Deo; & trahendo eam ad esse divinum; cumque dilectio Dei sit iuxta modum, quo se ad extra communicat; & talis communicatio sit adeò sublimis, & celsa, eam reddit infinitè gratam, summèque Deo placentem.

Ad urg.

Ad confirm.

Solutio.

§. IV.

Alia argumenta solvuntur.

30 Objc. 5. Si personalitas Verbi ratione sui diceret perfectionem, ratio perfectionis multiplicaretur realiter formaliter in relationibus divinis. Sed hoc est falsum: ergò ratione sui non dicit perfectionem potentem humanitatem perficere. Mai. constat. Nam quia personare, & terminare, convenit personalitatibus divinis secundum expressum illarum, ratio personalitatis, & ratio terminationis multiplicatur in illis realiter formaliter: ergò pariter. Videatur Godoy in præsenti, ubi latè contra aliquos probat sequelam. Min. vero prob. 1. Nam sequeretur 1. esse essentialiter inæquales in perfectione; cum spe-

5. Arg satis difficile.

ſpecies ſint, ſicut numeri, in quibus datur eſſentialis inæqualitas. 2. ſequeretur aliquam perfectionem eſſe in Patre, quæ non eſt in Filio. ergò cum hoc nequit ſtare, quod Filius ſit ſummè perfectus, & perfectiſsimè æqualis Patri.

31 Reſp. concedendo in divinis dari tres perfectiones realiter ſpecificè diſtinctas, ut rectè probat argum. non tamen ſequi eſſe inter ſe eſſentialiter inæquales: quia ut iam ſupra notavimus, ratio perfectionis, quæ ponitur in relationibus divinis conſiſtit in perfectibilitate à ſummo bono, in quo ſubſiſtunt per identitatē cum illo. Cum autem ſint perfectibiles ab eodem ſummo bono, & per æqualem identitatem cum illo, non habent unde poſsint ſe excedere in ratione perfectionis. Nam ut ait D. Thom. 1. part. quæſt. 2. art. 3. *Magis, vel minus non dicuntur de diverſis, niſi ſecundum quod diverſimodè appropinquant ad id, quod eſt maximè tale.* Cum autem relationes æqualiter accedant ad ſummum bonum, & hoc æqualiter ipſis communicetur, nequit in eis reperiri magis, vel minus. Recolantur, quæ ſupra diximus.

Admit. tunt. tres perfect. ſine inæq.

Ad 1. inconv.

Ad 1. prob. Reſpond. Illud proloquium verificari de ſpeciebus propriè ſumptis propter inæqualitatem differentiarum; relationes autem divinæ non ſunt propriè ſpecies, ſed quidam modi in eſſe pluſquam genere diverſi, uti dicitur de duplici differentia individuali.

32 Nec inconveniens ſecundum infertur: Nam licet illa perfectio, quæ reperitur in Paternitate, non conveniat Filio, ſalvatur perfectiſsima æqualitas; cum illa perfectio non ſit perficiens, ſed à Deo perfectibilis. Et ratio eſt: Nam carentia perfectionis non auferens Patrem eſſe ſummum bonum, nequit obſtare perfectiſsimę æqualitati inter perſonas divinas; ſed carentia perfectionis perfectibilis non aufert Patrem eſſe ſummum bonum, & ſummè perfectum; cum ſummum bonum non conſtituatur per id, quod eſt perfectibile ab illo, ſed ipſum perficiens: ergò ex eo, quod talis perfectio relativa deficiat Filio, non ſequitur Filium non eſſe ſummum bonum, aut non eſſe æqualem Patri in perfectione. Si autem eſſet perfectio Deum perficiens, pertineret conſtitutivè ad rationem ſummi boni, & ſic non ſalvaretur æqualitas inter divinas perſonas.

Ad aliud inconv.

33 Obijc. 6. Non ſtat perſonalitatem Verbi ratione ſui eſſe infinitam perfectionem, & non perficere Deum: ergò ſi perſonalitas non eſt perfectio Deum perficiens, nequit etiam humanitatem perficere, & ſanctificare. Prob. añs. Non eſt contra rationem ſummi boni perfici infinita perfectione diu: ergò quamvis Deus ſupponatur ſummum bonum, poteſt tamen perfici à relatione, ſi hæc ratione ſui dicit infinitam perfectionem. Confirm. 1. Si perſonalitas Verbi Divini ratione ſui dicit perfectionem, eſt perfectio ſimpliciter ſimplex. Sed non eſt contra rationem ſummi boni perfici omni perfectione ſimpliciter ſimplici: ergò ſi ſemel ratione ſui dicit perfectionem, debet eſſe perfectio ad intra Deum perficiens. Min. conſtat, & mai. prob. Si perſonalitas Verbi ratione ſui dicit perfectionem, eſt perfectio nullam in ſe claudens imperfectionem. Sed hoc eſt eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem, ad differentiam perfectionis, ſecundum quid ſimplicis, quę in ſuo conceptu aliquam imperfectionem includit: ergò ſi perſonalitas Verbi ratione ſui dicit perfectionem, eſt perfectio ſimpliciter ſimplex.

6. Arg.

Confir. 1.

34 Confirm. 2. Si relationes divinæ ratione ſui eſſent abſolutè, & ut quod perfectiones, eſtò non ad intra perficientes, hæc propoſitio eſſet abſolutè vera: *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus ſunt tres perfecti.* Conſequens eſt contra Magn. Par. lib. 5. de Trinitat. cap. 8. & contra communem ſententiam Thomiſt. ex hoc probantium non perficere ad intra; ergò perſonalitas Verbi nequit ratione ſui dicere perfectionem etiam ad intra non perficientem. Mai. prob. Quod conveuit Divinis Perſonis ratione perſonalitatis, abſolutè de illis verificatur: unde quia perſonalitas Patris diſtingnitur realiter à perſonalitate Filij, & Spiritus

Secundo.

Sancti, hæc propositio absolutè, & cum omni rigore est vera: *Pater &c. sunt tres personæ: *ergò similiter, si ratio perfectionis multiplicatur realiter formaliter in relationibus divinis, hæc erit absolutè, & cum omni rigore vera: *Pater &c. sunt tres perfecti, & tres boni (similiter) & tres magni.*

35 Resp. Resp. concedendo personalitatem Verbi ratione sui dicere infinitam perfectionem, non tamen perficere Deum ob rationem supra assignatam. Ad prob. añtis. Resp. contra rationem summi boni esse perfici aliqua perfectione, quæ ipsum in ratione summi boni non constituat; cum ergò relatio constituens Verbum Divinum non pertineat ad constituendum Deum summum bonum; ideò quamvis sit infinita perfectio, non potest Deum perficere. Et ratio huius est: Nam hoc ipso, quod aliqua perfectio sit perficiens Deum, iam talis perfectio constituit illum summum bonum; cum summum bonum dicat omnem perfectionem perficientem: ergò contra rationem summi boni est perfici aliqua perfectione non constituente ipsum in ratione summi boni. Quapropter ut verificetur personalitatem Verbi Divini dicere ratione sui infinitam perfectionem, sufficit radicari virtualiter, & exigere identitatẽ cum summo bono. Ex quo habet hæc duo: 1. illud non perficere: 2. dicere infinit. perfectionem. Si dicas. Si instes. Sicut ex eo, quod Deus sit summum bonum, infertur non perfici à divinis relationibus; quare etiam non inferimus ultra illud, non esse alias perfectiones virtualiter ab ipsa distinctas? Ratio disc. est, quia implicat intelligere summum bonum, quin possit se communicare pluribus personalitatibus realiter inter se distinctis; siquidem summum bonum est summè fœcundum &c. cumque derivari à summo bono, & exigere cũ illo identificari, nequeat non esse perfectio; ideò non est contra rationem summi boni dari perfectionem ab ipso virtualiter distinctam.

36 Ad 1. confirm. neg. mai. Nam ad rationem perfectionis simpliciter simplicis non sufficit non dicere imperfectionem, sed requiritur, quod constituat summum bonum in ratione summi, ut cõstat in omnipotentia, & alijs attributis: quod quidem de divinis relationibus non verificatur. Tum quia de ratione perfectionis simpliciter simplicis est posse perficere quodlibet suppositum naturæ, quam perficit; cum perfectio simpliciter simplex definiatur à Theologis, quæ in unoquoque &c. Tum quia hæc non involvit oppositionem, & distinctionem; ut constat in alijs perfectionibus divinis; quare licet personalitas sit perfectio, & sit etiam perfectio infinita, non tamen simpliciter simplex.

37 Ad 2. Ad 2. omissa solutione aliquorum asserentium ibi Magn. Par. solum loqui de magnitudine absoluta (quia ex illo Thom. probant relationem non dicere perfectionem, cum quibus sententia nostra non opponitur) hoc omisso Resp. Intentum D. August. solum esse negare inæqualitatem inter Divinas Personas, & probare perfectissimam æqualitatem, ut constat ex illius verbis, sic enim ait: *Non enim de solo Patre, sicut illi perversè posuere, & sentiunt: sed de Patre, Filio, Spiritu S. scriptum est; tu es Deus magnus.* Ex eo autem, quod in eis sint tres perfectiones ad intra perfectibiles, & ad extra perficientes, non tollitur æqualitas in perfectione; siquidem non aufertur quamlibet personam esse summum bonum: quapropter nos non adversamur verbis Mag. P. Oppositum deberet dici; si darentur tres perfectiones ad intra perficientes; quia tunc, ut iam dictum est, non salvaretur in quacumque persona ratio summi boni; & consequenter, nec æqualitas in perfectione. Similiter, quando Mag. Par. in pluribus locis asserit *Deum esse magnum, ex quo est Deus*, & in Deo non esse *aliud esse, & esse magnum*, loquitur de magnitudine constituente summum bonum, per quod unicè excluditur relationes divinas dicere perfectionẽ ad intra perficientem, cum in dicta hypothesi constituerent Deum summum bonum.

***

§. V.

§. V.

Alteri fundament. Illuſt. Godoy occurritur.

38

7. Arg. OBjc. 7. Perſonalitas Verbi ratione ſui non perficit humanitatem : ergò ratione ſui eam nequit ſanctificare. Conſeq. patet à ſuperiori ad inferius negativè. Añs. vero prob. Perſonalitas Divini ratione ſui non tribuit humanitati effectum formalem dicentem perfectionem : ergo non perficit eam. Añs. prob. Perſonalitas Verbi Divini ratione ſui ſolum tribuit humanitatem eſſe incommunicabilem alteri ſuppoſito eiuſdem naturæ. Sed eſſe incommunicabilem alteri ſuppoſito creato non dicit perfectionem; cum hoc quid negativum ſit : ergò. Prob. mai. Perſonalitas Verbi nequit ratione ſui præſtare humanitati, niſi id, quod in ſe formaliter habet. Sed in ſe formaliter ſolum habet reddere naturam Divinam incommunic. alteri filio, & referre unam perſonã ad alteram, cuius non eſt capax humanitas: ergò ratione ſui ſolum tribuit humanitati eſſe incommunicabilem alteri ſuppoſito. Mai. conſtat: Nàm forma non tribuit, niſi id, quod in ſe purè formalit: vel etiam eminenter habet ; ad diferentiam cauſæ efficientis, quæquidem poteſt producere id, quod tantũ eminenter, vel virtualiter habet: ergò.

39 Confirm. Si aliquem effectum præter incommunicabilitatem tribueret perſonalitas humanitati, maximè eſſe independentem ab alio tanquam à ſuſtentante. Sed hunc non præſtat: ergò ſolum præſtat eſſe incommunicabilem alteri ſuppoſito creato. Mai. eſt noſtra ſentent. min. prob. Nequit tribuere formaliter eſſe independens ab alio, tanquam à ſuſtentante id, quod in ſe, & *ut quod* non eſt independentia ab alio tanquam à ſuſtentante. Sed perſonalitas ratione ſui non eſt independentia ab alio, tanquam à ſuſtentante: ergò. Mai. conſtat. Quia id, quod in ſe, & *ut quod* non eſt albedo, nequit conſtituere formaliter album (& idem eſt de calore): ergò. Min. veroprob. Independentia ab alio tanquam à ſuſtentante in Verbo Divino eſt conceptus formalis, & conſtitutivus ſubſiſtentiæ abſolutæ. Sed perſonalitas Verbi Divini diſtinguitur formaliter adæquatè à ſubſiſtentia abſoluta: ergò perſonalitas ratione ſui nequit conſtituere humanitatem formaliter independentem ab alio, tanquam à ſuſtentante, & conſequẽtur nec dat ei eſſe principiũ *quod* operandi, cum ad illud ſubſequatur. Urgetur hoc. Id, quod ratione ſui ſuſtentatur ab alio, nequit ratione ſui tribuere formaliter independentiam ab alio tanquam à ſuſtentante. Sed perſonalitas Verbi Divini ratione ſui ſuſtentatur à ſubſiſtentia abſoluta, ſive à natura Divina; cum ſit quidam quaſi modus relativus : ergò nequit ratione ſui teddere humanitatem independentem ab alio, tanquam à ſuſtentante. Mai. explicatur hoc exemplo. Quia quantitas ratione ſui non eſt alba, ſed ab alio, nequit ratione ſui conſtituere formaliter album: ergò pariter.

Urgetur:

Dices 1. Perſonalitatem Verbi Divini eſſe formaliter independentem ab alio tanquam à ſuſtentante ad extra, eſtò non ad intra. Sed contra eſt. Perſonalitatem Verbi Divini eſſe formaliter independentem ab alio, ut à ſuſtentante ad extra, eſt formaliter idem, ac actu reddere humanitatem independentem, tanquam à ſuſtentante: ergò oportet quod illa in ſe, & ut *quod* ſit independentia ab alio, ut à ſuſtentante, eſtò hunc effectum non ad intra, ſed ad extra præſtet: ſicut, ut verificetur hanc qualitatem eſſe albedinem reſpectu huius ſubiecti, neceſſe eſt, quod talis qualitas in ſe formaliter ſit albedo, eſtò ſuum effectum non præſtet omni ſubiecto, ſed tantum ſubiecto, quod capax eſt illum recipiendi. Explicatur hoc. Forma non continet formaliter ſuum effectum formalem ratione ſubiecti, ſed ratione ſuæ entitatis, eſtò in ordine ad ſubiectum: ergò, ut perſonalitas reddat human. formaliter indepẽdent: ab alio tanquam à ſuſtentante ; neceſſe eſt hanc independentiam in ſe formaliter habere; eſtò ut communicandam præciſſe humã

40

Sidicas 1.

Reijcit. 1.

Explicat.

manitati. Sed hanc non habet; cum in se sit solum incommunicabilis relatio, & terminatio naturæ Divinæ: ergò. Tùm quia eadem ratione posset dici, quod voluntas Divina, si posset communicari ad extra, constitueret humanitatem formaliter intelligentem; quia esto hoc ad intra non habeat, habet tamen ad extra. Probat. sequela. Quia non minus distinguntus inter se esse intelligentem, & volentem, ac esse independentem ab alio, ut à sustentante, & esse incommunicabilem; cùm sit unum absolutum, & alterum relativum: ergò.

41 Dices 2. Personalitatem Verbi Divini continere eminenter independentiam ab alio, ut à sustentante, licèt non formaliter; & hoc sufficere, ut illam formaliter tribuat humanitati. Sicuti in sententia probabili anima rationalis tantum eminenter continens gradum corporeitatis, & materialitatis; illos formaliter præstat materiæ primæ, constituitque hominem formaliter corporeum, & materialem. Sed contra est. Continentia eminentialis alicuius effectus formalis non sufficit, ut forma aliqua illum formaliter præstet: ergò solutio est nulla. Añs. probat. 1. Lux Solis eminenter continet calorem; & tamen lux Solis, quæ eminenter continet calorem nequit formaliter calidum constituere: ergò verum est añs. 2. Nàm Deus ratione suæ omnipotentiæ omnia creata eminenter continet; & tamen nequit illa formaliter præstare: ergò. 3. Aliter requiritur continentia effectus in causa efficiente, ac in causa formali; cum causa formalis causet per sui communicationem, & per exhibitionem suæ propriæ entitatis; causa autē efficiens non sic causat. Sed causa efficiens æquivoca requirit saltem continentiam eminentialem sui effectus: ergò hæc non sufficit ad rationem causæ formalis: ergò cum personalitas præstet independent. ab alio tanquam à sustentante formaliter, & per sui communicationem; non sufficit illam in se eminenter continere.

Sidicas 2.

Impugn. 1.

Secundo

Tertio.

42 Pro solutione huius argumenti sciendum est primo, quomodo intelligitur, quod forma debet continere effectum formalem ab illa præstitum. Certum enim est, quod effectus formalis in concreto, non prædicatur, ut quod de forma ipsum præstante; quia effectus formalis in concreto continet subiectum illius quod forma in se non claudit, ratione cuius extrema non supponunt pro eodem, & consequenter propositio, in qua effectus formalis in concreto prædicatur de forma vera non est, sicut hęc: *albedo, est alba, calor est calidus.* Solum ergò est difficultas de effectu formali in abstracto; an *ut quod* prædicetur de forma. Et videtur quod non, quia anima rationalis per modum causæ formalis constituit hominem corporeum, & materialem; cum omnes gradus, tam genericus, quam specificus proveniant formaliter à forma constitutiva subiecti; & tamen anima rationalis non est *ut quod* corporeitas, & *materialitas*: ergò non requiritur, quod effectus formalis alicuius formæ etiam in abstracto prædicetur *ut quod* de ipsa forma. Min. probat. Quando duo concreta essentialiter inter se opponuntur, etiam forma unius concreti cum altero concreto. Sed materiale, & spirituale sunt concreta inter se essentialiter opposita: ergò materialitas opponitur essentialiter cum spiritualitate *ut quod.* Sed anima rationalis est *ut quod* spiritualis: ergò non est ut quod materialitas. Similiter: Anima rationalis constituit formaliter hominem rationalem, & tamen non est *ut quod* rationalitas, sed rationalis: ergò.

Ante solut. noto.

Quæ dam distic.

43 Quo non obstante Respond. Quod quando effectus formalis unicè, & tanquam à principio adæquato provenit à forma, de illa prædicatur *ut quod* (non quidem accepto effectu formali in concreto, sed solum in abstracto) secus vero; si talis effectus formalis non proveniat, tanquam à principio adæquato ab ipsa forma. Undè quia esse *materiale*, & *corporeum* non summuntur unicè à forma, sed etiam à materia ideò talis effectus formalis, etiam in abstracto non prædicatur *ut quod* de ipsa forma. Quia tamen materiam esse actuatam, & determinatam, provenit unicè à for-

Respond

forma, ideò verificatur formam esse, *ut quod* actum, & determinationem materiæ. Hoc notato: Videamus, quid sit, & in quo consistat independentia ab alio tanquam à sustentante, quæ independentia est perfectas essendi propria substantiæ? Dicimus illam consistere in eo, quod aliquid ratione sui sit immediate capax existendi; sicuti ab opposito illa negatur accidenti, quia nisi prius inhæreat subjecto, nequit existere existentia sibi proportionata. Cum igitur *hic Deus* præintellectus personis sit subsistens *ut quod*, & existens, nec à personalibus habeat aliquam existentiam, nec aptitudinem ad illam; ideò personalitas Verbi non tribuit effectum formalem independentiæ; sed potius illum accipit à subsistentia absoluta. Persona enim Divina ex natura Divina prius subsistenti, & existenti *ut quod* terminata per relationem componitur.

Quid sit independent ab alio &c.

Quod est inhærent. in accid. est independ. in subst.

44 At vero, ut humanitas reddatur existens, & ut completè potens operari, solum requiritur, quod terminetur per personalitatem Verbi; proindequè per illam redditur etiam independens ab alio, uta sustentante. Ratio est; quia semel quod illa personalitate terminetur, est completa in linea primę substantiæ; ac per consequens est immediatè capax existendi, & operandi *ut quo*. Huic accedit doctrina S. Doct. sæpè asserentis: *Existentiam esse actum immediatum suppositi ut quod, & naturæ ut quo.* * Sed personalitas Verbi unita humanitati constituit hunc hominem suppositum, & Personam; ut est certum: ergò reddit illum proximè, & immediate capax existendi, & operandi, in quo consistit prædicta independentia.

* 3. p. q 17. art. 2.

45 Ex his constat (ne Doctrinæ prius traditæ obliviscamur) independentiam ab aliquo, ut à sustentante, esto pro recto, & principaliter, tribuatur à subsistentia, de connotato dicere naturam, & modum propriū, quo illa petit existere. Undè quia natura Divina petit per se existere, & operari *ut quod* pro priori ad relationes Divinas; nequit accipere ab illis perfectatem independentiæ ut à sustentante, sed perfectatem incommunicabilis. Natura vero creata, cum ad existendum solum petat esse personatam, aut esse in supposito; ideò relatio Divina, quæ ratione sui est personalitas, ratione sui præstat humanitati independentiam ab alio, ut à sustentante.

Quid dicat de connotato?

Per hæc Respond. ad argum: negando personalitatem ratione sui non continere formaliter, & quoad rectum prædictam independentiam; non quidem ut præstandam ad intra, propter rationem adductam, sed ut præstandam ad extra; opposita de causa. Undè talis effectus formalis potest dici connotativus: quia non sufficit continentia ex parte formæ, nisi simul adsit aliquod requisitum ex parte subjecti. Et quidem loquendo de continentia eminentiali per æquivalentiam; hoc videtur debere ab omnibus concedi. Ratio est: Nàm personalitas Verbi ratione sui est potens terminare humanam naturam eam sibi hypostaticè uniendo: ergò ratione sui continet eminenter equivalenter personalitatem creatam: ergò cum in hac primus effectus formalis sit independentia relata; hæc eminenter in illa continetur. Ad confirm. Respond. Personalitatem, ut ad intra terminantem, non esse independentem modo dicto; secus tamen, ut ad extra. Ratio discriminis est; quia, ut ad intra terminans naturam, supponit eam absolute existentem, & subsistentem; cum supponat eam summè fœcundam. Ut autem humanitas existat existentia Divina, solum requirit, quod sit natura personata, aut in supposito; cumque hoc habeat ratione personalitatis, ratione illius redditur independens ab alio, ut à sustentante. Per quæ patet ad urgentiam.

46 Respond. 1. ad arg.

Ad confirm.

Licèt solutione data sufficienter occurratur argumento; aliter, & meo videri solidius, Respond: asserendo relationes constituentes Divinas Personas esse per se subsistentes, non solum prout subsistentia dicit incommunicabilitatem, sed etiam prout dicit perfectatem independentiæ à sustentante. Sic M. Lezana dub. 7. de Trinit. Illust. Tapia, &

47 Alia solutio.

Mon-

Montalvan. PP. Salmant. eamque satis insinuat M. Ferre q.5. §.12. Probat.1. ex D. Thom. 1. p. q.30. art. 2. dicente: *Paternitas subsistens est persona Patris; & filiatio subsistens persona filij.* Idem habet q.40. a.2. ad 4. ergò relationes, ut subsistentes, sunt ipsæ personæ. Sed persona dicit utramque perfectatem, scilicèt, incommunicabilitatis, & existendi: ergò utraque convenit relationibus Divinis. Min. prob. quoad perfectatem essendi, & independentiæ. Persona Divina iuxta S. Doct. significat relationem per modum substantiæ per se subsistentem: ergò significat illam ut habentem esse substantiam completam in linea substantiæ. Atqui substantia, ut completa in ratione substantiæ primæ, & individuæ; dicit constitutivè perfectatem essendi, & independentiæ ab alio; ut constat ex his, quæ docent Thomistæ tract. de Prædic. substantiæ; constatque etiam ex S. Damas. cap. 23. in logica sic definiente substantiam: *Res per se existens, non indigens aliquo ad sui coexistentiam*: ergò si relatio ita constituit personam in Divinis, ut sit ipsa persona intransitivè, & ex hoc substantia prima, & individua; dicit ratione sui utramque perfectatem. Tota efficacia huius probationis reducitur ad sequentem discursum. Persona Divina, qua talis formaliter, est substantia prima, & individua: ergò qua talis est substantialiter completa intra lineam substantiæ ut sic; sed ad hanc spectat perfectas essendi, & non solum perfectas incommunicabilitatis: ergo.

48 Sanct. Doct. pluriès id ipsum asserit: tum quæst. de pot. art. 4. dicens* personam divinā dici ad se (intellige quoad expressionem personæ) quia significat relationem non per modum relationis, sed per modum substantiæ, seu formæ hypostaticæ.* Et quæst. 9. de pot. a. 3. prob. personam dari in Deo propriè,* quia dicit perfectionem, tam ex parte naturæ, quam ex parte modi existendi per se.* Unde 1. p. q.30. a. 4. impugnat asserentes personam esse nomen negationis, scilic. ob incommunicabilitatem, ut constat ex definitione illius tradita à Ricardo. Aitque sic definiri; non quia sit constitutivum primarium illius, sed quia sequitur ad esse subsistens distinctum in natura intellectuali. Rursus. Si personalitas Verbi ratione sui non dicit perfectatem essendi, & independentiæ in ratione substantiæ; unio humanitatis ad illam secundum sibi propria non esset positivè substantialis; cū negatio incommunicab. non sit propriè substantialis, & aliunde ab illa non accipiat esse relatum: ergò cum nequeat negari unionem hypostaticam fuisse positivè, & propriè substantialē, necesse est personalitatē Verbi ratione sui præstare perfectatem positivam essendi; qui est tertius modus dicendi per se. De quo agitur in *Postprædicam.* Hæc pronunc sufficiant.

Confirm. ex S. Doct.

Sed contra hoc obstat 1. Quia hoc est concedere relationes divinas dicere specialem perfectionem: cum talis perfectas independentiæ sit perfectio. Ad hoc Resp. PP. Salmant. negand. sequel. quia est de genere relativo; sicuti esto dicant specialem infinitatem in terminando; talis infinitas perfectio specialis non est. Sed quia admittimus pronunc illam perfectatem esse perfectionem perfectibilem, non tamen ad intra perficientem, concedimus sequel. Sicut enim iuxta Sanct. Doct. quæst. 9. de pot. art. 5. ad 3. *Relationes non sunt principium subsistendi naturæ divinæ; sed è contra.* Ita non perficiunt ad intra. Non enim illæ propriè sunt in personis, sed ipsæ intransitivè sunt personæ. Unde ad intra non comparantur ut perficientes, sed sunt perfectiones provenientes ex Deo summè perfecto, & subsistente *ut quod.* 49 Dices 1.

Dices 2. Esse independens ab alio ut sustentante, est ratione sui esse capax existere, & non indigere alio sustentante; sed relationes divinæ ratione sui non sunt existentes; quia cum existentia sit absoluta, non communicatur eis, nisi media substantia absoluta: ergò. Resp. Notando ex D. Thom. q. 9. de pot. a. 1. *Substantiam, quæ est persona, sive substantia prima, dici ultimum subiectum, quia non indiget extrinseco fundamento, in quo sustentetur, sed sustentatur in se ipso. Et* 50 Secundo.

ideò

ideò subsistere, quasi per se, & non in alio existens. Hoc not. dicimus aliquid requirere, vel exigere aliud ad existendum stare dupliciter, vel alio, tanquã suppositò; vel alio tanquam pertinente ad illius essentiam. 1. est proprium personæ; siquidem per hoc differt, tum ab accidenti immediatè inhærente supposito; tum etiam à natura creata, & partibus illam constituentibus: cum iuxta expressam doctrinam Sanct. Doct. existentia, utpotè ultima actualitas in linea essendi, non conveniat eis, nisi præcedente subsistentia. Ex quibus constat naturam indigere alio, in quo sustentetur; qua de causa non dicitur in se subsistere, sed in alio existere.

51 Sed quia in divinis pro priori ad personas datur existentia; & subsistentia absoluta, vi cuius verificatur *Deum ut præintellectum personis esse ut quod subsistentem, & existentem*, & aliunde nulla datur existentia relativa (quia hæc ex suo conceptu est absoluta, sicuti & essentia, cuius est actualitas), hinc provenit personam non actuari immediatè per existentiam, nisi virtualiter mediet natura divina, & ipsa subsistentia absoluta. Quare solum est immediatè, & ratione sui existens per se, si ly *ratione sui* excludat aliud suppositum, vel personam; non tamen, si excludat aliud subsistens *ut quod*, spectans ad illius essentiam. Hoc autem sufficit, ut de illa verificetur cum proprietate *in se ipsa sustentari*; & *in se ipsa subsistere* propter specialem eminentiam illius: eo quod pro priori ad personas non solum supponitur abstractum Deitatis, sed etiam hoc concretum, Deus *ut quod* perfectè existens, & subsistens, Creator, & Dominus universorum. Hinc disting. illam proposit. *esse per se independens &c. est posse immediate, & ratione sui existere*: si quod est per se independens, non supponit pro priori naturam summè perfectam, & existentem, & subsistentem *ut quod*, conced. Si naturam

52 adeò perfectam supponit, nego.

Aliud argum. potest obijci, scilicet, non rectè componi gratiam habitualem, aliaque dona radicari moraliter in gratia unionis; cum eo quod illa educatu r ex potentia obedientiali Animæ Christi; cum potentia hæc sit meta non repugnantia absque ullo debito. Resp. Hoc probare etiã de ipsa divinitate unita humanitati. Dilucide dicimus illud esse verum relatè ad Animam Christi D. secundum se sumptam, non verò formaliter, ut unitam personæ Verbi. Sub hac enim consideratione fuit naturalis Christo Dom. iuxta Magn. Par. in Enchirid. cap. 40. & de quo expressè Sanct. Doct. 3. p. q. 2. a. 12. suprà quod videndum illud Godoy tom. 2. in 3. p. disp. 33. §. 9. Quod explicari potest in visione beata; quæ licet educatur ex potentia obedientiali intellectus secundum se inspecti, non tamen, ut formaliter elevati per lumen gloriæ. Vel dic: eductionem formæ spectare ad genus physicum: cum autem exigentia, & ius ex gratia unionis proveniens, sint de linea moris; relinquitur locus, ut educatur gratia ex potentia obedientiali; cum sola anima sit, quæ physicè recipit ipsam. Si iterum obijc. radicationum moralem toties ponderatam relatè ad dona supernaturalia, esse imperfectam; proindeque potius deprimere sanctitatẽ, quam illam exaltare. Resp. Huiusmodi radicationẽ dici tantum moralem; non propter defectum exigentiæ, aut iuris ad talia dona; sed quia ad radicationem physicam requiritur unio physica proveniens à forma verè, & physicè informante subiectum, cui talia dona communicantur; eo quod se habet ut natura physicè talis. Quapropter quod gratia unionis, prout includit divinitatem, & personalitatem, non radicet physicè talia dona; potius extollit sanctitatem ab illa proveniente. De quo Illust. Godoy tom. 2. disp. 33. §. 6. & 9.

Quia plura testim. hic, & in anteced. adducta, asserunt *Christum ut hominem esse Deo gratum, ipsique amicabiliter dilectum*: cum sit filius naturalis Dei, & ex hoc constitutus à Deo hæres universorũ; possunt ab aliquo reputari ut inefficacia ad probat. humanitatem esse verè, & propriè sanctam per gratiam unionis: dicendo: in hoc concreto *Christus ut homo, vel*

Discrim. inter creatur. & Deum.

Alius Resp.

Aliud arg.

Resp.

53

Nota.

Præclud. quædam evasio.

vel ut subsistens in natura humana, ly *ut* posse appellare, vel supra ipsum suppositum includendo etiam; vel connotando unionem; vel supra ipsam naturam. Si primo modo accipiatur; videtur non posse negari Christum ut hominem esse sanctum, Deoque amicabiliter dilectum: non enim per unionem amisit, id quod ei essentialiter convenit. Quapropter difficultas est circa sanctitatem Christi ut hominis, ly *ut* appellante supra humanitatem; quam non prob. test. adducta. In cuius probationem sufficiat sequens exemplum: Nam Christus *ut homo* est filius naturalis Dei, & tamen talis filatio in vero sensu non convenit humanitati Christi Domini.

Resp. ex doctrina Sanct. Doct. 54 3. p. q. 33. a. 4. ex qua prob. & cum eo frequenter Theol. *Christum ut hominem non posse esse, aut dici, etsi sanctificatū per gratiam habitualem, filium adoptivum Dei.* Sunt enim aliquæ denominationes adeò propriæ personæ subsistentis in natura, ut ipsi conveniant ratione sui, ita ut, nec etiam *ut quo* de natura verificari valeant. Huiusmodi sunt denominatio Patris, & Filij: qua ratione natura nec etiam *ut quo* filia dicitur. Ex quo provenit, quod si Christus esset filius adoptivus Dei, persona Verbi ratione sui deberet esse extranea Patri, ut constat ex definitione adoptionis: quod repugnat. Aliæ vero sunt denominationes, quæ etsi primo, per se, & ut quod conveniant personæ, conveniunt etiam ut quo naturæ, in qua subsistit. Huiusmodi sunt denominatio operantis; geniti &c. Hac ratione verificatur de Christo ut homine esse subiectum Patri, fuisseque passum, & mortuum pro salute generis humani. Ex hac diversitate oritur denominationem secundi generis, convenientem Christo ut homini, verificari in vero sensu; licet *ut quo*, de ipsa humanitate, in qua subsistit. Verum quidem est denominationē sancti, Deo grati, ipsique amicabiliter dilecti, per se 1. afficere, & terminari ut quod ad personas, sive ad res subsistentes, ut prob. ex professò Div. Thom. 1. contr. Gent. cap. 96. & 2. 2. q. 23. a. 1. Constatque ex ipso amore amicitiæ, scilicet, *velle bonum alicui ex complacentia in illo in unione fundata*: idque confirmatur ex pluribus testim. Sacræ Script. ubi hæc denominatio *sancti*, & *amici* solum Personis attribuitur; idque observat Ecclesia in SS. invocatione. Attamen non ita privativè verificantur prædictæ denominationes de personis, ut etiam non verificentur ut quo de naturis earum, ut ipsa praxis testatur. Quinimò repugnat sanctitatem, & amicitiam verificari de persona creata, vel etiam increata, ut subsistenti in natura creata; nisi sanctitas etiam ut quo ad illam descenderet, eamque Deo gratam, & dilectam amicabiliter constitueret. Per quæ patet ad exemplum in contra. Unde primo concesso nulla est difficultas circa secundum. Nec enim esset verum * Christum ut hominem fuisse passum, & sepultum, aut meruisse nobis salutem æternam, * nisi hęc omnia in vero sensu conveniant saltim *ut quo* humanitati.

Resp.

Tandem nota. Quod dum dixi relationes dicere ratione sui infinitam perfectionem propter exigentiā identit. cum summo bono: hæc non sumitur utcūque, sed ut rei per se subsistentis in illo per summam identitatem, & sic est specialis perfectio, non communis alijs attributis. Dixi etiam præsertim num. 26. Personalitatem Verbi, esto ratione sui *perfectionem perfectam* non perficere *ad intra*. Cuius ulterior ratio est. Quia comparatio *ad intra* est, vel per ordinem *ad Deum ut plenissimè per se subsistentem, & existentem*, & hoc modo constat ad intra non perficere; cum hic Deus, ut perfectissimè subsistens, nō accipiat hanc perfectionem à personis; sed potius earū processio activa, & passiva summam Dei fœcunditatem supponit. Non enim ait S. D. * *Sunt principium subsistendi naturæ divinæ, sed è contra*: intellige radicaliter, & ideò perfectio perfectibilis. Vel potest fieri comparatio unius personæ ad aliam; ut patet in actibus notionalibus, & relationibns ad eos consequutis. Et adhuc in hoc sensu non dicunt perfectionem ad intra. Est enim expressum in S. D. * relationem Verbi v. g. posse acci-

55 Notatu dignum.

* q. 9. de pot. a. 5. ad 13.

* 1. p. 19. a. 4.

accipi, vel per modum relationis; vel per modum formæ hypostaticæ per se subsistentis. 1. modo dicitur relativè; 2. autem ex modo significandi dicitur absolutè, & per modum substantiæ: *Omnis enim res*, ait Magn. Par. 7. de Trin. *se subsistit*. Et insuper Sanct. Doct. *Pater non est persona filij, nec è converso*. Cum igitur personalitas Verbi, ello perfectio perfecta, prout à nobis ponitur, hęc cõveniat ei sub munere hypostasis constituentis Verbum in se, & per se subsistens; & non sub munere relationis, sub quo refertur ad intra; salvatur etiam in hoc sensu non esse perfectionem *ad intra* perficientem.

§. VI.

ALIA CONCLUSIO.

Divinitas est forma sanctificans formaliter, & cum proprietate humanitatem Christi Domini.

56 COnstat 1. ex dictis; si enim personalitas divina, quia dicit infinitam perfectionem, vel ad intra, vel saltim ad extra perficientem humanitatem, constituit illam sanctam, utpotè dignam omni dono gratiæ, & gloriæ; cum hæc ratio fortius militet in ipsa divinitate, à qua omnis perfectio divina virtualiter dimanat; potiori ratione debet ei concedi effectus formalis sanctificationis ad extra. 2. ratione: Id per quod *hic homo*, scilicet, *Christus*, constituitur dilectus Deo amicabiliter, & simpliciter, omni modo possibili Deo coniunctus, constituitur etiam formaliter sanctus; sed huiusmodi se habet divinitas respectu Christi ut hominis: ergò. Prob. min. Ratione divinitatis constituitur *hic homo*, scilicet *Christus, Deus*; pro quo videatur D. Thom. 3. p. q. 16. a. 2. ubi probat veritatem huius propositionis: *Christus in quantum hic homo est Deus*; & etiam art. 1. ubi etiam probat hanc propositionem: *Deus est homo*, esse etiam veram, per se, & in materia naturali. Sed hunc hominem esse substantialiter Deum est esse simpliciter modo possibili in esse hom. coniunctũ cum ipso, proindeque amicabiliter dilectum; cum dilectio amicabilis in unione cum Deo, & in elevatione ad esse divinum consistat: ergò.

Prob. 1. ex dictis.

2. Ratione.

Alia testim. adduci solent ex eodem Sanct. Doct. quæ videri possunt apud Illust. Godoy. Sed omitti non debet id, quod habetur sup. Ioan. cap. 1. ad illud: *Vidimus gloriam eius &c. plenum gratiæ, & veritatis*. Quæ verba exponit de gratia unionis, secundum quam plenitudo gratiæ dicitur singulariter de Christo: *Ad hoc enim* (ait) *datur alicui gratia, ut per ipsam uniatur Deo: ille ergò gratia plenus est, qui perfectissimè Deo unitur*. Et postquam probavit, neque per fidem, neque per charitatem haberi plenam coniunctionem hominum cum Deo; subdit: *In Christo autem, in quo natura humana est unita divinitati in unitate suppositi, est invenire plenam, & perfectam coniunctionem ad Deum, quia talis fuit illa unio, ut omnis actus, tàm divinæ, quàm humanæ naturæ, essent actus suppositi. Fuit ergò plenus gratia, in quantùm non accepit ab eo aliquod donum gratuitum speciale; sed, quod esset ipse Deus; ut dicitur ad Philip. 2. Dedit illi nomen, scilicet, Deus Pater Filio, quod est super omne nomen*. Et ad Rom. 1. *Qui prædestinatus est &c.* Postea verò eadẽ verba exponit S. Doct. singulariter de Christo ratione gratiæ habitualis, secundùm quam fuit specialiter plenus, quia illam habuit quantùm ad omnes effectus gratiæ.

57 Testim. special. S. D.

Ex quibus sic argum. Prob. 1. * Christum Dominum fuisse Sanctum, & Sanctissimum, quatenùs homo est, ante gratiam habitualem, & ratione gratiæ unionis; quod negant Scotistæ. * Donũ illud, per quod verificatur Verbum Dei factum hominem fuisse plenum gratiæ, & quasi Unigenitum à Patre, est donum, per quod fuit sanctificatus in esse hominis; tum quia aliàs in verbis relatis non fecisset mentionem Evangelista de sanctitate Christi, quatenùs homo est; tum quia plenitudo gratiæ est, vel provenit, ex plenitudine dilectionis Dei, quæ nequit stare absque dilectione amicabili, quæ est dilectio simpliciter Dei ad hominem; tum quia ideo di-

58 Formatur ratio.

dilectio infundens charitatem est amicabilis iuxta Adv. quia per illam Deus est in homine, & homo in Deo. Sed iuxta immediatè adducta *Christus ut homo* ante aliquod donum gratuitum speciale gratiæ habitualis fuit plenus gratia; quatenùs datum est ei, ut esset ipse Deus: ergò fuit quatenùs homo plenissimè sanctificatus per gratiam unionis, ut prob. ex Test. ibi adduct. ex Scrip. Deinde prob. 2. Huiusmodi sanctitatem provenire ab ipsa divinitate. 1. Quia sic præmittit S. Doct. *Ipsam gloriam Verbi determinat Evangelista*: quasi dicat: *Talis est eius gloria, quòd plenus est gratia, & divinitate.* Tum quia iuxta ipsum ideo fuit plenus gratia, quia humana natura ita fuit unita divinitati in unitate suppositi, ut quatenus homo esset ipse Deus. Istæ expressiones verificantur de Christo ratione divinitatis, & pròut aliquomodo distinguitur ab ipsa personalitate: ergò Christus ut homo fuit sanctificatus formaliter &c.

Prob. 2. aliud assumpt.

Confirm. His addi potest in confirmationem sequens discursus: Id, quod se habet de formali, ut operationes Christi Domini essent infinitè meritoriæ, Deoque gratæ, se habet etiam de formali ad illius sanctificationem; sed sic se habet Deitas formalitèr sumpta: ergo. Mai. const. & min. prob. Quod se habet de formali, ut operationes Christi Domini sint theandricæ, se habet de formali, ut sint Deo infinitæ gratæ, infinitèque meritoriæ; sed ad hoc se habet de formali ipsa Deitas; cùm esse operationem theandricam sit esse operationem Dei virilem, hoc est, Dei, & hominis, ad quod se habet de formali ipsa Deitas, tanquàm forma constituens Deum: ergò.

Nec obstat dicere: Id, quod formaliter non perficit humanitatem Christi Domini, non sanctificat eam formalitèr; sed huiusmodi se habet Deitas respectu illius: ergo. Mai. const. Quia sanctitas est formaliter perfectio, & addit supra illam. Min. traditur à Div. Thom. in 3. dist. 13. quæst. 1. art. 1. ubi ait: *Gratia principaliter duo facit in anima. Primò perficit ipsam formaliter in esse spirituali. Secundò perficit eam ad opus. Propter hoc duo oportet ponere gratiam in anima Christi; quia cùm sit perfectissima in esse spirituali, oportet quod sit aliquid perficiens illam formaliter in illo esse. Deitas autem non est formaliter, sed effectivè perficiens ipsam: unde oportet ponere aliam formam creatam &c.* Idem docet ad 3. loquendo de *illuminatione animæ Christi Domini.* Resp. ex notatis dub. 1. huius disp. ly *formalitèr* duplicem acceptionem admittere: uno modo, ut est idem, ac esse actu, & quòad essentiam tale; nihil enim formaliùs prædicatur de aliquo, quàm id, quod verificatur propriè de illo secundùm suum conceptum quidditativum, aut definitiv: in sua abstractione formali. In hac consideratione opponitur ei, quod tantùm *dispositivè*, aut *causaliter effectivè* dicitur tale. Alio modo accipitur, pròut dicit aliquid proveniens à forma physice informante subiectum, & donante ei aliquod esse specificum, ad quod consequitur ratio naturæ radicantis proprias operationes: quod est accipere ly *formaliter* in sensu stricto, & contrapositivè ad ly *materialiter.* Quando ergò Sanct. Doct. ait, Deitatem non perficere formaliter animam Christi Domini in esse spirituali, accipit ly *formaliter* in secundo sensu; unde consulto dixit *in esse spirituali*, quod habetur solùm à gratia, quæ est participatio Deitatis sub ratione naturæ. Quia tamen est unita eius anima Deitatis in unitate suppositi, taliter, ut hic homo sit Deus; ex vi illius constituitur formaliter, & in ordine hypostatico; proindeque sancta, quia plena Deitate, & ei intimè unita. Quare ly *effectivè* dictum de Deitate refertur ad perfectionem naturæ habitam ex vi gratiæ habitualis.

Resp.

59 Instabis.

3. constat ex pluribus testimonijs, quorum plurima relata sunt in principio dubij, in quibus affirmatur: *Divinitatem esse unctionem humanitatis Christi Domini; simulque Christum Dominum dici Sanctum propter Divinitatem.* Inter quæ testimonia clarior sunt, quæ adduximus ex S. Gregorio Nazianz. & ex Div. Basil. Dicere autem cum Mag. Lorca, nomine *Divinitatis* intelligi à SS. PP. personalitatem Verbi, pròut à Divinitate virtua-

60 Prob. 3. conclus.

li-

liter distinctam, est voluntarium; & rursus est asserere illos loquentes de mysterio Incarnationis non servasse proprietatem loquutionis, sed nimis confusè processisse, in mysterio adeò excellenti, & circa quod plures errores sunt exorti; quorum confutatio non efficaciter à SS. PP. consequuta erit, nisi dicatur eos de prædicatis divinis unitis humanitati clarè, & dissertè fuisse locutos. Videatur Illustr. Godoy circa præsentem difficultatem.

§. VII.

Occurritur fundam. M. Lorca.

61 OMissis pluribus argumentis, quæ contra prædictam conclusionem obijciunt Scotistæ, quæ ferè omnia soluta manent in principio huius disputationis. Omissisque etiam alijs argumentis, quorum solutio videri potest apud Illustr. Godoy; solum in præsenti proponam fundamentum speciale Mag. Lorca, quo movetur ad tuendam partem negativam, ut aliqua specialitate à nobis posita pro responsione eius inefficacia ostendatur. Ut autem prædictus Mag. probet Deitatem non sanctificare ratione sui humanitatem, asserit 1. illam non fuisse immediatè unitam humanitati; sed in tertio, scilicet, persona Christi subsistentis in humanitate, & Deitate; quam unionem comparat unioni caloris, & saporis in eodem subiecto, licet diversitas sit; quia extrema unionis, scilicet Deitas, & humanitas, sunt quid substantiale. Ita tom. 1. in 3. p. disp. 7. à n. 9. asserit 2. Divinitatem sub ratione naturæ fuisse unitam humanitati, non intrinsecè, sed extrinsecè. Ita disput. 36. numer. 8. ex hoc ait: *Quod à consortio humanitas Christi nihil accepit, sed quandam dignitatem extrinsecam.* Ita disp. 12. n. 27. & disp. 7. loco citato.

Notat. 1.

Secundo.

62 Ex his formatur argumentum. Nequit sanctificare verè, & propriè humanitatem, quod realiter intrinsecè non unitur humanitati; sed Deitas, prout differt à persona, non fuit realiter intrinsecè unita humanitati; ergò. Mai. constat, quia sanctitas extrinseca, est sanctitas concepta ad modum formæ intrinsecæ; estque formaliter ens rationis. Tum quia sanctitas est proprie interior renovatio animæ secundum spiritum. Min. prob. Quod nullum esse reale intrinsecum præstat humanitati, non unitur ei realiter intrinsecè; sed Deitas qua talis nullum esse reale intrinsecum præstitit humanitati; quia illud esset de linea naturæ, vel assigna aliud: ergò.

Arguit.

63 Nec valet dicere 1. Deitatem præstare esse intrinsecum sanctificationis, & de linea morali; licet non præstet aliquod esse intrinsecum de linea physica; hoc enim in humanitate fuit existentia, & subsistentia; à quibus differt Deitas in ratione naturæ. Non, inquam, valet 1. Quia de hoc est quæstio; & augetur difficultas; nam omnis perfectio moralis supponit perfectionem physicam: ergò quod minimè perficit, quoad esse physicum, nec perficiet quoad esse morale sanctitatis. 2. Quia sanctitas etiam est physica perfectio subiecti. Urg. hoc. Talis perfectio moralis de linea sanctitatis in humanitate fundatur in aliquo intrinseco, quod humanitas à Deitate accipit. Aliàs sine fundamento ponitur sanctificari per illam. Sed tale fundamentum est de linea physica, ut patet: ergò si nihil physicum accipit &c.

Si dicatur 1.

Instat.

Secundo.

64 Nec valet dicere 2. Humanitatem accepisse a Deitate esse deificatam, ut SS. PP. loquuntur, quam deificationem explicant exemplo ferri ignitii. Unde super hanc deificationem physicam fundatur ratio sanctitatis. Non, inquam, valet, quia hoc inexplicatam relinquit difficultatem: Nam humanitatem esse deificatam, vel dicit esse unitam Deitati, vel dicit aliquid aliud? Primum non sufficit: quia nequit assignari tanquam effectus formalis proprius alicuius formæ esse unitam subiecto; sed aliquid aliud, ad quod deservit talis unio. Quod patet à simili in alijs formis, quibus incongruè assignaretur pro effectu formali ipsarum, esse unitas cum subiecto: Si secundum; illud aliud solum potest esse id, quod formalissimè

Si dicas 2.

mè dicit *Deitas*, scilicet, constituere *Deum*, aut esse radicem attributorum, eius à se &c. sed nihil horum præstat humanitati, ut patet: ergò.

Urgetur. Quod sic urg. Nam etiam humanitas propter unionem cum alijs attributis in eadem persona, dicitur omnipotentiata &c. quin ex hoc sit verum *omnipotentiam, æternitatem &c.* aliquem effectum formalem intrinsecum de linea physica ei præstitisse: ergò.

Confir. 1. Confirm. 1. Talis est effectus formalis formæ, qualis est forma: ergò sanctificatio humanitatis per Deitatem, vel est realis, & physica, vel solum moralis? Si 1. ergò Deitas unitur physicè, & per modum formæ physicæ humanitati, quod repugnat.

Secundo. Si 2. ergò solum erit sanctificatio extrinseca; & rursus erit inferior sanctitate, quam accipit à gratia physicè sanctificante, & tribuente esse Deum per participationem.

Secundo. Rursus. In Deitate munus sanctitatis consequitur ad munus radicis virtualis visionis, & amoris &c. ergò si sub secundo munere nequit humanitati uniri; nec pariter sub ratione sanctitatis.

65 Relictis pluribus, quibus prædicta doctrina potest impugnari, præsertim quantùm ad illa, quæ asserit de unione divinitatis, & humanitatis, scil. esse extrinsecam, & solùm in tertio, quia cùm hoc sit persona Verbi indistincta à Deitate, solùm secundùm rationem; reverà talis unio non est in 3. adæquat. Item, quantùm ad id, quod asserit, divinitatem tantùm uniri extrinsecè humanitati, continet meo videri aliquid apertè falsum: de quo plura alibi. Quantùm ad præsens assertum circa sanctificationem. Resp. Divinitatem non solùm effectum moralem sanctificationis; verumetiam aliquid physicum, reale, & intrinsecum præstare ipsi humanitati. Assumptum prob. ex communi locutione PP. asserentium, humanitatem per unionem hypostaticam fuisse Deificatam; quę locutio nequit negari esse locutionem veram in sensu proprio. Modò restat scire, quid sit ex parte obiecti talis deificatio? Ad hoc Resp. ex doctr. Div. Thom. 3. p. q. 2. art. 1. ad 3. ubi asserit: *Carnem Christi Domini fuisse deificatam, quia facta est Verbi Dei caro.* Et rursus ibi quæst. 16. art. 7. ad ult. ait: *Quòd natura humana per mysterium Incarnationis facta est natura Filij Dei.* Ratio etiam convincit: Natura humana est verè, & propriè natura illius, qui substantialiter subsistit in illa; sed Filius Dei, & Deus verè, & propriè dicitur subsistere in natura humana: ergò verè, & propriè est natura Filij & natura Dei. Hoc idem prob. ex illo Symboli: *Non conversione Divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.* Cùm autem hæc assumptio non sit, ut humanitas sit Deus; restat, ut sit assumpta ad hoc, ut sit verè, & propriè natura Dei.

Probat: Deit: præbere effect: form physicum

Hoc exẽplo solvuntur instant.

66 Hoc supposito tanquàm certo, iàm apparet deificationem humanitatis consistentem in eo, quòd verè, & propriè sit natura Dei, importare aliquid physicum, ut de se patet; insuperque hanc physicam terminationẽ, & intrinsecam denominationem convenire humanitati tanqnàm à forma, ab ipsa Divinitate. Ratio est 1. Nàm forma præstans talem denominationem, scilicet, *esse naturam Dei*, non potest esse aliud, nisi Deitas. 2. Nàm sicuti à personalitate Verbi habet natura humana, tanquàm à forma, quòd sit humanitas *personæ Verbi*; ita pariter à Deitate habet, quòd sit *natura Dei*, sive *natura, in qua Deus subsistit.* Unde licèt natura humana non acceperit à Deitate, quòd esset natura; ab illa tamen accepit, quòd esset *natura Dei*; sicut à filiatione accepit, quòd esset *natura Filij.* Cùmque in hoc importetur quid physicum, vel intrinsecum humanitati, ut unitæ Deitati; ideò accepit aliquid physicum à Deitate, tanquàm à forma; supra quod fundatur munus sanctificationis; cùm talis denominatio physica sit excellentiss. & ultra quod non potest elevari. Unde redarguo contra Mag. Lorca: Ideò iuxta ipsum personalitas Verbi sanctificat humanitarem, quia ab illa accepit verè *esse humanitatẽ Filij Dei.* In quo complexo apparet esse gratam Deo, & cum iure ad vitam æternam; Sed iuxta supra dicta etiam accepit à Deitate *esse naturam Dei*, in quo complexo non minor excellentia continetur: ergò etiam ab illa fuit sanctificata

Explic.

Sed &c.

67 Sed ut dicta magis percipiantur, dices: Illud esse physicum, quod dicitur fuisse præstitum à Deitate, non
Instab. 1: est esse existentiæ, aut subsistentiæ; cùm istæ virtualitèr distinguantur à natura divina: ergò solùm restat, ut
Resp: 1: sit esse essentiæ, quod nequit dici; cùm essentiæ sint sicut numeri. Resp. 1. Prædictam numerationem solùm tenere in creatis attenta natura rerum; at verò cùm Mysterium Incarnationis superet omnem intelligentiam naturalis rationis, in quo factum est, ut eadem persona sit verus Deus, & verus homo; ideò humanitas accepit à Deitate, non quidèm formaliter esse
Secundo: essentiæ, existentiæ, & subsistentiæ, sed esse *naturam Dei*. 2. Resp. ex hoc dicendo, quòd Deitas ratione sui præstitit humanitati esse essentiæ, & naturæ, *in hoc*, scilicet, Deo, licèt non acceperit esse naturæ *ab hoc*, quod est dicere:* humanitas nõ accepit per assumptionem, vel per Deitatem, quòd esset *humanitas*, & *natura*, accepit tamen, quòd esset *natura Dei*, sicut à personalitate Filij accepit, quòd esset *natura Filij*.*

68 Sed dices contra hoc. Si Deitas præstaret humanitati aliquem effectum physicum proprium sui, vel
Replic. esset effectus physicus *subsantivè*, vel tantum *adiectivè*? 1. nequit dici; in 2. nihil speciale dicitur de Deitate relatè ad alia attributa: ergò doctr. data est nulla. Min. quoad 1. part. prob. 1. Effectus quasi formalis physicus *subsantivè* Deitatis, est constituere Deum; cum subsantivum tam ex parte nominis, quam ex parte sui concreti constituti per Deitatem, sit Deus. Sed Deitas nequit constituere humanitatem Deum: ergò. 2. Eo personalitas præstat humanitati aliquem effectum physicum *subsantivè*, quia in se est terminus, & complementum humanitatis; ideòque ratione sui illam terminat, & complet. At qui Deitas ratione sui, nec est Deitas humanitatis, nec complementum illius in ratione essentiæ: ergò non præstat &c. Quoad 2. prob. Deitatem præbere effectum physicum *adiectivè* humanitati, est reddere illam sibi unitam, aut existentem in Deo, tanquam in supposito. Sed etiam sapientia v. g. facit, quod humanitas assumpta sit in Deo sapiente, tanquam in supposito: ergò

Resp. neg. min. quoad 1. part. 69
Ad 1. prob. Resp. dist. mai. Effectus physicus &c. ut communicatæ per essentiam, conc. mai. per gratiosam Resp:
unionem, subdist. Ut cumque, neg. maior. Per gratiosam unionem cum humanitate in eadem persona, ut ex illis resultat hoc concretum primo, & per se *Deus homo*; conc. maior. & conc. min. dist. c nseq. cum eadem dist. de ly effectus physicus *subsantivè*, proveniens ab illa ut communicata per essentiam, vel per gratiosam unionem. Præter hoc subsantivum *Deus* essentialiter proveniens à Deitate, datur aliud subsantivum post Incarnationem ab illa proveniens, scilicet, *esse naturam Dei* in ea subsistentis, vel hoc, *homo Deus*: cum sit unio subsantialis in eadem persona, taliter, ut considerata tam Deitate in ratione naturæ, quam humanitate in ratione talis, per se ingrediantur de formali ad constituendum tale concretum, & si velis unica voce illud exprimere; hoc concretum *Iesus*, aut *Christus*. Per quæ patet ad 2. prob. Nam licet non sit complem. absolutè humanitatis, est tamen illius ut assumptæ in Deum; & per quã humanitas trahitur, ut sit *Dei*, & in Deo, ut persona ex eis composita. De quo S. D. 3. p. q. 2. a. 4.

Dices 2. Ideò natura humana 70
per assumptionem est natura Dei, quia facta est natura Filij, & Filius est Instab: 2:
Deus: ergò utrumque accepit à personalitate Verbi. Ad hoc Respond. 1. Quòd licèt Filius Dei sit Deus, attamen Incarnatio quòad subsantiam non integrè explicatur dicendo, Filium Dei esse verum hominem; sed necesse est addere: *Filium Dei esse Deum, & verum hominem*; sive *quòd eadem persona Filij sit Deus, & homo*, ut constat in Symbolo, ubi dicitur: *Ut credamus, & confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus, & homo est &c.* Et: *perfectus Deus, perfectus homo, æqualis Patri secundùm Divinitatem, & minor secundùm humanitatem*. Hoc enim significatur per hoc nomen *Christus*, scilicet, *Deus homo*. Unde licet ly *Deus*

solùm supponat pro persona Filij, significat tamen de formali ipsam Divinitatem assumptam in Deum. Similiter licet humanitas fuerit unita immediatè cum personalitate Filij, totum hoc fuit ordinatum (ut sic loquamur) ut ex tali unione fieret *Christus*, hoc est, *Deus homo*. Videatur Div. Thom. 3. p. quæst. 16. art. 1. & 2. ubi ait: quod hæc propositio: *Deus est homo*, est vera per se; sicut hæc: *Homo est Deus*.

71 Ex his constat discrimen inter Deitatem, & Deificationem convenientem humanitati; & inter alia attributa divina, scilicet, omnipotentiam, æternitatem &c. Nam etsi etiam sint unita humanitati, & similiter post Incarnationem illa humanitas sit omnipotentis: attamen Incarnatio per se primo est facta, ut Deus esset homo, & homo Deus: hoc est Christus. Non autem, ut esset homo omnipotens, æternus &c. cum sint propositt. falsæ; ideòque est verum per se humanitatem assumptam fuisse, ut esset Dei humanitas, & simul filij.

72 Sed esto dicta sint vera, & solidè fundata; attamen illud principium, cui innitur Mag. Lorca, scilicet, ad sanctificationem realem intrinsecam præstandam humanitati, prærequiri præstare aliquod esse physicum ratione sui, est falsum. Aliud enim est, perfectionem moralem præsupponere in eadem forma perfectionem physicam; aliud vero, quod non possit alteri subiecto præstare perfectionem moralem, quam in se præcontinet; quin per prius præstet ipsi perfectionem physicam; ut patet in essentia divina, quæ frequenter admittitur ab AA. extra Scholam Thom. de facto unita per modum speciei intelligibilis mentibus beatorum, in qua licet esse repræsentativum intelligibile supponat in ipsa essentia esse substantiale physicum, constitutum per rationem entis à se, vel substantiæ immaterialis radicaliter intellectivæ; unitur sub munere repræsentationis, & non sub alijs muneribus: & hoc quidem, quia beatus solum indiget essentia divina quoad illud munus, non quoad aliud. Idem dicendum in casu præsenti. Et rursus; propter repugnantiã, quæ datur, ut humanitas accipiat à Deitate sub ratione naturæ, vel prout differt ab existentia, & subsistentia, aliquod esse physicum.

Alio ex capite occurritur arg.

Advert. 1

73 Ulterius advertendum, quod admis. Deitatem non uniri immediatè humanitati, sed in persona Verbi (de qua locut. vide M. Bolivar) ex hoc non probatur aliquid contra dicta: cũ sufficiat uniri in persona. Patet hoc in calore recepto immediatè in ligno; & non in materia prima iuxta sententiam D. Thom. Et tamen sicut physicè denominat lignum calidum, denominat materiam primam physicè dispositam, licet remotè, ad receptionem formæ ignis. Similiter generatio substantialis recepta in composito genito, & mediatè in materia prima, hanc denominat physicè realiter mutatam de privatione ad formam: ergo Deitas unita substantialiter humanitati in persona Verbi denominat, & constituit Christum hominẽ Deum; & ipsam humanitatem, cum qua unitur physicè, deificatam, hoc est factam naturam Dei, & hoc non adiectivè, sed substantivè; quia licèt non sit substantivè Deus, nec Deitas; est tamen substantivè natura Dei, non sola, sed simul cum Deitate.

Secundo.

74 Notandum insuper, quod licèt esse physicè deificatum proveniat à Deitate; non provenit per informationem, sed per terminationem, secundum quam humanitas unitur Deitati. Et quamvis ad talem physicam denominationem comparetur Deitas ut forma, secundum id, quod forma dicit de actualitate, & perfectione; non tamen secundum id, quod dicit de physica informatione; quia hęc necess. admiscetur cum aliqua potentialitate. Eadem doctrina explicatur, qualiter essentia divina uniatur per modum formę intelligibilis. & personalitas humanitatem reddat formaliter subsistentem; ad quem effectum præstandum comparatur ut forma, hoc est, illum præstans per intrinsecam communicationem.

Tertio.

***

§. IX.

§. IX.

Annotat. & corollar.

75 CONtra doctr. datam n. 55. in fine potest sic objici. De relatione Verbi sub munere hypostasis verificatur constituere personam prout ad intra; & tamen non constituit illam prout refertur ad Patrem: ergò quamvis illius perfectio non conveniat ipsi prout refertur ad Patrem, erit perfectio illius prout ad intra. Resp. concesso antec. neg. conseq. Ratio discrimin. est; quia persona in sui constitutione dicit esse quid subsistens distinctum in natura intellectuali. Ita Sanct. Doct. 1. p. q. 29. a. 4. unde licèt expressio relationis ad Patrem, aut distinctio ab illo relativè accepta, non sit de ratione personæ qua talis; secus vero radix, aut exigentia illius: quare meritò constitutio in esse personæ est constitutio ad intra. At vero de ratione perfectionis non est comparatio ad aliam personam, nec formaliter, nec exactivè; quia solum dicit reddere personam Verbi ita in actu, ut nihil deficiat ei ex his, quæ ipsi debentur; quapropter non exprimit esse perfectionem illius prout *ad intra*; prout hæc dictio sumitur à Theol. sed esse perfectionem in se, & ad se perfectam.

Replica contra ante dicta

Resp.

Doctrin. scitu digna q. 8. de pot. a. 4. ad 7.

76 Ex dictis toto hoc dubio colliges 1. Personalitatem Verbi secundum proprium conceptum, etiam si non dicat specialem perfectionem, nec ad intra, nec ad extra positivè perficientem, reddere humanitatem Christi Domini impeccabilem; proindèque esse ratione sui sanctitatem negativam. Ratio est: Nam etsi non dicat positivam perfectionem modo dicto, repugnat ei titulo prædicati divini influere ut quod in peccatum, aut denominari peccans ut quod: ergò ratione sui dicit repugnantiam cum eo, quod operationes ab humanitate sibi personaliter unita procedentes, sint actiones peccaminosæ, proindèque ratione sui reddit humanitatem impotentem peccare.

Illatio 1.

77 Sed dices. Repugnantia cum peccato provenit, & fundatur in positiva bonitate, & perfectione; malo enim ut tali solum opponitur bonum; ergò implicat personalitatem ratione sui præstare humanitati repugnantiam ad peccandum, & illam positivè non perficere. Respond. neg. mai. universaliter intellectam. Sufficit enim ratione sui dicere perfectionem, aut ratione sui identificari cum summo bono; siquidem, quod influit ut quod in peccatum, & denominatur peccans, nec ratione sui est summa bonitas, nec ratione sui exigit identitatem cum summo bono. Quod explicari potest in propria personalitate Verbi, quæ ratione sui pugnat cum nihilo; eo quod, esto ratione sui non dicat specialem existentiam, exigit tamen summam identitatem cum illa.

Dices.

Resp.

78 Colliges 2. Nullum apparere inconveniens in eo, quod humanitas Christi Domini sanctificetur, tum per personalitatem, tum per divinitatem; sicuti nullum est inconveniens (quod probatum relinquimus) quod ab utraque infinitè perficiatur. Cum enim tali infinitæ perfectioni; ut sortiatur denominationem sanctitatis, sufficiat præbere ius humanitati, illamque reddere obiectum congruũ dilectionis amicabilis Dei; cum hoc totum præstetur ab utraque, etiam ab utraque formaliter sãctificatur. Nec obstat, quod de ratione sanctitatis est esse primam radicem donorum supernaturalium; & ponere in humanitate Christi Domini duplicem radicem donorum supernaturaliumvidetur repugnans. Non, inquam, obstat 1. Quia de ratione sanctitatis non est, quod sit prima radix absolutè; sed sufficit esse radicem; ut patet in gratia habituali sanctificante humanitatem Christi Domini; quæ quidem cum radicetur moraliter in ipsa Deitate, non potest dici absolutè prima radix. Quod si ad hæc dicatur, gratiam habitualem esse primam radicem in suo ordine, scilicet, in ordine gratiæ accidentalis; etiam Nos dicimus (& est secunda solutio) quod personalitas est prima radix in ordine personali infinitè perficiente humanitatem; divinitas vero in ratione sanctit. Dei per essentiam, & per modum,

Secunda.

Si dicas.

Resp.

dum naturæ ad intta sanctificantis, sed tamen derivantis ad extra gratiam habitualem, ut formalem participationem.

79 Et quamvis personalitas, & Deitas, ut ad extra sanctificant humanitatem, sint una indivisibilis real. sanctitas, ideòque re ipsa æqualiter sanctificent: si tamen fiat distinctio ex nostro modo concipiendi, in eodem sensu perfectior est sanctificatio proveniens à Deitate, quam à personalitate Verbi; Tum quia Deitas, utpotè radix virtualis omnis perfectionis divinæ, exprimit maiorem perfectionem secũdum rationem nostram. Tum quia, quod personalitas perficiat ad extra humanitatem, habet à Deitate tanquam à radice. Ex qnibus inferes, quod etsi nostro modo concipiendi prius, quasi ordine executionis, personalitas sanctificet humanitatem; ordine dignitatis prius

80 sanctificat illam divinitas propter rationem dictam.

Tertia.

Instabis. Nec dicas. Quod si humanitas sanctificatur, tum personalitate Verbi, tum Deitate, erit sanctior Deo saltim extensivè; siquidem Deus

Resp. ipse solum Deitate sanctificatur iuxta Thom. opinionem. Resp. neg. sequel. Nam tota sanctificatio proveniens humanitati à personalitate Verbi cõtinetur eminenter in ipsa Deitate sanctificante Deum per essentiam. Rursus. Cum sanctificatio proveniens à personalitate, sit tantum infinita per communicationem, est quasi diversi ordinis à sanctitate conveniente Deo per essentiam: inter ea autem quæ sunt diversi ordinis non est compar. Tandem inferes utrmq. sanctific. dicendã essephysicã, tum propter unionem physicam realem, & intrinf. cum humanitate, tum quia hoc, quod est reddere humanitatem dignam omni dono gratiæ, & gloriæ, convenit ipsi physicè Theologicè, hoc est, ab intrinseco, & ex natura rei, & independenter ab ullo favore extrinseco gratiosè superaddito. Et quamvis radicatio donorum supernaturalium tantum sit moralis; non est moralis moralitate extrinseca, nec ob defectum perfectionis, & dignitatis ex parte illarum; sed quia non uniuntur per physicam informationem dicentem imperfectionem, quæ erat necessaria ad radicationem physicam donorum supernaturalium, de quo alibi. *Et hæc de hoc dub. & toto opere.* Utinam cedant in aliquale obsequium SS. Trinitatis, Bmę. Virginis Genitricis Dei Mariæ, SS. Patriarchæ Dominici, SS. Ecclesiæ DD. Aug. & Thom. necnon Seraphicæ Doctricis S. Catharinæ Virginis Senensis.

Quarta.

OMNIA SVB CORRECT. S. R. E.

IN-

INDEX
RERUM NOTABILIUM, HUIUS TOMI QUINTI.

A

AMor est quædam immutatio appetitus ab appetibili. fol. 17. num. 2.

Amor positivus repugnat in signo antecedenti signum gratiæ efficacis. fol. 21. n. 12.

Affectiones subitæ ad quid deserviant? fol. 43. n. 24.

Nomine actus humani intelligitur etiam, qui interpretativè est talis. fol. 49. n. 11.

Ut Angeli desertores orassent, egebant physica præmotione, ipsis sine culpa negata. fol. 60. n. 4.

Actus potest omitti liberè absque potestate acquirendi, id quod requiritur ad sui existentiam. fol. 60. n. 4.

Argumentum negat. in rebus ad fidem pertinentibus, validissimum est. fol. 73. n. 38.

P. Augustinus in quæst. ad Simplic. meminit gratiæ efficacis. fol. 73. n. 39.

Agens impediens dispositiones ad formam, activè impedit ipsam. fol. 84. n. 24.

Ad actus supernaturales in xta Thomistas necessario requiritur principium intrinsecè elevans. fol. 95. n. 53.

Actus supernaturales in Christo, & B. V. processerunt cum dependentia à cognitione supernaturali moraliter moventi. fol. 95. n. 54.

Non attentio voluntatis ad regulam rationis non est dissensus negativus. fol. 102. n. 73.

Argumentum de iusta increpatione creaturæ in casu divinæ præscientiæ solvitur à S. Hieronymo. fol. 106. n. 58.

Assensus præstitus vocationi, est iuxta Concil. Trident. positivus. fol. 109. n. 1.

Assentire est cooperari, & non merè negativè se habere. fol. 110. n. 4.

Assensus præstitus vocationi est iuxta SS. PP. & D. Ang. positivus. fol. 112. n. 8. & seq.

Assentiri vocationi ad fidem est ipsum credere. ibi.

Quare actus fidei dicatur assensus? ibi.

Assensus, & velle obiectum non sunt duo actus, sed expressiones eiusdem actus? fol. 113. n. 10.

Acceptatio libera gratiæ quid sit? ibi. n. 11.

Amor, quo quis 1. diligit Deum, non est præmium consensus negativi. fol. 126. n. 3.

Quod Adamus careret gratia efficaci, ad vitationem primi peccati unicè fuit pendens ex libera Dei volunt. Idemque de 1. peccato quod precess. negat. D. Petri. fol. 136. n. 34. & 55.

Auxilium fluidum causat primo affectionem subitam. fol. 202. n. 1.

Arg. Jesuit. non favent consensui negativo. fol. 214. n. 35.

Augustinus tantum disputativè tradit dispositiones vocationum, ut unus consentiat, alter vero resistat, in q. 2. ad Simplic. fol. 215. n. 38.

August. P. non rectè adducitur ad probandum, quod vocatio est exercitè congrua ad consensum negativum ratione solius subitæ affectionis. fol. 230. à n. 21. usque 24.

Affectio subita non determinat subiectivè voluntatem ad consensum, sed tantum obiectivè. fol. 233. n. 32.

Affectio subita est motus resistibilis à voluntate. ibi.

Affectio sancta subita, nec ratione intensionis superantis contrariam cupiditatem, habet congruitatem exercitam ad consensum negativum (admisso quod detur) fol. 237. n. 6.

Affectio sancta non determinat, sed tantum inclinat voluntatem ad consensum. fol. 247. n. 34.

Acceptiones huius vocis *moralis*. fol. 307. n. 11. & seq.

Adoptionis definitio, & conditiones ad illam requisitæ. fol. 350. n. 23.

Amicus dicitur alter ego. fol. 318. n. 42.

Amare aliquem, est ipsi velle bonum. ibi. n. 43.

Adamus informatione Evæ non se gessit ut formaliter vivens. fol. 328. n. 21.

Acceptiones huius termini *effectivè*, & quid propriè significet. fol. 436. n. 22. & 23.

Actus remissus charitatis meretur de condigno augmentum charitatis. fol. 443. n. 40.

Acceptiones variæ sanctitatis. fol. 473. n. 1. & seq.

Amor Dei est effectivus, & causat bonitatem in rebus. fol. 495. num. 17.

Angeli in Sacra Scriptura spiritus dicuntur. fol. 503. n. 44.

Anima, & spiritus quomodo differant. ibi.

Amicitia, est mutuus amor benevolentiæ. fol. 515. n. 37.

Actus non contrariatur directè habitui, sed indirectè. fol. 606. n. 23.

Actus charitatis dicitur pœnitentia implicita, quia eminenter, & per modum imperij continet actum contritionis. fol. 623. num. 9.

Avaritia, quare dicatur, quod est simulachrorum servitus. fol. 640. n. 18.

Agens procedens de potentia ad actum prius se exercet per actum imperfectum, quam perfectum. fol. 653. n. 18.

Actus charitatis elicitus à Christo D. in instanti suæ conceptionis, fuit meritorius nostræ redemptionis, & regulatus visione beata. fol. 687. n. 28.

Amicitia hominis cum Deo adæquatè sumpta, dicit duo; scilicet, terminare dilectionem amicabilem Dei, & posse redamare amicabiliter ipsum Deum. fol. 724. n. 15.

Aperire cor pulsationi Diaboli, est peccatum grave. fol. 166. n. 22.

Aperire ostium cordis Deo pulsanti, est gratia specialis. ibi.

* Apertio cordis nostri, non est à Deo, sed à nobis,* est propositio clarè falsa. fol. 145. n. 13.

Adami peccatum ortum duxit tanquam à causa exteriori à Dæmone; tanquam à causa interiori à iudicio inconsiderato. fol. 148. n. 21.

B

IN brutis non reperitur consensus proprie talis. fol. 117. n. 20.

Bona, quæ Deus operatur in nobis per gratiam salutarem. ibi. n. 21.

Bonum non aliter exercet sui causalitatē nisi gratia sui ametur. f. 33. n. 44.

Bellatores Israel sine gratia prædeterminanti non constituerunt David Regem. fol. 230. n. 22.

Beatitudo formalis dicitur ultima perfectio ut *quo*, quatenus per illam homo possidet, & consequitur Deum. fol. 534. n. 31.

Bayus non servat consequentiam doctrinæ. fol. 154. n. 37.

Beatus Ægidius non concedit libertatem purè passivam. fol. 172. n. 37.

C

COnsensus negativus pugnat cum pura omissione libera. fol. 5. n. 10.

Ex consensu negativo sequitur Adamum in eodem instanti operatū fuisse benè, & malè. fol. 6. n. 12.

Non est extremum libertatis contrarietatis, nec contradictionis. fol. n. 14.

Non est id, in quo primo splendet dominium libertatis intra ordinem gratiæ. fol. 7. n. 15.

Ex consensu negativo sequitur, quod libertas ad positivè salutariter agere sit minus præcipua. fol. 14. n. 32.

Et etiam media ut utilia, esse obiectum primarium voluntatis. ibid. n. 33.

Consensus negativus nequit provenire à vocatione Dei, ut à causa finali. fol. 20. n. 10.

In systemate consensus negativi voluntas sola se determinat ad illum. fol. 43. n. 25.

Ad consensum negativum requiritur indifferentia subiectiva in voluntate. fol. 44. n. 26.

Per consensum negativum nō rectè explicatur, quod Deus non deserat voluntatem, priusquam deseratur ab ipsa. fol. 45. à n. 1. & seq.

In systemate consensus negativi gratia efficax confertur ex meritis consistentibus in exercitijs negativis. fol. 47. n. 6.

Consensus negativus ponitur actus humanus interpretativus. fol. 49. n. 11.

Consensvs negativus (si datur) cadit sub consilio: Aliàs Deus nimis quærulus esset. fol. 52. n. 16.

Causa finalis, causat, ut sit, efficiens vero, quia est. fol. 57. n. 28.

Necesse est consensum negativum à gratia Dei discretiva provenire. fol. 68. n. 32.

Consensus negativus eisdem præmittur difficultatibus, ac gratia ab intrinseco efficax. à fol. 58.

Consensus negativus opponitur omnibus principijs Thomistarum in materia de gratia. fol. 61. n. 8.

In sententia consensus negativi, quod gratia sit exercitè congrua, provenit ex determinatione creaturę. fol. 63. n. 13.

Talis consensus tollit necessitatem orationis. ibi. n. 14.

Causa conexa, & irresistibilis determinans non solum substantiam actus, sed etiam modum illius, non pugnat cum libertate. fol. 66. n. 23.

Positio consensus negativus succumbit Jesuitæ intrinsecarg. contra gratiam efficacem. fol. 70. n. 32.

In sententia tuentis consensum negativum donum perseverantiæ est in nostra potestate. fol. 71. n. 33.

Causa necessaria, & contingens, quæ dicenda sit iuxta litteram D. Th. fol. 75. n. 43.

Quid dicat causa contingens? fol. 76. n. 47.

Contingentis, & necessarij propriè acceptio. fol. 77. n. 42.

Omnis causa alteram impediens, debet impedire à priori. fol. 83. n. 20.

Causa ex terminis non dicit activitatem. fol. 84. n. 22.

Consensus negativus non est dispositio ad Dei operationem. fol. 86. n. 30.

Cognitio practica essentialiter est repræsentativa boni. fol. 27. n. 28.

Repugnat consensus præstitus vocationi Dei, in signo talis vocationis. fol. 91. n. 45.

Quomodo causa finalis sit prior efficienti in operando? fol. 92. n. 47.

Sancta cogitatio quando dicatur vocatio, & quando excitatio. fol. 95. n. 55.

Creatura minimè impedire valet scientiam visionis dissensus, vel consensus. fol. 105, n. 84.

Cum quo componitur quod sit iustè increpabilis. fol. 106. n. 87. & 88.

Consensus negativus minimè probatur ex Concilio Tridentin. fol. 109. à n. 1. & seq.

Consensus præstitus vocationi Dei est iuxta D. Bernardum positivus. fol. 114. n. 14.

Sententia consensus negativ. non explicat verba Concil. Trid. sess. 6. can. 4. fol. 166. n. 21. & 22.

Concilium. Trid. non salvat libertatem per potestatem impediendi gratiam efficacem. fol. 118. n. 15.

Ex consensu negativo sequitur gratiam ad 1. velle, & ad 1. fidem dari nobis ex meritis. fol. 126. n. 3.

Conversio in Deum in negatione dissensus consistens non est ad mentem D. Th. fol. 126. n. 4.

Con-

Conversionem contentam in verbis Zachariæ. 3. pendere à consensu negativo, nec est ad mentem Concil. Trid. nec P. Aug. nec Præcept. Ang. fol. 126. à n. 5. & seq. usq. ad 18.

In quibus probatur, quod conversio de qua loquitur textus, est positiva. ibid.

Causalitas cuiuslibet causæ designata. fol. 33. n. 42.

Causa finalis est perfectissima inter causas. ibi. n. 43.

Inter causam efficientem, & finaiem datur mutua causalitas. ibi.

Causare nihil aliud est, quam influere. ibi. n. 44.

Congruitas vocationis idem est, ac illius efficatia. fol. 203. n. 6.

Causa perficiens actus, est distincta à causa moraliter in illos influenti. fol. 405. n. 8.

De ratione causæ perficientis est necessaria connexio cum effectu. fol. 205. n. 9.

Coniunctio gratiæ sufficientis cum efficaci unicè pendet ex voluntate Dei. fol. 217. n. 45.

Congruitas vocationis ante gratiam prædeterm. inconsequenter adstruitur à tuente consensum negativum. fol. 220. n. 55.

Cor carneum est cor obediens ad faciendum Dei mandata. fol. 227. n. 16.

Congruitas exercita vocationis nō est directè à Deo in sententia tuente consensum negativum. fol. 239. à n. 10

Defentor consensus negativi, quoad congruitatem vocationis solum in vocibus differt à Professoribus scientiæ mediæ. fol. 240. n. 11.

Si datur consensus negativus, scientia, qua Deus illum cognoscit, est scientia media. fol. 222. à n. 17. & 18.

Congruitas vocationis in actu 1. & in actu 2. reijcienda. fol. 245. n. 26.

Congruitas exercita vocationis, nec indirectè pendet à consensu negativo. fol. 248. n. 35.

Causa impetrativa non est causa directa doni impetrati. fol. 250. n. 3.

Congruitas vocationis non consistit in aliquo actu libero voluntatis creatæ. ibi. n. 4.

Nec in victrice delectatione mediatè, vel immediatè. ib. n. 5. & seq.

Congruitas vocationis, qualiter explicetur à M. tuente consensum negativum. fol. 252. n. 10.

Non consistit in sancta delectatione superante in intensione contrariam cupiditatem. fol. 253. n. 14.

A causa omninò æquali nequeūt provenire effectus inæquales. fol. 255. n. 2.

Cor molle, quid sit. fol. 371. n. 3.

Cordis nomine intelligitur voluntas libera ibi.

P. M. Coquetins in Universitate Lovanienſi, & Duacenſi Professor, Ordinis Præd. singulare iubar, in Cœnobio Salm. à iuventute Sacris Litteris eruditus. fol. 292. n. 36.

Christus D. meruit gloriam corporis. fol. 343. n. 6.

Connexio specialis dupliciter dicitur. fol. 425. n. 16.

Charitas secundum propriam, & specificam rationem habet reddere hominem perfectè subiectum Deo, fol. 444. n. 43.

Conceptus obiectivus naturæ divinæ in esse talis, est radicatio attributorum. fol. 491. n. 7.

Charitas facit nos dilectores Dei, nō tamen amicabiliter dilectos ab illo. fol. 454. n. 24.

Continentia eminentialis triplex. fol. 527. n. 10.

Ab eisdem causis à quibus operatio moralis dependet quoad primum sui esse, ab eisdem prout non retractatis pendet quoad sui perseverantiam moralem. fol. 557. n. 30.

D

IN quo consistat dissensus negativus iuxta Auth. illam propugnantem. fol. 15. n. 36.

Deus movens in genere causæ finali non est agens liberum. fol. 21. n. 14

Dissensus negativus est pravus moraliter completè. fol. 46. n. 2.

Defectus actualis attentionis præcedens omne peccatum non est in se moraliter malus pro illo signo. ib. n. 3.

Deus potest præcipere, & prohibere voluntati præventę vocatione congrua consensum, aut dissensum negativum. fol. 47. n. 7.

Quod Deus determinet Angelos desertores ad entitatem peccati, nullo defectu in ipsis præcedente non est indignum providentiæ eius. fol. 48. n. 7.

Desertio prout se tenet ex parte Dei, non est omissio alicuius decreti. fol. 49. n. 10.

A dissensu negativo (in sententia illum tuente) incipit demeritum. fol. 50. n. 13.

Deus non potest sine demetitis reprobare. fol. 50. n. 14.

Deum donare libertatem, minimè est propriè peccatum permittere. fol. 53. n. 21.

In decreto intentivo gloriæ per modum coronæ videt Deus in recto gloriam conferendam, merita vero in obliquo, & non dist. 7. fol. 56. n. 2.

In executivo vero merita videntur clarè, & distinctè. fol. 57. n. 28.

Discrimen inter suppositionem æternam, & temporalem, non rectè fundatur à tuente illud. fol. 70. n. 32.

Deus in genere causæ effectivæ nihil disponit de consensu negativo. fol. 82. n. 18.

Si dissensus negativus impediret operationem Dei in esse operantis, impediret à priori, & activè. fol. 85. à n. 25. & seq.

Decretum cum hac tendentia: volo efficaciter operari actum operatione pendenti, quoad sui causalitatem dispositivè ab exercitio libero voluntatis est repugnans. fol. 87. n. 31.

Delectatio subita oritur ex subita cogitatione. fol. 29. n. 33.

Diabolus ad tentandum solum movetur ex invidia salutis hominum. fol. 89. n. 38.

Dissensus præstitus vocationi suasione Diaboli non impedit, nec potest gratiam efficacem. fol. 88. n. 35.

Deus movet voluntatem, & per modum causæ finalis, & per modum causæ efficientis. fol. 91. n. 44.

Causalitas Dei moventis finaliter voluntatem non habet pro effectu consensum negativum. fol. 98. n. 63.

Deus quantum est ex se paratus dare omnibus gratiam efficacem præparatione voluntatis antecedentis. fol. 98. n. 63.

Deus tantum tenetur conferre hominibus necessaria, ut possit immediatè, aut mediatè rectè operari, & vitam æternam consequi. fol. 98. n. 64.

Defectus actualis attentionis in voluntate est pura negatio. fol. 101. n. 71.

Dialogus pulcher inter Hieronymum, & Pelagium pro impedibilitate gratiæ. fol. 107. n. 90.

Deum decernere efficacissimè fieri actum, & fieri liberè minimè obstat libertati. fol. 108. n. 92.

Dissensus negativus ex nullis verbis Tridentini rectè colligitur, imò ipsi adversatur. fol. 123 n. 38. & 39.

Per dissensum negativum (etiam si detur) creatura non deserit Deum fol. 131. n. 19. & 20.

Defectus actualis attentionis ad regulam, non est desertio Dei. ib. n. 21.

Dissensus negativus, nec interpretativè est desertio Dei. fol. 131. n. 22.

Deus, ut convertatur ad nos, non exigit à nobis aliquem consensum negativum. fol. 132. n. 25.

Deum ad nos converti, quid significet? ibi.

Quid sit Deum deserere creaturam? f. 133. n. 27. De hoc. M. P. Psal. 65. & 67. *

Duplex desertio ex parte Dei explicatur. fol. 132. n. 29.

Quomodo intelligatur illud dictum Trident. Deus neminem deserit, nisi prius deseratur ab ipso. fol. 135. n. 31.

Deo in eodem signo nequit convenire munus causæ finalis, & agentis liberi. fol. 36. n. 5.

Munus causæ finalis non est in Deo munus causæ liberæ. fol. 37. n. 7.

Deum dormitare est non conferre auxil. sic esset. inconf. neg. fol. 38. n. 11.

Deus vocando præstat fidem. fol. 202. n. 1.

Deum præparare dona supernaturalia, est illa operari. fol. 210. n. 24.

Durities cordis aufertur unicè per gratiam prædeterminn. fol. 221. n. 59.

Deus præbendo vires efficacissimas, aufert à nobis cor lapideum, & donat carneum. ibi. n. 60.

Delectatio cœlestis duplex, una libera, altera indeliberata. fol. 234. n. 35.

Posita cœlesti delectatione non statim voluntas sequitur bonum propositum, nisi addatur nova gratia. fo. 235 n. 39.

Per

Per duritiam cordis quid intelligatur. fol. 37. n. 2. & seq. * *Bern. 1. de Consid. cap. 2.**

Denominatio iusti, & filij adoptivi, non est purè moralis, sed primo, & principaliter physica. fol. 292. n. 33.

Definitio sanctitatis à D. Dionisio Areop. tradita. fol. 306. n. 9.

Definitio gratiæ habitualis tradita à D. Thom. fol. 302. n. 62.

Deum supposita promissione dandi gloriam benè operantibus, manere obligatum ad illius collationem, dupliciter potest intelligi. fol. 562. n. 46.

Deus iustus est in omnibus vijs suis. fol. 156. n. 44.

Hæc * Deus non deserit, nisi deseratur, * non infert necessario hanc: deserit auferendo gratiam sufficientem, si deseratur. fol. 152. num. 31.

Dilectio specialis Dei, quotuplex est. fol. 608. n. 28. & seq.

Diversitas sola status, sufficit, ut eadem forma radicet diversas proprietates. fol. 630. n. 30.

Dispositio moralis ad gratiam quid propriè significet. fol. 659. n. 34.

Deus pacatur homini, quatenus ipsum amicabiliter diligit. fol. 707. n. 14.

Deus remittit peccata actualia, esto physicè præterita. fol. 718. n. 11.

Differentia inter sanctitatem aliorum hominum, & Christi Domini. fol. 632. n. 11.

Divisio divini in esse tale per *essentiam*, vel per *participationem*, non est adæquata, sed datur esse divinum per communicationem sui. fol. 735. n. 17.

Donum significat habitudinem ad suum principium secundum se, & ad subiectum cui datur. fol. 741. num. 36.

Discrimen inter naturam, & radicem. fol. 750. n. 19.

Definitio libertatis tradita à Concil. Trident. fol. 160. n. 7.

Distinctio inter has proposit. omissio amoris est à voluntate, omissio amoris est in voluntate. fol. 161. n. 7.

Dominium est facultas utendi re sua absque iniuria alterius. fol. 162 n. 7.

Dominus est nomen potestatis. ibi. n. 11.

Donum perseverantiæ est magnum, & speciale ex Trident. fol. 137. n. 38.

Deesse gratiæ Dei est grave peccatum. fol. 138. n. 40.

Non ponere obstaculum gratiæ est ex gratia. ibi.

E

EXercitia libertatis, quæcumque sint, dantur pro signo sequenti ad ipsam. fol. 19. n. 8.

Effectus quilibet dupliciter stat sub alicuius potestate. fol. 72. n. 35.

Nullus defectus causæ 2. impedire potest, quod voluntas divina producat suum effectum. fol. 108. n. 92.

Effectus gratiæ excitantis, operantis, & cooperantis. fol. 117. n. 21.

Effectus causæ finalis non existit in rerum natura ante influxum causæ efficientis. fol. 33. n. 43.

Error Semi-Pelag. in quo consistebat. fol. 211. n. 26.

Expulsio peccati est effectus secundarius gratiæ habitualis. fol. 411. n. 11. & pluribus alijs.

Extrema contradictoriè opposita non habent medium. fol. 414. n. 17.

Effectus positivus est magis intraneus formæ, quam negativus. fol. 630. n. 31.

F

FInis ut in actu 2. finalizans voluntatem, debet illam ad se trahere per amorem positivum. fol. 32. n. 38.

Finis est univocè causa cum causa efficienti. ibi.

Discrimen inter agentia naturalia, & libera, in agendo propter finem. fol. 32. n. 39.

Finis est causa efficientis quantum ad causalitatem. ibi.

Finis ultimus duplex: unus obiectivus per modum rei, alter formaliter, & *ut quo* per modum operatio-

tionis. fol. 343. num. 60.

Filiatio adoptiva, est quædam imitatio filiationis naturalis. fol. 353. n. 12.

Ad consecutionem alicuius finis tria requiruntur. fol. 486. n. 40.

De ratione finis ultimi simpliciter est subijcere sibi omnem inclinationem, potentias, & operationes. fol. 490. n. 6.

Fidei attribuitur rectitudo specialis hominis, secundum intellectum. fol. 491. n. 7.

Fides dicitur initium, radix, & fundamentum nostræ iustificationis. fol. 492. n. 9. & fol. 155. n. 39.

Duo ultimi fines totales respectu eiusdem agentis non possunt dari. fol. 639. n. 17.

Forma naturalis perfecta prærequirit ex parte materiæ aliquam dispositionem, ut recipiatur in illa. fol. 654. n. 18.

Finis proprius, & specificus iustificationis impij secundum rationem motus de contrario in contrarium est unicè iustitia, sive gratia habitualis. fol. 721. n. 22.

Filius Dei, in quo sensu, qua homo, est sanctus factus. fol. 733. n. 13.

G

GRatiæ morales non determinant, sed tantum inclinant voluntatem. fol. 42. n. 24.

Bonus usus gratiæ, & prævisus, non potest esse meritorius collationis gratiæ efficacis. fol. 51. n. 15.

Gratia efficax potest negari à Deo iustè ante dissensum præsitum vocationi. fol. 60. n. 6.

Negatio gratiæ congruæ infallibiliter connectitur cum peccato. fol. 61. n. 7.

Gratia specialis adæquatè sumpta est obiectum orationis. fol. 62. n. 12.

Gratia intrinsecè efficax à nullo vero Thomista potest adstrui impedibilis. fol. 65. n. 22.

Capita, ex quibus provenit necessitas gratiæ efficacis ad actus liberos. fol. 68. n. 29.

Impedibilitas gratiæ inconsequenter adstruitur à tuentibus ipsam. fol. 69. n. 30.

Si gratia efficax consistit in actione immanenti Dei, nequit à creatura impediri. fol. 78. n. 2. & seq.

Gratia ab intrinseco efficax non solum determinat substantiam actus, sed etiam modum libertatis illius. fol. 94. n. 50.

Carentia coniunctionis gratiæ sufficientis cum efficaci, infert defectum salutis æternæ, non tamen in illa formaliter consistit. fol. 99. n. 65.

Licet gratia efficax non sit in nostra potestate, est tamen consensus salutaris ratione illius. ibi.

Si gratia efficax consistit in actione increata Dei, nequit recipi in voluntate creata. fol. 99. n. 68.

Si cum consequentia procedit opinio consensus negativi, nequit ponere gratiam efficac. in actione increata Dei. fol. 100. n. 69.

Licet possimus obstare gratiæ habituali, non tamen actuali. fol. 103. n. 78. & seq.

Gratia prædeterminans minimè est causa contingens. fol. 108. n. 91.

Gratia excitans independenter à efficaci, nullum effectum liberum habet. fol. 122. n. 35.

Gratia internæ vocationis quoad sufficientiam, coalescit ex auxilio fluido, & cognitione supernaturali. fol. 203. n. 5.

Gratia excitans non est causa perficiens actus. fol. 205. n. 8.

Gratia vocationis congruæ ideò dicitur talis, quia à nullo duro corde respuitur. fol. 206. n. 11.

Gratia per quam interius Deus docet, est iuxta P. Augustinum ab intrinseco efficax. fol. 206. n. 13.

Gratia excitans, & adiuvans solum adunantur in vocatione congrua, non in vocatione, ut sic. fol. 208. n. 17.

Gratia excitans pro priori ad efficaciam habet aliquos effectus, & qui sunt illi? fol. 209. n. 21.

Gratia excitans non determinat physicè voluntatem ad bonum. fol. 210. n. 22.

A sola gratia excitanti non sumitur initium boni operis consistens in affectu libero, & desiderio benè agendi. fol. 213. n. 31.

Existentia gratiæ ab intrinseco efficacis probatur efficacissimè ex mi-

rabili conversione D. Pauli. fol. 218. n. 53.

Per gratiam subitæ affectionis independenter à præd. Deus non donat nobis cor carneum. fol. 227. n. 16.

Gratia 1. sufficiens ad motus subitos, nequit esse propriè motus productus à solo Deo. dub. misc. §. 2.

Gratia prædeterminans est causa perficiens, & reducens hominem de potentia ad actum. fol. 28. n. 25.

Gratia prædeterminans ad facere non est velle nostrum. fol. 178.

Gratia cooperans est prævia ad nostrum facere. fol. 180. & seq.

Gratiæ acceptiones. fol. 281. n. 1. & 2.

Gratia sanctificans ponit aliquid intrinsecum in anima. fol. 283. n. 5. & seq.

Gratia sanctificans excedit animam simpliciter in perfectione specifica, non tamen in modo essendi. fol. 297. n. 50.

Gratia dicitur lumen, quia est principium videndi Deum. fol. 307. n. 11.

Gratiæ habituali convenit perfectè ratio iustitiæ, & sanctitatis. fol. 400. n. 5.

Gratia dicitur lux, splendor, & candor cœlestis. fol. 505. n. 48.

Gratia sanctificans, esto sit inferioris ordinis relatè ad gravitatem offensæ, est tamen retractatio effectiva illius. fol. 617. n. 57.

Gratia unionis est sanctitas formalis. fol. 731. & seq.

Ad hanc sanctitatem non requiritur informatio, benè vero ad sanctitatem puræ creaturæ. fol. 733. n. 11.

Gratia unionis est gratia singularissima, & excellentissima, & radix omnis gratiæ accidentalis. fol. 742. n. 39.

Gratia adiuvans communiter sumpta continet sub se gratiam excitantem. fol. 143. n. 8.

H

HOmo prædestinatus potest impedire collationem gloriæ, non tamen decretum collationis. fol. 82. n. 15.

Homo non potest impedire, quod Deus ei donet grat. effic. fol. 83. n. 19.

Homo potest se impedire ne recipiam gratiam habitualem, non tamen actualem. fol. 99. n. 67.

Licet sine gratia supernaturali possit non odio habere Deum, non tamen sine illa potest illum diligere. fol. 111. n. 5.

Honestum est, quod sua vi nos allicit, & dignitate trahit. fol. 112. n. 7.

Homo non audit, nec discit Patre, nisi per gratiam donantem velle, & credere. fol. 206. n. 13.

Homines variis modis trahuntur, quatenus habent diversas illustrationes, & affectus subitos. fol. 218. n. 48.

Habitus charitatis si infunderetur sine gratia, amor ex illo procedens esset benevolentiæ, non tamen amicitiæ. fol. 494. n. 14.

Hominem habere amicitiam cum Deo, duo importat. ibi.

Hominem renovari interius secundum spiritum, quid sit iuxta Sacram Script. fol. 502. n. 40.

Hominem terminare dilectionem amicabilem Dei, est esse alterum Deū. fol. 539. n. 42.

Homo non est simpliciter perfectus intra ordinem supernaturalem, nisi ratione gratiæ habitualis, & beatitudinis. fol. 608. n. 29.

Habitibus non meremur, nisi quatenus sunt principia actuum, quibus competit ratio meriti. fol. 687. n. 28.

Hæc conseq. Voluntas divina ratione sui est sanctitas: ergò participatio illius est sanctitas per participationem: non valet. fol. 764. n. 24.

Homo etiam perfectè iustificatus, indiget gratia actuali ad rectè vivendum. fol. 156. n. 41.

Hominem posse non ponere obicem gratiæ, & posse se constituere in statu in quo non possit peccare, distinguuntur iuxta D. Th. fol. 137. n. 37.

I

IMpedire aliquid, quid dicat ex proprio conceptu. fol. 90. n. 41.

Indispositio ad recipiendam motionem Dei non est consensus negas

gativus, aut dissensus. fol. 201.num. 72.

Idoneitas, ut quis sequatur vocationem, non præsupponitur ad gratiam. fol. 216. n. 42.

Incongruitas vocationis unicè extrinsecè pendet ex voluntate creata. fol.217.n.47.

Duplex indifferentia in principio antecedenti exercitium voluntatis. fol. 247. n.33.

Iustitia importat rectitudinem universalem totius hominis. fol. 292. n. 33.

Imago ultra processionem requirit similitudinem in differentia specifica cum principio à quo trahit originem.fol.329.n.23.

Imago triplex, scilicet, creationis, recreationis, & similitudinis. ibid. n. 24.

Impossibile aliquid tripliciter dicitur: metaphysicè, physicè, & moraliter. fol.382.n.6.

Impossibile his tribus modis recensitis quid sit. ibi.

Iustificatio impij necessario includit remissionem peccati. fol. 383. n. 8. & 9.

Iustificatio impij duo importat: & renovationem hominis interiorem,& remissionem peccati.fol.473.n.4.

Iustus in Sacra Script. dicitur templum, & domus Dei.fol.480.n.23.

Iustitia dividitur in distributivam, commutativam, & legalem. fol.468. num.1.

Iustitia est voluntas redendi unicuique, quod suum est.fol. 515.num. 37.

Infideles negativè dari pro aliquo spacio temporis negari nequit iuxta D.Aug.& D Thom.fol.636.n.9.

Impetrare, dupliciter potest accipi. fol.660.n. 38.

Intentio formę est iuxta dispositionem subiecti.fol.770.n.6.

Iustificatio impij non solum dicit remissionem peccati, sed infusionem gratiæ.fol.715.n.1.

In tali iustificatione datur duplex mutatio saltim virtualis.ibi.

Iustificatio potest accipi dupliciter, activè, scilicet, & passivè. ibid. num.2.

L

Libertas dispositiva non est ad mentem D.Th.fol.10.n.22.

Alia libertas distincta à libertate contrarietatis, & contritionis est novis terminis tradita. ibi.n.23.

Libertas ad consensum negativum (si datur) est formalis. ibi.

Ex quo capite proveniat imperfectio libertatis? ibi.

Libertas ad consensum negativum (si datur) est præcipua libertas. fol. 13.n.31.

Libertas conveniens voluntati per gratiam vocationis, unicè est ad positivum consensum, vel eius omissionem. fol. 17. n.1.

Libertas est propria voluntatis, ut est causa efficientis.fol.22. n. 15.

Libertas divina solum se habet ad utrumlibet ex parte eius, ad quod dicitur. fol. 44.n.26.

Lachrymæ D. Petri fuerunt effectus gratiæ excitantis, & prædeterminantis. fol. 231. n. 27.

Leonardi Lessij opinio circa filiationem adoptivam ab omnibus Theologis censurata.fol. 311.n.24.

Lex æterna primo, & principaliter ordinat hominem ad finem ultimum. fol.463.n.39.

Libertas triplex, scilicet, naturæ, gratiæ, & gloriæ.fol.478.n.18.

Libertas gratiæ consistit in perfecta subiectione hominis ad Deum. ibi.

Lex supernaturalis supponit necessario legem naturæ.fol.638.n.14.

Lumen gloriæ duplex munus exercet respectu visionis Dei, & munus dispositionis, & munus principij elevantis. fol. 652. n. 15.

M

Malum culpæ non intelligitur in voluntate nisi præintellecto defectu actualis attentionis ad regul. fol. 100.

Motus liberi arbitrij in iustificatione repertus, non est causa gratiæ, sed effectus.fol.114.n.12.

Merita esto sint ex gratia, tamen quod

quod datur propter illa, est corona. fol. 126. n. 3.

Motio finalis, & motio imperans sunt inter se diversa. fol. 37. n. 8.

Modus explicandi congruitatem vocationis ab A. tuente consensum negativum. fol. 223. à n. 1. usq. 7.

Munditia animæ consistit in quadam perfectione positiva. fol. 306. n. 10.

Macula peccati est terminus per se consequutus ad peccatum actuale. fol. 447. n. 24.

Missio divinarum personarum ad hominem, quid importet. fol. 498. n. 28

Malum provenit ex quocumque defectu. fol. 599. n. 6.

Malum in moralibus ex aversione à fine proprio creaturæ intellectualis desumitur. fol. 636. n. 7.

B. V. Maria fuit sanctificata dependenter ab actibus liberi arbitrij, quibus se præparavit. fol. 649. n. 9.

Motus est actus entis in potentia, secundum quod in potentia. fol. 701. n. 68.

Motus iuxta Theologum versatur inter terminos positivos. fol. 715. n. 2.

N

NEgatio oppositi non ponentis naturam non est realis. fol. 716. n. 5.

Hinc consent. purè negat. ut ponitur ab A. non est realis; quia esset quid positivum. Sic ex S. D. ibi.

Nulla negatio assignari valet, cui non sit assignabile aliquod contradictorium. fol. 25. 2. 22.

Negatio gratiæ efficacis est tantum defectio secundum quid talis. fol. 134. n. 29.

Nulla natura, quantumvis perfecta potest in suum actum procedere nisi à Deo moveatur. fol. 233. n. 33.

Necessitas triplex, scilicet, metaphysica, physica, & moralis. fol. 382. num. 6.

Nomen ignis in spiritualibus, non est nomen operationis, sed naturæ. fol. 506. n. 52.

Naturale potest dici aliquid dupliciter respectu alicuius subiecti. fol. 654. n. 21.

O

OMissio actus boni, licet non sit actus humanus est mala moraliter, & completè. fol. 49. n. 11.

Operatio divina à nullo creato dependet. fol. 83. n. 19.

Operatio aliqua tripliciter impediri potest. fol. 84. n. 23.

Operatio divina, ut se tenet ex parte Dei, nullam requirit dispositionem. fol. 108. n. 92.

Omissio dissensus non est effectus solius gratiæ excitantis. fol. 120. n. 28.

In aliqua parte orationis petimus aliquid, quod non petimus in tota oratione. fol. 209. n. 19.

Oratio ut sit imperativa, debet esse efficax, & perseverans. fol. 252. n. 9.

Oppositio inter aliqua extrema triplex, scilicet, metaphysica, physica, & moralis. fol. 381. n. 4.

Oppositio purè indirecta unius formæ cum alia, provenit ex triplici capite. fol. 460. n. 31.

Ordinatio in finem duplex. fol. 496 n. 19.

Ratio offensæ in peccato fundatur, & per se consequitur ad rationem aversionis à Deo, ut fine ultimo. fol. 580. n. 23.

Ordo doctrinæ traditus à Concilio Tridentino. fol. 153. n. 33.

P

PErsonalitas Verbi ratione sui est radix moralis beatitudinis, & donorum supernaturalium humanitatis. fol. 746. n. 6.

Præparatio ad gratiam duplex. fol. 659. n. 36.

Plura peccata ex genera suo læthalia, fiunt venialia ob imperfectionem libertatis. fol. 11. n. 14.

Providentia in dispositione, & ordinatione rerum consistit. fol. 23. n. 18.

Permissio peccati ex parte Dei non est duplex, sed unica. fol. 53. n. 21.

Sub divina providentia non solum cadunt res, quæ producuntur, sed etiam modus earum. fol. 66. n. 24.

Præ-

Prædeterminatio physica impropriè dicitur causa contingens. fol. 76. n. 46.

Peccatum veniale non potest inveniri cum solo originali. fol. 129. n. 14.

Ad perfectam providentiam Dei requiritur, quod omnia fiant ex eius adiutorio immediato. fol. 55. n. 3.

Prædefinitio intentiva consensus salutaris, nequit præbere conexionem infallibilem gratiæ excitanti collatę ad ipsum. fol. 140. n. 14.

Permissio peccati est bona, & volita à Deo. fol. 158. n. 11.

Propria significatio, & acceptio termini *primitus*. fol. 370. n. 1.

Paternitas præscindens à naturali, & civili, fundatur in activa generatione. fol. 314. n. 30.

Participare est partem capere, & partem relinquere. fol. 322. n. 5.

In peccato actuali datur duplex aversio, scilicet, à regula rationis, & à Deo ultimo fine. fol. 456. n. 18.

Peccati actualis læthalis, duplex consideratio. fol. 459. n. 26.

Peccatum actuale, & habituale sunt unum moraliter specificè inter se, non tamen metaphysicè. Et idem dicitur de peccato omissionis, & commissionis procedentibus ex eodem motiuo, & eidem virtuti oppositis. fol. 460. n. 32.

Peccata opposita virtutibus moralibus, differunt specie, non ex parte aversionis à Deo, sed ex parte conversionis inordinatæ ad diversa bona commutabilia. fol. 462. n. 37.

Peccatum actuale est emineuter peccatum habituale, utpotè radix, & origo illius. fol. 464. n. 44.

Perfectio rei est triplex. fol. 492. n. 10.

Perfectio sequitur ad esse in actu, & iuxta modum illius. fol. 495. n. 18.

Pulchritudo animæ consistit in assimilatione animæ ad Deum, quæ est per gratiam. fol. 505. n. 49.

Pulchritudo corporalis, in quo consistat. ibi.

Perfectio propria gratiæ habitualis est esse radicem donorum supernaturalium. fol. 528. n. 13.

Puniti non est malum, sed fieri dignum pœna. fol. 558. n. 33.

Pax Dei appellatur fructus iustitiæ. fol. 609. n. 31.

Peccata venialia tripliciter remitti possunt. fol. 621. n. 3.

Ad privationem sufficit, vel quod forma sit debita, vel quod carentia habendi formam sit debita subiecto. fol. 635. n. 7.

Propositio hæc: homo secundum se non est albus, est vera in sensu reali, prout afficto, & præcisivo distinguitur. fol. 699. n. 61.

Potestas vera, quæ sit libertas passiva, implicat in terminis. fol. 168. n. 27.

Q

IN quæsito per causam formalem non committitur necessario circulus. fol. 26. n. 26.

Quoties homo læthaliter peccat, datur in eo triplex aversio. fol. 555. n. 26.

Quo perfectior est natura, perfectiores radicat proprietates. fol. 632.

Quomodo intelligatur, quod infusio gratiæ est remissio culpæ. fol. 720. n. 18.

Quoddam dictum SS. P. M. Manso contra solutionem Primarij, quia utitur regulis Sumulisticis pro solutione authoritatis Tridentini impugnatur. fol. 139. n. 42. & 43.

R

AD non resistendum positivè Evangelicæ prædicationi, non requiritur illustratio Spiritus Sanct. fol. 111. n. 5.

Relatio accipit speciem à fundamento. fol. 314. n. 29.

Radix, quid in Sacra Scriptura significet. fol. 492. n. 9.

Radix propriè sumpta operandi, est idem, ac principium radicale, sive emanationis. fol. 540. n. 45.

Reatus ex peccato proveniens communiter accipitur in duplici sensu. fol. 558. n. 32.

Retracto, idem significat, ac *quasso*, & *annullo*. fol. 617. n. 55.

Ad remissionem peccati necessaria est pœnitentia. fol. 668. n. 1.

Remissio culpæ licet non sit terminus principalis ad quem iustificatio-

nis se habet formaliter ex parte illius, per modum obliqui, & connotati. fol. 721. n. 24.

Remissio culpæ dupliciter consideratur, vel prout se tenet ex parte agentis, vel ex parte subiecti. ibid. n. 23.

Radix visionis, & amoris est duplex, una physica, moralis altera. fol. 749. n. 15.

S

SUppositio omniuò antec. connexa cum actu infallibiliter, etiam si sit temporalis, minimè destruit libertatem. fol. 65. n. 23.

Recursus ad suppositionem æternam, & temporalem pro tuenda libertate creata non est necessarius. ibi.

Sententia ponens consensum præstitum vocationi morali ante gratiam efficacem non magis se opponit errori Calviniano, quam illum negans. fol. 96. n. 57. 58. & 59.

Scientiæ visionis Dei necessario convenit fundari in decreto. fol. 105. n. 85.

Ex certitudine divinæ scientiæ tantum sequitur, quod eventus sint necessarij necessitate consequentiæ. fol. 107. n. 89.

Sacerdos ministrans Sacramentum pœnitentiæ verè remittit peccata personalia subiecto rectè disposito. fol. 384. n. 11.

Similitudo est causa amicitiæ. fol. 400. n. 4.

Sanctitas importat firmitatem. fol. 480. n. 22.

Sancta apud Antiquos dicebantur, quæ legibus erant munita ut violari non deberent. ibi.

Sanctum aliquid dicitur, quia est lege firmatum. ibi.

De ratione sanctitatis est posse dignificare opera debita ab homine sancto, reddendo illa de condigno meritoria vitæ æternæ. fol. 481. n 24.

Scire, est rem per causam cognoscere. fol. 515. n. 37.

In Sacramentalibus reperitur aliqua virtus derivata ex Passione Christi. fol. 630. n. 28.

Sacramenta sunt fontes gratiæ, & misericordiæ Dei, per quos pretium sanguinis sui copiosè effudit. fol. 632. n. 35.

Sanctificatio, & remissio peccati, sunt iuxta Trid. duo beneficia inadæquata. fol. 722. n. 28.

T

THomistæ ponunt tria signa usque ad consensum vocationi Dei. fol. 166. n. 24.

AA. Societatis 2. SS. M. Manso 4. ibidem.

Nullus Thomista potest reputare solidum discrimen assignatum inter gratiam æternam, & temporalem, à tuente consensum negativum. fol. 73. n. 38.

D. Thom. salvat libertatem cum gratia sine recursu ad impedibilitatem illius. fol. 74. n. 40.

Tentatio Diaboli æquè utilis, aut inutilis, est in sententia negante impedibilitatem gratiæ efficacis, & indefensante eius impedibilitatem per consensum negativum. fol. 88. n. 37. & seq.

Testimonia M. P. pro congruitate vocationis melius exponuntur à tuentibus scientiam mediam, quam à defensante consensum negativum. fol. 227. n. 14.

Terminus *quo* dilectionis amicabilis Dei est gratia sanctificans. fol. 294. n. 39.

Triplex incompossibilitas excogitari potest inter gratiam, & peccatum actuale. fol. 429. n. 1.

Terminus *à quo* remissionis culpæ est aliquid positivum. fol. 717. n. 9.

V

QUid sit voluntatem consentire, aut dissentire negativè? fol. 17. n. 1.

Voluntas purè omittens non movetur ab aliquo fine. fol. 18. n. 4.

Vocatio sancta Dei prævenit omne exercitium liberum voluntatis. fol. 19. n. 6.

Repugnat voluntatem se exercere per consensum, aut dissensum negati-

tivũ pro priori ad gratiam efficacem. fol.21.n.14.

Voluntas non exercet præcipuam partem suæ libertatis per consensum, aut dissensum negativum.fol.23.n.19.

Voluntas magis libera, quanto magis Deo subiecta, & subordinata. ibi.

Vocatio congrua per subitam affect.solum movet voluntatem, quoad specificationem. fol.41. n.19.

Discrimen inter movere voluntatem quoad exercitium, & movere ad exercitium voluntatis.ibi.n. 20.

Voluntas ad consensum, & dissensum negativum se habet ut causa moralis Theologica.fol.51.n.16.

Verba Zachariæ, convertimini &c. sunt præceptiva.fol.52.n.17.

Voluntas nequit impedire decretum permissivum dissensus negativus, qui est malus moraliter.fol.58.n.31.

Vocatio congrua requisita ad consensum negativum non est in potestate voluntatis creatæ fol.59. n.2.

Vocatio non redditur congrua per consensum negativum.fol.62.n.11.

Voluntas divina non solum se extendit, ut aliquid fiat per rem, quam movet, verumetiam, ut fiat eo modo, quo congruit naturæ ipsius. fol. 66. n. 25.

Voluntas creata est domina sui actus, licet non habeat in sua potestate operationem Dei necessario requisitam, ut in illum prorumpat. fol. 67. n.27.& 28.

Vocatio congrua includit prædeterminationem.fol.74.n.39.

Voluntas creata nequit impedire scientiam visionis consensus potentia anteced.fol.86.n.29.

Voluntas à bono proposito non prius trahitur negativè, quam positivè.fol.27.n.28.

Tam in substantia, quam in modo operationis sequitur ductum intellectus. ibi.

In signo vocationis moralis proponitur bonum ut positivè conveniens. fol. 30. n. 30.

Velle, & nolle ita est in hominis potestate, ut divinam voluntatem non impediat.fol.88.n.35.

Repugnat exercitium voluntatis,ad quod Deus non concurrat ut 1. agens liberum.fol.92.n.46.

Quid sit vocatio congrua? fol. 93. n.48.& 49.

Vocatio dicitur congrua propter gratiam ab intrinseco efficacem ipsi superadditam.fol.94.n.50.

A voluntate præventa vocatione morali nullum exercitium consensus egreditur, nisi positivus. fol. 94.n.51.

Vocatio moralis à Thom.nonnegatur simpliciter necessaria ad cõsensum salutarem. ibi. n.53.& fol.177. à n.1.

Ad velle supernaturale requiritur sancta cogitatio, quia supernaturale est, & quia liberum.fol.96.n.56.

Voluntas antecedens salvandi omnes homines non opponitur cum voluntate excludendi aliquos à gloria. fol. 98.n. 62.

Ex eo quod voluntas nequit impedire gratiam efficacem firmatur eius libertas.fol.107.n.88.

Licet in signo vocationis moralis non detur consensus negativus, qui sit effectus solius gratiæ excitantis, non propterea voluntas se habet, ut inanime quodam. fol.121.n.32.

Voluntas in signo sufficientiæ,licet non sit liberè actu vivens, est tamen proximè potens in signo sequenti vivere. fol. 122.

Implicat, quod voluntas exerceat suam libertatem in signo, in quo non subordinatur Deo 1.libero.fol.34.n.1.

Voluntas consentiens negativè liberè in signo vocationis, non subordinatur Deo ut 1.libero.fol.35.n.2.

Vocatio adæquatè sumpta pertinet ad intellectum, & voluntatem. fol. 203. n. 1.

Et quid dicat ut pertinens ad quãlibet ex ipsis potentijs? ibi.

Vocatio interna alia incongrua, congrua alia. ibi. n. 2.

Vocatio congrua describitur ad mentem M. P.fol. 204.n.8.

Vocatio dicitur congrua à gratia prædeterminante illi adiuncta.ibi.

Vocatio dicitur congrua, quatenus prævenit bonam hominis voluntatem per modum causæ ipsam operantis.fol.205.n.10.

Vocatio congrua est gratia per quam homo discit à Patre luminum. fol.206.n.12.

Vocatio congrua est gratia efficacissima.fol.210.n.22.

Ex

Ex duobus æqualiter vocatis, quod unus vocationem sequatur, alter vero non in 1. ex gratia prædeterm. Dei provenit. fol. 214. n. 37.

Hoc non evenit eidem vocationi subiectivæ. fol. 216. n. 40. & 42.

Vocatio redditur congrua per illam gratiam, per quam homines ex nolentibus fiunt volentes. fol. 218. n. 17.

Vocatio non redditur congrua per gratiam subitæ affectionis. fol. 224. per plures numeros.

In voluntate creata non est potestas indirecta ad reddendam vocationem congruam. fol. 238. n. 46.

Voluntatem à Deo moraliter excitatam recipere Dei inspirationem, significat actum positivum, quo eam amplectitur, & libertatem activam. fol. 169. n. 30.

Voluntatem liberè abijcere, respuere, contemnere, resistere, renuere Dei vocationi, significat actum positivum, & ex terminis, pravum moraliter actu, & formaliter. fol. 169. n. 31.

Similiter reprimere, comprimere, impedire, frænare &c. pravam suggestionem Diaboli, dicit actum positivum. ibi.

Virtus activa adæquatè sufficiens non incongruè dicitur efficax. fol. 245. n. 26.

Repugnat vocationem esse intrinsecè efficacem, & resistibilem. fol. 246. n. 32.

Vocatio remissa etiam est congrua in sententia tuentis consensum negativum. fol. 249. n. 1.

Virtus causæ primæ suo modo modificatur per virtutem causæ secundæ. fol. 256. n. 3.

Voluntatem à Domino præparari quid sit iuxta P. Aug. fol. 261. n. 17. 18. & seq.

Virtus definitur à Philosopho: *Dispositio perfecti ad optimum.* fol. 355. n. 17.

Unica causa formalis nostræ iustificationis, est iustitia Dei nobis intrinsecè inhærens. fol. 380. n. 28.

Unionis hypostaticæ duplex consideratio. fol. 459. n. 26.

Unio hypostatica ratione sui redit humanitatem Christi D. impotentem antecedenter ad peccandum. fol. 460. n. 29.

De sanctific. humanit. per illam. à fol. 729.

Usus est applicatio rei ad aliquam operationem, in ordine ad finem præintentum. fol. 162. n. 9.

Ferè in nullo ex SS. PP. quos vidi toties legitur *consensus*, sicuti in S. Bern. lib. de grat. & lib. arb. sed qui sit purè negat. nec per *umbram*.

FINIS.

11.465